



SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
DECISIONES
Coram Rmo P. Domino
CYRIACO LANCETTA
Ejusdem Sac. Rotæ Decano


Ac Sacræ Pœnitentiariæ Regente, Viro utriusque Juris Peritissimo

Ex propriis autographis diligenter depromptæ, Argumentis, Summariis, atque locupletissimo generali Indice adauctæ,

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO
CLEMENTI XII.
PONT. OPT. MAX.

DICATÆ.

TOMUS TERTIUS.



ROMÆ, M. DCC. XXXII.
Typis, & Sumptibus Hieronymi Mainardi in Platea Montis Citatorii.
SUPERIORUM PERMISSU.

ATTI[illegible]

JOANNES COLIZZI
R O M A N U S.

Lectori amantissimo S. P. D.



ERTIUM Sacræ Rotæ Romanæ Decisionum volumen, quæ sub auspiciis CYRIACI LANCETTÆ *immortalis memoriæ, & ejus Supremi Tribunalis Decani meritissimi Sacræque Pœnitentiariæ Regentis munere decorati in lucem prodierunt, ut ab iis utriusque Juris scientia magnoperè illustraretur, & Justitia proprium nitorem redivivum aspiceret, typis expressum gratum habeas Lector amantissime; sicut enim quampluribus annis, (quibus ille omni virtutum genere ornatissimus Præsul, acerrimusque Justitiæ Vindex in eo Sacro Auditorio jus suum unicuique indiscriminatim tribuit) ejus Decisiones singulariter evulgatæ propriam, & particularem lucem sibi compararunt, sic æquum erat, ut in unum collectæ, sibique invicem propriam lucem communicantes tantum fulgoris unà coacervarent, ut non quasi tot Stellæ ab uno Sole, sed quasi unus Sol à tot Stellis compactus toti literario Orbi fælicissimè, utilissimèque elucesceret; quod sanè ut commodius eveniret, singularum Decisionum Argumenta, & Materiarum Summaria illis adjeci, non ut mei ingenii tenuitatem Sapientum oculis objicerem, sed ut clientèlam, qua viventem Cyriacum Hyacinthus Colizzi meus Genitor quamdiù vixit veluti Patronum optimum prosequebatur, ego etiam paternæ devotionis hæres ergà tanti Viri cineres, ejusque dignissimos* NEPOTES *ex corde, & pro viribus foverem; hoc itaque unum à te Lector amantissime michi polliceor, ut prò tuà clementià perpetui hujusce mei obsequii monumenta benignè respicias, meosque ac Typographi errores ex eo promanasse intelligas, quod præfati Solis intuitù oculi mentis penè obcæcati à recto tramite deviarint, ideoque è tua sapientià, & humanitate defectus quoscumque fore supplendos. Vale.*

IMPRI-

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiſs. Patri Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro.

N. Baccarius Epiſc. Bojan.
Viceſgerens.

IMPRIMATUR,

Fr. Joannes Benedictus Zuannelli Ordinis Prædicatorum Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter.

DECI-

INDEX ARGUMENTORUM,

Quæ in hoc Tertio Volumine continentur.

Beneventana Nullitatis Teſtamenti.

Lunæ 13. Januarii 1710.

ARGUMENTUM.

Præordinatio ad teſtandum quænam vere ſit? Voluntas Teſtatoris expreſſa quoad legata non extenditur ad hæredis inſtitutionem, quam præſertim anteà interrogatus rejecit: in quo caſu deficiente voluntate pro validitate teſtamenti, facienda non eſt interpretatio, quæ fieret, ſi de ſolemnitatibus, vel accidentalibus eſſet dubitatio. Quando Schedula debet a Teſtatore conſignari diſtinguitur. Refertur diſpoſitio Statuti Beneventani quoad inſtitutionem hæredis, & diſpoſitionem, quam, & alia ſimilia, locum habere, etiamſi in teſtamento inſint aliqua legata pia, non tamen quoad illa, firmatur, & cur... t.

Beneventana Nullitatis Teſtamenti ſuper Retentione.

Lunæ 13. Januarii 1710.

ARGUMENTUM.

Immaginaria ſolutio, & text. *in L. Quod ſi poſſeſſor ff. De Petit. hæreditat.* quando locum habeant. Solutio debitorum Uxoris, præter bona dotalia, alia habentis, non ex Viri pecuniis, ſed Uxoris facta cenſentur: etiam ſi viri pecunias eſſe fuerit expreſſum: quando tamē ex conjecturis hęc expreſſio evertatur, ut ſunt ejus nimia animoſitas in ſolvendo, conqueſtiones Mulieris, inſolitæ cautelę, & nimia tenuitas patrimonii d. Viri. Maritus ſibi Uxoris debitum accollans, ſi ſolvit, repetere nequit. Fructus cenſus ſuper Domo dotali impoſiti, qui à Viro fuerunt ſoluti, ſi Domus evincatur, an ab Uxoris bonis repeti poſſint; quod etiam examinatur circa expenſas reparationis domorum dotalium, Laudemiorum, & Canonum. Ob nomen debitoris ceſſum, ut contra cedentem rediri poſſit, quid requiratur? & quid tunc operetur evictionis obligatio. Receputæ an contra tertios probent? Melioramenta, ut reficienda peti poſſint, quid probandum?

Confirmatur infra dec. 669. 4.

Imolen. Juriſpatronatus.

Lunæ 27 Januarii 1710.

ARGUMENTUM.

Juspatronatus poſt Concilium Viennenſe erectum hęreditarium præſumitur. Et etiamſi in erectione admiſſio plurium perſonarum adfuerit, & præſentationes per quotas, & cum expreſſione qualitatis hæreditariæ ſubſequantur: & qualitas gentilitia ex non præſentatione fœminarum, quando argui poſſit diſtinguitur. Sententia Ordinarii, quando illius ſtatum firmans attendenda non ſit, vel ex ſequenti contraria præſentatione ſubvertatur. Enunciativæ ab eodem in inſtitutione factæ, quod illud ſpectet ad talem familiam, ſunt compatibiles cum qualitate illius hæreditaria.

Juri accreſcendi in jurepatronatu ab initio gentilitio, quando locus ſit favore illorum de familia, & quando in altero columnello effici poſſit hæreditarium. 9.

Romana Cambii.

Lunæ 3. Februarii 1710.

ARGUMENTUM.

Ceſſio propter debiti ſolutionem reportata ab herede, vel donatario univerſali, qui legis, & inventarii beneficium habet ſubſequenter ac tertius eamdem ceſſionem obtinuerat extinctive habita dici nequit; tum ex voluntate propria, quæ reſultat ex verbis ceſſionis, & ex aditione hereditatis cum beneficio inventarii, etiamſi ad ſint deciſiones eum heredem ſimplicem declarantes, tum ex prejudicio tertii cum allegatione propriæ turpitudinis ex hoc ipſo reſultantis: Ideoque tertius ceſſionatius eſt huic hæredi poſteriori ceſſionario præferendus.

Confirmatur infra dec. 663. 12.

Romana Fideicommiſſi de Avila ſuper Fructibus.

Lunæ 10. Februarii 1710.

ARGVMENTVM.

Accipe à ſuperioribus deciſ. 490., & 521., quæ hic, & deciſ. 659. confirmantur juxta modos, qui hìc ſtat in receſſu à ſubminiſtratione in cauſam declarandam, quia una cum bono jure de paupertate non conſtat, & quæ in alia reſervantur, excutiuntur in aliis deciſionibus, quæ cum omnibus, quæ in hac cauſa ſunt, indicantur in dicta deciſ. 490. 13.

Romana Dotis ſuper Mandato ſcut. 1850. eorumque Fructibus.

Lunæ 17. Februarii 1710.

ARGUMENTUM.

Habes in ſuperioribus Deciſ. 378., & 606., quæ confirmantur, & revocantur pro rata ſc. ..o. in cauſam dotis antea datotum, qui ideo ad cauſam fructuum non poterant referri.

In hac cauſa ſunt quoque dec. 379., & 607. cum ibi notatis. 16.

Maceraten. Fideicommiſſi.

Veneris 21. Februarii 1710.

ARGUMENTUM.

Colligere melius ex te poteris a Summario.

Tarentina Immissionis.
Lunæ 17 *Martii* 1710.
ARGUMENTUM.

Testamentum suppositum arguitur ex non subscriptione Notarii, quando præsertim ea, & reductio in Protocollum, & Judicis auctoritas ex municipali Regni Neapolitani constitutione requiritur ex contraria centenaria ejusdem, præsertim nuncupatione explicita facti observantia. Et ex ipso contextu, quod testatori non potest aptari. Quin tunc suffragetur quod adsit testatoris sigillum sine ejus subscriptione, & quod aliqualis dispositionis pars a veritate recipiat fomentum, & cur? 19.

Ariminen. fideicommissi Bandi de Bandis super Reintegratione quoad prædium S. Mariæ in Cerreto.
Veneris 21. *Martii* 1710.
ATGUMENTUM.

Venditio rerum pupillarium substinetur, etiam si sit facta sine solemnitatibus, cum in eorum vergit utilitatem, & etiam si emptor loco pretii eorum debita sibi accollavit, & quando hoc procedat. Solutiones ad plura debita referibiles in quam causam factę censeantur. Transactio universalis an limitetur per relationem factam ad acta alicujus, vel potius talis relatio stet demonstrative, & quando ad id scientia aliorum sub generalitate cadentium requiratur, & qualis? Cętera in Summario. 22.

Ariminen. Fideicommissi Bandi de Bandis super Reintegrationе quoad Census illorumque Fructibus.
Veneris 21. *Martii* 1710.
ARGVMENTVM.

Quia diversas res firmat, accipe à Summ. 24.

Altemurana Immissionis.
Veneris 28. *Martii* 1710.
ARGVMENTVM.

Lineale reciprocum fideicommissum ordinasse dicitur testator, qui in nepotibus institutorum repræsentationem dari voluit. Fideicommissum, ut in divisione remissum censeatur quid requiritur? & argumenta afferuntur remissionem excludentia desumpta ex licentia condividentium in subsequuta bonorum fideicommissariorum divisorum alienatione ex magno præjudicio, quod filiis condividentis resultaret, & maxima inæqualitate, & ex confessione condividentis, à quo causam habet remissionem prætendens. 26.

Bononien. Associationis.
Lunæ 13. *Martii* 1710.
ARGUMENTUM.

Census sit repetibilis in totum si in parte fuerit nullius declaratus; quod procedit etiam si à pluribus in solidum fuerit impositus: & fructus etiam pro parte annullata debentur loco damnorum & interresse fidejussori, qui ad se liberandum à molestiis creditoris, eum dimisit rem fructiferam tradendo. Expensæ mandatorum liquidatione non egent. 28.

Reatina Donationis super Fructibus etiam quoad reservata.
Lunæ 7. *Aprilis* 1710.
ARGUMENTUM.

Desume ex Summario.

In hac causa sunt Decis. 601. & 645. quæ confirmantur. 29.

Romana Fideicommissi Mutii de Bubalo super arte Agraria.
Veneris 2. *Maii* 1710.
ARGUMENTUM.

Privata scriptura, seu notula à Viro integerrimo confecta, & comprobata, quando ab illam impugnantibus producta pro fundamento suæ intentionis fuerit, plenè contra illos probata: etiamsi productio facta sit in parte, & partibus: vel saltem errorem concludenter probare tenentur, qui non probatur ex inventario non citatis creditoribus confecto, defectuoso, & erroneo. Inventarium rerum societatis ab initio factum non probat quantitatem post eam, quia vel ex portione consocii, vel ex damnis societatis potest diminui, Societas pro hæredibus etiam contracta morte alterius consocii non expirat.

Inter has partes sunt dec. sequens, & dec. plures in hoc, & sequenti tom. 30.

Romana Census.
Lunæ 5. *Maii* 1710.
ARGUMENTUM.

Fructus census, licet de iis Rota dixerit, habendam esse rationem in liquidatione fructuum hæreditatis; attamen etiam de per se postea per modum actionis peti possunt: maxime ad effectum retinendi. Ad quem effectum extremum possessionis rei penes census debitorem, quamvis ex instrumento contra tertios non probetur, tamen in antiquis possessio, identitas, & dominiũ ab illis probatur juncti enunciativis emissis in mandatis judicum ad partis petitionem, & in eodem instrumento inlertis; præsertim contra illos, qui eodem instrumento in judicio usi sunt, & ex eo obtinuerunt Hypotheca ut pręscripta sit quid requiratur Census ex longi temporis lapsu quæ requirat, ut extinctus dicatur? Hętes gravatus absque dolo res fideicommissarias permutans, sicut & Tutor, & Administrator, ad nihil tenetur, sed concurrente utilitate potest: quæ utilitas à fideicommissario impugnari nequit, si rem in permutatione acceptam consequi instetir.

Inter has partes sunt dec. proxime antecedens, & sequentes Romanæ fideicommissi Mutii de Bubalo ut in Indicæ. 33.

Romana liberationis à Molestiis.
Lunæ 12. *Maii* 1710.
ARGUMENTUM.

Liberatio à molestiis quando debeatur emptori scienti census ob quos illatæ sunt? evictio quando debeatur rem per transactionem possidenti magistraliter distinguitur. 35.

Romana Census
Veneris 16. *Maii* 1710.
ARGUMENTUM.

Via executiva in annuis pręstationibus quomodo

Tar-

Auxi-

Auximana, seu Camerinen. Fideicommissorum.
Vener. 1. Julii 1712.
ARGUMENTUM.

In materia vocationis ad fideicommissum, sub nomine filiorum nepotes non veniunt, regula tamen limitatur, si obstent conjecturæ, quæ è converso si pro extinctione fideicommissi etiam adsint, in dubio pro libertate bonorum standum est, & refertur Rotæ stylus in hac materia.

Si verò quæstio sit de fideicommisso ad certas personas non restricto, inter patruum, & nepotes, fideicommissum ultro progreditur. 224.

Nullius, seu Caputaquen. Jurisdictionis.
Veneris 1. Julii 1712.
ARGUMENTUM.

Extentio Jurisdictionis Ecclesiasticæ non coarctatur, nec regulatur à limitibus Jurisdictionis temporalis. Et ex quibus eadem extensio probetur. Episcopus non habet Jus compellendi Abbates extra diæcesim existentes, ut ad sinodum accedant. 225.

Nullius, seu Caputaquen. Jurisdictionis super Remissoria, & Compulsoria.
Veneris prima Julii 1712.
ARGUMENTUM.

Compulsoriæ, & remissoriæ, quando articuli compulsandi sunt irrelevantes, & de eorum insubsistentia fuerit recognitum, omnino abnegantur, præsertim si de eis post discussam causam petitio fiat.

Jurisdictionis Ecclesiasticæ confinia à materiali locorum descriptione non designantur. 227.

Spoletana Bonorum.
Lunæ 4. Iulii 1712.
ARGUMENTUM.

Hæc parva decisio edocet de stylo Rotæ in expediendo causas post decennium à die emanatæ decisionis. 229.

Novarien. Pecuniaria.
Lunæ 1. Augusti 1712.
ARGUMENTUM.

Nec decisio explicat ea, quæ à lege Curabit disponuntur. ibid.

Romana Fructuum Censuum.
Veneris 25. Novembris 1712.
ARGUMENTUM.

Census remanet fructiferus, etiamsi fundus evincatur, eum salrem loco damnorum, & Interesse fructus debeantur. Præsertim si creditori ex facto debitoris fuerit vetitum, quin sortem illico reciperet, vel alteram coæqualis fundi subrogationem reportaret, quo in sensu stetit Rota hac in eadem causa sub die 9. Maii dec. 723. 230.

Romana Pecuniaria.
Lunæ 28. Novembris 1712.
ARGUMENTUM.

De evictione semper tenetur, qui jure Creditoris rem ad tertium spectantem vendidit, si de tali credito sufficienter non constet. 233.

Eadem super Articulis.
ARGUMENTUM.

Articuli licet in materia prohana semper admittantur, attamen si irrelevantes detegantur, & causa jam fuerit discussa, concedi non solent.

Vaden. Canonicatus.
Lunæ 5. Decembris 1712.
ARGUMENTUM.

Hæc decisio, quæ est confirmatoria alterius diei 14. Martii hujus anni, firmat, quod in concursu Patronorum, qui de Fundatoris familia esse debent, sicuti, & ab eis præsentari, illi de eadem familia præfertur, qui sit de linea fæminina in defectum masculorum secundo loco vocata, quando suam dependentiam per gradus distinctos concludentissimè probat ad exclusionem Patroni, de linea masculina, licet primo vocata, qui per eosdem met gradus distinctè suam descendentiam à Fundatore nequeat probare. 235.

Melphicten. Beneficii.
Lunæ 5. Decembris 1712.
ARGUMENTUM.

Hæc Decisio est confirmatoria alterius emanatæ die 27. Junii hujusmet anni.

Beneficium semper dicitur Clericale, quoties fundator ad personæ industriam non respexerit, sique vocaverit Sacerdotem, semper ad Sacerdotem habitu est ejus dispositio extensibilis, adeoque, ut Sacerdotale dicatur, necesse est, quod expresserit, se voluisse per Institutum actu celebrari; Ex quibus, & ex toto dispositionis contextu status Beneficii desumitur, & non ex dictionibus Sacerdos, vel Presbyter, cum promiscuè secundum communem usum loquendi Clericus sub utraqua dictione comprehendatur. 237.

Syracusana Donationis.
Veneris 9. Decembris 1712.
ARGUMENTUM.

Quilibet post conditum Testamentum inter vivos donare potest, licet de illius revocatione in dicta donatione mentionem non faciat.

Ad infirmandam donationem ex capite dementiæ, qua donans affici dicebatur, est concludentissimè probanda persistentia in tali statu de tempore præciso dispositionis; etiam si mille testes super dementia adducerentur.

Et ex quibus reconvalescentia probetur. 241.

Romana Pecuniaria, seu Locorum Montium.
Lunæ 12. Decembris 1712.
ARGUMENTUM.

Inventarium debet terminari intra duos menses à die obitus defuncti computandos. Ex quibus defectuosum dicatur, & ex quibus dolosè factum. Descriptio turmatim congesta, in confuso, & generica de rebus hæreditariis redolet de mala fide, & inventarium nullum omnino reddit. In hac materia, lex neque Pupillo, neque Mulieri, neque Minori, & demum nemini parcit. 243.

Romana Pecuniaria, seu Locorum Montium, super Cauthela Angeli.
Lunæ 12. Decembris 1712.
ARGUMENTUM.

Inventarii deficientia, sicuti simplicis hæredis qualitatem inducit, ità, & à fortiori hæres

Cau-

Bene-

Co-

Pisau-



INDEX

INDEX DECISIONUM

Quæ in hoc Tertio Volumine continentur per Diæceſes, juxtà ordinem Alphabeticum.

A

B

C

Eadem

Pisau-

Roma-

F I N I S

DECISIONES
SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
Coram
R.[MO] P. D. LANCETTA
EJUSDEM SACRÆ ROTÆ DECANO

BENEVENTANA NULLITATIS TESTAMENTI.

Lunæ 13. Januarii 1710.

ARGUMENTUM.

:æordinatio ad testandum quænam vere sit? Voluntas Testatoris expressa quoad legata non extenditur ad hæredis institutionem, quam præsertim anteà interrogatus rejecit: in quo casu deficiente voluntate pro validitate testamenti, facienda non est interpretatio, quæ fieret, si de solemnitatibus, vel accidentalibus esset dubitatio. Quando Schedula debet a Testatore consignari distinguitur. Refertur dispositio Statuti Beneventani quoad institutionem hæredis, & dispositionem, quam, & alia similia, locum habere, etiamsi in testamento insit aliqua legata pia, non tamen quoad illa, firmatur, & cur?

SVMMARIVM.

Voluntas testatoris in ultimis voluntatibus totum gerit.

Præordinatio ad testamentum sponte a testatore facta dici potest, & clarè apparens, quæ consistit in scriptura manu propria facta, vel in voluntate libere patefacta testibus fide dignis.

Præordinatio, pro qua testatorem pluries, & pluries Notarius interrogare debuit, potius ad effugiendas vexationes, quam libera dicitur.

Schedula præparatoria non est illa libera voluntas a jure in ultimis elogiis volita, cum mens sit ambulatoria: sed cum ad actum per consignationem, aliaque juris solemnia deducitur.

Testes exceptiones patientes non probant.

Neque testis unicus.

Proximiores in gradu admittuntur ad hæreditatem ab intestato illius, qui absque legitimo testamento decessit.

Voluntas testatoris clarissimè depromitur per responsionem ab eo factam per verbum No.

Voluntas libera, & independens in materia ultimarum voluntatum est necessaria.

Responsio a testatore ad inoportunas Notarii interrogationes data non fert illius liberam voluntatem.

11 *Responsio testatoris ab inoportunis interrogationibus elicita censetur; si adsit instantanea voluntatis mutatio, sine legittima causa.*

12 *Voluntatis instantanea mutatio non præsumitur. nisi de legittima causa doceatur.*

13 *Responsio affirmativa testatoris respiciens legata pia &c. de quibus dumtaxat interrogatus fuit, non protrahitur ad institutionem hæredis, de quo non est facta mentio in interrogatione, & precedenter manifestè fuerat exclusus, juncto num. 15.*

14 *Responsio interpretanda est, ut correspective se habeat ad interrogationem.*

16 *Testibus testamentariis numero pluribus major fides est adhibenda.*

17 *Testis unicus, & in suo dicto singularis nihil probat.*

18 *Interpretatio ea in dubio facienda, quæ actus, seu testamenti validitatem tuetur.*

19 *Declara conclusionem in testamentis tunc procedere, quando dubium est circa accidentolia, seu solemnia, non verò quando de voluntate non constat, vel ea excludatur.*

20 *Et in secundo isto casu amplia, ut nec favore piæ causæ possit fieri talis interpretatio.*

21 *Schedula testamentaria a testatore Notario est consignanda, quando eadem præsens est in actu publicationis; ad differentiam dispositionis relative ad schedulam penes tertium, aut aliquo loco existentem; alias nulla est dispositio.*

22 *Statutum Beneventanum disponit, quod testatores hæredem ore proprio nominent, non ad alterius interrogationem, vel unto sub pæna nullitatis; & notario præcipit, quod sub pæna falsi debeat præcise notare modum, quo testator disposuit, & hæredem instituit.*

23 *Et testamentum factum contra hanc formam est nullum.*

24 *Statutum generaliter de testamentis loquens, est generaliter de quocumque testamento intellegendum.*

25 *Statutum virtualiter comprehendit casum mixtum, attenta ratione finali obvian-* di

di fraudibus, ex indentitate, vel majoritate rationis.

26 *Præsertim cum est ob publicam utilitatem.*

Publica utilitas latam patitur interpretationem.

27 *Statutum locum habet, etiamsi in testamento aliquod legatum pium contineatur, & cur?*

28 *Declara locum non habere, quatenus agitur de invaliditatione legatorum piorum, adeout ista semper valida sint, etiam non servata forma statuti, & cur? Benè tamen ne testamenta, in quibus hujusmodi legata reliquuntur eximantur a statutariis solemnitatibus.*

DECISIO DCXXVII.

PRonunciatum fuit per quatuor Judicata Rotalia præviis quinque Decisionibus de more editis, testamentum Joannæ de Terragnolis apertæ nullitatis vitio subjacere; sed ad huc lis omnibus non acquiescens Ferdinandus Carissimus ejus vir in dicto testamento hæres scriptus, obtinuit à Signatura Justitiæ rescribi *Alteri qui ad legitimam*, & hodiè disputato dubio commissioni conformi, prodiit rescriptum procedendum esse ad legitimam executionem.

Revocatis siquidem ad novam, necnon exactam trutinam quibuscumq. fundamentis pro validitate præfatæ ultimæ dispositionis per Scribentes deductis, sive verius repetitis, visũ fuit Domini: illa nequaquam obstare posse, quin iterum resolvendum esset pro nullitate Testamenti ex iisdem defectibus in aliis Decisionibus ponderatis, Intrinseco scilicet voluntatis defuncti, & extrinseco solemnitatis à jure civili, & municipali demandatæ.

Quantum enim attenet ad defectum voluntatis, qua procul dubio in ultimis dispo-
1 sitionibus tota res geritur ad *Text. in l. in conditionibus ff. de condit. & demonstrat. §. Disponat auth. de nupt.*, cum mordicus scribentes insisterent in asserta præordinatione ad effectum ipsam voluntatem desumendi etiam in hac propositione, existimarunt Domini, hujusmodi fundamentum esse rejiciendum, tam ex quo in præsenti hypothesi minimè agitur de tali præordinatione, quæ
2 omnino à Testatrice sponte facta dici possit, qualis esset illa confecta per scripturam manu propria, vel liberè patefacta testibus fide dignis, itaut clarè, & absque ambiguitate de ipsa constaret: ad firmata *per Rotam dec.*418. *num.*4. *par.*18. *rec. tom.*2., sed de præordinatione, quæ non caret suis difficultatibus, cum testes deponant, quod signanter occasione scribendi hæredem plu-
3 ries, & pluries Notarius debuit interrogare Joannam, quod sanè ostendit quantum abhorreret ab hac hæredis institutione, adeout potius ad effugiendam vexationem ad hunc actum præter voluntatem devenisse dicendum veniat, ut ponderatur in *decis.*2. *Reverendiss. Molines Decani §. Nec juvat.*

Quam eo quia certum est, schedulam præparatoriam non esse illam voluntatem à
4 Jure ad validitatem in ultimis elogiis volitam, quę sicuti est ambulatoria usque ad extremum spiritum, ità tunc solum attendi debet, quando ad actum per consignationem, aliaque juris solemnia deducitur, ut optimè aliis adductis firmatur in *dec. R. P. D. mei Omanna § Quemadmodum, & R.P.D. mei Scotti §. Cum igitur.*

Prout nec etiam ullam esse habendam rationem Domini censuerunt de exceptione, quod isto casu admitterentur ab intestato Fratres de Terragnolis non solum à Joanna testatrice non dilecti, sed illi potius exosi, ut probatum supponitur, ex quo post conditum Testamentum de quo agitur, fuit monita testatrix à Canonico Boraglia ad instantiam Fratrum de Terragnolis, ut aliquid eis relinqueret, & illa pluries renuit: quoniam nec odium in genere, nec ista circumstantia probatur ex depositionibus te-
5 stium innumeras exceptiones patientium, & latè examinatas in præteritis decisionibus, cum quibus DD. transierunt. Absque eo quod attendi mereatur depositio dicti
6 Canonici Boragliæ, cum sit unicus, ut latè in prima decisione Rm̃i Decani §. *Minime subsistente*, & in aliis subsequentibus, ac in omnem casum satisfacit responsio, leges sanxisse, quod Priximiores in gradu admittan-
7 tur ad hæreditatem ab intestato, ubi aliquis absque legitimo testamento decedat, ut est *Text. in auth. de hæred. ab intest. venient. §. Si verò*, & latè apud *Mart. de succesf. legal. par.*3. *quæst.*2. *num.*1, *& seq.*, atque firmat *Rota coram Cerr. dec.*133 *num.*5.

Quibus positis voluntatis defectum satis apertè resultare DD. adhuc visum fuit ex quo Joanna Testatrix interrogata à Notario, an schedula, quam ipse præ manibus habebat suam voluntatem contineret; respondit
8 *negative* per verbum *Nò*. quo nil clarius profecto uti poterat ad excludendam institutionem Carissimi: accedentibus insuper aliis circumstantiis latè in omnibus Decisionibus in hac causa ponderatis. Non attento, quod subindè secunda responsio elicita per alteram interrogationem Notarii probata fuerit *affirmativè* per verbum *Sì*: quoniam iterum visum fuit DD. ex ista minimè haberi posse certam probationem voluntatis circa institutionem Hæredis, prout requiritur.

Tum quia Testes deponunt hanc secundam responsionem affirmativam haud quaquam habuisse originem ab illa libera, & in-
9 dependenti voluntate in hisce materiis testamentariis necessaria, ad *Text. in l.* 1. *C. de Sacrosf. Ecclesf.*, & firmat *Rot. dec.* 211. *n.*17. *par.* 19. *rec. tom.*1., sed potius ab importu-
10 nis instantiis Notarii juxta depositionem Testium: idque etiam maximè suadetur ex
11 instantanea voluntatis mutatione, quæ non est præsumenda, nisi de legitima causa do-
12 ceatur, ut ponderant Decisiones, & præcipue

cipue illa R.P.D. mei Scotti §. *Et quamvis*. Tum etiam quia ex testibus testamentariis hæc Joannæ voluntas quoad hæredis institutionem excluditur; dum fere omnes concludunt in suis depositionibus, responsionem affirmativam secundo loco editam respexisse
3 solummodò electionem sepulturæ, & legata pia, de quibus dumtaxàt fuerat eadem Testatrix interrogata; quod consonat illi ju-
4 ridico axiomati, responsionem scilicet semper interprætandam fore, ut correspectivè se habeat ad interrogationem *Text. est apertus in* §. *Preterea instit. tit. de inutil. stipulat.*, ac aliis cumulatis firmat *Rot. decis.* 67. *n.* 14. *part.* 15. *rec.*, ac per consequens nullatenus adaptanda hæredis institutioni omni-
5 nò diversæ, quam primo loco manifestè exclusèrat per negatiuum responsum, & de qua secundo loco nulla fuerat in interrogatione facta mentio.

Non attento, quod duo ex Testibus, videlicet Canonicus Boraglia, & Horatius Brunus deposuerint, secundam interrogationem fuisse etiam de hæredis institutione:quoniam præter exceptiones contra illos adductas, & in singulis decisionibus ponderatas, advertêrunt DD., quod solus Boraglia fuit in testamento descriptus,& contra ejus dictum militàt alii sexTestesTestamentarii,qui deposuerunt, secundam interrogationem legata pia dumtaxàt, & electionem sepulturæ respexis-
16 se: quamobrem tum ex dispositione Juris communis, tum etiam Statuti Beneventani major fides adhiberi debet Testibus numero pluribus,ex firmatis per *Rot dec.* 2. *nu.* 7. *par.*18., *& dec.*520. *n.* 15. *par.* 19. *rec*, quam
17 uni tantum, & in suo dicto singulari, qui nihil probat,ad*Text.expressus in cap.veniens* 10., *& cap. licet ex quadam* 47. *de Testib.*, *& attestat.*

Adeout curandum non sit, quod in dubio
18 ea sit interpretatio, quæ actus, sicque Testamenti validitatem tuetur: id enim proce-
19 dere posset, si ageretur de Testamento, pro quo vigeret clara, & indubitata voluntas, & dubium tantummodo versaretur circa quædam accidentalia, seu solemnia; non autem quando de voluntate non constat;quinimo illa ex supradictis in totum exclud tur *Mantic. de conject. ultim. volunt. lib.* 2. *tit.* 15. *per. tot.*, & signanter *num.*14., & firmat *Rot. dec.* 282. *n.* 11. *coram Dunozett. Sen.*,
20 quo casu nec etiam favor piæ causæ posset considerari, ad firmata per *Rot dec.*488.*n.*12. *cor. Pentinger.*, ubi concordantes.

Defectum voluntatis alter non minoris relevantiæ defectus solemnitatis subsequitur: quandoquidem Joanna constanter recusavit accipere pluries, & pluties sibi oblatam schedulam, illamque Notario consignare;
21 prout requirebatur isto casu, quo schedula erat præsens in actu publicationis, ad differentiam alterius dispositionis relativæ ad schedulam penes tertium, aut in aliquo loco existentem, uti distinguendo firmatum fuit in *dec. R.P.D. mei Omanna* §. *Neque juvat*, *& R. P. D. mei Scotti* §. *Cæterum* & licet ad probandam hujusmodi consignationem iterum informantes proCarissimo insisterent in depositionibus plurium Testium illam comprobantium; tamen nulla de eis fuit habita ratio præter exceptiones contra singulos aliàs oppositas, & egregie firmatas in Decisionibus, quas hic inutiliter haud repetendas esse existimarunt.

Præter hanc nullitatem à Jure communi
22 promanantem, concurrit altera, de qua in Statuto municipali, quod mandat sub pœna nullitatis, hæredes ore proprio à Testatoribus institui, non autem nutu, nec ad alterius interrogationem; præcipiendo insuper Notario, quod sub pœna falsi debeat præcise exarare modum, quo usus fuit testator in disponendo, & hæredem instituendo.

Qua propter si in utraque parte Statuti forma neglecta fuit, sive consideretur persona testatricis, quæ institutionem hæredis
23 ore proprio facere non curavit, ut tenebatur; sive persona Notarii officio suo non rite perfuncti,dum in rogitu nullam fecit expressionem eorum, quæ circa hoc testamentum evenerunt, ut in omnibus hujus causæ Decisionibus; nulla profecto cadere potest dubitatio, quod omissà dicta forma per Statutum inducta,Testamentum Joannæ evidenti nullitate laboret: ex firmatis per *Rot. decis.*547. *n.*13. *par.*18. *tom.* 2. *rec.*

Absque eo quod contra prædicta valeat ponderari, Statutum ipsum loqui tantum de testamento in scriptis, vel sine scriptis; exindeque nullo modo comprehendere posse casum præsentis testamenti, utpote nuncupativi nuncupatione implicita: quia cum Statutum non solum loquatur generaliter,
24 & per consequens sit etiam generaliter intelligendum, ad *Text. in l. in fraudem* §. *ultimo ff. de testam militar.*: verum etiam quia virtualiter comprehendit simile genus testamentorum ob illam rationem finalem
25 obujandi fraudibus, quæ operatur, ut ex ipsius identitate, vel majoritate casum mixtum de utroque participantem contineat,
26 potissimum ob publicam utilitatem, quæ patitur latam interpretationem; ut optime simili ratiocinio ponderatur in *dec. R.P.D. mei Scotti* §. *Parum refragante*.

Neque ad salvandum hoc testamentum à nullitate ex Statuto proveniente, placuit responsio, quod illud excipiat dispositiones factas favore venientium ab intestato, & illas, in quibus aliquid ad pias causas relictum sit: ut propterea cum testamentum Joannæ legata pia contineat, validitatis robur ex hac moderatoria sanctione assumere possit; quandoquidem DD. placuit illa animadversio, quod scilicet actum esset de Staruto, si vires
27 suas non posset extendere ad dispositiones aliquod pium opus continentes; cum fere nullum hodiernis temporibus detur testametum, in quo pium aliquod legatum non existat.

Quamobrem moderationem præfatam pia reli-

relicta respicientem, solum intelligendam es-
28 se dixerunt, quatenus tantum agatur de validitate legatorum, adeout ista semper valida sint etiam non servata forma statutaria, ex defectu potestatis in statuentibus, ut ad *Text. in cap. Ecclesia S. Mariæ de constit.*, pluribus relatis firmat *Rot. dec.* 239. *nu.* 19. *par.*17.*rec.*, non autem ut ex illa quæcunque testamenta eximantur à præscriptis solemnitatibus, ubi in iisdem Legata pia relinquantur, ut firmatur in Decisione R.P.D. Scotti. Et ità utraque &c.

BENEVENTANA NULLITATIS TESTAMENTI SUPER RETENTIONE.

Lunæ 13. Januarii 1710.

ARGUMENTUM.

Immaginaria solutio & text. *in L. Quod si possessor ff. De Petit. hæreditat.* quando locum habeant. Solutio debitorum Uxoris, præter bona dotalia, alia habentis, non ex Viri pecuniis, sed Uxoris facta censentur: etiam si viri pecunias esse fuerit expressum: quando tamẽ ex conjecturis hęc expressio evertatur, ut sunt ejus nimia animositas in solvendo, conquestiones Mulieris, insolitæ cautelę & nimia tenuitas patrimonii d. Viri. Maritus sibi Uxoris debitum accollans, si soluit, repetere nequit. Fructus census super Domo dotali impositi, qui à Viro fuerunt soluti, si Domus evincatur, an ab Uxoris bonis repeti possint; quod etiam examinatur circa expensas reparationis domorum dotalium, Laudemiorum, & Canonum. Ob nomen debitoris cessum, ut contra cedentem rediri possit, quid requiratur? & quid tunc operetur evictionis obligatio. Receptæ an contra tertios probent? Melioramenta, ut reficienda peti possint, quid probandum?

Confirmatur infra dec.669.

SUMMARIUM.

1 *Decretum, seu mandatum validum, & justum, est legitimę executioni demandatum.*

2 *Pro credito pecuniario possunt retineri in pignus bona hæreditaria obligata, sed offerente hærede illorum solutione, bona sunt dimittenda.*

3 *Immaginaria solutio, ut fiat bonorum pro creditis, requiritur, quod illa sint liquida, & certa, & quod creditor habeat qualitatem hæreditariam.*

4 *Declara hæredem debere esse creditorem de tempore aditionis, aliàs immaginaria solutio non datur.*

5 *Textus in* L. quod si possessor ff. de petitione hæreditatis *concedens possessori retentionem bonorum defuncti declaratur.*

6 *Vel si tribuit etiam immaginariam solutionem; eam, non dat pro legatis solutis, postquam à vero hærede super petitione hæreditatis controversia moveatur.*

7 *Immissionis canonizati judicii effectus, ut retardetur, requiruntur credita omninò liquida, & clara sine exceptionibus.*

8 *Litis renunciatio operatur, ut ampliùs eadem impugnari nequeat.*

9 *Debita testatoris ex fructibus, pecuniis, jocalibus &c. abundanter in ejus hæreditate repertis, si ea postmodum in dotem secundo viro data non sunt, extincta dicuntur ab Uxore hærede, & non ex aliis dicti secundi viri pecuniis.*

10 *Maximè si id ex conjecturis adminiculetur.*

11 *Simulatio solutionis ex propriis pecuniis viri debitorum hæreditatis ad Uxorem spectantis, deducitur, si illa continuetur post inhibitionem.*

12 *Quod amplia etiamsi inhibitio facta non esset creditoribus, qui mandata expediverint: nam tunc solvens aliquam protestationem emisisset.*

13 *Et cum Mulier conquesta pluries fuerit, virum cum Uxoris pecuniis proprio nomine contractus explere.*

14 *Et cum sit cum insolito modo mutuandi Uxori per interpositas personas affinium, & amicorum.*

15 *Modus insolitus præsefert suspicionis fomentum.*

16 *Et cum solvens esset valdè pauper.*

17 *Inverisimilitudo plurimum attenditur ad arguendam simulationem.*

18 *Accollatarius efficitur principalis debitor, ac si ab initio pro debitis accollatis sese obligasset.*

19 *Accollatio debitorum Uxoris non impedit, quin vir accollatarius ejus pecuniis extradotalibus in extinctione potuerint uti.*

20 *Solutio legatorum, & debitorum cum ab alio facta est propriis pecuniis, hæredes refundere tenentur, secus si cum pecuniis auctoris.*

21 *Turbiditas in creditis sat est, ut illa immissionis judicium non retardare possint: sed ad suum congruum remittantur.*

22 *Census in fundo dotali cum ejus præcisa expressione assignatus, à viro ex fructibus est solvendus.*

23 *Evictio ei, ex cujus facto, & præordinatione descendit, non debetur.*

24 *Fructus bonorum extradotalium censetur ad viri manus pervenisse, & est communis opinio.*

25 *Vir soluens onera in bonis extradotalibus ex eorum fructibus solvisse præsumitur.*

26 *Legata pendente lite super nullitate testamenti nec peti, nec solvi possunt.*

27 *Possessori bonæ fidei solventi legata ante motam litem super nullitate Testamenti sufficit, si postea succumbat, ut actiones hæredi cedat adversùs legatarius, juxta Text. in* L.quod si Possessor ff.de petit. hæredit.

28 *Secùs si legata solvat post motam litem sine cautione super nullitate testamenti, nam tunc dolo non caret.*

29 *Vir tenetur ad expensas funeris Uxoris ex statuto Beneventi.*

30 *Etiamsi mulier eidem in suo testamento derogare videretur: quando testamentum istud est nullum.*

31 *Laudemium pro renovatione investiture bonarum dotalium constante matrimonio vir de proprio persolvere tenetur.*

32 *Expensas parvas pro reparatione domus dotalis vir subire tenetur constante matrimonio.*

33 *Cessianarius debet docere de diligentiis contra debitorem cessum, ante quam contra cedentem, vel ejus hæredes habeat regressum, ut appareat de quo tempore sit factus inexigibilis.*

34 *Etiamsi cedens de evictione sese obligaverit. Evictionis obligatio importat veritatem, & realitatem nominis cessi, non exigibilitatem.*

35 *Solutio pro fructibus census ab Uxore debitis, quam creditores à viro, & Uxore recepisse dicunt cum extradotalibus Uxoris potius pecuniis facta præsumitur.*

36 *Declaratio satisfactionis à creditoribus facta, contra ipsos, & non in Tertii præjudicium operatur.*

37 *De melioramentis, ut constare dicatur omninò firmari debet etiam status antiquus, ex quo apparet quid sit melioratum.*

38 *Melioramenta necessaria in totum sunt reficienda.*

39 *Melioramenta, cum ex cujus pecuniis facta sint Testes hinc indè contrarientur, immissionis judicium non impediunt, sed ad aliud redditionis rationis remittuntur.*

40 *Expensæ modicæ litium super rebus dotalibus à viro repeti nequeunt.*

41 *Præsertim si cum hoc præciso onere litium dotem recepit.*

42 *Canones rebus dotalibus insitos constante Matrimonio solvere tenetur maritus.*

43 *Canones decursi soluto matrimonio, soluti a viro detentore bonorum mulieris, ab illo afferri debent in judicio liquidationis fructuum.*

44 *Fructus dicuntur illi, qui remanent deductis oneribus.*

45 *Canones debiti a bonis extradotalibus ex ejus fructibus a viro soluti dicuntur, & cur.*

46 *Fructus ex credito merè pecuniario sine usuraria labe prætendi nequeunt.*

DECISIO DCXXVIII.

Immissionem, quę in sequelam nullitatis controversi testamenti, Fratribus de Terragnolis ad bona hęreditaria Joannæ sororis per tres conformes sententias à nostro Tribunali concessa fuerat; retardare satagens Ferdinandus Carissimus dictę Joannę vir plura, & diversa credita in medium protulit, pro quibus dictorum bonorum retentionem expostulabat.

Quamborem licet judicium immissionis jam pene consumatum esset; attamen ut expeditiori, qua fieri posset justitia utrique Parti consulerent, DD.una cum dubio principali super immissione in quarta instantia concesserunt aliud etiam supra dict s creditis, & utroque proposito die 13. Februarii 1708. coram R. P. D. meo Scotto, quemadmodum super primo responderunt, *constare de tribus*, ità quoad alterum distinxerunt credita in tres classes, sub quarum prima reposita fuerunt primum, secundum, quintum, sextum pro rata ducatorum quatuor centum, octauum, & decimum quartum, atque hæc tunc probata visa fuerunt ad obtinendam retentionem. Altera classis efformata fuit ex quarto, undecimo, duodecimo, & decimo tertio, quę tanquam turbida nullum prorsus fundamentum pro prętensa retentione constituere poterant. Demum in tertia classe calculata fuerunt tertium, sextum, dempta rata dictorum ducatorum quatuor centum, septimum, nonum, decimum, decimum quintum, & decimum sextum, quæ utpote omnino insubsistentia rejecta fuerunt demptis tamen quoad istud postremum creditum solutionibus factis post solutum matrimonium, de quibus habenda erit ratio in Judicio redditionis rationis, ut videre est ex dicta *decisione 23. Februarii 1708. coram R. P. D. meo Scotto.*

Petente autem Ferdinando expeditionem causæ super prædictis creditis, cum fratres de Terragnolis in memoriali pro nova audientia desuper porrecto, turbiditatem primi, secundi, & decimi quarti crediti ex noviter deductis, & ponderatis ostendissent, placuit DD. dicta tria credita ex classe illorum, quæ ad obtinendam retentionem probata extiterant, transferre ad alteram classem constitutam ex iis, quæ tanquam turbida in petitam retentionem influere non poterant; Ultrà enim turbiditatem, qua involuebantur, animadversum fuit, quod ea congruam obtinere poterant compensationem cum debitis fructuum, jocalium, argentorum, aliarumque rerum, quæ à Ferdinando Fratribus de Terragnolis debita erant, ut constat ex brevi *decisione edita 4. Maii 1708. coram R. P. D. meo Scotto.*

Acquieverunt Fratres de Terragnolis hujusmodi resolutioni; sed animadvertentes prædicta credita admissa, esse mere pecuniaria, proindeque facta solutionis oblatione non posse Ferdinandum pro illis retentionem pretendere. Hinc antequam ad Causæ expeditionem procederetur, pro admissione hujusmodi oblationis institerunt, & pręvia brevi decisione 22. Junii 1708. voti compotes fieri obtinuerunt.

Interposita rursus appellatione per Ferdinandum, causaque coram Me in quinta instantia instaurata, geminum dedi dubium, alterū respiciens nullitatem testamenti, super quo *procedendum esse ad legitimam* responderunt DD., ut in alia mea hodierna decisione, & alterum concernens credita, circà quod pariter responsum habui, *procedendum esse ad legitimam, & constare de credito*, juxtà modum inferiùs exprimendum.

Cum

Cum enim Rotale Decretum mandans re-
cipi pecuniam à Terragnolis oblatam respe-
ctu creditorum admissorum, validitati, &
1 justitiæ undequaque iooixum sit; utique le-
gitimæ executioni demandandum venit, ex
notis juribus, de quibus *Rot. cor. Dnnozett.*
Jun. decis.513. num. 1. & decis.173. num.1.
par. 19. rec.

Validitas non controvertitur; Justitia
autem resnitat ex eo, quod credita antedi-
cta, cum sint mere pecuniaria; potuit qui-
2 dem Ferdinandus in pignus retinere bona
hæreditaria, quæ sibi obligata eraut, sed
comparente herede, qui prout hic, pro il-
lorum dimissione solutiooem offerat, tenetur
eadem bona dimittere, ut præter adductos
in decisione edita 22. Junii 1708., probant
Merlin. de pignorib. lib. 3. tit. 2. quæst. 76.
n.12: & seqq., Rot. coram Coccin.dec. 1704.
num. 1. & seqq., & in rec. dec. 300. num.16.
par.17.

Nec suffragari potuit Ferdinando imagi-
narla solutio, cujus ope, cum ab initio facta
præsupponatur, bonorum retentionem sibi
competere authumabat; quià cum ista ultra
3 creditum certum, & liquidum exigat in
creditore qualitatem hæreditariam; profe-
ctò eidem opitulari non poterat, utpotè hac
qualitate destituto: ad *Textum in leg. si ei*
cui §. primo ff. de evictione., & leg. Hicbum
§. Addito ff. de solut., Giovagnon. consil.73.
num.106 lib.1., Card. de Luca de credit disc.
136. num.10., Rot. dec. 84. num.39. & seqq.
part.18. rec.

Fortius quia credita, de quibus agitur
post aditam hæreditatem acquisivit Ferdi-
nandus: quamobrem nullo modo locus esse
potest imaginariæ solutioni, quæ neque suf-
4 fragatur, nisi de tempore aditionis jàm fue-
rit creditor, ut firmat dicta decisio 22. Junii
1708. §. *Potissimè*, & concorditer notant
Giovagnon. dicto consil 72. num.60. & seqq.
lib.1., Rocc.dispntat. Jur. Select. cap.51.n.56,
Rot. in recent. dec. 517. n.4 & 5.par.14., &
in Pisauren. successionis 12. Januarii 1699.
§ Nam Domini coram Reverendissimo Con-
chen.

Neque applicabilis visa est præsenti hypo-
5 thesi censura *text. in l. quod si possessor ff. de*
petit. hæredit., tum quia ad conciliandas au-
thoritates superius adductas, dicendum est,
quod retentio per eum concessa possessori he-
reditatis intelligenda sit in simplex pignus,
donec per hæredem ei fuerit satisfactum; tum
quia tota vis d.textus in eo stat, ut possessor,
qui de proprio solvit, non defraudetur, ideo-
que dum heres solutionem offert, cessat ista
ratio: Tum demum quia apertè loquitur de
possessore, qui antequam a vero hærede su-
6 per hæreditatis petitione lis mota esset, le-
gata in testamento scripta de proprio solve-
rat ibi -- *Ut eo tempore solverit legata, quo*
adhuc nulla controversia mota sit -- Et proin-
de cum Ferdinandus legata ex quibus ejus
creditum resultat post motam litem persol-
verit, prædicta textus dispositione juvari non
potest, ut notat ibidem *Glos. in verbo mota*
sit, & advertuot DD. signanter *Bart., Bald.,*
& Castrens.

Demonstrata ex his justitia decreti Rota-
lis respectu admissę oblationis pecuniæ; ju-
stum pariter visum fuit, quoad tria tantumo-
do credita in eo admissa. Cum enim verse-
mur in privilegiato judicio immissionis, quod
jam per quatuor uniformia judicata, ut dice-
7 bamus, consumatum extitit, utique ad il-
lius effectum retardandum requiruntur cre-
dita omnino certa, & liquida, quæ nulla
penitus exceptione redargui possint; nam
alias ad congruum liquidationis judicium
rejici debent; ad passim tradita per *Rot.dec.*
129 n. 10.p. 11., dec. 487. n.47 p. 19. rec., &
in Romana Salviani 23. Januarii 1689. §.
Quo vero cor. Reverendissimo Conchen., &
in Romana hæreditatis 2. Junii 1704.§. Pro-
bata cor. R. P.D. meo Priolo.

Hinc omissa disputatione super quinto,
sexto pro rata ducatorum quatuordecim, &
octavo ex dd. creditis, quæ nequeunt am-
plius in controversiam deduci, nedum utpo-
te canonizzata in d. decisione 4. Maii 1708.
coram R.P.D meo Scotto a Terragnolis ac-
ceptata, sed etiam per judicialem renuncia-
tionem litis ab eisdem approbata, quæ litis
8 renunciatio operatur, ut dd. partitæ amplius
impugnari non possint: juxta *text. in l. post-*
quam lite C. de pact., Galerat. de renunciat.
cent. 1. renunc. 18. n. 11., Rot.dec. 518.n.15.
p. 18. rec.

Et aggrediendo examen aliarum partita-
rum juxta ordinem servatum in decisione
R.P.D. mei Scotti, turbidum profecto ap-
paruit primum creditum ducatorum 1400.,
quos per interpositam personam mutuaverat
Ferdinandus Joannæ Couingi, ad effectum
dimittendi PP. Societatis Jesu, aliosque le-
gatarios quondam Josephi de Abbatibus ejus
primi Viri, nec non secundum ducatorum
450., vel potius ducat. 350., quatenus Caris-
simus dimittat domum valoris ducat. 100. in
computum acceptam, ut firmatum fuit in
prima decisione R.P.D. mei Scotti §. *ex iis-*
dem, proveniens ex alio consimili mutuo in
satisfactionem Cæsaris Maccabei creditoris
memorati Josephi pariter erogato. Nam
præmisso, quod Joanna ab hereditate primi
viri præter bona stabilia, consecuta fuerat
pecunias, jocalia, frumentum in notabili
quantitate, fructus pendentes, & conspi-
cuam Creditorum summam, ut resultat ex
Inventario bonorum hæreditariorum, quæ
omnia cum sufficienter non justificentur tra-
9 dita fuisse in dotem Ferdinando, non levis
utique indè emergit præsumptio, quod so-
lutio legatorum, & debiti cum eorum sub-
stantia expleta fuerit, ut ad rem ponderat
Rota cor. Pamphil. dec. 284. per tot., & in
Romana, seu Januen. pecuniaria 5. Martii
1681. §. Quoniam cum ex facto cor. bo. me.
Ursino, & in Romana census. & cantbclæ
Angeli 28. Januarii 1701.§. Probata autem,
& in Bononien. fideicommissi Alexii de Ur-
sis

s super portione Annibalis 23. Maii 1709.
. Tum quia cor. R. P. D. meo Aldrovando.
Maxime quia hujusmodi presumptiu fo-
ıentum recipit ex pluribus coniecturis,
quæ predictum mutuum suspectum, & si-
ıulatum reddunt. Primum resultat ex quo
ost primam solutionem ducatorum 200. fa-
tam PP. Societatis Jesu, inhibitus fuit Ca-
issimus a Gubernatore Beneventi, ne ad ul-
eriorem solutionem procederet; & tamen
cum ipse hujusmodi inhibitione spreta solu-
.onet continuaverit, ex hoc facto magna
ritur simulationis præsumptio, ut ponderat
:cunda decisio §. *Siquidem*, & tradunt *No-
uerol. allegat.* 10. *n.* 36. *&* 61., *Rocca dis-
ıtat Jur. select. cap.* 46. *n.* 11., *& sequen.*
ion refragante responsione in prima deci-
one admissa, quod inhibitio facta non fuit
reditoribus, qui interim mandata reporta-
:rant, unde solutio fuit potius coacta ad
evitandam executionem, quam voluntaria
l simulandum, quoniam semper occurrit
plicatio, quod si vera simulatio non fuisset
hujusmodi inhibitionibus territus ali-
ıam protestationem interposuisset, aut so-
tionem alio modo explevisset, ut prose-
iitur *Noguerol. d. allegat.* 10. *n.* 61.
Secunda coniectura descendit ex conque-
onibus pluries factis ab ipsa Joanna, quod
:ilicet ejus vir nomine proprio explebat
ntractus, quando revera pecuniæ ad ip-
m spectabant, ut advertit secunda decisio
§. siquidem, & firmatum fuit *in Romana*,
Albanen. Ferracci 4. *Maii* 1708. *§. De-
que cor. R.P.D. meo Priguae.*
Tertia deprompta fuit ex insolita, & af-
ta cautela mutuandi per interpositas
ersonas affinium, & amicorum. Cum
im hujusmodi mutuum fieri potuisset cum
xpressione, quod explebatur de propriis
ıa pecuniis, insolitus ille, & coloratus mo-
s aliquod præsefert suspicionis fomentum:
text. in l. matrem Cod. de probat., cum
is adductis per *Gratian. disceptat. forens.
p.* 479. *n.* 70. *Rota cor. Dunozett. jun. de-
r* 703. *n.* 15., *& in Romana cambii* 10 *Fe-
ıarii* 1699. *§. In eadem cor. R. P. D. meo
otto.*
Tandem ex tenuitate Patrimonii d. Fer-
ıandi deducebatur quarta coniectura; cum
attenta durum omnino, ac inverisimile
lereretur, quod summas adeo conspicuas
ıutuare potuerit Uxori; inverisimilitudi-
m enim plurimum attendi ad arguendam
nulationem voluerunt *Roc. disput. Jur.
ect. d. cap.* 46. *n.* 13., *Card. de Luc de cre-
. disc.* 77. *n.* 4. cum concordantibus apud
t. dec. 191. *n.* 12. *cor san. me. Alex. VIII.*,
in Anconitana pecuniaria 27. *Junii* 1698.
Neque obstare cor. bo. me. Muto.
Nec obstat, quod Ferdinandus in capitu-
matrimonialibus initis cum Joanna in se
:ollaverit dd. legata, & debita. Ultra quod
im talis accollatio concludit potius, quod
e etiam si soluisset de proprio, non posset
idquam repetere, cum per accollationem
effectus fuerit principalis debitor, acsi ab
initio ad illius solutionem sese obligasset,
Rot. post Cenc. de Cens. dec 547. *n.* 1., *&* 2.
& cor. Otthobon. dec. 64. *n.* 13. Non impli-
19 cat, quod ad effectum solvendi debita ac-
collata uti potuerit pecuniis ipsius Ioannę,
ut de se patet.

Minusque obsistere potest animadversio
prioris decisionis, quod si legata, & debita
soluta non fuissent, ad illa modo tenerentur
20 fratres de Terragnolis, nam illatio proce-
deret, quoties apertè constaret, solutiones
factas fuisse de proprio a d. Ferdinando; ve-
rum cum ex hucusque deductis potius appa-
reat, illas expletas fuisse ex bonis extrado-
talibus Joannæ, optime datur intelligi, quod
si hereditas ex d. dimissione com dum repor-
tavit, sensit etiam diminutionem proprię sub-
stantię.

Ex his itaque quidquid sit, an eruí possit
insubsistentia dictorum creditorum, clara
21 dubio procul resultat illorum turbiditas, quę
sufficit ad hoc, ut remitti debeant ad suum
congruum judicium redditionis rationis, ex
supra firmatis.

Tertium creditum ducatorum 607. soluto-
rum Mercurio Fogllanesio, & Magdalenę
Abbati, iterum insubsistens apparuit ex ra-
tionibus in priori decisione deductis §. *Ter-
tium* quibus hoc unum superaddiderunt DD.
quod dato etiam, quod cedula bancaria, &
argenta, cum quibus dimissi fuerunt præfati
creditores, fuerint precedenter eidem Fer-
dinando in dotem tradita, adhuc inepta om-
nino esset prætensio retentionis, eum ad
summum id operari possit, quod in judicio
redditionis rationis illa exhibere non tenea-
tur, nunquam vero immissionem, quę unicè
concessa fuit ad bona stabilia retardare po-
terit.

Tanquam turbidum iterùm in suspenso re-
lictum fuit quartum creditum ducator. 635.
solutorum Capitulo Cathedralis pro annuo
legato ducat. 35., & pro quodam censu ca-
rolenorum 12. ejusdem Ecclesiæ Beneficiatis
pariter soluto, nam quoad carulenos 12. re-
sponsum fuit, quod domus hoc onere grava-
22 ta assignata fuit Ferdinando in dotem cum
præcisa illius expressione, & proinde ex fruc-
tibus dotalibus illud explendum erat, absque
23 eo, quod Maritus sub evictionis obtentu il-
lius refectionem prætendere possit, quia evi-
ctio ex ejus facto, & preordinatione descen-
dit *l. fundum meum ff. de evict.*, *Becc. cons.*
24. *n.* 22., *Surd. cons.* 70. *n.* 17., *Rot. dec.* 48.
n 11. *p.* 17. *dec.* 135. *n.* 10. *p.* 18. *rec.*, *& in
Romana fideicommissi de Quadris* 7. *Mar-
tis* 1701. *§. Absque eo quod cor. R. P. D. meo
Ansaldo.* Quo vero ad cæteras solutiones
iterum fuit animadversum, quod d. annuum
legatum impositum erat super quodam præ-
dio in contrada *Pezza piana*, ubi memora-
ta Joanna plura possidebat bona, alia nem-
pe libera, & alia eidem oneri obnoxia, &
bona libera solum in dotem assignata fuerunt;
24 quo posito, cum fructus bonorum extrado-
ta-

talium censeantur ad Viri manus pervenisse, ut de communi testatur *Card. de Luc. de dot.*
25 *disc.* 168. *n.* 8. consequens est, quod si Ferdinandus aliquid pro dd. oneribus solvit, solutum præsumatur ex fructibus bonorum extradotalium. *Rot. in Firmana In missionis* 3. *Iulii* 1702. §. *Hac autem cor. R. P. D. meo Priolo*.

Prætermisso autem quinto, utpote acceptato à Terragnolis, & transeundo ad sextum constitutum ex legatis per Ferdinandum solutis. Legata pro celebratione Missarum jam acceptata pariter fuerunt, legata verò prophana iterum bonificanda non esse censuerunt DD., ex quo ut probant authorita-
26 tes in prima decisione adductæ §. *Succedebant*. pendente lite super nullitate testamenti hujusmodi legata, nec peti, nec solvi poterant. Non obstante, quod Carissimo
27 ad intentum sufficiat cedere actiones hæredi adversus Legatarios, juxta *text. in l. quod si possessor ff. de petit. hæred.*, quia, ut dictum est supra in §. *Neque applicabilis*, dicti testus censura locum sibi vindicat in possessore bonæ fidei, qui solvit legata ante motam litem, nam si deinde solvat sine cau-
28 tione, non solum in mala fide, sed in positivo dolo versari dicatur, ut notat *ibidem Gloss. verbo mota* ibi -- *Nam mota controversia si sine cautione præstaret dolo carere non videtur*. Ideoque actiones hæredi cedendo contra Legatarios liberari non potest; ad optime tradita per *Oleam de cess. jur. in addit. ad tit.* 5. *qu.* 44. *n.* 3. *& seqq.*

Septimum creditum ducatorum 115. pro expensis funeris dictæ Joannæ facili negocio rejectum fuit; tum quia, ut observat prima Decisio §. *Subsequebatur*, ex dispo-
29 sitione Statutaria Beneventi vir tenetur ad hujusmodi expensas; tum quia etiam admisso, quod testatrix eidem derogare voluerit,
30 legando ducat. 400. pro celebratione Missarum *oltre l'associazione*, adhuc hujusmodi legatum ex testamento nullo non deberetur, ex supra firmatis.

Transitum faciendo ab octavo credito ducatorum 1000 pro lucro dotali, quod jam acceptatum fuit à Terragnolis, ad nonum ducatorum 55. pro laudemio renovationis investituræ domus dotalis, & decimum ducatorum 70. pro reparatione alterius domus pariter dotalis, illorum insubsistentiam optimè probatam habuerunt DD. ex adductis in sæpedicta priori Decisione §. *Nonum*: nam pro renovatione investitu-
31 ræ constante matrimonio reportata super re dotali tenetur maritus laudemium de proprio solvere, ut punctualiter animadvertit *Jon. de solemn. in contract. min. Gloss.* 20. §. 3. *num.* 57.; respectu verò ad expensas pro
32 reparatione domus, cum modici sint momenti habito respectu ad conspicuam dotem, utique maritus eas subire tenetur, ut præter auctoritates in prima decisione cumulatas probat *Text. litteralis in l. quod dicitur ff. de impens. in reb. dotal. fact.*, *Barbos. in l. divortio* §. *fin. num.* 35., *Gratian. disceptat. for. cap.* 236. *num.* 14. *& seq. ubi concordan.*

Subsequebantur undecimum, & duodecimum provenientia ex asserta inexigibilitate nonnullorum annuorum redditum in dotem traditorum, qui pro tempore constantis matrimonii calculabantur in ducatis 396. Verum neque ista vindicari potuerunt à turbiditate, qua involuta esse firmavit prima Decisio §. *Turbida etiam* : cum enim non doceatur, quod dicta nomina debitorum usque ab initio essent inexigibilia, & testes ad id inducti non deponant quo tempore
33 præcisè illorum decoctio secuta fuerit, constare omnino deberet de diligentiis Ferdinandi, antequam contra Cedentem, vel ejus hæredes regressum habere possit; per *Text. in l. si mandavero* §. *Interdum ff. mandat.*, *Andreol. contr.* 175. *per tot.*, *Rota dec.* 302. *num.* 13. *par.* 19. *rec.*, *& coram Peutinger. dec.* 423. *num.* 12. Non attenta replicatione,
34 quod hoc necessarium non esset in hypothesi; dum Joanna ad dictorum debitorum evictionem se se adstrinxerat; quoniam evictionis obligatio importat solum veritatem, & realitatem nominis cessi, non autem illius inexigibilitatem. Ad *Text. expressum in l. si nomen, ff. de hæred. vel. act. vendit. Olea de cess. jur. tit* 7. *quæst.* 3. *num.* 3., *& seqq. Cyriac. controv.* 169. *num.* 4., *&* 10. *lib.* 1. *Boss. de dot. cap.* 8. *num.* 142. *cum pluribus seq. Rota coram Bich. dec.* 518. *num.* 20., & latè *in Calaritana prætensæ evictionis* 9. *Decembris* 1707. §. *Neque obstare*, *& seq. coram R.P.D. meo Scotto*.

Nec minori turbiditate involutum rursùs apparuit decimum tertium ducatorum 120., quos Ferdinandus solvisse prætendit pro fructibus census à Joanna debitis; quia ut etiam advertit prima Decisio §. *Quemadmodum* : non fuerunt exhibitæ quietantiæ originales, sed solum declaratio quædam pendente lite à creditoribus confecta, in qua simpliciter testantur, se prædictos fructus à Ferdinando, & Joanna exegisse, ideoque potius indè
35 oritur præsumptio, quod solutio expleta fuerit cum pecuniis Joannæ debitricis, ex notatis per *Rotam in rec. dec.* 262. *num.* 20. *par.* 7., *& coram Coccin. dec.* 1852. *num.* 15., *& coram Buratt. dec.* 9 *num.* 4., *&* 5. Et declaratio à Creditoribus facta probat quidem
36 realitatem solutionis contra dictos creditores, nunquam tamen quidquam operari potest in præjudicium tertii, *Posth. resol.* 22. *num.* 4. *Rota in recent. dec.* 394. *num.* 16. *par.* 15.

Eademque turbiditas considerata extitit respectu ad decimum quartum ducator. 756., quod licet in prima Decisione §. *E converso* admissum fuerit; attamen in secunda brevi Decisione, tanquam turbidum in suspenso remansit, ut in §. *Eademque*. Quamvis enim melioramenta ex quibus dictum creditum resultat vera sint in substantia; attamen semper illiquida remanet eorum quantitas, ex

ex quo periti referunt solum super illorum valore juxtà præsentem statum, & tamen inconcussa est regula, quod ad hoc, ut de eisdem constare dicatur, necessario firmari debet status antiquus, ex quo solum apparet quid fuit melioratum, ut semper respendit *Rota & signantèr dec.188. nu.25., & dec.319. num.15. par.9. rec., & dec.834. num.11. coram Burat., dec.103. num.10., decis.916. num.5., & dec.1090. num.1. coram Emerix. jun.* Nec obstant auctoritates in prima Decisione *dicto §. E converiò* adductæ, quæ firmant solum, quod melioramenta necessaria reficienda sint in totum, quia, ut dictum est, non controvertitur refectio eorumdem, sed præcisa illorum quantitas de qua non constat. Potissimè etiam quia liquida non datur probatio, quod hujusmodi melioramenta facta fuerint ex pecuniis Ferdinandi, cum testes hinc indè adducti contrarientur, & pugnent inter se, quæ solatio satis est, ut illa ad Iudicium redditionis rationis remitti debeant, ut toties dictum est.

Decimum quintum creditum scutor.178., 99. pro expensis litium non solum interum rejectum fuit, ex quo cum expensæ sint modicæ respectu ad pinguem, & conspicuam dotem nullatenus per virum repeti possunt, ut probatum est supra §. *Transitum faciendo*, sed etiam quia sibi imputare debet Ferdinandus, si dotem, cum præciso onere litium acceptavit.

Quoad Canones solutos, ex quibus pronanat decimum sextum creditum ducatorum centum, placuit distinctio in prima Decisione §. *Descendendo* tradita. Vel enim agitur de Canonibus constante matrimonio solutis, & ad illos tanquam infixos rebus dotalibus tenebatur maritus, ad *Text. in l. stipendium ff de impens. in reb. dotal. ibique Bartol., & Alexand., Cephal. cons.636. nu.57. & seq., Peregrin. cons.50. num.7. lib.2.,* Garz. *de expens., & meliorat. cap.13. num.27., & seq. Fontanell. de pact. nuptial. clauf.5. Gloss.3. par.7. num.70.* Vel agitur de decursis post solutum matrimonium, & de his habenda erit ratio in Judicio redditionis rationis, seù liquidationis fructuum à Ferdinando restituendorum, in quo ipse in diminutionem sui debiti congruè ferre poterit solutionem canonum; cum fructus non dicantur nisi illi, qui remanent deductis oneribus *l. fructus, & l. divortio impendia ff. solut. matrim. cum concor. addust. in annot. ad dec.441. num.14., & seq. par.4. tom.2. rec.*

Præter hæc, novissimè Ferdinandus in medium protulit duo alia credita, alterum ducatorum 42. pro canonibus solutis Collegiatæ S. Spiritus, & alterum ducatorum 320. fructibus dotalibus ducator 400., quæ pecunia numerata in dotem sibi assignata fuit.

Verum de his nulla prorsùs habita fuit ratio. Non de primo, quia cum ipsemet fas-

45 sus fuerit prædictos canones solvisse pro bonis extradotalibus, ex eorum fructibus omnino præsumuntur soluti, cum hujusmodi onera, & impensæ fructuum perceptorem sequantur. *Afflict. in Constit. Neapolit. lib.1. rubr.97. §. Ultimo num.5., Cassan. in Consuetud. Burgund. rub.4. §.6. cum concordan. apud Garz. de expens., & meliorat. cap.11. num.45., & 46.* Non de altero, quia cum hujusmodi creditum sit merè pecunia-
46 rium, nulli inde fructus citra usurariam labem, prætendi possunt. *Rosa cor. Merlin. dec.409. nu.40., & in rec. dec.232. nu.8. par.8., & dec.112. n.2. par.13.*

Cæteras prætensiones Ferdinandi super deductionibus faciendis in restitutione mobilium, iterùm DD. ad Judicium redditionis rationis remittendas esse censuerunt.

Et ita explicantes modum, & remissive etiamse habentes ad præcedentes Decisiones, responderunt DD., utraque &c.

IMOLEN. JURISPATRONATUS.

Lunæ 27. Januarii 1710.

ARGUMENTUM.

Juspatronatus post Concilium Viennense erectum hereditarium præsumitur. Et etiamsi in erectione admistio plurium personarum adfuerit, & præsentationes per quotas, & cum expressione qualitatis hæreditariæ subsequantur: & qualitas gentilitia ex non præsentatione fœminarum, quando argui possit distinguitur. Sententia Ordinarii, quando illius statum firmans attendenda non sit, vel ex sequenti contraria præsentatione subvertatur. Enunciativæ ab eodem in institutione factæ. quod illud spectet ad talem familiam, sunt compatibiles cum qualitate illius hæreditaria.

Juri accrescendi in jurepatronatu ab initio gentilitio, quando locus sit favore illorum de familia, & quando in altero columnello effici possit hæreditarium.

SUMMARIUM.

1 *Juspatronatus erectum post Concilium Viennense præsumitur hereditarium, non gentilitium ex ejusdem constitutione* in Clementina plures de jurepatr. *Præsertim si ex Juris, non hominis dispositione proveniat*; & n. 3.

2 *Admixtio diversarum personarum in fundatione jurispatronatus excludit præsumtionem, quod illi propriæ agnationis decori consulere voluerint.*

4 *Juspatronatus hereditarium convincitur ex præsentationibus factis per quotas.*

5 *Et ab expressione qualitatis hereditariæ à præsentante emissa.*

6 *Jurispatronatus qualitas hereditaria ab Auctoribus in præsentatione emissa, ab heredibus impugnari nequit.*

7 *Gentilitia jurispatronatus qualitas ex quo fami-*

fæminæ non præsentaverint, tunc solum deducitur, vel quando agitur de præsentationibus in numerosa familia per diuturnam temporum seriem completis, velquando probatur fæminas fuisse heredes, & presentare voluisse, & nihilominus aut nunquam præsentasse, aut respectivè à præsentando fuisse rejectas, juncto n. 8.

9 *Sententia Ordinarii super jurepatronatu, a qua fuit appellatum, est suspensa, vel tanquam actus contradictus, & litigiosus pro ejus qualitate firmanda non attenditur*

10 *Vel si succumbens ante illius probationem citatus non fuerit.*

11 *Vel si lata sit in possessorio, quia tunc in petitorio, concurrente potissimum contradictione, & appellatione, non attenditur.*

12 *Maxime si status iste sublatus remanet ex alio contrario subsequenti concordante cum antecedentibus.*

13 *Enunciativa ab Ordinaria in institutionibus emissæ, quod Juspatronatus spectaret ad talem familiam, utpotè incidenter emissæ non censentur stare taxativè, sed demonstrativè, adeout sint compatibiles cum qualitate hæreditaria.*

14 *Juspatronatus, quod incertum est, an ab uno, eodemque stipite procedat, & ab initio a duobus diversis columnellis sit possessum, etiamsi esset gentilitium, non implicat, quod in ultimo de uno Columnello effici potuerit hæreditarium.*

15 *Jus accrescendi in iurepatronatu favore aliorum de familia locum habet solum, quando illud procedit ab eodem stipite tractu temporis diviso.*

16 *Et tunc unum, & idem juspatronatus diverso iure censeri non debet.*

DECISIO DCXXIX.

VAcante Parochiali S. Bernardini in Sylva Lugi de Jurepatronatus mixto Clericorum, & Laicorum, P. Guardiani scilicet pro tempore Minorum Conventualium Sancti Francisci ejusdem loci, necnon illorum de Trottis, & Nasellis; cum novissime idem juspatronatus consolidatum fuerit in Hieronymo, & Ludouico fratribus de Trottis; hinc diversos præsentaruot tàm comes Ignatius, aliique deTrottis, uti descendentes a præfato Hieronimo, quam Marchio Tedesco, utpote hæres memorati Ludovici.

Quamobrem introducta lite coram Ordinario Imolen. institutionem reportavit præsentatus a Trottis, & deinde declaratum fuit, prædictum juspatronatus esse gentilitium, proindeque nullum omnino jus præsentandi competere posse Marchioni Tedesco.

Devoluta causa appellationis ad curiam Metropolitanam Ravennatten., ejus Vicarius Generalis contra d. sententiam, præfixit terminum, ut ajunt justificatorium, a quo reclamantibus illis de Trottis coram A. C. Cerro, & assumpta ibidem cognitione negocii principalis, infirmata fuit sententia Ordinarii, & declaratum exitit, d. Juspatronatus esse hæreditarium, & consequenter Marchionem Tedesco habere jus præsentandi una cum aliis compatronis.

Hinc in gradu ulteriori appellationis instaurata causa coram me, & disceptato dubio -- *An, & ad quem spectet jus præsentandi* -- illud spectare pro sua rata, etiam ad Marchionem Tedesco responsum fuit.

Satis enim fundata apparuit ejus intentio in dispositione Juris, qua attenta, cum versemur in jurepatronatus cujus fundatio facta fuit post sanctionem Concilii Viennensis in *Clement. plures de jurepatr.*, utique præsu-
1 mendum est, quod sit hæreditarium, non autem gentilitium, juxta censuram ejusdem *Clement. plures* aliorumque text., de quibus plenè *Calderin. cons.* 4. *de jurepatron.*, *Lotter. de re benefic. lib.* 2. *qu.* 11. n. 20., & 21., *Card. de Luc. de jurepatr disc.* 60. *n primo*, cum concordan. adductis in *Romana Cappellaniæ S. Nicolai* 28. *Junii* 1709. §. *quatenus enim cor. R.P.D. meo Ansaldo*.

Et hujusmodi juris præsumptioni eo magis inhærendum est in hypothesi, quia sivè inspiciatur ejus origo, sive observantia subsecuta, hæreditaria qualitas apprimè comprobata remanet.

Et quidem attenta ejus origine: cum enim illud processisse deducatur ex fundatione Ecclesiæ S. Bernardini expleta anno 1457. per tres diversas personas, Antonium scilicet de Trottis, Franciscum Nasellium, & P. tunc temporis Guardianum S. Francisci, qui omnes, vel ratione soli, vel pecuniarum prædictæ constructioni contribuerunt; utique admixtio hæc diversarum personarum
2 quamcumque excludit præsumptionem, quod illi propriæ agnationis decori consulere voluerint, ut dictum fuit in *Firmana Jurispatr. super negocio principali* 15. *Decembris* 1702. §. *Et clarius cor. bo. me. Muto*:
3 cumque hujusmòdi juspatronatus descendat ex ipso facto fundationis, & sic a dispositione juris, non autem ab altera hominis per positivam reservationem recurrunt ea, quæ mox dicebamus, quod scilicet ad limites juridicæ sanctionis *in d. Clement. plures* hæreditarium omnino censendum veniat.

Origini famulatur etiam subsequuta observantia; præsentatio enim anno 1651. facta fuit a Cæsare de Trottis tàm pro sua quota, quàm uti hærede Ignatii, & Hippolyti de Trot-
4 tis, proindeque non solum ex ista præsentatione per quotas, & portiones expleta, juspatronatus hæreditarium esse convincitur, ad tradita per *Card. de Luc. de jurepatr. disc.* 60. *n.* 29., *Rot. dec.* 288. *n.* 4. *p.* 5. *rec.*, & *dec.* 798. *n.* 27. *cor. Merlin.*, & *in Balneoregien. Beneficii* 21. *Januarii* 1707. §. *Nec refert cor. R.P.D. meo Kaunitz.* Verum etiam ab
5 expressione qualitatis hæreditariæ à Præsentante emissa, *Rota cor. Merlin. decis.* 94. *n.* 4., *cor. Cerr. dec.* 102. *n.* 3., & 10.; & *in firmana jurispatronatus* 15. *Decembris* 1702. §. *tantum abest cor. bo. me. Muto*, & *in*

in d. Romana Capellanię S. Nicolai 28. Junii 1709. §. tantum aberat, & seqq. coram R.P.D. meo Ansaldo.

Maxime quia expressio hujusmodi qualitatis hæreditariæ repetita etiam fuit a Hieronymo de Trottis Patre illorum, qui hodie sunt in causa in pręsentatione novissima anni 1702., ideoque perperam isti qualitetem hęreditariam a suis authoribus emissam impugnare contendunt, ut ponderat *Rota in Tuscanen. Jurispatronatus 12. Martis 1703. §. Et magis cor. Emo D. Caprara, in Mediolanen. Prioratus super qualitate agnatitia 18. Junii 1703. §. Quinto comprobatur cor. R.P.D. meo Scotto, & in Firmana jurispatronatus 21. Aprilis 1704. §. Certa demum cor. bo. me. Muto.*

Nec obstare visę sunt aliæ præsentationes annorum scilicet 1630., 1631., 1677., & 1680., quę semper empietę fuerunt a masculis Familię de Trottis, imo eum postremæ præsentationi anni 1680. factæ a Hieronimo, & Francisco de Trottis in personam Matthei Bassi, Barbara sese opposuerit; Ordinarius posthabita d. contradictione, pronunciavit constare de jurepatronatus DD. de Trottis, & Bassum esse instituendum.

Conjectura siquidem, quæ deducitur pro qualitate gentilitia ex eo, quod Fæminæ non præsentaverint, tunc solum procedit, dei quando agitur de pręsentationibus per diuturnam temporum seriem, & in familia numerosa completis, ut distinguendo tradit *Rot. dec. 41. n. 20. post. Vivian. de jurepatr. & cor. Ubag. dec. 24. n. 14., & 15., & in rec. dec. 679. n. 55. p. 18., & in Comen. Capellaniæ 31. Martii 1702. §. accedit coram Emo D. Tremoille*, vel quando probatur fœminas extitisse hæredes, & præsentare potuisse, & nihilominus, aut nunquam præsentasse, aut respectivè præsentando fuisse rejectas, juxta *dec. 798. nn. 9., 11., & 15., cor. Merlin dec. 10. n. 50. cum seq. cor S. me. Alex. VIII., & decis. 288. num. 6. parte 5. rec. 13. n. 19., & 20. p. 13., dec. 82. n. 6., & rec. 223. n. 10., & 11. p. 19.* cum concordan. adductis in *dec. 38. n. 36. cor. R.P.D. meo Ansaldo.*

Absque eo quod quidquam obsistere possit præfata sententia Ordinarii, tum quia per appellationem Barbarę illius effectus suspensus remansit, vel saltem hujusmodi actus nunquam contradictus, & litigiosus attendi non meretur. *Rot. dec. 63. n. 16. p. 19. rec., & in Tuden. Parochialis de Returzado 29. Junii 1701. §. Ex his cor. R.P.D. meo Scotto, & in mediolanen. Beneficii 1. Aprilis 1707. §. de reliquo cor. R.P.D. meo Ansaldo*; tum quia Barbara non fuit citata ante illius probationem, ut omnino necesse erat, & firmatis *per Rotam cor. San. me. Alexandra VIII. dec. 3. n. 8., & in Lucana Beneficii 22. Februarii 1709. §. de anno coram R.P.D. meo Falconerio, & in d. Mediolanen. Beneficii prima Aprilis 1707. §. Tertius eacor. R.P.D. meo Ansaldo*, tum demum

11 quia prædicta sententia lata fuit in possessorio, & proinde attendi non debet in petitorio, concurrente potissimum d. contradictione, & appellatione, ut ponderant *Federic. de sen. cons. 111. n 9. Rot. dec. 284. n. 10. p. prima rec., & in d. Firmana jurispatronatus 21. Aprilis 1704. §. final. cor. bo. me. Muto.*

Pręterea hujusmodi status anni 1680., si
12 quidquam concluderet, sublatus profecto remansit ex altero subsequenti anni 1702., in quo, ut dictum est supra, Hieronymus pręsentavit etiam uti hæres Francisci ejus Patris; maxime attento pręcedenti contrario statu, anni 1655. huic postremo uniformi. *Rot. dec. 295. n. 72. p. 17. rec., & in Placentina Jurispatronatus 10. Martii 1704. §. Cumque cor. Rmo D. meo Decano.*

Atque ex his immorandum non esse censuerunt DD. in enunciativis emissis ab Ordinariis in institutionibus, quod juspatronatus
13 spectaret ad Familiam de Trottis; Etenim hujusmodi enunciativæ, utpotè incidenter emissæ non censentur stare taxativè ad pręseferendam, & declarandam qualitatem jurispatronatus, sed demonstrativè ad significandum, quod præsentantes erant illius familię, adeout sint compatibiles cum qualitate hereditaria, ad notata per *Card. de Luca de Jurepatr. disc. 22. n. 8., & 9.. Rot. cor. Priolo dec 115. n. 25., & seqq. coram Seraphin. dec. 264. n. 3., & 4., coram Duran. dec. 173. num. 3., & seqq., & cor. Merlin. dec. 798. n. 15., & in rec. dec. 75. n. 20. par. 13., & dec. 181. n. 12. p. 19., & in Firmana Jurispatronatus super negotio principali 15. Decembris 1702. §. quod attinet cor. bo. me. Muto.*

Cæterum ex abbundanti animadvertebant
14 DD., quod cum incertum sit, an juspatronatus, de quo agitur ab uno eodemque stipite procedat, cum a principio reservatum enuncietur favore illorum de Trottis, & constet, quod illud deinde a duobus distinctis columnellis possessum fuit: dato etiam, quod esset gentilitium, nihilominus non implicat, quod in ultimo de uno Columnello effici potuerit hæreditarium, & ita transire in Marchionem Tedesco uti hære-
15 dem supradicti Ludovici, cum jus accrescendi favore aliorum de familia locum sibi vindicet solum, quando Juspatronatus procedit ab eodem stipite, qui tractu temporis
16 divisus fuerit, quo casu unum, & idem juspatronatus diverso jure censeri non debet, ut bene explicat *Card. de Luca de Jurepatr. disc. 60. n. 28. in fin., Tondut. quæst. benef. p. 3. cap. 157. n. 39., Rot. in Balneoregien. beneficii 21. Januarii 1707. §. Nec refert cor. R.P.D. meo Kaunitz.*, & plenè in *Nolana Beneficii prima Aprilis 1686. §. Nullam autem cor. bo. me. Rondanino.*

Et ita, utraque &c.

ROMANA CAMBII.

Lunæ 3. Februarii 1710.

ARGUMENTUM.

Cessio propter debiti solutionem reportata ab herede, vel donatario universali, qui legis, & inventarii beneficium habet subsequenter ac tertius eamdem cessionem obtinuerat extinctive habita dici nequit;tum ex voluntate propria, quæ resultat ex verbis cessionis, & ex aditione hereditatis cum beneficio inventarii, etiamsi adsint decisiones eum heredem simplicem declarantes, tum ex prejudicio tertii cum allegatione propriæ turpitudinis ex hoc ipso resultantis: Ideoque tertius cessionarius est huic hæredi posteriori cessionario præferendus.

Confirmatur infra dec. 663.

SUMMARIUM.

1 *Cedenti debitor ignarus benè solvit, & cessio ab eo reportata, in extinctionem resolvitur, nec potest amplius a cessionario molestari.*

2 *Cessio an extinctiva, vel translativa ex quibus demostretur perpenditur.*

3 *Creditor, & debitor sui ipsius quis esse nequit.*

4 *Actio,& passio non datur in eodem subiecto.*

5 *Inter duos cessionarios prior in tempore est potior in jure:*

6 *Donatarius universalis, quamvis loco hæredis habeatur, adhuc ultra valorem bonorum donatorum nequit conveniri.*

7 *Cessio translativa a donatario universali reportata non resolvitur in extinctionem,& est inutilis,si alius anterior adsit cessionarius, & cur?*

8 *Hereditatem adiens cum beneficio legis, & inventarii dicitur habere in animo præservationem suorum jurium adversus hæreditatem: & ideo si solvat non extinctivas, sed translativas cessiones acquirere.*

9 *Amplia etiam si adsint decisiones illum declarantes hæredem simplicem & cur?*

10 *Hæres omittens aliqua in inventario describere ejus beneficio non privatur, sed tenetur ad solutionem dupli.*

11 *Heres conficiens inventarium subsequenter solvens cum reportatione cessionis creditori hæreditatis, qui precedenter tertio jura cesserat, in ejus præjudicium asserere nequit cessionem suam esse extinctivam; nam hoc esset propriam turpitudinem, & dolum allegare, & num. 15.*

12 *Allegatio propriæ turpitudinis contra tertium alleganti non prodest.*

13 *Dolus, culpave nemini patrocinantur.*

14 *Legis auxilio non juvatur qui in legem committit.*

15 *Solvens creditori cedenti, qui prius alteri ejusdem crediti cessionem fecerat, habet jus repetendi contra cedentem ex contractu sibi obligatum; non contra priorem cessionarium.*

DECISIO DCXXX.

Paulus Adelius Olivarius sub clypeo cessionis de anno 1708. reportatæ à Petro de Ripamontibus creditore pro duabus ratis cambiorum, & fructuum subhastationem imminentem bonorum hæreditariorum Joannis originarii debitoris unius ex dictis cambii pro summa sc. 803. 65. evitare satagens non obstante alia simili cessione facta a præfato Petro favore alterius Joannis Caroli Benagliæ de anno 1699 disputari curavit in nostro Tribunali dubium - *An & ad cujus favorem sit procedendum ad ulteriora in deliberatione* -- quo per R. P. D. meum Ansaidum proposito sub die die 20. Martii anni proximè præteriti emanavit resolutio favore Benagliæ, sed ob interpositam appellationem à Paulo Adelio fuit causa mihi commissa cum clausula - *Alteri qui ad legitimam &c.* - & dato dubio commissioni conforme; hodiè Domini *procedendum esse ad legitimam* responderunt.

Omissis enim omnibus, quæ pro inefficacia cessionis in præterita propositione a Paulo deducebantur, super quibus etiam parum, vel nihil in præsentiarum insistebant Scribentes pro illo, attentis potissimum rationibus in decisione edita coram R.P.D. meo Ansaido deductis, & ad quas Domini se relativè habuerunt: Præcipuum obiectum stetit in eo, quod licèt Petrus Ripamontes primo loco cessisset creditum in Benagliam, tamen cum Paulus Adelius debitor hujusmodi cessionem

1 ignorasset, potuit deindè anno 1708. creditori cedenti solvere, & proprium debitum extinguere, itaut cessio ab eo reportata in extinctionem resolvatur, & non possit amplius a primo Cessionario molestari ex firmatis per *Rotam dec.* 331. *nu.* 4. & 5. *par.* 18. *rec.* ubi alii concordantes.

Verum ex ipsa lectura istius solutionis agnoverunt Domini obiectum penitus cessare, quippe quia cessio legitur a Paulo repor-

2 ta cum expressa, & quidem repetita protestatione, quod fiebat *translativè, & non extinctivè*, additis etiam aliis verbis *proprio, & particulari nomine, & tanquam tertia, & privata Persona*, juncta ulterius specifica reservatione *Juris agendi, atque excipiendi* in Judicio ex præfata cessione, quæ omnia sane nimis repugnant qualitati extinctivæ, & bene comprobant adhuc jura cambii viva remansisse, ac Paulum nec cogitasse de extinctione, nec illam voluisse, cum alio-

3 quin exinde admittenda nova,& insubsistens foret regula, quod scilicet *quis sui met ipsius creditor, & debitor esse posset* contra iuri-

4 dicum axioma constabilitum circa exclusionem actionis, & passionis in eodem subiecto, ut firmat *Rota* 187. *num.* 4. *coram Dunoz. sen.*, & *in rec.* 669. *num.* 14. *par.* 18. *tom.* 2.

Posito autem, quod per hanc solutionem Paulus Adelius acquisiverit etiam cessionem translativam, utique versamur in concursu duorum, qui eamdem cessionem reportarunt, & inter illos procedit satis nota regula a-

prio-

prioritate temporis desumpta, & quæ Benagliæ assistit, itaut ex ea ipse Juris potioritatem nancisci debeat, ad notissimam sanctionem *Text. in l. qui prior ff. qui potior. in pign. habeon.*, de qua late in his terminis *Olea de cess. Jur. tit.6. quæst. 8. num.6. & sequen.* cum aliis pluribus deductis *in dicta decisione R.P.D. mei Ansaldi §. Paulus itaque*.

Agnovertnt difficultatem Scribentes pro Paulo Adelio, ideo totis Viribus conabantur substinere, quod cessio reportata resolvi debeat in quietantiam, cum sit facta ab eo, qui licet non esset debitor Principalis, tamen erat hęres Francisci Patris heredis Joannis originarii debitoris illius crediti, & fuerat contra eum declaratum, quod inventarium de bonis hęreditatis Francisci nullatenus ei suffragabatur ob plures defectus ponderatos a nostro Tribunali *in alia Romana Cambii 19. Januarii 1705. §. Quo vero coram bon. mem. Muto*, sicut etiam quod dictus Franciscus, & Antonius, aliique fratres ob eandem causam non legitimi Inventarii hęredes simplices dicti Joannis primi debitoris declarati extiterant, ut *in Romana Candelæ Angeli, iisdem die, et anno edita coram eodem bo. mem. Muto*.

Hæc tamen Dominos dimovere non potuerunt a pręfata resolutione, quia compertum fuit, quod cambium, de quo agitur, post obitum Joannis in specie accollatum extitit ab Antonio Patruo Pauli Adelii, qui fuit illius Donatarius universalis. Quamobrem etiamsi loco hęredis habeatur, adhuc tam ultra valorem bonorum donatorum nequeat conveniri *Card. de Luc. de donat. disc.44. num.2. et disc. 45. num. 17., Rota decis.31. num. 13. par.1 t. rec.*; inde sequitur, quod non obstante nullitate Inventarii potuerit ex propria persona cessionem translativam, prout fecit reportare, quæ tamen inutilis ei fuit attenta precedente cessione Benaglię facta, ut supra probatum est.

Addito ulterius, quod admissa etiam nullitate Inventarii, nihilominus ad effectum, de quo agitur, ex solutione facta a Paulo Adelio non potuit extingui ejus debitum contra propriam voluntatem, & in pręjudicium Tertii: Non quidem ex propria voluntate, quia eo ipso, quod hęreditatem adivit cum beneficio legis, & Inventarii, dicendum venit, quod semper habuerit in animo reservandi sua Jura adversus hæreditatem, [illegible] attentis decisionibus illum declarantibus hęredem simplicem Francisci, & Joannis respective, nam hujusmodi crediti acquisitiones facere poterat ad effectum reddendi rationem cum illis, & defectus Inventarii [illegible]andi, vel cum solutione dupli bonorum eo non descriptorum, ad quam hęres omittens describere tenetur, absque eo quod amittat beneficium legis, & Inventarii, ut numeris propemodum congest. probat [illegible]dden. ad *Pamphil. decis. 75. num. 8. vers. communior*, & firmat *Rota coram Priolo [illegible].83. num.34. et seq.*, vel mediantibus aliis justificationibus inventarium pręedictum ab opposita nullitate vindicantibus.

Multoque minus in pręjudicium Tertii,
nam allegando modo cessionem extincti-
11 vam, dicitur allegare proprium dolum, &
culpam in confectione inventarii pro indu-
cenda persona simplicis hęredis, adeout nul-
lo modo veniat in ejus favorem talis allega-
tio admittenda, ne mediante propria turpi-
12 tudine aliis nocere valeat, & lucrum, at-
que commodum reportare, uti ad rem pon-
derat *Rota dec. 13. n. 29, & dec. 55. nu. 10. par. 19. rec.*; cum cęteroquin satis notę sint
conclusiones, quod scilicet dolus, ac culpa
13 nemini patrocinetur ad firmata per *Rot. coram Millin. dec. 183. num.9., & in rec. decis. 435. num.19. par.18.* atque legis auxilio ille
14 non valeat juvari, qui in legem committit,
ut est *Text. express. in l. Auxilium §. In delictis ff. de minor*, & cum pluribus notat *Barbos axiom. 136. n.21.*

Ex quibus omnibus cum probatum ad evidentiam remaneat, cessionem fuisse transla-
tivam, ut in figura tertię personę reportatam
15 nullam difficultatem fecit repetitum obie-
ctum, quod Paulus Adelius solverit summam scutorum 300., quandoquidem ex hoc illi sunt intacta Jura agendi contra cedentem ex contractu sibi obligatum, non autem evertendi pręcedentem cessionem omni Jure validam, & subsistentem, ut plenius in decisione *R.P.D. mei Ansaldi*.

Et ità utraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE AVILA SUPER FRUCTIBUS.

Lunæ 10. Februarii 1710.

ARGVMENTVM.

Accipe à superibus decis. 490., & 521., quæ hic, & decis. 659. confirmantur juxta modos, qui hic stat in recessu a submissitratione in causam declarandam, quia una cum bono jure de paupertate non constat, & quæ in alia reservantur, excutiuntur in aliis decisionibus, quæ cum omnibus, quæ in hac causa sunt, indicantur in dicta decis. 490.

SVMMARIVM.

1 *Probationum materia in Judicis arbitrio est reposita.*

2 *Judex peritorum relationem potest vel non admittere, vel ex officio corrigere, si injustam, & improbam agnoverit.*

3 *Auditores sacræ Rotæ discordantibus peritis, quando soleant accedere, & qui? & exempla afferuntur.*

4 *Rota aliquando demandat, ut consuli debeat Ponens, ut quantum fieri possit cautè, & juridicè in negotio procedat.*

5 *Judex semper laborare debet in probatione, quæ fit per peritum, ut possit habere majorem certitudinem.*

6 *Judex sequi potest opinionem unius ex peritis,*

tis, qui est magis fide dignus, vel meliorem affert rationem.

7 *Bona, ad effectum commensurandi damnum ex non facto investimento, æstimari debent quanti vendi possent, non quanti materia, & opera valerent.*

8 *Res longè viliori pretio sæpe venduntur, quàm æstimentur.*

9 *Pretium vineæ cognoscitur ex eo, quo finitimæ venduntur.*

10 *Locationes valorem non probant.*

11 *Faciunt tamen adminiculum.*

12 *Peritia ea est consideranda, cum qua ultimus peritus consentit, & juxta quam idem contradictor antea insteterat.*

13 *Villa propè Urbem posita, & ad voluptatem, & fructum, pretium domus pro Dominis ornamenta, tabulæ pictæ &c. quomodo adaugeant?*

14 *Regio prope Portam Piam circa annum 1600. non erat adeò nobilis.*

15 *Prædium, quod pro faciendo novo investimento vendi mandavit testator, non præsumitur multum utile, & fructuosum.*

16 *Investimentum faciendum ex prædio vendenda incipere debet contra illud negligens post biennium à morte testatoris demandantis.*

17 *Investimentum in quibus locis montium faciendum, & n. 19.*

18 *Fructus ex eadem re duplices haberi nequeunt.*

20 *Sex menses dantur ad investiendum, postquam summa sufficiens ad emendum unum locum montis fuerit percepta.*

21 *Tutores pecunias pupillares post semestre investire tenentur.*

22 *In venditione ab hærede facienda, ut investiat juxta testatoris præceptum strenæ proxenetæ debitæ sunt excomputandæ, & postea salarium pro exactore locorum montium, in quibus investimentum fuisset faciendum, ut n. 25. & 26.*

23 *Amplia etiam si dicta venditio sit demandata cura hæredis.*

24 *Onera in hærede sunt strictè semper interpretanda.*

25 *Salarium aucto labore augetur.*

27 *Summa in causam declarandam, ut decerni valeat, una cum bono jure paupertas quoque est copulativè probanda, qua deficiente non datur.*

28 *Judicatum, antequam res judicata superveniat, solvi non debet.*

DECISIO DCXXXI.

AD novum examen in hodierna propositione revocatis decisionibus sub diebus 16. Maii 1707., & 13. Januarii 1708. in hac causa coram me editis, placuit Dominis persistere in decisis juxta modum inferiùs exprimendum.

Renenta siquidem facti serie in prima mea decisione exposita habetur, quod Jacobus Avila auctor Joannis Baptistæ teneretur, ex dispositione Hieronymi testatoris vendere vineam controversam, & ex ejus pretio multiplicum facere, quo non facto, ut non erat controversia inter partes, orta erat actio ad damna, pro quibus calculandis opus fuit recognoscere valorem ejusdem vineæ ac domus, ac mobilium in ea existentium.

Ad hunc igitur effectum fuit primo loco exhibita peritia facta occasione divisionis inter collitigantium auctores de anno 1670. sequutæ, in qua constituebatur valor in summa scutorum 4200.: verum quia Joannes Baptista illam mordicus impugnabat sub motivo, quod valor de tempore tam remoto ab obitu testatoris constituutus non esset admittendus, authumantes DD. meliorem, ac magis certam probationem haberi posse, novam peritorum electionem demandarunt illis injungendo, quod in hujusmodi valore determinando tempus obitus testatoris attendere deberent.

Sed subsequutus eventus spem fefellit; nam peritis electis, atque referentibus, habito respectu ad tempus anni 1610., quo obiit testator, valorem controversarum rerum fuisse scutorum 10216. 3. Agnita adeò exorbitanti diversitate, coacti fuerunt sub die 3. Junii proximè præteriti dictas peritias uti nimis excessivas, & erroneas rejicere, atque advertentes, quod si fieret electio aliorum peritorum partes magis gravarentur expensis, & res in longum protraheretur, cum maximo etiam periculo, quod nec forent in relatione concordes, ideò utrique

1 parti consulendo, cum materia probatoria in Judicis arbitrio sit reposita, adeout possit

2 etiam ipsam relationem non admittere, vel ex officio corrigere, si illam improbam, vel injustam cognoverit. *Bart. in l. arbitro n. 4. ff. qui satisdare cogantur.*, *Natt. cons. 499. n. 4.*, *Pacian. de probat. concl. 47. n. 72. lib. 1.*, *Pation. de locat. & conduct. cap. 34. p. 5. n. 96.*, *Gratian. cap. 263. n. 16.*, *& seq.*, consultius putarunt sub die 5. Julii, partibus hinc indè auditis per memorialia decernere, quod fie-

3 ret accessus ad vineam per ipsosmet DD. in causa suffragantes cum aliquo perito ab eis ex officio eligendo, ut pluries practicatum fuit in similibus casibus, & signanter in *Neapolitana mercedis cor. bo. me. Benincas.* in qua ob discordantes peritorum relationes fuit factus accessus ad Civitatem Neapolitanam per unum ex Dominis simul cum alio novo perito, ut videre est in *dec. 23. Martii 1685.*, *& in alia Neapolitana illegitimitatis coram Penin. l. 1299. n. 5.*, & in alio simili casu fuit

4 demandatum, quod consuli debuisset Ponens, ut quantum fieri posset cautè, & juridicè in negotio procederet in una *Romana pretii Castri Fiani cor. Lancellotto impress. post Marchesam de commiss. part. 2 n. 3. fol.*

5 *mihi 237.*, cum regulare sit, quod Judex debeat semper laborare in probatione, quæ fit per peritum, ut possit habere majorem certitudi,

titudinem; *Gratian. d.cap.* 263.*n.* 23., *Rota dec.*339. *n.*10 *part.*19. *rec.*

Undè facto postmodùm accessu, & audito
etiam sensu Periti ad hunc effectum per Do-
minos vocati, determinarunt pretium vineæ,
domus, ac mobilium, habito respectu ad
tempus obitus testatoris, esse constituendum
in scutis 4200., juxta similem æstimationem
factam anno 1670., ut supra dictum fuit,
cum permissum sit Judici sequi opinionem
5 unius ex peritis, qui sit fide dignior, vel me-
liorem rationem afferat, ut notant *Pacion. de*
*locat. d. cap.*34. *num.*95., *Toudut. resol. civil.*
*part.*2. *cap.*107. *nu.*24., *de Luc. ad Gratian.*
*cap.*228. *n.*17. *vers. præter enim Judex*, &
*cap.*263. *in fin.*

In his enim circumstantiis nec debent bo-
7 na æstimari quanti materia, & opera constant
appræciando cęmenta, ac materialia re-
rum, sed quanti vendi possunt, *Marescott.*
*var. resol. lib.*2. *resol.* 114. *n.*13., *Cyriac. con-*
*trov.*353. *n.*72., *Rot. cor. Dunoz jur. decis.*
199. *numer.* 46., & *in recent decision.* 119.
8 *num.*7. *par.*15., & passim evenit, quod res
uno pretio æstimentur, atque postmodùm
in actu pratico longè inferiori pretio ven-
dantur, ut testatur *Rot. dec* 27. *num.*48. *post*
Selgad. in labyr. credit., *&* *dec.*60. *n.*9. *post*
Constantin. ad statut. Urb., *ac in Romana*
Pecuniaria 6. *Iunii* 1701. *in fin. cor. bo.me.*
Muto; & de facto habita ratione aliarum
9 venditionum factarum de vineis finitimis
tempore magis proximo, cognitum fuit,
quod juxta simile pretium fuerunt valutatæ,
prout omninò fieri debet ad constituendum
valorem, uti per *Text. in l.*2. *C. de rescind.*
vedit. ubi gloss. verb. Iudicis ad fin. vers. dic
ergo, firmat *Rot. in rec. dec.*383. *n.*6. *p.*17.

Junctis etiam locationibus factis pro an-
nua quantitate scutorum centum, & semel in
annuis scutis 125., quæ calculata quoque ad
rationem quatuor, quando tamen tunc tem-
poris valutabantur ad rationem scutorum 5.
pro centenario, non longè constituunt valo-
rem scutorum 3000. ad summum, & multo
minorem si detrahantur expensæ reparatio-
10 nis domus, ac vinearum: ex quibus loca-
tionibus, licèt non probetur valor; tamen
11 negari non potest, quin & illæ faciant ad-
miniculum, ad firmata per *Rot. cor. Duran.*
*dec.*307. *num.*4., *&* *cor. san. mem. Alexandr.*
*VIII. decis.*131. *n.*8., *ac in rec. dec.*20. *n.*13.
*part.*18., *&* *dec.*548. *n.*20. *p.*19.

Quibus positis tanto magis existimarunt
DD. habendam esse non modicam rationem
peritiæ editæ anno 1670. in summa scutorum
12 4200. cum quo etiam concordabat sensus
ultimi pretii, quem in accessu adhibuerunt:
maximè quia hunc eundem valorem in præ-
teritis propositionibus substineri conabatur
ipse idem Lucas; non obstante, quod postmo-
dùm supervenetis aliis peritiis contenderet il-
lum esse augendum, ex quo agitur de Villa
13 posita intra mœnia Urbis prope Quirinale,
& ad voluptatem, & fructum, cum suis con-
gruit ædificiis pro Dominis, & colono di-
stinctis, ac tabulis pictis, aliisque mobilibus
ornata, quoniam semper recurrit responsio,
quod cum hujusmodi qualitates, licèt in se
considerabiles, possint pretium augere; non
possunt tamen illud usque ad nimis exorbi-
tantem valorem extendere: habito signanter
respectu ad tempus antiquum anni 1610, quo
14 non adeò nobilis erat regio prope Portam
Piam, & attentis tot facti circumstantiis su-
per à ponderatis, nec non ab ipso testatore
præcognitis, qui non demandasset venditio-
15 nem pro faciendo novo investimento, quan-
do ipsum investimentum quod inerat vineæ
cognovisset adeò utile, & fructuosum, ut mo-
do prætenditur.

Firmato itaque valore vineæ, domus, ac
mobilium in mox enunciata summa scutorum
4200., DD. deveniendo ad decisionem alia-
rum inspectionum, procedentes etiam cum
16 supposito, quod investimentum incipere
non deberet nisi post lapsum duorum anno-
rum à mense Junii 1610., quo testator de-
cessit, steterunt in decisis, quoad modum in-
17 vestiendi pretium in locis montium non va-
cabilibus: & deindè multiplicum dixerunt
itidem esse faciendum in vacabilibus usque
quo Didacus, & Hieronymus pervenerunt
ad ætatem annorum 20.; itaut ad dictam ra-
tionem debeat ratiocinator deputandus suum
calculum conficere. Ab eo tempore verò,
usque ad obitum Jacobi de anno 1669., nulla
fuit capta resolutio, circa modum investiendi
quia licèt duo ex Dominis crediderint hos
fructus non deberi, alius tamen contrarium
senserit, & alter se abstinuerit, quia dubium
non erat super reservatis; convenerunt ta-
men Domini quoad tempus post obitum Ja-
cobi, responderunt enim non deberi fructus
dicti multiplici ea moti ratione, quia cum
Didacus, & Hieronymus, post obitum
Jacobi incæperint vineam possidere, atque
& illa fructus percipere, utique nimis ex-
18 orbitans, & minùs justum crediderunt
duplex lucrum habendum esse à Didaco, ac
ex ejus persona à Ciccia portio, quod indubi-
tanter eveniret, si & fructus vineæ, & alios
fructus multiplici ab hæreditate Jacobi re-
portaret, ut ad sensum patet.

Ita pariter, & steterunt in decisis, quoad
effectus in quibus fieri debeat, tam prædi-
19 ctum investimentum, quàm multiplicum,
ne scilicet loca montium sint de melioribus
vel de pejoribus, sed de illis mediæ classis,
20 ut ita utrinsque partis indemnitati occurra-
tur, approbantes iterum indultum sex men-
sium concessum ad effectum investiendi post-
quam ex fructibus fuisset tanta summa per-
cepta, ex qua unus locus montis erui posset;
21 ad instar facultatis concessæ à jure tutori-
bus, quo ipsi pecunias pupillares post se me-
ste tantùm investire tenentur, ut firmatur in
dec. die 13. *Januar.* 1708. *edita* §. *nec obstat.*

Itidem anthumarunt nòn esse recedendum
22 à decisis quoad strenas proxenetæ debitas,
qui debebat procurare vineæ venditionem:
23 non attento, quod præfata venditio fuerit
deman-

demandata curæ hæredis: nam aliud est quod
ipse deberet invigilare pro venditione fa-
cienda, aliud est, quod de suo deberet illam
24 explere: cum semper onera in hærede stri-
ctè veniant interprætanda, uti pluribus cu-
mulatis tradit *Gratian. disc.* 816. *n.*22. *cum*
sequen., prout nec potuerunt Domini dimo-
veri à decisis quoad mercedem debitam
exactori fructum locorum montium; quia
25 satis notum est, quod aucto labore, etiam
salarium augetur, ut per *text. in l. fin. de*
*Princ. agent in reb. lib.*12. notat *Zacb. de*
*salar. quæst.*11. *n.*2., nec tenebatur Jacobus
26 per se exigere, cum hujusmodi onus per-
sonale illi non censeatur injunctum, sed in-
telligendum veniat, quod ejus opera, id est
auctoritate esset faciendum dictum multi-
plicum

Recesserunt tandem à decisis in ea parte,
in qua dictum fuerat Clcciaporlo esse provi-
sionaliter subministranda scuta 4000. in cau-
sam declarandam, ex eo ducti quod hujus-
27 modi subministratio locum sibi nequit vin-
dicare, nisi simul cum boni juris præsump-
tione paupertas, quæ hic non probatur, con-
currat, ut firmat *Rot. cor. Buratt. dec.*707.
pr tot., & *cor. Emer. jur. dec.*622. *nu.*1. Et
28 quod nemo cogi debet judicatum solvere
antequam res judicata superveniat. Ad *text.*
in l.p., & *toto tit. ff. judicatum solvi.*

Et ita utraque &c.

ROMANA DOTIS SUPER MANDATO scut. 1850. EORUMQUE FRUCTIBUS

Lunæ 17. Februarii 1710.

ARGUMENTUM.

Habes in superioribus Decis. 378., & 606., quæ confirmantur, & revocantur pro rata sc. 50. in causam dotis antea datorum, qui ideo ad causam fructuum non poterant referri.

In hac causa sunt quoque dec. 379., & 607. cum ibi notatis.

SUMMARIUM.

1 *Obligationis Cameralis executio retardari nequit ab exceptionibus turbidis altiorem rquirentibus indaginem.*

2 *Dos in executionem Testamenti ab hærede promissa ex propriis illius bonis non debetur.*

3 *Secùs quando dicta declaratio, & ennunciativa adjecta est demonstrativè, non taxativè.*

4 *Et dicta declaratio sive ennunciatio demonstrativè, non taxativè apposita dicitur cum obligatio est omninò disparata a Testatoris dispositione.*

5 *Obligatio hæredis in promissione dotis est disparata à dispositione Testatoris si discrepet in quantitate: Etiamsi illa in testamento definita non sit, cum a Judice quantitas fuerit constituta, & tunc proprio nomine se obligasse dicitur.*

6 *Et cum discrepat in tempore, & modo.*

7 *Obligatio non administratorio, sed proprio nomine facta deprehenditur, si majus tempus pro dilatione solutionis fuit conventum, quam, ut ex fructibus bonorum Testatoris fieri posset, requirebatur.*

8 *Obligans se ad dotem administratorio nomine Testatoris, ad ejus fructus non tenetur, nisi quando defuncti obligatio successisset: unde si ante eam se obligat proprio nomine fecisse dicitur.*

9 *Obligantem se actione reali, & personali proprio, non administratorio nomine se obligare voluisse deprehenditur: præsertim si alium fidejussorem accedere fecit.*

10 *Administrator simplex sola actione personali tenetur.*

11 *Obligatio in constitutione dotis proprio non administratorio fideicommittentis nomine ab hærede facta censetur: cum a Dotata ad sui favorem amplissimam renunciationem reportavit, & cur?*

12 *Dos satisfacta dici nequit ex perceptione fructuum, qui ad alios, quam ad ejus promissorem spectabant.*

13 *Maximè si illi ad quos dd. fructus spectabant voluerint eosdem juribus dotalibus non præjudicare.*

14 *Fructus bonorum fideicommissi a Dotata percepti a quo debentur, non possunt a fideicommissario Dotatæ condonari, ut illa agere possit contra constituentis hæredem.*

15 *Constituentis dotem hæredibus competit pro ea soluta relevatio contra bona fideicommissi ad eam obligati.*

16 *Limita proximas duas conclusiones, si constituens tot fructus perceperit, qui demptis alimentis pro ea sufficerent.*

17 *Peritia a qua appellatum non fuit, de errore redargui nequit, nisi concludenter probetur.*

18 *Vita hominis consideratur juxta* Text. in L. Hæreditatum ff. ad L. falcid.

Adjudicatio ad vitam facta alicujus, ejus ætate ad Text. in L. hæreditatum ff. ad L. falcid., & *annua responsione consideratis, cognoscitur an sit læsiva.*

19 *In adjudicatione læsiva fructus in sortem imputantur.*

20 *Læsio non facile allegari potest in venditione, seu adjudicatione juris vitalitii.*

21 *Exceptio læsionis venditionis requirens altiorem indaginem ad suum congruum, & ordinarium judicium rejicitur.*

22 *Maximè attenta pacifica sexaginta annorum observantia.*

23 *Solutio in sortem factam, in causam fructuum referri nequit.*

DECISIO DCXXXII.

POst quam mandata ab R.P.D. Vicesgerente relaxata contra bona hæreditaria Jacobi Cevæ, tam pro scutis 1850. debitis Ludovicæ Sorori, utpote residualibus dotis in summa scut. 2000. per eum promissę, quam

pro

pro eorum fructibus exequenda est favore hæredum d. Ludovicæ, responsum fuerat coram Me *die* 26. *Julii* 1705., & 19. *Aprilis* 1709., revocatis hodie ad noum examen fundamentis utriusque decisionis, DD. in decisis persistendum esse non dubitarunt, juxta modum tamen inferius exprimendum.

Obligatio etenim per Jacobum emissa favore Ludovicæ sub consueta forma Rev. Cam., iterum ciara, & in controvertibilis apparuit, proindeque ejus executio retardari minimè potest per exceptiones turbidas
1 altiorem indaginem requirentes, ex notis juribus, de quibus *Rota post Zach. de obligat: Camer. dec.* 42. *n.* 8. & 9., *dec.* 155. *n.* 3., & *cor. Danoz. jun. dec.* 313. *n.* 4., & *dec.* 335. *num.* 9.

Hinc frustra repetebatur, quod hujusmodi promissio facta fuerit non proprio, & particulari, sed hæreditario nomine Pontii,
2 attenta declaratione, & expressione immediatè post. d. obligationem apposita ibi, *cioè scudi* 2000. *in esecuzione del Testamento del quon. Ponzio Ceva Seniore, che ordinò, gl' si dessero le doti delli frutti delli suoi beni*, adeout nequeat Ludovica persequi bona propria Jacobi, sed suæ dotis satisfactionem consequi cogatur ex fructibus pro eadem dote principaliter obligatis. Quinimmò cum de facto hos fructus Ludovica perceperit, etiam post obitum ipsius Jacobi, nihil ultra contra bona ejusdem prætendere valeat.

Piacuit enim rursùs animadversio, quod præfata declaratio, & enunciativa adjecta
3 fuit demonstrativè, ad hoc ut eadem promissio facta intelligeretur, etiamsi respectu ad jus, quod Ludovica habebat, dotem suam consequendi ex præcepto testatoris ab illius bonis fideicommisso suppositis, non autem taxativè ad restringendam obligationem intrà spheram hæreditariæ qualitatis: quemadmodum ultrà relatos in præcedentibus decisionibus probant *Corn. consil.* 31. *in fin. lib.* 3., *Cravett. cons.* 214. *num.* 7., *Gratian. discept. foren. cap.* 264., & *seq.*, *Rota in Imolen. pecuniaria* 22. *Junii* 1699. §. *Haud relevante coram bo. me. Pio*.

Atque hoc mirabiliter suadet totus dictæ obligationis contextus; quò attento apertis-
4 simè convincitur, eam omnino disparatam esse in omni sui parte à dispositione testato-
5 ris. Et primo circà quantitatem; licèt enim testator illam non taxaverit, certa tamen taxa præcedenter, ac judicialiter præfixa fuerat per A.C. Franciottum in scutis 2500., & proinde dum Jacobus dotem in minori summa scut. 2000. constituit, optimè datur intelligi, quod proprio, non autem fideicommittentis nomine sese obligare voluerit, ut punctualiter animadvertit *Card. de Luca de dot. disc.* 28. *num.* 8.

Secundo circa tempus, & modum præ-
6 dictæ solutioni adjectum, quia ut etiam observat secunda decisio §. *Et denique cum seq.* in actu stipulationis instrumenti dotalis promissa fuit solutio scut. 300. ad computum dictæ dotis, residualia vero solvere promisis intrà terminum decem annorum cum obli-
7 gatione interim solvendi fructus; si enim administratorio nomine se se obligasset, breviori utique temporis lapsu ex fructibus pinguis, & conspiquæ hæreditatis Pontii senioris dictæ obligationi satisfacere potuisset, &
8 in omnem casum nullos omninò fructus persolvere tenebatur, dum ad istos cogi poterat solum quando obligationem dicti Pontii suscepisset, ad *Text. in l. stipulatio ita*, & *l. stipulationes ff. ad verbor obligat.*, *Rota cor. Gregor. dec.* 241. *num.* 2., & 3., *coram Merlino dec.* 606. *num.* 1., & *cor. Dunozzet. jun. dec.* 770. *num.* 26.

Accedit, quod dictus Jacobus cum solvere non potuisset prædictam ratam sc. 300. in actu stipulationis instrumenti dotalis, non solum curavit, quod Ursula Cattanea ejus mater pro integra dote fidejuberet, sed
9 ipsemet fassus fuit, quod pro illa actione tàm reali, quam personali conveniri poterat: & tamen inconcussa est regula, quod
10 contra simplicem administratorem, ut hic, sola actio personalis intentari potest, adnotata per *Salgad. in Laberint. Credit. par.* 1. *cap.* 13. *n.* 28., *Urceol. consultat. foren. cap.* 69. *num.* 19., cum cæteris allegatis in *secunda decisione* §. *Quibus si addatur*.

Tandèm hæc omnia ad evidentiam comprobari visa sunt ex eo, quod Jacobus in
11 præfata promissione amplissimam renunciationem etiam jurium maternorum ab ipsa Ludovica reportavit: cum enim hujusmodi renunciatio respiciat utilitatem, & commodum ipsius, dicendum est, quod intuitu hujus utilitatis in propriis bonis se se obligare voluerit, ut ponderant *Card. de Luca de dot. disc.* 28. *num.* 10., *Urceol. de transact. quæst.* 8. *num.* 11. *vers. vel maxime*, *Rota coram Bichio dec.* 591. *num.* 12., & *in rec. dec.* 28. *num.* 7. *par.* 9., *cum concordantibus adductis per Rotam in dicta Imolen. pecuniaria* 22. *Junii* 1699. §. *Contrarium quippe cum seq. coram bo. me. Pio*.

Agnoscebant defensores Joannis Aloysii veritatem assumpti, & ideo toti erant in ostendendo, quod Ludovica ex diuturna perceptione fructuum bonorum fideicommissariorum de sua dote ejusque fructibus remanserit satisfacta.

Verum hujusmodi exceptio pari insubsistentia laborare iterum visa est. Si enim prætensa satisfactio desumi contendatur, ex quo Ludovica an. 1657 associata fuerit ad quasdam domos fideicommissarias Pontii, ultra quod prædicta possessio statim resoluta fuit per obitum Jacobi: dato etiam, quod fru-
12 ctus perceperit, adhuc cum isti ad illos de Rattis per obitum Jacobi ad fideicommissum vocatos spectarent, nullo profecto jure in dictæ dotis satisfactionem cedere poterant: maximè quia iidem fructus in transa-
13 ctione inita cum Rattis eidem Ludovicæ condonati, & remissi fuerunt sub præcisa

expressione, quod ex hoc nullum omninò
præjudicium illius juribus dotalibus irroga-
tum censeretur, ut animadversum fuit tam
in prima decisione §. Altera vero, qusm *in*
altera §. Constito.

Quin suffrsgetur, quod cum dicti fructua
uti procedentes à bonis fideicommissariis, ex
14 quibus fæminæ dotandæ erant, obligati es-
sent pro dote Ludovicæ, proindè Ratti non
potuerint libere de ejs disponere, sed tene-
rentur titulo dotis eosdem Ludovicæ relin-
quere, vel in omnem casum competerei hę-
15 redibus Jacobi relevaslo contra bona fidei-
commissaria, ex quorum fructibus fæminæ
dotem consequi tenebantur. Etenlm hujus-
modi discursus procedere posset, quoties
16 Jacobus non percepisset iot fructus, qui sd
congruam dotationem Ludovicæ suffice-
rent, sed cum deductis etiam alimentis in
ejus manibus remanserint scuta 3034., ut re-
sultat ex relatione peritorum, evidens est
quod debitum dotis solvendum erat ab ipso
Jacobo, quodque ejus hæredibus nulla om-
ninò debita esl relevatio, ut probant autho-
ritates in prima decisione §. *Non refragan-*
te cumulatæ, & frustra modo peritiæ redar-
17 guuntur de errore, quando de illo conclu-
denter non docetur, & à relatione non fuit
appellatum, *Rota in rec. dec.* 183. *num.* 4.
par. 15., *& in Avenionen. renunciationis* 29.
Martii 1693. §. *Siquidem coram R. P. D.*
meo Priolo, & in Romana fideicommissi 17.
Junii 1701. §. *Incontinenti coram R. P. D.*
meo Ansoldo, & in Romana Canonum 9.
Februarii 1705. §. *Redita cor. R. P. D. meo*
Caffarello.

Eadem facilitate exclusa remansit satisfa-
ctio deducta etiam ex eo, quod Ludovica,
& Brutus Gottifredus ejus primus vir, usque
de anno 1645., obtinuerunt adjudicatio-
nem duarum domorum fideicommissaria-
rum pretio scutor. 250. ad vitsm Jacobi hæ-
redis gravati, qui cum tunc temporis esser
floridæ ætstia, potarat dici super vivere,
prout de facto per 12. annos vixit, & ita du-
cto calculo ad formam celebris *Text. in l.*
18 *hæreditatum ff. ad falcid.*, habitoque re-
spectu ad annuas pensiones, ad eorum ma-
nus pervenerunt scuta 1482.; quo posito in-
fertur, quod dicta adjudicatio fuerit enor-
19 missimè læsiva, adeout ex fructibus perce-
ptis in sortem imputandis totum creditum
extinctum remanserit.

Animadversum namque fuit, quod in ven-
ditione juris vitalitii omninò incerti, utpotè
20 dependentis à pluribus eventualitatibus,
vel non ita de fscili allegari potest læsio, vel
in omnem casum, cum hujusmodi exceptio
21 (ut ponderant etiam præcedentes decisio-
nes) requirat altiorem indsginem, ad suum
congruum, & ordinarium judicium rejici-
22 enda venit: maximè attentata pacifica 60.
annorum observantia, *Rota dec* 459. *nu.* 43.
par. 9., *dec.* 142. *num.* 15. *par.* 10., *& dec.* 128.
num. 11. *par.* 17.

Atque hæc quoad mandatum respiciens
capitale dotis, quod tamen explicantes,
modum reformandum esse censuerunt DD.
in scutis 50. Cum enim memoratua Brutus
primus vir Ludovicæ, ultra scuta 150. re-
cepta occasione supradictæ deliberationis,
exegerit præcedenter in causam dotis alia
scuta 50., ut clare resultat ex ejus quie-
tantia, evidena est, quod sors principalis
dotis redacta fuit ad scur. 1800.

Nec relevat, quod hujusmodi summa
scutorum 50. bonificata dici debet ab R. P.
D. Vicesgerente cum fructibus decursis ab
anno 1642. ad 1645., quia ultra quod hoc
non justificatur in facto, cum revera soluta
23 appareant in caussm sortis, referri neque-
unt ad causam fructuum, ad *Text. fin l.* 1.
§. *Quotis verò ff. de solut.*, *l. si usuras C. de*
usur., *Rota coram Dunozett. jun. deci-*
sion. 1009. *n* 5.

Quo verò ad alteram ejusdem mandati
partem respicientem fructua dictæ dotis, tsm
respectu summæ, quam temporum remissi-
vè se se habuerunt DD. ad distinctionem in
præcedentibus decisionibus insinuatam.

Et ità in hunc modum, approbantes fun-
damenta geminarum decisionum, respon-
derunt DD. utraque &c.

MACERATEN. FIDEICOMMISSI.

Veneris 21. Februarii 1710.

ARGUMENTUM.

Colligere melius ex te poteris a Summario.

SUMMARIUM.

1 Oltradi cons. 117. *restringens dispositionem in casu deficientiæ locum non habere in casu non existentiæ reprobatur communiter.*
2 *Fideicommissi extensio ex identitate rationis in mente disponentis datur, si ille in casu interrogatus ita respondisset.*
3 *Immissionem credita illiquida non retardant.*
4 *Creditum contra fide.commissum a gravati hæredibus produci nequit, si ab eo inventarium non fuit confectum, nec ideo redditio rationis fieri potest.*
5 *Peritior non datur, cum redditio rationis est impossibilis.*
6 *Judices actus inutiles, & frustraneos permittere non debent.*
7 *Transactio inter hæredes inita, in qua eorum creditum liquidatur, cum est edita ad evertendum fideicommissum collusive cum pactis repugnantibus &c. nihil estimanda est.*

DECISIO DCXXXIII.

NUllis existentibus masculis, vel fæminis
ex quatuor fratribus, & respectivè nepo-
tibus primo loco vocatis ad fideicommissum
Camilli Ulixei Pattui autumans Aloysius
unicus inter prædictos fratres, & nepo-
tea superstes, quod præsta dispositio ulti-
mo loco ordinata in defectum fæminarum

fa-

favore majoris natu de dicta familia testatoris expiraret, instituit suum universalem hæredem Ven. Hospitale Infirmorum Maceratæ, cui fuit etiam in partibus concessa immissio, excluso Canonico Antonio natu majori de familia Ulixea; sed devoluta causa per appellationem ad A. C., sive in ejus locum ad R.P.D. Lonium, iste sententiam revocavit, dando immissionem Canonico Antonio, prout quoque factum fuit in nostro Tribunali per sententiam, quæ prævia decisione R.P.D. Ansaldi sub die 6. Maii proximi præteriti emanavit. Quibus judicatis cum Hospitale non acquieverit, nova interposita appellatione, mihique causa commissa, in hodierna audientia consuetum dubium proposui, & DD. responderunt, *sententiam Rotalem esse confirmandam*.

Nullam siquidem eisdem DD. visum fuit considerari posse difficultatem super purificatione fideicommissi favore Canonici Antonii, cum nimis claram crediderint Testatoris voluntatem non restringentis substitutionem ad simplicem casum deficientiæ post existentiam fæminarum, sed illam demandantis etiam in casu deficientiæ ob earumdem non existentiam, eum sit comuniter re-
1 probatum consilium 117. Oldradi, super quo insistebant Scribentes in contrarium, ex rationibus latè deductis in decisione, ad quam ad evitandam inutilem repetitionem se remissivè habuerunt.

Maxime quia nec etiam in hoc magna vis nunc fiebat a scribentibus, qui potius fideicommissum admittebant, figurando casum, quod si hodie interrogari posset defunctus fideicommittens, ipse favore Canonici Antonii quoad usumfructum ejus vita naturali durante percipiendum disponeret, non alterando testamentum Aloysii quoad proprietatem Hospitali relictam, cum nulla valeat assignari diversitatis ratio, cur mens fideicommittentis potius in uno casu, quam in altero fideicommissum haud expirare
2 pronunciare deberet, ut propterea ex identitate rationis non sit ambigendum de tali fideicommissi extensione, ex satis nota regula *text. in l. illud ff. ad l. Aquil., & in l. 3. in princip. ff. de inius. & rupt. Testament.* & de qua notat *Cravett. consil. 173. col. fin. n. 13. lib. primo*.

Tota igitur præsentis causæ inspectio a DD. constituebatur in examinanda exceptione retentionis, quam Hospitale ex persona Aloysii sui authoris ob plura Camilli fideicommittentis debita ratione tutelæ suorum Nepotum administratę contracta sibi competere asserebat. Verum & quoad hanc DD. existimarunt, exceptionem non esse attendendam, quoniam etiamsi admitteretur de-
3 ductio creditorum, & debitorum respectivè, adhuc stante illorum turbiditate, nullatenus posset retardari immissio a Canonico Antonio expostulata, uti pluribus cumulatis firmavit *Rot. dec. 906. n. 3. cor. Emerix jun.*, ut propterea multo magis hujusmodi excep-

tio veniat reicienda, ex quo ob non confectionem inventarii, & ob appropriationem scripturarum secutam inter hæredes, qui solum curarunt omnimodam fideicommissi eversionem, impossibilitatem evaserit redditio ra-
4 tionis, ac per consequens nullum valeat produci creditum contra fideicommittentem ex facto ipsorummet authorum Hospitalis, per quam impossibilitatem reddendi rationem remanet quoque exclusa instantia petitionis
5 pro revidenda peritia facta coram A.C. cum
6 nunquam Judices actus inutiles, & frustraneos permittere debeant, ad firmata in similibus terminis per *Rot. in rec. dec. 32. num. 22. part. 10.*

Absque eo quod immissioni possit obstare transactio, in qua fratres hæredes Camilli liquidarunt suum creditum in scutis 10. mil.
7 Quandoquidem cum apertè colligatur initam fuisse ad evertendum fideicommissum, & colluvivè, accedentibus præsertim pactis transactioni repugnantibus, ac peritia supra enunciata, ex qua adhuc in tanta rerum obscuritate desumitur potius pingue patrimonium fideicommittentis. Utique nullum potest super ea fundamentum constitui, ad late firmata *in decis. R. P. D. mei Ansaldi §. de cætero*, ad quam iterum DD. etiam in hac parte se remiserunt, cum alia omnia quę demonstrant insubsistentiam petitę retentionis, & transactionis, satis luculentèr in eadem ponderentur a *§. Et ex his usque ad finem*.

Et ita utraque parte &c.

TARENTINA IMMISSIONIS.

Lunæ 17 Martii 1710.

Testamentum suppositum arguitur ex non subscriptione Notarii, quando præsertim ea, & reductio in Protocollum, & Judicis auctoritas ex municipali Regni Neapolitani constitutione requiritur ex contraria centenaria ejusdem, præsertim nuncupatione explicita taciti observantia. Et ex ipso contextu, quod testatori non potest aptari. Quin tunc suffragetur quod adsit testatoris sigillum sine ejus subscriptione, & quod aliqualia dispositionis pars a veritate recipiat fomentum, & cur?

SUMMARIUM.

1 *Sententia ob appellationem non prosecutam intra biennium transit in rem judicatam.*
2 *Læsio excluditur a sententiæ validitate, & justitia.*
3 *Restitutioni in integrum locus non est deficiente læsione.*
4 *Sententiæ justitia optimè desumitur a fundamentis decisionum, quæ adversarius approbavit.*
5 *Decisiones approbasse censetur, qui relicto testamento in eis rejecto, novum jus ex alio ducere satagit.*

C 2 6 *Te-*

6 *Testamentum illegitimum est omnino ineptum ad obtinendam immissionem.*
7 *Falsitatis suspicio in civilibus pro falsitate habetur.*
8 *Etiam in testamentis.*
9 *Præsertim urgentissimis concurrentibus coniecturis.*
10 *Testamentum saltem a Notario rogato subscriptum esse debet, ad removendam falsitatis suspicionem.*
11 *Regni Neapolitani Pragmaticæ subscriptionem notarii in quocumque instrumento demandant.*
12 *Et quod notarii quocumque anno in Protocollum redigant instrumenta omnia, adeout scripturæ extra illa repertæ, nec rogationis effectum, nec vim publici documenti sortiri valeant.*
13 *Instrumentum contra pragmaticas extra Protocollum, & Archivium per speciem cartulæ informis, & vagantis repertum patentèr est suspectum.*
14 *Regni neapolitani constitutiones requirunt authoritatem Judicis ad contractus.*
15 *Instrumentum, in quo non adest Judicis authoritas a municipalibus constitutionibus requisita, cum religiosè semper idem notarius servare fuit solitus, est suspectum.*
16 *Testamentum nuncupatione explicita factum omnibus, & præcipuè testatoris filiis notum præsumitur.*
17 *Observantia sicut scripturæ etiam informi robur, & vim præstat, ita inobservantia illi quamcumque adimit fidem.*
18 *Testamentum, ex quo clarum jus favore aliquorum emicat, & tamen illi usi non fuerunt, est suspectum.*
19 *Et cum ab eo allegante non in principio Judicii, sed post rem judicatam exhibetur.*
20 *Testamentum cui sunt inserta verba, quæ nullatenus verificantur, est penitus suspectum.*
21 *Testamenti antecedentis oblivio in secundo post breve tempus facto non præsumitur.*
22 *Testamentum secundum, quod diverso loco, tempore, & a diverso notario est rogatum cum eisdem verbis, ac primum, & occurrent omnibus difficultatibus contra primum in judicio promotis, dicitur de novo ex integro a producente confectum.*
23 *Testium emendicatæ fides tanti non sunt, ut sustineri faciant testamentum, quod prorsus falsum apparet.*
24 *Sigillum testatoris tunc solum eum confirmat, cum disponentis subscriptio etiam concurrit.*
25 *Dispositio aliqua, quæ a veritate fomentum accipere videtur in testamento, quod undique falsum apparet, ad opportunitatem conscripta dicitur.*

DECISIO DCXXXIV.

Postquam Quintilianus Junior de Parisiis, vigore prætensi fideicommissi ordinati a Marco Antonio Judicisini anno 1583. immissionem frustra expostulaverat ad Tenimentum *Valle nza* nuncupatum a Catharina de Maleis possessum coram R.P.D. meo Ansaldo, qui previis geminis decisionibus die 8. Octobris 1706. sententiam absolutoriam protulerat favore d. Catharinæ, appellationis causam post lapsum tamen secundi fatalis coram me instauravit, & proinde die 16. Januarii 1709. dubitatum fuit -- *An constaret de re judicata, sivè potius de causa restitutionis in integrum.*

Verum quia memoratus Quintilianus agnoscens se malum jus favore ex testamento in d. priori instantia producto, aliud testamentum anno 1588. exaratum in medium protulerat; hinc dilata resolutione rescriptum fuit - *extrahatur, & compulsetur secundum testamentum formiter* --

Ad normam hujus rescripti, cum in vim litterarum compulsorialium extractum formiter fuerit d. testamentum, & Testes desuper examinati, reproposito hodie præfato dubio - *Constare de re judicata, non autem de causa restitutionis in integrum* DD. responderunt.

Sententia enim R. P. D. mei Ansaldi, ob omissam intra biennium appellationis prose-
1 quutionem, utique authoritatem rei judicatæ assumpsit, *ad text. in cap. cum sit Romana de appellat., & in l. prima ff. de re judicata, Rota in Neapolitana census 13. Decebris 1709 §. Quamvis enim coram me*. Et cum de ejus validitate, & justitia dubitari
2 non possit, exclusa remanet lælio, & conse-
3 quenter restitutioni in integrum locus esse non potest *cap. primo de in integr. restitut.*, cum concordantibus relatis in d. *Neapolitana census d. §. Quamvis enim cor. me.*

Validitas non controvertitur, justitia autem plenè resultat ex geminis decisionibus præcedentis instantiæ, quarum fundamen-
4 ta approbavit ipse met Quintilianus, qui
5 propterea novum jus desumere satagebat, ex supradicto posteriori testamento -

Tantum vero abest, ut ex isto meliorem suam effecerit conditionem, ut potius eam omnino destruxerit, cum mediante compulsatione, apertè constitit, hujusmodi asserium testamentum esse illegitimum, proin-
6 deque omnino ineptum ad obtinendam Immissionem, juxta censuram vulgati *text. in l. final. C. de edict. Divi Adriani tollen.*

Præmissa enim regula, quod cum verse-
7 mur in materia civili, sola falsitatis suspicio pro falsitate habetur, *ad text. in l. scriptura vers. quædam scriptura C. de fid. Instrum.*
8 quem in terminis testamenti de falso suspecti late exornant *Natt. cons. 633. n. 13. lib. 4., Menoch. cons. 807. n. 7., Tranchedin. consult. 106. n. 3. cum seqq, Rota dec. 239 n. 17. parte 18., & in Bononien. fideicommissi 20. Martii 1705. §. Compertum versic cum testamentum cor. Eminentissimo D. Caprara.*

Urgentes profectò coniecturæ concurren-
9 tes in hypothesi, quæ hujusmodi suspicionem, ne dicam falsitatem ipsam mirabiliter præseferre videntur: Ant

Animadversum enim fuit, quod hoc testa-
mentum rogatum asseritur anno 1588. a No-
tarioColella in terraNucum, absque eoquod,
nec scriptum, nec subscriptum, nec ullo au-
tentico signo munitum ab eodem apparear,
10 & tamen ad removendam suspicionem, sal-
tem Notarii subscriptio omnino requiritur,
*Glos. in l generali C. de Tabellionibus lib.*10.,
*Bart. in l. Divus. §. Etiam Senatus ff. ad l.
Cornel. de fals.*, *Bald. in auth. si quis in ali-
quo n.* 10. *C. de Eden.*, *Menoch. cons.* 996.
n. 10. *cum seqq.*, *Rota cor. Buratt. dec.* 666.
n. 4., & *cor. Ludovis. dec.* 454. *n.* 3. *ibique
Adden. n.* 6.

Maxime quia Notarii subscriptio in quo-
liber instrumento expressè demandatur a
11 Pragmaticis Regni Neapolitani, ut ani-
madvertit *Scop. ad Gratian observat.* 167. *à
n. primo, ac fere per tot.*, & insuper in iis-
dem constitutionibus specialiter sancitur,
12 quod Notarii redigant quotannis in Protho-
collum omnia instrumenta, adeout si scrip-
tura aliqua extra illud reperta fuerit, nec
rogationis effectum, nec publici documenti
vim sortiri valeat, ad tradita per *Afflict.
ad constit. Regni verb. Bajulos n.* 47., *Gra-
mat. dec.* 106. *n.* 36., *Barz. dec.* 39. *num.* 17.,
proindeque cum assertum testamentum de
quo agitur extra Archivium, & Prothocol-
lum per speciem cartulæ informis, & vagan-
tis repertum fuerit, utique patenter suspec-
tum redditur, ut prosequuntur authorita-
tes mox adductæ, & signanter *Gramatic. d.
dec.* 106. *n.* 37.

Adaugetur suspicio, ex quo in hujusmodi
Testamento adhibita non fuit authoritas Judi-
14 cis juxta præscriptum Constitutionum muni-
cipalium eiusdem Regni, quam solemnitatem
religiosè semper in omnibus instrumentis
15 servare consuevit dictus Colella, ut depo-
nunt Testes, quocircà durum omninò, ac in-
verisimile est, quod in hoc solùm Instrumen-
to illarum oblitus fuerit, ut in debilioribus
terminis firmavit *Rota in Romana seù Al-
banen. pecuniaria* 29. *Aprilis* 1699. §. *Ter-
tio coram Emo D. Caprara*, & *in Romana
fructuum Census* 14. *Februarii* 1701. §. *Insu-
per coram eodem*.

Famulatur prędictis subsequuta observan-
tia; cum enim dictum Testamentum condi-
tum asseratur anno 1588. nuncupatione ex-
16 plicita, idoque omnibus, multoque magis
filiis Testatoris notum, ad tradita per *Ale-
xan. in l. qui Romæ §. Duo fratres quæst.* 3.
ff. de vero oblig. cum aliis adductis per *Si-
gismund. Chalc. inter consult.*, *Tranchedin.
consult.* 105. *nu.* 34. & 35. per actus omninò
contrarios violatum fuit; nam quamvis in il-
lo prohibita esset quęcumque alienatio sub
pœna caducitatis, attamen post obitum Pa-
tris omnes filii concorditer alienarunt con-
troversum Tenimentum, ideoque quemad-
17 modum observantia scripturę licet informis
robur, ac vim prębstat, ita inobservantia illi
quamcumque adimit fidem, ad firmata per
Felin. in cap. sicut. n. 33. *de sentent.* & *de re
iudicat.*, *Gratian. discept. forens. cap.* 268.
n. 55., *Rot. cor. Cerro dec.* 152. *n* 29., & *in rec.
dec.* 224. *n.* 22. *par* 6., *et dec.* 640. *n.* 15. *par.* 19.

Accedit taciturnitas omnium Authorum
18 ejusdem Quintiliani, qui per seculum, &
ultra non reclamarunt, quamvis ex hoc Te-
stamento clarum, & incontrovertibile ad eo-
rum favorem fideicommissum resultaret;
19 quapropter cum idem Quintilianus non in
principio litis, sed post rem judicatam illud
in medium attulerit, non leve profectò con-
tra illius legalitatem, & fidem insurgit ar-
gumentum per *Text. in l. si quis* 6. §. 1. *ff. de
pæn.*, latè *Farinacc. de falsit. quæst.* 153. *n* 182.,
Mascard. de probat. conclus. 740. *n.* 27., *Ro-
ta in recent. dec.* 225. *n.* 7. *par.* 14., & *in Ave-
nionen. successionis* 9. *Martii* 1708. §. *Et ad
intentum coram Me*.

Atque omnem sustulerunt DD. difficulta-
20 tem verba illa in hoc secundo Testamento
apposita -- *timens, ne quod absit ab inte-
stato decederet* -- quæ nullatenus verificari
poterant, ex quo Testator anno 1583. solem-
niter suum condiderat Testamentum, nec
21 attento adeo brevi temporis intervallo, il-
lius oblivio præsumi potest *Gloss. in l. fur-
tum §. final. ff. de usurap.*, *Rot. coram Pen.
dec.* 1647. *n.* 4., *et dec.* 394. *n.* 5. *par.* 9. *rec.*

Prętereà notatu dignum est, quod d.d. duo
Testamenta licet rogata annis distinctis in lo-
22 cis separatis, & à notariis diversis, non solum
usque ad hęredis institutionem iisdem adun-
guem verbis concepta fuerunt, sed etiam
secundum Testamentum occurit omnibus dif-
ficultatibus promotis in decisionibus præce-
dentis instantiæ contra primum, adeout evi-
denter appareat, quod hoc non sit Testamen-
tum conditum anno 1588. à Marco Antonio,
sed potius ex integro confictum.

Demonstrata ex his illegalitate asserti Te-
stamenti, ad eam obumbrandam nullatenus
concludere visa sunt ea, quæ in pręcedenti
hujus Causæ propositione pro Quintiliano
adducebantur, quęque in pręsenti scriben-
tes pro Catharina sibi obiiciebant. Deposi-
tione enim nonnullorum Testium ad conci-
lianda fidem d. Testamento emmendicatæ
quidquid sit, an argui possint de suborna-
tione, ex iis, quæ alter ex dictis Testibus in-
genuè fassus fuit, profectò tanti roboris esse
non possint, ut probationibus ex antedictis
23 resultantibus præferendę veniant, ut pun-
ctualiter animadvertit *Rot. in d. Bononien.
pretensi fideicommissi* 20. *Martii* 1705. §.
final. coram Emo Caprara.

Eademque inefficacia laborare visa est
prętensio, quod sæpedictum Testamentum
munitum esset Testatoris sigillo amoto dein-
dè per Advocatum, seù Agentem Cathari-
næ. Ultra quod enim hoc non subsistit in fa-
cto, nihil omnino relevat in Jure, nam ap-
positio sigilli tunc solum ad Testamentum
24 convalidandum attendi solet, quando di-
sponentis subscriptio (quæ hic deficit) etiam
concurrit, ut bene distinguunt *DD. in l.
unum ex familia §. Si quis ff. de Testam.*, *et*
qui

qui Testam facere poss., et signanter Bartol. ibidem litt. E. vers. nam aut, Convarun. pract. quæst. lib. 1. cap. 22. num. 9., Marc. dec. Delphin. 991. num. 1., Berlich. dec. 54. nu. 6.

Minorem tandem animadversionem meretur, quod hujusmodi Testamentum continens legatum annuorum ducatorum 27. favore Lucretię Bonę, & Isabellę Judicis, sui veritatis fomentum desumat ex locatione controversi Tenimenti facta a filiis Testatoris anno 1598., in qua Conductor assumpsit obligationem eosdem ducatos solvendi præfatis legatariis; cum enim nullatenùs costet hujusmodi conventionem initam fuisse in
25 exequutionem dicti Testamenti, facilius pręsumi potest, quod hujusmodi legatum ad opportunitatem in eo conscriptum fuerit, ut apparenter saltem eidem aliqua fides conciliaretur, quæ tamen in conspectu tot, tantarumque concludentium probationum subsistere nequit, ut prosequitur *Rota in d. Bononien. prætensi fideicommissi 20. Martii 1705. § finali coram Eminentiss. D. Caprara.*

Et ita unica tantum Parte. Altera vero informare forsan reformidante responsum fuit.

ARIMINEN. FIDEICOMMISSI BANDI DE BANDIS SUPER REINTEGRATIONE QUOAD PRÆDIUM S. MARIÆ IN CERRETO.

Veneris 21. Martii 1710.

ATGUMENTUM.

Vendito rerum pupillarium substinetur, etiam si sit facta sine solemnitatibus, cum in eorum vergit utilitatem, & etiam si emptor loco pretii eorum debita sibi accolavit, & quando hoc procedat. Solutiones ad plura debita referibiles in quam causam factę censeantur. Transactio universalis an limitetur per relationem factam ad acta alicujus, vel potius talis relatio stet demonstrative, & quando ad id scientia aliorum sub generalitate cadentium requiratur, & qualis? Cętera in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Fideicommissario succurendum est contra hæredes alienantis bona fideicommissi pro capitali.*

2 *Et etiam pro fructibus quot percepisset a die immissionis.*

3 *Venditio quę in evidentem Pupillorum utilitatem cessit etiam sine solemnitatibus, pręcipuè inter coniunctos facta substinetur.*

4 *Utilitas in venditione resultat ex quo eadem pro maiori pretio, quam bona estimata fuerant, et pro dimittendo ęre alieno cum gravibus usuris fuit confecta.*

5 *Accollatio censuum respectu accollatarii habet vim, et effectum veræ venditionis, et ad quid Accollans teneatur?*

6 *Maximè cum Accollans est opulentus.*

7 *Et majorem partem extinxerit.*

8 *Census accollati extincti censentur, si spatio 80. et ultra annorum non adsit ulla creditorum urgentia, quin ab accollati hęredibus venditio cum accollatione censuum facta ab emptore inutilis dici possit ob non secutam eo tempore extinctionem.*

9 *Extractio plurium ab hærede facta, eo nomine expleta censetur quoad eam cogi poterat.*

10 *Solutio semper præsumitur facta in sequelam, et adimplementum oneris præcedentis.*

11 *Debitum alienum nemo propriis pecuniis solvere presumitur.*

12 *Approbatio ab Auctore facta, ab hęrede sub nullitatis pretextu impugnari non potest.*

13 *Approbatio generalissima, et ex generalissima causa recessus ab omnibus litibus, in qua indicantur acta unius notarii ad ea non limitatur, sed ad alia quoque se extendit.*

14 *Inclusio unius non est exclusio alterius, quod alio medio inclusum apparet.*

15 *Ratificatio non operatur, nisi ratificans sciat nullitates tam facti, quam juris actus ratificati.*

16 *Limita cum talem scientiam necessario pręsefert natura actus gesti.*

Satisfactum præsumitur creditum precedens, cum sit in subsequenti emptione a creditore accollatio censuum ipsius debitoris.

DECISIO DCXXXV.

IN eversionem fideicommissi à Bando de Bandis sub strictissima alienationis prohibitione ordinati, Comes Felix Malatesta Bandus, ac Comitissa Julia ejus soror ad plures alienationes devenerunt. Quamobrem Eques Scipio de Diotallevis, ac Hieronymus, aliique de Hippolytis, quorum favore memorati fideicommissi jura post diuturnum litigium purificata esse constitit, illius reintegrationem expostulando insurrexerunt adversus Galeatium Cimam præfatorum alienanti in hæredem, & die 1. Julii proximè preteriti dubitatum fuit coram Me, an, & pro qua summa danda esset reintegratio.

Verùm dilata causę resolutione ob articulorum multiplicitatem, demandatum extitit pro faciliori decisione, ut dividerentur dubia; proindeque in hujus rescripti sequelam geminum hodiè DD. disceptandum proposui dubium; alterum respiciens reintegrationem quoad census, eorumque fructus, de quo in alia mea contemporanea decisione, & alterum quod prędium Sanctæ Marię in Cerreto, super quo dandam esse reintegrationem juxta modum responsum fuit.

Posita enim existentia prędicti prædii in hæreditate Bandi, prout liquido constat ex instrumento acquisitionis per eum factę cum subsequuta adnotatione in catastro ejus nomine donec vixit, & descriptione in inven-

tario

tatio post ejus obitum de ipsius Bonis confe-
cto, cum hodiè reperiatur distractum, uti-
1 quæ vocatis ad fideicommissum reintegra-
tionis remedio succurrendum venit contra
heredicatem alienantium, non solum pro ca-
pitali ad *Text. in l. quidam §. finali ff. ad
Trebell., l. final. ff. de legat. 2., et l. Mater
tua C. de rei vindicat., Rot. coram Cels. de-
cis. 236. n.1. et seqq., et coram Priolo decis.
420. unm. 3., & in recent. dec. 86. nu.3. et 4.
par. 18. cum concordan.* adductis *in Illerden.
hæreditatis de Gomar. 4. Februarii* 1705. §.
Et sanè coram R. P. D. meo Ansaldo; Ve-
2 rum etiam pro fructibus, quo successores in
fideicommisso ex re alienata percepissent à
die petitæ immissionis. *Rot. coram Priol.
dec. 420. n.4. & seqq., & cor. Bich. dec. 252.
n.29. & seqq., & dec.307.n.28.*

Nec relevare visæ sunt quamplures exce-
ptiones, quæ pro Galeati adducebantur,
& signantèr quod prædium de quo agitur
proveniat sine dubio ab antiquiori fideicom-
misso vendito ab Ugolino, & purificato favo-
re ejusdem Authricis, & licet venditum fue-
rit ab Hortentia Tutrice Guidonis, & Æneę,
attamen quia hoc factum extitit absque so-
lemnitatibus, & causa, dum creditores non
urgebant, & debita pro majori parte fuerunt
dumtaxat accollata, non autem extincta,
prout requirebatur in contractibus Mino-
rum, & Pupillorum, dici non potest avul-
sum a dicto fideicommisso antiquiori.

Etenim supposita nullitas in facto non ve-
3 rificatur, & e converso venditio præfata
apparet undequaque valida, & subsistens;
cum in evidentem Puppillorum utilitatem
cesserit, quo casu etiam absque solemnitati-
bus maximè inter sanguine conjuctos substi-
netur ad tradita per *Tiraquell. de leg. Con-
nubial. lib.16. glos.8. n. 65., Capyc. Latr. de-
cis.19. n.5. et seqq. Rot.dec.253.n.11. par.18.,
et dec. 448. n. 2. et seqq., par. 19. rec.*, & in
pręcisis terminis similis alienationis favore
ejusdem Bandi responsum fuit in hac Causa
10. *Januarii* 1701. §. *Nullatenùs et seqq.
coram R. P. D. meo Scotto, et 24. Martii*
1702. §. *Nil relevante coram R. P. D. meo
Priolo.*

Utilitas autem claré resultat, nedùm ex
quo dictum prædium, licet semel, atque
iterùm æstimatum fuerit ad rationem scuto-
rum 42. pro qualibet tornatura, attamen in
emptione per Bandum facta ejus pretium
4 adauctum fuit usque ad sc. 50. Verùm etiam
quia per hujusmodi venditionem Pupilli pro-
priam substantiam a gravissimis usuris scuto-
rum septem, & octo, sub quibus in dies de-
crescebat, vindicarunt, quibus positis de
evidenti illorum utilitate dubitari non po-
test, ut animadvertunt præcitatę decisiones
in hac Causa editæ 10. *Januarii* 1701. §. *Sed
insuper coram R. P. D. meo Scotto, & 24.
Martii* 1702. *d. §. Nil relevante coram
R. P. D. meo Priolo.*

Non obstat, quod præfati census non fue-
rint totalitèr extincti per Bandum, qui non-
nullos ex iisdem in se accollavit. Etenim
5 hujusmodi accollatio respectu accollatarii
habet vim, & effectum veræ solutionis, quia
per eam efficitur principalis debitor, ac si
ab initio obligationem contraxisset, ut tra-
dunt *Cenc. de Cens. quæst. 73. n. 16., Rot. co-
ram Merlin. dec.543. n.1. & seqq.* cum cęte-
ris adductis in dicta decisione hujus Causæ
24. *Martii* 1702. §. *Præfata coram R. P. D.
meo Priolo, & in Beneventana nullitatis Te-
stamenti super retentione* 13. *Januarii* 1710.
§. *Nec obstat coram Me*. Maximè quia
hęreditas Bandi est opulenta, & ideo, si fi-
6 deicommissum Ugolini ex causa dictorum
censuum molestias pateretur, ab eadem
commodè liberari posset, ut patet ad sen-
sum.

Accedit, quod præfati census pro majori
7 parte extincti fuerunt, nec per spatium 80.
& ultra annorum ulla assignabilis est credi-
8 torum urgentia; quamobrem optimè datur
intelligi, quod etiam solutio residui adim-
pleta fuerit, ut benè prosequitur *d. decis.* 28.
Martii 1702. §. *Firmata cor. R. P. D. meo
Priolo.*

Agnoscebant difficultatem provinciæ scri-
bentes pro Cima, & proindè insinuare sata-
gebant, quod in præfatorum censuum ex-
tinctione Æneas proprias, vel saltem Vgoli-
ni patris pecunias impenderit, ideòque in
creditorum jura subintrando, vel sibi, vel
hæreditati paternæ controversum prædium
acquisiverit.

Verùm placuit responsio, quod cum hu-
9 jusmodi extinctiones expletæ fuerint ab Æ-
nea, qui erat etiam hæres Bandi, necessariò
sequitur, quod solvere voluerit debitum,
ad cujus extinctionem cogi poterat tanquam
hæres Bandi accollatarii, juxta satis notas re-
10 gulas, quod solutio semper facta censetur
in sequelam, & adimplementum oneris præ-
cedentis *Bart. in l. si ex pluribus §. Lucius, &
l. 1. ff. de solut.*, cum cæteris apud *Rot coram
Ottobon. dec. 32. n. 2.*, quodque debitum
11 alienum nemo cum propriis pecuniis solve-
re præsumitur ad *Text. in l. cum de indebito
25. ff. de probat., Rot. cor. Ottob. dec. 56. n. 4.*,
& observat *d. dec. 24. Martii* 1702. §. *Siqui-
dem cor. R. P. D. meo Priolo.*

Frustrà tandem ad evertendam sæpedicti
prædii venditionem, allegabatur dolus Ban-
di, ex quo in illius instrumento in sese ac-
collavit censum sc.400., uti gravantem hæ-
reditatem Vgolini, quando re vera ipsemet
erat illius debitor, prout resultat ex reco-
gnitione bonæ fidei anno 1601. per eumdem
emissa. Etenim objectum corruere visum est
ex facto: nam anno 1606. Vgolinus occa-
sione divisionis cum Bando initæ, d. census
onera reassumpsit; ideòque jure meritò in
alienatione prædii anno 1619. narratum ex-
titit, quod præfato censu pupilli gravaban-
tur.

Atque hæc omnia eo magis subsistere visa
sunt in hypothesi, quia Comes Guido alter
ex dictis pupillis, & auctor Cimæ anno 1639.
quo

quo tempore erat effectus major, in solemni transactione, quam inibi cum Ænea fratre, prædictam, aliasque alienationes apprbavit,
12 & ratificavit: ideòque idem Cima præfati Guidonis hæres sub nullitatis prætextu illam impugnare non potest, ut latè firmatum fuit in *dd. dec.* 10. *Junii* 1701. §. *Sed insuper cor. R. P. D. meo Scotto, & 24. Martii* 1702. §. *His omnibus cor. R. P. D. meo Priolo*, ubi etiam ponderatur alia approbatio dd. pupillorum, dum hæreditatem Bandi acceptarunt.

Nec ad evitandam hujusmodi ratificationis vim prodesse potuit animadversio, quod ea limitata sit, & restricta ad venditiones factas per acta Panigalli, ideòque nullatenùs comprehendere valeat venditionem controversi prædii per acta Bentivengni celebratam; verba siquidem à ratificante prolata sunt universalia, & amplissima, & apertè præseferunt approbationem omnium, & quarumcumque venditionum favore Bandi factarum, maximè attenta generalissima illa causa, propter quam ratificatio emissa fuit, ut scilicet ab omnibus controversiis, & litibus recederetur, ut ponderat etiam *sæpe citata decisio* 24. *Martii* 1702. §. *Insuper in fi-*
13 *ne cor. R. P. D. meo Priolo*: quocirca cum dicta expressio, & relatio ad acta Panigalli absque ulla dictione taxativa concepta fuerit, ad majorem demonstrationem stare censetur, nec excludere potest alias venditiones in vim amplissimæ ratificationis, ejusque
14 causæ comprehensas. Novum enim non est, quod simplex inclusio unius non sit exclusio alterius, quod alio medio inclusum apparet; ex adductis per *Salicet. in l. de crimine C. qui accus. non poss.*, cum aliis apud *Surd. cons.* 25. *n.* 35., optimè *Rot. dec.* 258. *n.* 18. & 19. *part.* 15., & *dec.* 377. *n.* 24. & *seqq. p.* 13. *rec.*

Minusque relevat, quod dicta ratificatio
15 operari non possit, nisi concurrente scientia nullitatum tam juris, quàm facti præfatæ venditionis, quia cum id apertè præseferat natura actus gesti, ex quo venditio fuit so-
16 lemniter hinc indè approbata, plusquam sufficientem scientiam pernecesse in transigentibus adsuisse dicendum est, ut latè probant auctoritates cumulatæ *in dict. decis.* 24. *Martii* 1702. §. *Nil relevante cor. R. P. D. meo Priolo.*

Firmato ex prædictis, quod prædium fuerit legitimè venditum Bando, quod nusper consequens in illius fideicommisso comprehensum remanserit, dum postea fuit alienatum competit, ut dictum est reintegratio pro capitali, & fructibus à die motæ litis liquidandis, cum hac tamen modificatione, ut sint bonificanda scut. 610. pro censu accollato à Bando, quem tamen extinxit Comitissa Julia auctrix d. Cimæ pro. d. rata, cum pro alia sc. 197. extinctio expleta fuerit ex pretio trium tornaturarum terreni ad Bandum spectantis, necnon etiam bonificatis fructibus alterius census per d Galeatium solutis, ex quo Bandus, licèt illum in se allocaverit, attamen neglexit extinguere.

Absque eo quod subsistere possit objectum, quod Bandus remanserit creditor sc. 481 in venditione nonnullorum bonorum expleta usque de anno 1605. favore Vgolini habita fide de pretio; nam satis urgens apparuit animadversio, quod idem Bandus post plures annos emit à filiis d. Vgolini non so-
17 lùm prædium de quo agitur, sed etiam alia quam plura bona, pro quorum integro pretio assumpsit in se tot census, absque ulla prorsùs mentione prætensi crediti, quod utique non fecisset, nisi præcedenter illius satisfactionem consequutus fuisset, ut de se patet.

Et ita in hunc modum responderunt DD. utraque &c.

ARIMINEN. FIDEICOMMISSI BANDI DE BANDIS SUPER REINTEGRATIONE QUOAD CENSUS ILLORUMQUE FRUCTUS.

Veneris 21. *Martii* 1710.

ARGVMENTVM.

Quia diversas res firmat, accipe à Summario.

SVMMARIVM.

1 *Reintegratio denegari non potest fideicommissario pro bonis à Gravato alienatis contra ejus hæredes unà cum fructibus à die motæ litis.*
2 *Amplia etiam si nonnulla alienata fuerint ex causa necessaria retrovenditionis: quia cum alienans constitutus fuerit in mora, & mala fide ob litem antecedenter motam, fructus debentur loco damnorum, & interesse.*
3 *Compensatio de liquido ad illiquidum non datur.*
4 *Reintegrationis judicium ad bona fideicommissi alienata, immissionis indolem, & naturam assumit.*
5 *Immissionem, sive reintegrationem credita turbida non retardant*, & n. 12.
6 *Possessio Prædii in fideicommittente usque ad obitum necessaria, ut probetur, non convincitur ex divisione, & locationibus longè ante eam factis.*
7 *Dominia rerum in dies variantur.*
8 *Possessio in testatore usque ad mortem continuata præsumitur, si in ejus descendentes fuisse probetur.*
9 *Identitas rei ex sola nominis identitate non probatur.*
10 *Maximè intercedente summa discrepantia in pretio.*
11 *Rei diversitatem notabilis pretii variatio demonstrat.*
13 *Creditum illiquidum redditur ex perceptione fructuum.*
14 *Et tunc allegari nequit excipiendo per viam retentionis, sed solùm agendo deduci potest.*

DECI-

DECISIO DCXXXVI.

ULtra reintegrationem quoad prædium S.
Mariæ in Cerreto, de qua in alia mea ho-
dierna decisione, Hippoliti, & Diotallevi
reintegrari etiam petierunt adversùs eum-
dem Cimam pro nonnullis censibus eorum-
que fructibus ad fideicommissum Bandi, eo-
rum favore purificatum spectantibus, ac ab
ejus auctoribus distractis, & quemadmodùm
quoad dictum prædium voti compotes fieri
obtinuerunt, ita quoad hanc quoque præ-
tentionem parem fortunam sortiti sunt res-
pondentibus DD. *dandam esse reintegratio-
nem quoad census pro summa scut.* 1726. *mo-
netæ veteris, eorumque fructus.*

Et sanè eo ipso, quod Comes Felix Mala-
1 testa Bandus, & Julia ejus soror dicti Cimæ
auctores census fideicommisso suppositos in
prædicta summa alienarunt, reintegratio
denegari non potest; & quidem unà cum
2 fructibus à die motæ litis, non obstante, quod
aliqui distracti fuerint ex causa necessariæ
retrovenditionis; quia cum Galeatius per in-
troductionem litis constitutus fuerit in mo-
ra, & mala fide, fructus debentur loco dam-
norum & interesse, ut ad rem ponderat *Ro-
ta cor. Bich. dec.252. n.29. & seqq., & coram
Peutinger. dec.* 444. *n.1., & per tot., & in
recen. dec.*605. *n.1., & seqq. p.1. rec.*

Admittebant veritatem assumpti scriben-
tes pro Cima, illius tamen efficaciam decli-
nare conabantur sub prætextu retentionis,
sive compensationis; ex quo præfatus Ban-
dus alienavit (ut ipsi ajebant) prædium *Ca-
fabrone* nuncupatum, quod ad fideicom-
missum Co. Guidonis senioris favore ejusdem
Cimæ authorum purificatum spectabat, &
insuper distraxit etiam nonnullos census, ad
quos utpotè fideicommissarios Com. Bartho-
lomæi sui pariter authoris vocabantur; &
tandem Comitissa Julia ejus auctrix solvit
debitum ejusdem Bandi in cujus satisfactio-
nem ipse assignaverat quosdam census, qui
deindè inexigibiles detecti fuerunt.

Verùm hæc omnia nullatenùs relevare vi-
3 sa sunt; quia cùm hujusmodi credita sint
omninò illiquida, utique compensari non
possunt cum supradicto credito undequaque
claro, & incontrovertibili, juxta regulam
Text. in l. fin C. de compensat., nec attenta
eorum turbiditate, reintegrationem, quæ
4 privilegiati judicii immissionis naturam, &
5 indolem assumit retardare valent ex vul-
gatis juribus, de quibus *Rota dec.*487 *n.*47.
*par.*19.*rec., & in Beneventana nullitatis te-
stamenti super retentione* 13. *Januarii* 1710.
§. Demonstrata coram me.

Illiquiditas autem, ac turbiditas primi
crediti resultantis ex distractione d. prædii
Casabrone in dubium revocari non poterat,
6 quia nullatenùs probatur, quod de tempore
obitus Guidonis senioris in ejus hæreditate
repertum fuerit; nec ad hunc effectum suf-
fragatur divisio anni 1503., in qua illud in
portionem eidem Guidoni obvenit, minus-
que locatio ab eodem facta anno 1519., quia
cùm ipse supervixerit usque ad annum 1626.
utique hoc medio tempore potuit illud alie-
7 nare. Novum enim non est, quod dominia
rerum in dies variantur. *Rota cor. Duran.
dec.*337. *n.*42., *& in decisionibus hujus cau-
sæ* 7. *Januarii* 1702. *§. Neque, & seqq. cor.
R.P.D. meo Scotto, &* 12. *Februarii* 1703.
*§. neque ad elidendum cor. R.P.D. meo Prio-
lo, & novissimè in Romana Jocalium* 13.
Maii 1709. *§ Quandoquidem cor. R. P. D.
meo Polignach.*

Neque prædictis robur aliquod superad-
ditur, ex quo dictum prædium descriptum
fuerit inter bona Ugolini dicti Guidonis fi-
lii occasione firmandi statum bonorum pro
assignanda congrua dote Camillæ nepti; &
8 proindè probata remaneat illius possessio in
descendentibus, & consequenter præsumpta
continuatio in ejus hæreditate; ad proban-
9 dam siquidem identitatem rei non sufficit so-
la identitas nominis juxta theoricam *Bar-
tol. in l. demonstratio falsa n.*15. *ff. de condit.
& demonstrat., Rot. coram Baratt. dec.* 132.
*n.*8., *& cor. Merlin. dec.*167. *n.*2., *& dec* 44.
10 *n.*6. *cor. Peutinger.* Maximè concurrente
notabili discrepantia (prout hic) in pretio,
dum in supradicta descriptione valor dicti
prædii restrictus fuit ad scut. 800., & tamen à
Bando alienatum fuit pro scutis 1500. Nihil
11 enim magis familiare habemus, quam quod
ex notabili pretii variatione diversitas rei ar-
guatur, *Gratian. discept. Foren. cap.* 790.
*n.*7., *Cyriac. controv.* 321. *n.*8., *Rot. coram
Peutinger. dec.*42. *n.*7., *& dec.* 617. *n.*6. *cor.
Emerix jun.*

Præterea animadverterunt DD., quod
quatenùs etiam probaretur existentia hujus
prædii in hæreditate Guidonis, adhuc tamen
nihil concluderet ad intentum, quia anno
1583. à Faustina, & Lucretia filiabus Fede-
rici filii ejusdem Guidonis cessum fuit in tran-
sactione Æneæ seniori sæpedicti Bandi pa-
tri; ideòque dicendum est, vel quod fuerit
à Guidone alienatum, vel quod ex titulo do-
tis, seu aliarum detractionum descendenti-
bus competentium à quocumque fideicom-
missi onere liberum evaserit; ut quoad aliud
prædium firmatum fuit in hac causa 15. *Apri-
lis* 1701. *§. Et demum cor. R.P.D. meo Scotto.*
Absque eo quod obstet responsio, quod cedi
potuerit Æneæ uti tunc vocato ad fideicom-
missum Guidonis; quia hoc gratis asseritur,
cum verba transactionis nullatenus ejus qua-
litatem fideicommissariam præseferant.

Eademque turbiditate laborare visa sunt cæ-
tera credita, quæ hic per Cimam inutiliter
repetebantur; dum jam tanquam requirentia
altiorem indaginem, & omninò inepta ad
12 obtinendam compensationem cum credito
undequaque claro, rejecta fuerunt à nostro
Tribunali, ut in decisionibus huius causæ su-
per fructibus 20. *Junii* 1707. *cor. R. P. D.
meo Priolo, &* 5. *Martii* 1708. *cor. R. P. D.
meo Caffarello*, ad quas DD. remissivè sese
13 habuerunt; potissimùm quia eorum illiqui-
ditas magis, magisque in dies adaucta fuit ex

perceptione fructuum à die moræ litis restituendorum; & proindè nullo modo exci-
14 piendo per viam retentionis, sed solùm agendo deduci possunt, ex adductis in *Reatino fideicommissi de Severis 14. Junii 1709. §. Verum quia cor R.P.D. meo Falconerio.* Et ita utraque &c.

ALTEMURANA IMMISSIONIS.

Veneris 28. Martii 1710.

ARGUMENTUM.

Lineale reciprocum fideicommissum ordinasse dicitur testator, qui in nepotibus institutorum repræsentationem dari voluit. Fideicommissum, ut in divisione remissum censeatur quid requiritur? & argumenta afferuntur remissionem excludentia desumpta ex liceoria condividentium in subsequuta bonorum fideicommissariorum divisorum alienatione ex magno præjudicio, quod filiis condividentis resultaret, & maxima inæqualitate, & ex confessione condividentis, à quo causam habet remissionem prætendens.

SUMMARIUM.

1 *Immissio vocato, cæteris concurrentibus, est danda.*
2 *Repræsentationis effectus est, ut filius patris locum occupet.*
3 *Filio cui competit repræsentatio, datur successio, quæ patri competeret.*
4 *Reciprocam linealem importat in successiones patruis volita repræsentatio in nepotibus.*
5 *Reciproca, & repræsentatio non dantur in successionibus paternis.*
6 *Substitutiones inter plures personas debent considerari, & quomodo?*
7 *Fideicommissum, ut in divisione remissum dicatur, requiritur ejus certa, & indubitata scientia.*
8 *Clausulæ latino sermone insertæ, cum tenor dispositionis est vernaculo sermone, de stylo potiùs Notarii censentur.*
9 *Renunciatio fideicommisso in divisione excluditur, si in illorum bonorum postea secuta alienatione aliorum condividentium sit requisitus consensus.*
10 *Dominus de rebus de suo absoluto dominio sine alicujus consensu disponere voluisse dicitur, ut est de jure.*
11 *Fideicommissum pater in propriorum filiorum præjudicium in divisione cum Sacerdote illos suscipiendi spe destituto, illos debita Sacerdoti successione privando, remittere voluisse non præsumitur, juncto* n. 13.
12 *Pater magno amore filios prosequi præsumptio est.*
14 *Argumentum à naturali ratione desumptum summoperè est attendendum.*
15 *Fideicommissi remissio in divisione non facta arguitur, ex quo idem asserat alter ex condividentibus in sequenti testamento, à quo causam habeat remissionem hanc prætendentes.*
16 *Auctoris confessionem hæres debet in omnibus, & per omnia approbare.*

DECISIO DCXXXVII.

Joannes Donatus de Santoro in ultimo cum quo decessit elogio suum patrimonium ad proprios filios, Julium scilicet, Joannem Dominicum, & Tarquinium exæquis portionibus pervenire demandavit, adiecta inter eos substitutione reciproca, quatenùs aliquis nullis relictis filiis decederet, qui si super essent locum prædefuncti patris per viam repræsentationis subingrederentur.

Pluribus subindè annis elapsis ab obitu præfati testatoris, illius filii, & hæredes bona hæreditaria ejusdem inter se diviserunt, & successivè post divisionem ex hac vita migravit Joannes Dominicus relictis Joanne Donato, ac Josepho Maximo filiis, prout etiam alii duo fuerunt superstites. Tarquinio post alterum fratrem defuncto, qui omnes, sequuta ultimo loco Julii communis patrui morte, nullis susceptis liberis, possessionem illius portionis ex hæreditate Joannis Donati testatoris ipsi obventæ adepti fuerunt; non attentis ultimis tabulis per eumdem exactis, quibus erectionem cujusdam beneficii cum jurepatronatus activo, & passivo favore Dominici de Sanctoro pronepotis ejusque lineæ ordinaverat.

Verum sese opponente, ac reclamante nominato ad d. Beneficium, fuit in partibus decreta sequestratio bonorum, & illorum administratio Economo concessa; à quo decreto interposita appellatione per Advocatum Joannem Donatum, & alios de Sanctoro ad A. C. Gomez, ibique prætermisso Judicio jam super interdicto retinendæ possessionis introducto, discussaque causa in petitorio, immissio eidem nominato data fuit: sed novo appellationis remedio ad nostrum Tribunal devoluta, quæstione habita sub die 7 Junii anni proximè præteriti, nulla fuit capta resolutio rescribentibus Dominis, quod *iterum proponeretur, & scriberetur strictius super detractionibus*: tamen in hodierna audientia, cum in sequelam d. rescripti solùm proparte Advocati, & aliorum jura fuerint deducta, Dominico, sive ejus Procuratore pluries intimato, & informare detrectante, Domini fuerunt in sensu; quod immissio præfatis Advocato, atque aliis de Sanctoro foret concedenda, ex quo (non controversa
1 identitate bonorum) de illorum vocatione nequeat dubitari, ut per *Text in l. fin. Cod. de Edict. divi Ad. tollen.*, firmavit *Rota decis. 442. n. 1. part. 19. rec.*

Vocationem etenim Advocati, ac aliorum satis apertè colligi ex testamentaria dispositione Domini visum fuit: in illa siquidem instituit filios, atque eosdem inter se reciprocè substituit in casu mortis nullis reli-
2 ctis liberis; qui si extarent, voluit, quod repræsentando Patrem prædefunctum cum eodem

deus vinculo successionis ad invicem quaocumque succederent: ac proinde cum repręsentationis effectus ille sit, quod filius locum Patris occupet;ac proinde prędictorũ
3 favore est admittenda successio, quę illorum Parentibus procul dubio competeret, ad *Text. apertos in §. si quis igitur descendentium auth. de hæred. ab intest. venient, & in § cum filius instit. tit. de hæredit., quæ ab intestato deferuntur*.

Absque eo quod allegari valeat, quod in hac hypothesi reciproca veniat itelligenda de filiis tantum, ut silicet inter filos cujuscumque lineæ locum sibi vindicet,non autem in successione patrui; quandoquidem repugnat nimis clara littera testamenti, quæ vult
4 repræsentationem in nepotibus profecto superfluam, & extraneam, quoties non operaretur reciprocam linealem etiam respectu successionis patruorum, cum in successionibus paternis nulla valeat considerari reciproca,
5 neque repræsentatio, uti notant *Soccin. sen. Cons*. 69. *num*.2. *ante fin*., & *n*.3. *lib*.3., ac pluribus cumulatis *Rodulphin. allegat*.116. *sub n*.2.

Accedente ulterius, quod testator voluit reciprocam etiam in casu, quo unicus superstes in una linea remaneret; in hoc enim casu nimis inepta fuisset testatoris voluntas precipiendo reciprocam In una quaque linea duntaxat unico etiam in eadem superstite,
6 quando similes substitutiones inter plures personas debeant considerari ad tradita per *DD. in l. Lucius ff. de vulgar., & puppillar. substit.*, quos refert, & sequitur *Fusar. de substitut. quæst*. 254. *n*.1.

Neque Dominis placuit ad impediendam petitam immissionem attendere assertam prædicti fideicommissi renunciationem desumptam ex divisione inita inter primos hæredes institutos, quoniam licet in illa nonnullę fuerint adiectæ clausulę, quæ forsan virtualiter possent remissionem fideicommissi operari; tamen ex quo in condividentibus non probatur illa certa, ac indubitata
7 fideicommissi scientia, quæ procul dubio in hac materia requiritur, ut per *Text. in l. Mater decedens ff. de inoffic. testam* alios cumulando notat *Gratian. descept*. 834. *nu*.20. illas in nulla habuerunt considerationem, maximè quia totus tenor divisionis est conscriptus lingua vernacula, solumque præfatæ
8 clausulæ latino idiomate sunt conceptæ, ut potius ad stylum Notarii, quam ad voluntatem hæredum sint referendæ, prout sæpè sæpius contingit, & insimilibus terminis tradunt DD., ac precipue inter eos *Rip. in l. si unquam Cod. de revocan. donat nn*. 121., *Galerat. de renunc. controv. renunc*. 87. *n*.7., *de Luca de donat disc*.20. *n*.9., & *advertit*, *Rota dec*.587. *n*. 3. *cum seqq. par*. 19. *rec*.

Quę omnia supradictam remissionem exludendo robur accipere dixerunt Domini ex quibusdam ponderatis circumstantiis quarum prima est,quod cum ex post aliquis ex condividentibus ad alienationem non nullorum
9 bonorum fideicommisso subiectorum devenerit; fuit requisitus consensus aliorum fratruum, qui utique superfluus extitisset, quoties in divisione in mente habuissent fratres fideicommisso renunciare: nam ex natura
10 absoluti, & independentis dominii ad sui libitum nullius interveniente consensu de rebus propriis disponere voluisset, ex oора juris sanctione de, qua est *Text. in l. in remandata eod. mandati*.

Altera autem circumstantia consistit in ea animadversione, quod maxima inter dividentes resultasset inæqualitas semper evitanda, ac nimis odiosa: nam cum interfratres
11 extaret Julius Sacerdos omni spe suę ipendi Prolem destitutus, & contra vero alii numerosam sobolem haberent, nullam in se habet verisimilitudinem, quod mediante tali fideicommissi extinctione,seu renunciatione, fratres qui liberos jam habebant,& quos ma-
12 goo amore fuisse prosequutos est præsumendum,adText. expressum *in l.fin in princ.Cod. de curat furios &c.* voluerint tam semetipsos, quam illos spe successionis quoad Julii portionem privare: quod sane argumenti genus,
13 utpote a ratione naturali desumptum summopere est attendendum, ex firmatis per *Rot. decis*. 2242. *n*.16 *coram Coccin*.

Concurrente adhuc tertia circumstantia
14 promanante ex confessione prædicti Julii, quam emisit in primo suo testamento condito de anno 1654., in quo non solum explicite fassus fuit existentiam fideicommissi, verum etiam illud in dicta divisione non fuisse remissum, ac proindè perperam nunc impu-
15 gnatur hujusmodi confessio ab ejus hæredibus, qui illam debent in omnibus, & per omnia approbare, ut *per text. in l. Cum à matre ibique Gloss. Cod. de rei vindicat*, firmat *Rota dec*. 638. *n*. 19. *par*. 19. *rec*.

Exclusa fideicommissi remissione, Domini existimarunt itidem immissionem non posse retardari ex prætensis detractionibus legitimæ, & trebellianicæ, quas Julio competere inculcabatur: quandoquidem cum ex accuratissimo inventario resultet, hereditatem fideicommittentis ascendere ad scuta 13387. 41., ex quibus præcipuè sunt detrahenda scuta 6150. pro debitis Testatoris, nimirum 3000. pro dote Potentianæ illius Uxoris, alia 3000. pro dote relicta Thęresię ejus filię, necnon alia 150. pro funeris impensis; sanè ad evidentiam convincitur pro fideicommisso remansisse sc. 7237.41. quibus inter tres numero filios,& fratres respectivè hæredes institutos divisis, ad oculum patet unicuique obvenisse scuta 2412. 47., à qua summa detracta, medietate pro legitima, & Trebellianica competente, statim comprehenditur ad commodum fideicommissi remanere scuta 1206.
16 pro qua summa si peterentur bona æquivalentia, immissio denegari non posset: unde multo magis instantiæ pro immissione facta ad bona valoris scutorum 1000. duntaxat annuendum videatur.

Et ita unica Parte &c.

BONONIEN. ASSOCIATIONIS.

Lunæ 13. Martii 1710.

ARGUMENTUM.

Census fit repetibilis in totum si in parte fuerit nullus declaratus; quod procedit etiam si à pluribus in solidum fuerit impositus: & fructus etiam pro parte annullata debentur loco damnorum & interresse fidejussori, qui ad se liberandum à molestiis crediroris, eum dimisit rem fructiferam tradendo. Expensæ mandatorum liquidatione non egent.

SUMMARIUM.

1 *Dimittens de proprio creditum cum cessione jurium in creditoris locum succedit.*
2 *Associatio meritò conceditur creditori census, vel ejus cessionario cum clausula præcarii super fundo vendito ab uno ex debitoribus census in solidum obligato.*
3 *Census ex parte creditoris est de sui natura irredimibilis ex Piana constitutione.*
4 *Limita cum deficit unus ex correis debendi, ut si unus ex his allegavit minorem ætatem pro illo annullando.*
5 *Et tunc creditor sortem repetit ratione damnorum, & interesse.*
6 *Limitationem amplia procedere, etiam si plures fiut census impositores in solidum, & respectu unius tantum nullus declaretur ratione solidalis obligationis: quid quid sit illa non accedente.*
7 *Consensus creditoris perit, si ex tribus in solidum obligatis unus eximatur.*
8 *Rebus judicatis vis adimi nequit.*
9 *Et veritatem præseferunt.*
10 *Præsertim quando de iniustitia redargui nequeunt.*
11 *Fructus saltem ratione damnorum, & interesse a debitore census debentur fidejussori pro census extinctione assignanti creditori creditum fructiferum etiam si nullus sit quoad unum ex insolidum obligatis.*
12 *Ad imparia judicandum non est.*
13 *Æqualitas in contractibus est servanda.*
14 *Expensæ tantùm mandatorum, quæ incontinenti possunt calculari, liquidatione non indigent.*

DECISIO DCXXXVIII.

De anno 1660. Cæsar Joannes Dominicus, ac Nicolaus fratres de Vernitiis accedente solidali fidejussione Herculis de Pedarazanis sub promissione indemnitatis ab iisdem emissa censum in sorte librarum 2000., annui vero redditus librarum 120. favore Monachorum Carthusiæ Bononiensis imposuerunt, in cujus solutione deficientibus principalibus impositoribus usque ab anno 1665 cæperunt statim Monachi contra Herculem fidejussorem instare, qui tentato prius judicio pro liberatione à molestiis contra prædictos fratres, atque petitam liberationem haud qua quam valens obtinere, fuit coactus Monachos dimittere mediante proprii crediti fructiferi assignatione, reportando tamen ab illis ad sui favorem, tam pro capitali, quam pro fructibus census jurium competentium cessionem.

Ad effectum autem consequendi fructus decursos, & non solutos prosequutus sub inde fuit Hærcules Judicium contra illos de Vernitiis, atque obtinuit relaxari mandatum super quadam domo ad supradictos fratres spectante. Verum uno ex fratribus nempe Nicolao, sub motivo minoris ætatis interim allegante census nullitatem pro sua portione, Hærcules promovit instantiam etiam pro sortis restitutione, cui pariter judex adherens mandavit procedi ad ulteriora in subhastatione pro duabus ex tribus partibus sortis, & fructuum, reservato eidem Hærculi jure agendi pro alia tertia parte. Et hoc decretum, quod jam hinc temporis de anno scilicet 1667. effectum sortitum est, nunquam fuit impugnatum. Defuncto vero Hærcule creditore mox enunciatæ tertiæ partis dicti census, Lucas ejus filius, & hæres judicium associationis instauravit ad quoddam predium venditum de anno 1695. à Joanne Dominico altero ex fratribus debitoribus Josepho de Pandis, & sententiam favorabilem repertavit: à qua cum interposita fuerit appellatio per Josephum, qui molestias dicto Joanni Dominico denunciavit, iste admissus ad causam cognoscens sibi obstare judicium anni 1667., obtinuit commissionem restitutionis in integrum, in cujus sequelam fuit disputatum dubium, tam circa restitutionem in integrum, quam circa associationem postremo decretam favore Lucæ, & per duas sententias separatas Judex denegavit petitam restitutionem in integrum, atque confirmavit sententiam prolatam super associatione, ac postmodum admissa tamen appellatione in devolutivo per Eminentissimum Cardinalem Legatum, Joannes Dominicus recursum habuit ad Signaturam, à qua impetravit commissionem signatam cum Clausula -- *Alteri qui ad legitimam &c.* -- cujus vigore commissa mihi causa, & proposito consueto dubio Domini in hodierna audientia dixerunt *esse procedendum ad legitimam executionem*.

Cum enim nulla possit haberi difficultas super debito illorum de Vernitiis favore Monachorum, utique dominis visum fuit, nec etiam dubitari posse de credito Hærcu-
1 lis, qui dimittendo principales creditores reportavit jurium cessionem, per quam in locum Monachorum fuit subingressus, ut proinde si elapsis temporibus agendo pro sorte, & fructibus d. census eidem fuit admissa satisfactio pro duabus ex tribus partibus præservando sua jura quo ad tertiam partem; possit nunc jure merito Lucas, & illius persona pro hac tertia parte instare, atque in satisfationem per totam associationem(ope-
2 rante clausula præcarii apposita quoad omnia

nia bona) obtinere super fundo deven-
dito a Joanne Dominico in solidum obligato
in prædicti census impositione, ad tradita
per *Baro conf.* 66. *num.*8. *lib.*3., & firma-
tur per *Rotam dec.*760 *num.*2. *cor. Celf.* ubi
concordantes.

Neque obstare posse existimarunt Domi-
ni, quod census ex parte creditoris sit de
3 sui natura irredimibilis ad præscriptum no-
stræ constitutionis B. Pii V. in ordine *la* 72.,
quando quidem licet præfata conclusio in
sisis terminis, & sic generaliter, atque in
abstracto supradictam controversiam non pa-
tiatur, tamen præsenti hypothesi non esse ap-
plicabilem dixerunt, sed benè locum sibi
vindicare limitationem per quam permitti-
tur repetitio sortis, ex eo quia promoto de
4 anno 1665. per Hærculem judicio, unus ex
fratribus correis debendi allegavit minorem
ætatem ad effectum annullandi suam obli-
gationem, prout de facto evenit: itaut ex-
inde deficiente uno potuerit quidem credi-
5 tor saltem ratione damnorum, & interesse
sortem repetere, uti tradunt *Altimar. de*
nullit. rubr. prima par. 2. *quæst.* 23. *nu.*375.,
382., *&* 522. *tom.*4., *Cenc. de censf. qu.*106.
*num.*16., *Medic. decif. Senen.*30. *num* 9., ac
firmavit *Rota coram san. me. Gregor.XV.*
*dec.*560., *&* *dec.*564. *ibique Adden.*

Quæ authoritates licet loquantur in casu,
quo census fuerat impositus ab uno tantum,
itaut nullitas respiciat totū contractum, non
autem in casu, quo plures sunt Impositores,
& respectu unius solummodo nullus decla-
6 ratur contractus, tamen Domini illas pro-
cedere dixerunt etiam in hac secunda hy-
pothesi propter individuitatem contractus,
qui si corruit quoad unum, debet corruere
quoad omnes insolidum obligatos, quid
quid secus dici posset deficiente hac solidali
obligatione, juxta theoricam *Bald. in l.* 1.
*num.*63. *verf.*, *aut continet C de error. cal-*
cul., de qua pariter apud *Rain. conf.*129.
*num.*12., *&* *seq. lib.*2., *Gabr. conf.*56. *n.*17.
& *seq. lib.*1.

Ea potissimum addita ratione, quod ex
defectu unius obligationis perit consensus
7 creditoris, qui certè vigere non potest, si
ex tribus cum quibus solidaliter contraxit
unus obligationis vinculo ad strictus non re-
maneat ad ea, quæ alios allegando ponde-
rat *Rota Lucen. dec* 32 *num.*9., *&* *seq. pe-*
nes Palma, ac insuper ponderata circum-
stantia prosiliente ex alio judicato, quo
fuit Hærculi decreta satisfactio tam sortis,
quam fructuum cum reservatione alterius
tertiæ partis, in cujus sequelam usque tunc
temporis deliberata fuit quædam domus,
8 ne cæteroquin vis adimatur rebus judicatis,
quæ veritatem præseferunt, ad vulgatam
9 regulam *Text. in l. res judicata* 208. *ff. de*
reg. jur. quando, ut hic ex supradeductis de
insubsistentia redargui non possunt.

Absque eo quod contra prædictam deli-
berationem veniant attendenda quæcumque
fuerunt per scribentes deducta utpote quia
DD. putarunt esse omnino insubsisten-
tia, nam quantum attinet ad ea, quæ dice-
bantur circa fructus, qui asserebantur inde-
biti quoad portionem Nicolai propter de-
11 fectum suæ obligationis, satisfecit respon-
sio, quod si Hærcules pro dimittendis Mo-
nachis proprium creditum fructiferum assi-
gnavit, utique, & iste saltem ratione da-
mnorum, & interesse fructus percipere de-
12 beat, ne ad imparia judicaretur, rejecta re-
gula in contractibus æqualitatem præcipien-
13 te, de qua scribentes in *l. bona fides* 52. *ff.*
de action. emptor., ac notat *Palm. nep. al-*
leg 9. *num.*15.

Prout nec etiam ullam animadversionem
apud Dominos promeruit, quod innuata
deliberatio fuit solum decreta pro fructi-
bus, quoniam ex facti serie supra enarrata
habetur, quod sub initio instantiæ ab Hær-
cule promotæ fuit demandata deliberatio
pro fructibus dumtaxat, sed suscitata subin-
de alia quæstione à Nicolao sub prætextu
minoris ætatis, judex annuendo petitis ab
Hærcule, quibus sortem pariter exposce-
bat, novo decreto mandavit procedi ad ul-
teriora in deliberatione, etiam pro sorte,
quod facere rite, ac recte potuisse jam satis
abunde supra probatum fuit.

Tandem ejusdem irrelevantiæ fuit habita
a Dominis exceptio excessivitatis de sumpta
ex eo, quod absque ulla liquidatione fue-
rint in ea calculatæ expensæ, quia, cum
ageretur de expensis tantum mandatorum,
14 quæ in continenti poterant calculari, nec
indigebant liquidatione, prout revera illæ
fuerunt bonificatæ in prædicta deliberatio-
ne, juxta calculum in ipsismet mandatis ef-
formatum, statim constitit assertam ex ces-
sivitatem esse rejiciendam.

Et ita, utraque parte Informante &c.

REATINA DONATIONIS SUPER FRUCTIBUS ETIAM QUOAD RESERVATA.

Lunæ 7. Aprilis 1710.

ARGUMENTUM.

Desume ex Summario.

In hac causa sunt Decis. 601. & 645. quæ con
firmantur.

SUMMARIUM.

1 *Rota Peritis a se electis quando de errore concludenter non docetur deferre solet.*

2 *Præsertim cum ab eorum Peritia appellatum non fuit, ex quo eadem majus robur accepit.*

3 *Fructus habito respectu ad capitalem in eadem æstimatione sunt decernendi in judicio restitutionis fructuum, ac prius æstimatum fuerat in judicio restitutionis spolii, etiamsi sit Palatium in Prædio rustico.*

4 *Melioramenta facta post motam litem super nullitate donationis non sunt in consideratione, uti malam fidem redolentia.*

DE-

DECISIO DCXXXIX.

Superventa re judicata Rotali canonizante resolutionem donationis factæ favore Bartholomæi Vecchiarelli per Valerium ejus fratrem; cum in ejus sequelam bona donata essent restituenda una cum fructibus perceptis à donatario, de pluribus fuit dubitatum; primo scilicet à quo tempore fructus deberentur, secundo an constaret de identitate omnium bonorum, ac tertio in qua quantitate essent fructus liquidandi.

Quibus omnibus per me propositis sub die 7. Februarii 1707., & 11. Martii 1709., præsupposito semper credito in genere uti incontrovertibili, fuit resolutum à DD. in utraque propositione, quod fructus à die motæ litis, videlicet ab anno 1693. adstipulante juris censura deberentur, non autem ab anno 1697. ex rationibus latè deductis in decisionibus coram me editis, & præcipuè in illa die 11. Martii 1709. §. *quod autem cum seq.*; prout etiam in prima propositione informante unica tantum parte, dictum fuit, quod illi essent restituendi in quantitate scutorum 11313. juxta liquidationem à perito factam; Verum in secunda propositione altera parte sua jura deducente, atque redarguente peritiam de errore tam circa liquidationem fructuum, quam circà bonorum identitatem, DD. visum fuit demandare, ut Peritus suam peritiam revideret, ut ita etiam super istis reservatis recta capi posset resolutio.

Ad normam autem hujus rescripti peritus debito studio, ac labore peritiæ revisionem explevit, referendo super identitate bonorum, & quantitate fructuum ad minorem summam reducendo, ut infra: undè ea terminata, denuo ad instantiam filiorum, & hæredum Valerii donantis proposui in hodierna audientia consuetum dubium, reservata pariter concernens, & Domini unica tantum parte informante, licèt pluries altera pars citata fuerit, responderunt *standum esse in decisis juxta modum, etiam quoad reservata.*

Ab ipsis etenim adeò firma habita sunt fundamenta, quibus probatum extitit fructus esse restituendos ab anno 1693., cum eo tempore transmissum fuerit monitorium ut super hoc nihil esse addendum existimaverint, sed ad inutilem repetitionem evitandam in omnibus ad deducta in meis decisionibus se relative habere voluerint.

Quantum vero attinet ad reservata, nullatenus ambigerunt DD. peritiæ revisionem approbare, tàm quoad identitatem bonorum, quam quoad quantitatem fructuum ad summam scutorum 8541. 18. ÷ redactam, quippe quia semper à nostro Tribunali peri-
1 tis de suo mandato referentibus, quatenus de erroneitate concludenter non constet deferri soleat, uti firmatum fuit per *Rotam dec 57. num.3. par.18. rec., & dec. in hac causa coram me edita 7. Februarii* 1707. §. *final.*, ac alibi passim; præsertim quando,
2 ut in præsenti hypothesi, nulla fuit à peritia interposita appellatio, cum ex hac non impugnatione majus robur accipiat. *Rota coram Ottbobon. dec.7. num.15., & in d. dec.57. num.2. par.18.*

Neque DD. dimovere potuit à supradicta resolutione illa animadversio, quod peritus pro calculandis fructibus consideraverit palatium in prædio rustico existens pro Capitali scutorum 2000.. Quoniam omissis aliis, quæ dici possent, præoculis uti præcipuum habuerunt, quod cum in Judicio spolii à donatario contra Valerium donantem intentato pro dicta summa, de hujusmo-
3 di Palatio ratio habita fuerit, æqualitas exigebat, ut pariformiter in hoc judicio restitutionis fructuum ab eodem donatario peragendæ habito respectu ad præfatum Palatium pro enunciato capitali scutor. 2000. fructus ipsi calcularentur. *ad regul. Text. in. l. 1. ff. quod quisque fur.*, de qua etiam advertit *R. P. D. meus Ansald. in annot. ad dec.71. num.35.*; absque eo quod attendi deberet exceptio melioramentorum, quæ utique non probantur, & in omnem casum, ex
4 quo facta post motam litem super nullitate donationis, non sunt habenda in consideratione, uti malam fidem redolentia; ex firmatis per *Rotam dec.283. num.19. coram Royat, & in recent. decis.643.nu.24.par.19. tom.2.*

Et ita, unica parte &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI MUTII DE BUBALO SUPER ARTE AGRARIA.

Veneris 2. Maii 1710.

ARGUMENTUM.

Privata scriptura, seu notula a Viro integerrimo confecta, & comprobata, quando ab illam impugnantibus producta pro fundamento suæ intentionis fuerit, pienè contra illos probat: etiamsi productio facta sit in parte, & partibus: vel saltem errorem concludenter probare tenentur, qui non probatur ex inventario non citatis creditoribus confecto, defectuoso, & erroneo. Inventarium rerum societatis ab initio factum non probat quantitatem post eam, quia vel ex portione consocii, vel ex damnis societatis potest diminui, Societas pro hæredibus etiam contracta morte alterius consocii non expirat.

Inter has partes sunt dec. sequens, & dec. plures in hoc, & sequenti tom.

SUMMARIUM.

1 *Privata scriptura pro scribente non probat.*
2 *Limita contra eum, qui produxit ad fundandam propriam intentionem.*
3 *Limitationem amplia cum juxta illam per rem judicatam creditum fuerit canonizatum, & cur?*

4 No-

4 *Notulas in parte, & partibus producta facit ut non noceat partita in eadem comprehensa, quæ in judicii decursu fuit impugnata: Secus quando fuit eadem petita, & acceptata, & non.*
5 *Confessio propria nequit impugnari*, & n. 21.
6 *Error univocis, & concludentibus probationibus est convincendus*, & n. 22.
7 *Inventarium non solemne, nec citata parte ab illo, cui ita describere intererat factam nihili est faciendum.*
8 *Præsertim cum alias fuerit a Rota rejectum*
9 *Et ab ipsa parte pro illo decertante ante impugnatum.*
10 *Descriptio in inventario probat, quod in societate tunc temporis capitalia descripta extarent, non verò, quod postea possit calculari ad comodum alterius utilitas eisdem correspondens.*
11 *Lucrum in societate de jure solum in illius fine regulari potest.*
12 *Societas per mortem alterius terminatur.*
13 *Limita cum hæredum quoque in ea contrahenda mentio facta est, quia tunc protrahitur.*
14 *Notula, quæ defectuosa videtur respectu ad partitas ad aliud spectantes, & quoad aliud negocium pro majori parte partitarum verificatur quoad istud, est in totum attendenda, quidquid sit quoad aliud*, & num. 2.
15 *Notula confecta ab eo, qui in ultimis vitæ amaritudinem exhibuit in partitis aliam rem respicientibus, si alias quoad aliam rem non correxit, suspicio quoad istas exulat, & cur?*
16 *Et tunc cum error non malitia factus dicatur ab allegante contra notulam est probandus in specie.*
17 *Præsertim si fit verisimilis expressio in ea facta.*
18 *Et facta sit a Viro nobili, & integri, namque tunc qualibet doli, & fraudis suspicio excluditur*, & n. 19.

DECISIO DCXL.

NON acquiescentes hæredes fideicommissarii Mutii de Bubaio resolutionibus in hac causa editis, in quibus pro retractu artis agrariæ canonizata fuerat ad eorum favorem partita scut. 2700. dumtaxat, illarum vires acriter impugnando insurexerunt cor. R.P.D. meo Ansaldo, qui tamen prævia decisione præcedentium confirmatoria, sententiam protulit, in qua à prætensa majori summa Marchionem Sancta Crucium absolvit.

Quamobrem in gradu appellationis instaurata causa cor. me, DD. attenta validitate, & justitia, præfatam sententiam confirmandam esse censuerunt.

Validitas enim non controvertitur, & Justitia plenè resultat, ex quo actores usque ab initio judicii super immissione intentati, ultra stabilia, varias etiam partitas, & signanter illam scut. 2700. expostularunt ad normam folii a Hiacinto ultimo gravato pro prio caractere exarati, proindeque cum illius satisfactionem consequuti jam fuerint, nihil ultra petere possunt, licet enim regulariter privata scriptura pro scribente non probet, ad notata per *DD. in l. exemplo, & l. rationes C. de probat*; attamen cum ab
2 actoribus ad fundandam præscriptam intentionem producta fuerit, utique plenum probationis gradum constituit *Bartol. in l. fidem §. Nummularius n. 2 Angel. ibidem nu. 30. ff. de sedendo, Paris. cons. 90 n. 2. lib. primo, Housden. cons 78. n. 8. lib. primo, Rot cor. Ludov f. dec. 238. n. 5., ibique adden. n. 15., & in rec. dec. 361. n. 2. p. 4. Tom. primo.*

Maximè quia juxta illam suum cred. tum,
3 etiam per rem judicatam canonizari obtinuerunt; ideoque eo magis ejusdem approbationem retractare prohibentur, *Rota. cor. Coccin. dec. 1975. n. 23., & in Romana, seù Ianuen. Trebellianicæ 11. Martii 1697. §. sivè attendantur sententiæ, & seq. cor. bo. me. Pio.*

Neque prædictis obstare visum est, quod præfata notula producta fuerit cum clausulis præservativis, & in parte, & partibus favorabilibus tantum acceptata. Etenim hujusmodi exceptio prodesse posset, quo-
4 ties partita de qua agitur in judicii decursu impugnata fuisset: secus autem, quando, prout hic, fuit unà cum aliis petita, ab objectis mordicus vindicata, & post rem judicatam solemniter acceptata, ut distinguendo tradunt *Cravet. cons. 201. n. c., & 6. lib. 2., Housden. cons. 83 n. 75. lib. primo, Rota Ianuen. dec. 72. n. 4., & 5., Adden. ad Gregor. d. dec. 238. n. 15. in fin., Rota cor. Coccin. d. dec. 1975. n. 21. cum pluribus seqq.*

Et præscindendo etiã ab hujusmodi solemni acceptatione, datoque, quod licitũ esset actoribus propriam confessionem impugnare, contra reg. *text. in l. vim precum C. de liber. caus.*, adhuc tamen non inde melior eva-
6 deret illorum conditio, quia prætensum errorem univocis, & concludentissimis probationibus non convincunt, prout opus esset ad monitum *text. in l. cum de indeb. 25. §. ultimo ff. de probat. l. unica C. de error. calcul., Soccin. sen. cons. 57. n. 11., Ruin. cons. 10. n. 16. lib. 3., Rot. cor. Otthobono decis. 64. n. 2., & in rec. dec. 261. n. 25. p. 7., & dec. 182. n. 8. p. 19. tom. primo.*

Totum enim probationis fundamentum ab ipsis constituitur in Inventario hæreditario Mutii fideicommittentis, in quo singillatim adnotata reperiuntur singula capitalia, frumentum scilicet, Boves aratorii, Equi, aliaque omnia instrumenta ad consuetum usum artis agrariæ spectantia; verum cum illud nulla præcedente creditorum, & interesse habentium citatione, absque solemnitatibus, & tempore, quo Hiacyntus in Transalpinis morabatur exaratum fuerit a Camariano, cujus Uxor in fideicommisso substituta erat, & proinde eidem intererat fideicommissariam substantiam ampliare, nihil profectò ad intentum concludere potest: ma-

xi-

8 xime quia tanquam defectuosum, & erro-
neum rejectum sæpe fuit a nostro Tribunali,
9 & ab ipsismet authoribus impugnatum, ut
observat, & probat *decisio hujus causę* 12.
Maii 1702. §. *verum cum seqq. cor. R. P. D.*
meo Ansaldo.

Et quando etiam procedendum esset cum
d. inventario, adhuc ex eo erui non potest su-
perlativa illa probatio, quæ per necesse er-
rorem supradictę notulæ concludat: descrip-
tio enim, quæ in eo legitur super quantitate
frumenti, Animalium, & stiliorum, pro-
bat quidem, quod in societate tunc tempo-
10 ris capitalia prædicta reperirentur, non au-
tem, quod hæreditas Mutii calculare posset ad
sui comodum, & utilitatem eisdem partitis
correspondentia, quia diminui ista poterant
sivè ex portione alterius socii, sivè & debitis
ejusdem societatis *Rot. cor. Zarat. de.* 41. *n.* 10.
cum seqq. dec. 1331. *n.* 2., & 3. *cor. Emerix*
jun., & *in Romana pecuniaria* 14. *Martii*
1701. §. & *nihilominus cor. R. P. D. meo*
Ansaldo.

Attento potissimum, quod Societas dura-
tura erat per tres fere annos subsequentes, &
in ejus instrumento expresse cautum fuerat,
ut utilitas solum in fine calculari deberet,
quod consentaneum est etiam dispositioni ju-
ris, qua edocemur, attendendum esse finem
negotii, a quo unicè illius lucrum regulari
posset, *ad text. in l. Creditor ff. de solut.*, *l.*
Lucius ff. de administrat. Tutor, Felic. de So-
ciet. cap. 38. *n.* 56.

Hinc frustra repetebatur, quod per mor-
12 tem d. Mutii societas de jure terminata re-
manserit, nam illius dispositio iterum inap-
plicabilis visa est præsenti hypothesi, in
13 qua pluries facta fuit mentio de hæredibus,
ideoque etiam ad illos societas protraheba-
tur, ut præter aductos in dicta *dec.* 2. *Maii*
1702. §. *Cæterum cum seq cor. R. P. D. meo*
Ansaldo, latè probant *Abbat cons.* 86. *n.* 2.,
& *seq. vol.* 2., *Paris. cons.* 92 *n.* 33., & *in*
ejus addit. n. 68. *lib. primo*, *Surd. cons.* 20.
n. 15. *lib. primo*, *Mantic. de tacit.*, & *am-*
big. convent. lib. 6. *tit.* 24. *n.* 28.

Posito ex his, quod actores eorum inten-
tionem in prædicto inventario fundare non
possint, attendenda omnino venit d. notula
a Hjacynto exarata, non obstantibus excep-
tionibus, quæ ad illam evertendam iterum
inutiliter cumulabantur, quod scilicet d.
folium compertum fuerit in aliqua parte de-
fectuosum, quodque ipsemet Hyacintus in
postremo vitæ discrimine sępius ingenuè fas-
sus fuerit se ignorare statum hæreditarium
fideicommissi. Quoad primam enim obiec-
ti partem satisfaciebat responsio, quod dicta
notula respectu ad bona, & jura fideicom-
missaria comperta fuit adamussim vera, & si
quis error in ea inrepsit verificatur solum in
his, quæ Hyacintus comisit describere, quę-
que forsan describenda non erant, & quoad
ea tantum cadere posset inspectio circa fidem
14 eidem notulæ præstandam, sed non exinde
remanet illi fides adempta quoad partitam
artis agrarię quousque de ejus errore con-
cludenter non doceatur, cum ad eam substi-
nendam satis superque sufficiens extitisset
verificatio majoris partis partitarum in ea-
dem notula contentarum, ad tradita per *Ca-*
strens. cons. 301. *n.* 4. *lib. primo*, *Paris. cons.*
90. *n.* 5. & 26. *lib. primo*, *Menoch. de præ-*
sumpt. lib. 3. *præsumpt.* 63. *n. primo*, & *per*
tot., *Rot. dec.* 321. *sub. n.* 2. *p.* 3., & *dec.* 361.
n. 5. *p.* 4. *tom. primo rec.*

Quo vero ad alteram obiectionis partem
tantum aberat, ut contra sæpe d. notulam
quidquam concluderet, ut potius eam mira-
biliter convalidaret, & amaritudine siqui-
15 dem, qua præmebatur Hyacintus magis, ma-
gisque confirmatur illius probitas, atque
optime datur intelligi, quod si super d. fo-
lio pręcise referente retractum artis agrarię
in scut. 2700. aliqua cadere potuisset suspi-
cionis, & erroris umbra, utique illius col-
lectionem non neglexisset. Cum ergo nihil
prorsus immutaverit, de ejus veritate, & in-
tegritate dubitari non potest ex firmatis in
Romana Primogenituræ de Cæsarinis super
negotio principali 30. *Januarii* §. *immo*, &
22. *Iunii* 1708. §. *nec valet in fine cor. me*, &
in omnem casum si quis error irrepsisset, id
non dolo, nec malitię tribuendum esset, sed
simplici ignorantię, semperque recurrit ani-
16 madversio, quod error esset in specie pro-
bandus: maxime quia expressio quantitatis
17 est etiam admodum verisimilis, dum si ad-
datur alia portio scut. 2700. ad consocium
spectans, fere æquipollet quantitati, quam
in totum probare contendunt actores, ideo-
que credendum est, quod Hyacintus ęsti-
maverit summam expressam fuisse veram,
ita etiam suadente notissima ejus integritate,
18 & nobilitate, ex quibus omnis suspicio frau-
dis, & doli excluditur, *Rot. cor Gregor.*
dec 169. *in fine*, & *cor. Pentinger. dec.* 57.
n. primo cum pluribus adductis in Romana
mercium 9. *Decembris* 1701. §. *minus impu-*
gnari cor bo. me. Muto.

Atque ex his, aliisque fundamentis in de-
cisione præcedentis instantiæ coram R.P.D.
meo Ansaldo pleno calamo deductis agno-
scentes difficultatem provincię in evertendo
sępe d. folio scribentes pro fideicommissariis,
novum defensionis momentum adstruere sa-
tagebant, supponendo, quod eatenus in
præcedentibus causę decisionibus admissa
fuit favore actorum partita scut. 2700. dum-
taxat, quatenus suppositum fuerat, quod
Joannes Angelus socius pro æquali portione
una cum Mutio ad utilium participationem
admittendus esset; ideoque cum constet ho-
die, quod d. Joannes Angelus solum pro ter-
tia parte de utilibus participare debebat,
prædictarum decisionum fundamenta subsi-
stere nequeant.

Verum quidquid sit an d. consocius pro di-
midia, vel solum pro tertia parte ad utilium
participationem admissus fuerit, hoc unum
certum est, quod tam in resolutionibus præ-
cedentis instantię, quàm hodie decidendi
ratio

19 ratio fundata sit in probitate Hyacinti scri-
20 bentis, in verificatione omnium partitarum,
21 in productione, & approbatione d. folii
ab ipsis actoribus etiam per rem judicatam solemniter expletam, ut in subiecta materia valde verisimilem redderet confessionē Hyacinti; quibus omnibus concurrentibus, quous-
22 que meliores in contrarium non afferantur
probationes, procedendum omnino est cum d. notula ex authoritatibus superius adductis.

Et ita remissivè se etiam habentes ad decisionem precedentis instantię responderunt DD. utraque &c.

ROMANA. CENSUS.

Lunæ 5. Maii 1710.

ARGUMENTUM.

Fructus census, licet de iis Rota dixerit, habendam esse rationem in liquidatione fructuum hæreditatis; attamen etiam de per se postea per modum actionis peti possint: maxime ad effectum retinendi. Ad quem effectum exitenum possessionis rei penes census debitorem, quamvis ex instrumento contra tertios non probetur, tamen in antiquis possessio, identitas, & dominiū ab istis probatur junctis enunciativis emissis in mandatis judicum ad partis petitionem, & in eodem instrumento insertis; præsertim contra illo qui eodem instrumento in iudicio usi sunt, & ex eo obtinuerunt Hypotheca ut prescripta sit quid requiratur Census ex longi temporis lapsu quæ requirat, ut extinctus dicatur? Heres gravatus absque dolo res fideicommissarias permutans, sicut & Tutor, & Administrator, ad nihil tenetur, sed concurrente utilitate potest: quæ utilitas à fideicommissario impugnari nequit, si rem in permutatione acceptam consequi institerit.

Inter has partes sunt dec. proxime antecedens, & sequentes Romanæ fideicommissi Mutii de Bubelo ut in Indicæ.

SVMMARIVM.

1 *Associatio vigore instrumenti census multo magis conceditur cum adest clausula constituti, & quid ea importet.*
2 *Rota rescribens, quod de fructibus alicujus census ratio habenda sit in liquidatione fructuum hæreditatis à creditore pendente lite contra census creditorem perceptorum impedit, quod fructuum census petitio per viam actionis promoveri non possit.*
3 *Contrarium, & cur?*
4 *Creditori jura sua experiri liberum esse debet.*
5 *Maximè ad effectum compensandi, seu retinendi.*
6 *Possessio fundi censiti penès debitorem probatur ex instrumento impositionis census cum clausula Constituti.*
7 *Secus contra Tertios.*
8 *Possessio, dominium, & identitas in antiquis probatur ex enunciativis in mandatis judicum ad supplicationem ipsius Partis, et in Instrumento ab ipsis insertis.*
9 *Præsertim cum d. Instrumento usa est in judicio, ex ejus vigore obtinuit, et cur?*
10 *Instrumento in judicio utens, et eius vigore obtinens omnia approbasse censetur, ut amplius nequeat impugnare.*
11 *Possessio de aliquo tempore non excluditur ex quo postea eadem res in aliis fuerit reperta.*
13 *Assertio libertatis Prædii à debitore facta in tertii preiudicium non attenditur.*
14 *Assertio libertatis Prædii à debitore ad alliciendum emptorem facta censetur.*
15 *Assertio ad unum finem emissa, ad alium diversum prodesse nequit.*
16 *Præscriptio hypothecę favore tertii detentoris Predii hypothecati, ut ex temporis lapsu fiat, quænam requirantur, et sint probanda?*
17 *Census præsumpta extinctio ex longo temporis lapsu tunc solùm admitti solet; quando etiam concurrunt urgentes coniecturę.*
18 *Præsertim cum plures personarum mutationes contigerint, nam tunc in eis ignorantia præsumitur.*
19 *Hæres gravatus bona fideicommissaria sine dolo, et lata culpa permutans cum fundo, quod posteà censitum reperitur, non tenetur de evictione, seu ad damna, et interesse.*
20 *Quod etiam est de Tutore, ac administratore, quibus in hoc hæres gravatus æquiparatur.*
21 *Hæres gravatus, cum concurrente utilitate fideicommissi, erogare potest eiusdem pecunias in emptione stabilium, tunc ex præsumpta fideicommittentis voluntate quamcumque permutatio fare potest*
22 *Utilitas permutationis factæ à gravato impugnari amplius nequit, cum fideicommissarii pro consecutione rei permutatæ institerint.*
23 *Et cum prima permutatio à fideicommissariis fuerit acceptata.*

DECISIO DCXLI.

Postquam Marchio Montautus, & litis Consortes Immissionem obtinuerant ad bona fideicommissaria Mutii de Bubalo adversùs Marchionem Antonium Sanctacrucium, expostularunt etiam restitutionem fructuum, in quorum liquidatione dispunctis partitis crediti, & debiti hinc inde coram Perito, calculatus fuit ad creditum Marchionis Sanctacrucii Census sc. 1000. una cum fructibus, impositus super quadam Domo in Regione Columnę ab Horatio de Bubalo cum fidejussione Gregorii, & Francisci filiorum favore Marchionissæ Helenę Mariæ, & Valerii Conjugum de Sanctacruce.

Proposita deindè Causa super prædicta liquidatione coram bo. me. Manuel, responsum fuit, quoad hujusmodi partitam Census, quod de illa haberi potuisset ratio in calculo fructuum pendente lite ex Bonis fideicommissariis à Sanctacruce perceptorum, ut

ex Decisione edita 2. Maii 1689. §. *Primo*,
& ex Sententia successivè ad ejus normam
prolata: Qua de re optimè noscens Marchio
Scipio Sanctacrucius memorati Antonii Hæ-
res, quod jura dicti Census reservata potius,
quam canonizata fuerunt in prædicta Deci-
sione, & Sententia, quodque proindè in
restitutione fructuum impugnari poterat
ejusdem compensatio, proponi curavit Du-
blum - *An esset danda associatio pro fructi-
bus dicti Census*, & Domini affirmativè re-
sponderunt.

Satis enim fundata apparuit ejus intentio
in publico Instrumento impositionis Census
1 solemnitèr celebrato cum solita clausula
Constituti, aliisque præseferentibus facita-
tem favere Creditoris, ejusque Hæredum
apprehendendi propria auctoritate posses-
sionem dictæ Domus censitæ, & ideò multo
magis sufficiunt ad obtinendam associatio-
nem, ad *Text. in l. 3. ibique Doctores Cod.
de pignor.*, *Cenc. de Cens. quæst.* 58. *n.* 35. *&*
36. cum concordan. apud *Rot. dec.* 821. *n.* 1.
coram Dunozett. Jun.

Non attento, quod nostrum Tribunal co-
ram d. bon. mem. Manuel censuerit de
2 fructibus hujus Census habendam esse ratio-
nem in liquidatione fructuum pendente li-
te perceptorum, proindèque eorum peti-
tio per viam actionis promoveri non possit.
Etenim ultra quod ex hoc nullatenùs subla-
3 ta, sed expresè reservata dici debet actio
Creditori petendi fructus, eo ipso quod eo-
rum compensatio cum fructibus restituendis
impugnari potest, ut extrajudicialiter jam
4 impugnata fuit, omnis ratio postulat, ut li-
berum sit Creditori sua jura experiri, maxi-
5 mè prout hic ad effectum compensandi,
seu retinendi, *l. Paulus ff. de dol. mal. ex-
cept.*, *l. per retentionem C. de usur.*, *Ruin. cons.*
66. *n.* 17. *lib.* 1., *Surd. cons.* 4. *n.* 5. *&*, *dec.* 277.
n. 13., *Rot. coram Gregor. dec.* 425. *n.* 2., *& de-
cis.* 352. *n.* 2. *cor. Merlin.*

Neque, ad retardandam associationem,
subsistere visæ sunt exceptiones, quibus ejus-
dem extrema, & consequenter dictum Cre-
6 ditum impugnabantur. Possessio enim Do-
mus censitæ penes Horatium debitorem,
satis superque probatur ex ipso Instrumento
positionis Census clausula Constituti valla-
to ex adductis per *Pacific. de Salvian. in-
terdicto inspect.* 1. *cap.* 6. *n.* 19., *Cens. de Cens.
quæst.* 98. *n.* 18., *Rota post eumdem dec.* 359. *n.*
5. *&* 6., *& dec.* 403. *n.* 2.

Et quamvis præfatum Instrumentum etiam
dicta clausula munitum concludere non pos-
7 set possessionis probationem contra Reos con-
ventos uti Tertios, ut per *Text. in l. quam-
vis §. si venditor C. de aquir possess.*, *obser-
vat Rota post Cenc. d. dec.* 403. *n.* 4., attamen
cessat omnis hæsitatio, ex quo Quintius, &
Hyacintus de Bubalo specialiter obtinue-
runt usque de anno 1628. facultatem venden-
di loca Montium fideicommissaria, ad ef-
fectum erogandi eorum pretium - *in emptio-
nem Domus q. Horatii de Bubalo*, *& nunc
Joannis Pasini*, ut resultat ex mandato Il-
lustrissimi Thesaurarii, quod fuit insertum
in Instrumento emptionis per eosdem Quin-
8 tium, & Hyacintum expletæ. Quamobrem
ex hujusmodi enunciativa, maxime cum
versemur in antiquis, optime comprobata
remanet possessio, dominium, & identitas
dictæ Domus penes Horatium Census Impo-
sitorem, ad tradita per *Rot. dec.* 294. *n.* 3. *co-
ram Merlin.*, *dec.* 240. *n.* 6. *cor. Cerro*, *decis.*
309. *n.* 11. *cor. Peutinger.*, *dec.* 14. *n.* 4. *cor.
R. P. D. meo Ansaldo*, *& in Asculana fidei-
commissi*, *seù Domus* 5. *Decembris* 1691. §.
Identitas cor. Eminentiss. D. Caprara.

Sine difficultate, quia ipsimet Rei con-
9 venti vigore mox enunciati Instrumenti
eamdem Domum *Pasini*, uti fideicommis-
sariam judicialiter avocarunt à Marchione
10 Antonio Sanctacrucio: Ideoque omnia in
d. Instrumento contenta approbatiè censen-
tur, adeout ea amplius impugnare non pos-
sint, *Card. de Luc. de Testam. disc.* 66. *n.* 4.,
Rot. dec. 1213. *n.* 14. *cor. Emerix Jun.* cum
concordan. novissimè cumulatis *in Romana
fideicommissi de Bubalo super arte agraria
inter has Partes* 2. *Maii* 1710. §. *validitas
cum seqq. cor. Me*.

Hinc ad controvertendam possessionem
prædictæ Domus penes Horatium, frustra
adducebatur hujusmodi venditio facta à Pa-
sino favore præfatorum Quintii, & Hyacin-
ti cum assertione, quod esset libera ab omni
11 Canone, & Censu, quia cum ea expleta
fuerit post decennium à die impositionis
12 Census, ejusdem possessionem de eo tempo-
re non excludit. Novum enim non est, quod
rerum dominia in dies variantur ex firma-
tis per *Rotam cor. Duran. dec.* 337. *n.* 24. *&
in Romana Jocalium* 13. *Maii* 1709. §. *Quan-
doquidem coram R. P. D. meo Polignac*,
cum ceteris relatis *in Ariminen. fideicom-
missi Bandi de Bandis super reintegratione
quoad Census illorumque fructus* 21. *Martii*
1710. §. *Illiquiditas cor. Me*.

Assertio autem a Pasino emissa super li-
bertate domus nihil omninò concludere po-
test ad intentum; Tum quia ea non attendi-
13 tur in præjudicium Tertii ex notis juribus
de quibus *Rota dec.* 367. *n.* 12. *par.* 12. *rec.*;
14 Tum quia ad alliciendum emptores facta
censetur, ut quotidie fieri solet, & advertit
Rota dec. 148. *n.* 14. *post Cenc. de Cens.*, *& in
Romana fideicommissi de Avila* 9. *Decem-
bris* 1702. §. *Nec in oppositum cor Eminen-
tiss. D. Caprara*, ideoque tanquam ad unum
15 finem emissa, nullatenus quoad alium di-
versum prodesse potest, ad firmata per *Ja-
son. cons.* 36. *n.* 4. *vol.* 3., *Natt. cons.* 94. *n.* 7.,
Surd. cons. 311. *n.* 67 *lib.* 3., *& dec.* 250. *n.* 6.
cum seqq., *Rota post Cenc. de Cens. d. dec.* 148.
sub n. 14.

Vindicato ex his contrariis exceptionibus
primo extremo, inutiliter alterum impugna-
batur eo sub fundamento, quod per lapsum
70. & ultra annorum præscripta fuerit actio
hypothecaria, ac etiam præsumi possit Cen-

sus

tus extinctio, vel in omnem casum Marchio Sanctacrucius uti Hæres dd. Quintii, & Hyacinti, qui in emptionem d. Domus erogarunt Loca Montium fideicommissaria libera, teneatur de evictione.

Præscriptio enim hypothecę &c. nunquam ex temporis lapsu induci potest, nisi debitor cessaverit a solutione, & creditor sciens alie-
16 nationem Bonorum hypothecatorum in Tertium, fructuum petitionem distulerit, atque hujusmodi scientia nunquam præsumitur, sed ab allegante concludenter probanda venit, *Rot. cor. Merlin dec.487. n.17. & seqq., & dec 811. n.9. & 10., & in rec. dec.365. n.6. & 7. par.14., & in Romana Salviani 17. Februarii* 1702. §. *Hinequè præscriptio cor. Reverendis. meo Decano*.

Præsumptio autem extinctionis ejusdem
17 Census tunc solum ex longo temporis lapsu admitti solet, quando etiam concurrunt urgentes conjecturæ, quæ in præsenti non afferuntur, ut observant ipsæmet auctoritates in obiecto laudatæ, & signanter *Rota coram R. P.D. meo Ansaldo dec.60. n. 5. & 6. in ejus annot. in principio, & videre est in Sabinen. fideicommissi* 22. *Aprilis* 1701. §. *primus Siquidem, &* 12. *Junii* 1702. §. *Nec ad impugnandum cor. Eminentiss. D. Caprara, & in Neapolitana Census* 13. *Decembris* 1709. §. *Præcipuum cum seqq. cor. Me*.

Potissimum quia hoc intermedio tempore
18 plures, & plures Personarum mutationes contigerunt, proindeque eo facilius excluditur prætensa extinctio ex capite ignorantiæ, quæ probabiliter in eis præsumitur, ad firmata per *Mans. consult.*168. *num.*82., *Castald. consult.*272. *n.*10. *usque in fin. tom.*2., *Rot. cor. Cels. dec.*63.*n.*11.*&* 12., *& dec.*184. *num.*14.

Tandem postrema pars obiecti tollitur ex eo, quod cum in Hyacinto, qui dd. Loca Montium cum domo permutavit, non pro-
19 betur dolus, aut lata culpa, nullo modo de evictione, seu ad damna, & interesse tenetur, ut in terminis Tutoris, ac Administra-
20 toris, quibus in hac parte Hæres gravatus æquiparatur, est *Text. expressus in l. Tutor §. Competit ff. de administr. & peric. Tutor., de quo Rot. cor. Emerix Iun. dec.*662.*nu.*1., *& dec.* 678. *pariter n.*1.. Maxime attento,
21 quod Hæres gravatus concurrente utilitate fideicommissi erogare potest ejusdem pecunias in emptionem stabilium, & tunc ex præsumpta fideicommittentis voluntate quæcumque permutatio eidem permissa dicitur, ad firmata per *Honded. cons.* 58. *n.*15. *& seqq. lib.*1., *Menocch. cons.* 1199. *n.*4., *Peregrin. de fideic. art.* 40. *n.* 32. *& seqq.* cum concordan. apud *Bich. dec.*62. *n.*9.

Hujusmodi autem utilitas impugnari non
22 potest, postquam semper insteterunt ipsimet Hæredes fidicommissarii pro consequutione ejusdem Domus, ut videre est in *Romana fideicomimssi Mutii de Bubalo super Domo Pasini* 14. *Jannarii* 1704. *cor. R. P. D. meo Ansoldo*, & nunquam prædicta Loca Montium expostularunt; ex quo etiam fit,
23 quod cum jam d. Domum ex permutatione acquisitam acceptaverint, nihil omnino contra eamdem permutationem opponere valent, ut prosequitur *d. dec.* 62. *n.*17. *coram Bichio*.

Et ita utraque &c.

ROMANA LIBERATIONIS A MOLESTIIS.

Luna 12. *Maii* 1710.

ARGUMENTUM.

Liberatio à molestiis quando debeatur emptori scienti census ob quos illatæ sunt? evictio quando debeatur rem per transactionem possidenti magistraliter distinguitur.

SUMMARIUM.

1 *Mandati jussi, & validi exactio retardari nequit.*

2 *Molestias passus super re empta liberationem consequi debet à venditore, tum ex natura contractus, tum ex promissione.*

3 *Limita cum emptor notitiam habuit censuum, quorum vigore molestias passus est, & distingue, ut* n.5.

4 *Liberationem à molestiis prætendere nequit rem retinens non vigore emptionis, sed cessionis, & distingue, ut* n.8.

5 *Emptor sciens census ob quos in re empta molestiæ illatæ postea sunt, liberationem à venditior petere potest; quoties in instrumento adest expressa ejus promissio non actione ex empto, sed ex stipulatu.*

6 *Declara procedere etiam si dicta promissio evictionis non sit specialis illius, cujus scientia habebatur ab emptore, quando illa non provenit ex natura rei: secùs quando provenit ex natura rei, ut in rebus emphytheuticis: quia tunc specialis requiritur, ad* celeb. Glosf. in L. Si familiæ verbo pro parte Cod. famil. Hercisc.

7 *Evictio promissa verbis generalibus, & amplissimis præstanda venit in omni casu.*

8 *Evictio debetur cum per transactionem res traditur, secùs si dimittitur vel retinetur*

9 *Evictio non debetur cum transigitur super ipsa lite, itaut ab ea simpliciter recedatur, & cur? Contrarium tamen cum transactia nedum est super lite, sed etiam super re litigiosa ita contrahitur, ut actor æquivalenti accepto pretio, eamdem cesserit possessori cum ominibus juribus sibi super illa competentibus, & cur? &* n. 10.

DECISIO DCXLII.

Geminis gravatam censibus domum ad quatuor fontes evictionis obligatione amplissimè promissa, vendidit Claudius Maonus Bartholomæo Quadrio, qui sub eadem promissione eamdem distraxit favore Honorii Sabelli, à quo deindè in Joannem Antonium

nium Barellam, & Afulphum Galloppum modernos possessores transivit.

Defuncto autem d. Claudio, cum Joannes ejus filius, & successivè Bernardina Barberia ejus mater, & hæres sub lesionis fundamento reintegrari obtinuisset ad eandem domum coram bo. me. Dunozet. junior, deventum fuit ad transactionem, in qua enarratis præfatis venditionibus, eadem Barberia cessit memorato Honorio omnia, & singula jura sibi quomodolibet competentia super d. domo, etiam vigore decisionum, & sententiæ Rotalis, & ulterius prosequi promisit d. litem in Rota contra Quadrium usque ad rem judicatam, illiusque vigore dictæ domus possessionem desuper aprehendere commodo ejusdem Honorii, ac semper, & quandocumque de evictione teneri voluit. E contra verò Honorius eidem persolvit scut. 1000. & alia scut. 2000. præstare promisit post obtentam rem judicatam, & apprehensam ejus favore possessionem domus antedictæ.

Successivè post plures annos eadem Barberia prætatam transactionem utpote læsivam impugnare cæpit, dictusque Honorius, ut sumptibus, & vexationibus hujus novæ litis occurreret ad alteram transactionem devenit, in qua canonem scut. 10. debitum ab ipsa Barberia in se accollavit, eidemque insuper assignavit ratam cambii scut. 250., quæ tamen conventum extitit, ut obligata specialiter esse deberet pro evictione dd. domorum, præter quam quoad molestias usque tunc illatas; ipsa verò solemniter in omnibus præcedentem transactionem ratificavit.

Cùm autem deindè supradictorum censuum creditores immissionem ex Salviano interdicto ad dictam domum expostularent, Honorius, & Portia illius filia, & tandem moderni possessores fructus persolvere coacti fuerunt proindèque pro liberatione à molestiis adversùs hæredit atem supradicti Claudii corã A.C. Cerro institerunt, qui rejecta instantia quoad ratam primi census devolutam ad Conservatorium S. Euphemiæ, quoad aliam ratam, & alterum censum contra bona hæreditaria ejusdem Claudii mandatum relaxavit, à quo interposita appellatione, causaque mihi commissa cum clausula *si quid exequendum*, dedi dubium -- *An mandatum A.C. sit exequendum, & novum relaxandum*, quod *affirmativè quoad primam partem* resolutum fuit; quoad alteram verò, cùm ob suffragiorum scissuram nulla capi potuerit resolutio, demandatum extit, ut iterum proponeretur.

1 Et sanè cum mandatum A C., cujus validitas non controvertitur, sit undequaque justum, ejus executio denegari non potest ex juribus vulgatis.

2 Justitia enim pariter emergit ex eo, quod cùm moderni possessores, eorumque auctores passi fuerint molestias super d. domo, utique liberationem consequi debent contra venditores, sive illorum hæreditatem, tum attenta eorum expressa promissione, tum natura contractus, ad *Text. in L. si empt. §. Vacua, & §. fin. cum L. seqq. in princ. ff. de action., L. ex præd. C. de evict., cum concordan. apud Surd. dec. 268. n. 11.*

3 Neque obstare visum est duplex objectum, alterum scilicet, quod Honorius habuerit scientiam specificam censuum quorum vigore molestiæ illatæ fuerunt, ideòque locum sibi vindicare nequeat actio pro liberatione, juxta censuram *Text. in L. si fundum sciens C. de evict.*, & alterum, quod idem Honorius non titulo venditionis, sed ex simplici ju-
4 rium cessione per transactionem emissa easdem domos retinuerit, & proindè nullam pariter actionem pro liberatione promovere possit, resistente *Text. in L. pro fundo 33. C. de transact.*

5 Respectu siquidem primi, quidquid sit, an probetur specifica, & individua scientia dd. censuum in Honorio, hæc utique non sufficit ad effectum, ne quis de evictione teneatur, quoties in instrumento (prout in hypothesi) adest expressa ejus promissio: tunc enim etiam perempta actione ex empto, subintrat actio ex stipulatu, prout litteraliter disponit idem *Text. in L. si fundum sciens C. de evict.* ibi -- *nec quidquam de evictione convenit* --, ac concorditer notant ibidem *Baldus scilicet, cæterique DD., Menoch. cons. 87. n. 91., & cons. 418. n. 9. & 10., Mangil. de evictio. quæst. 106. n. 22., Larr. dec. Granat. 14. n. 19., Rocc. disput. jur. cap. 130. n. 14., Rot. dec. 100. n. 6., & seqq. par. 8. recent.*

6 Quidquam non refragante, quod supradicta evictionis promissio non sit specialis, nec loquatur expressè de censibus: etenim ultra quod hujusmodi expressio videtur tunc solùm requiri, quando evictio sequitur ex natura rei, ut in rebus emphiteuticis, & fideicommisso obnoxiis juxta celebrem *Glossam in Lege si familia verbo pro parte C. famil. Ercisc.*, quam uno ore approbant DD. plena manu congesti per *Becc. cons. 24. n. 32., cum pluribus sequentibus, Menoch d. Consil 418. n. 10. & seqq., Tiraquell. de retract. §. 1. Gloss 9. n. 56 lib. 1., Mangil. de evictiion. loco supra citato n. 23.*

7 Res fit clara in præsenti, quia hujusmodi evictionis promissio concepta fuit verbis universalibus, & amplissimis, ideòque præstanda venit in omni casu, *Mangil. de evictionibus ubi supra num. 24.*, optimè *Rot. dec. 152. n. 5., & dec. 211. n. 5. p. 2. diversorum, & coram Dunozet. junior. dec. 279. n. 9.*

8 Quo verò ad alterum objectum, præmissa regula, quod evictio tunc debetur, quando per transactionem res traditur, secùs si dimittitur, vel retinetur, ut post *Text. in leg. qui cum tutoribus ff. de transact.* notant *omnes scribentes in eadem lege si pro fundo 33. C. de transact.* adducti per *Mangil. de evictionibus quæst. 142. n. 1., & seqq., Olea de cess. jurium titulo 6. quæst. 7. n. 9., & seqq.*, censuerunt DD. procedendum esse cum distinctione,

ctione: aut enim transactum fuit super ipsa lite, itaut actor ab ea simpliciter recesserit, & tunc evictio non debetur, quia res nullo modo traditur, sed solùm per possessorem retinetur: aut verò transactio ne dum super lite, sed etiam super re litigosa ita contrahitur, ut actor, æquivalenti accepto pretio, ret eandem cesserit possessori cum omnibus juribus sibi super illa competentibus, & tunc quia ret traditur, xe quo transfertur in possessorem novus titulus, & contracta dicitur emptio, & venditio; utique evictio præstanda est. *Baldus in d.lege si pro fundo nu.5. C.de transaction., Jason. ibid. n.9. in fine, Mattico de tacit, & ambiguis convent. lib. 6. tit.7. n.22. cum seqq., Mangil. de evictionibus d quæst.142. n.11. cum seqq., Olea de cessione jur. tit.6. d.q.7. à n.15. usque in fine, Urceolus de transact. q.76. num.6. cum seqq., cot.cor. Seraphino dec.602. n.12.*

His ita prænotatis, hautumarunt DD. secundam distinctionis partem applicari præsenti hypothesi, quia postquam titulus emptionis controversæ domus acquisitus à Maguo per Quadrium, & ab isto in Honorium translatus, pænitus resolutus fuerat in vim sententiæ Rotalis, ut patet ex *decis.* 179, 16., 801. *cor. Dunozet jun.* novum titulum eundem Honorium transtulit Barberia mediantibus transactionibus, in quarum prima integrum dictæ domus pretium ab eo... recepit, quod etiam in altera transactione adauctum fuit, ut patet ex facti serie superiùs recensita, ex quibus evidenter apparet, quod transactio non inita fuit simpliciter super litis instantia, sed etiam super re, & consequenter evictio præstari debet, ut prosequuntur auctoritates mox allegatæ, & signanter *Olea n.22, Urceolus ubi supra n.11., & 14.*, & latè probat *Marc. delphinat q.52. n.3., & 4. cum seqq. p.2.*

Atque hæc quoad primam dubii partem, quo verò ad alteram respicientem resolutionem novi mandati, cum in secunda transactione Barberia evictionē promiserit, præterquam quoad molestias usque adhuc illatas, ex causa medietatis supradicti census molestiæ jam illatæ essent pro fructibus decurrentibus cujus apendices dici possunt illæ, quæ fructibus decurrendis inferri poterant, debatur non esse locum ejusdem relaxationi.

contra verò opponebatur, quod cum d. tum literaliter restrictum sit ad molestias tas, nullo modo ad inferendas trahi possit, iterius cum limitata evictionis conventio iciat tantummodò ratam cambii contra n hodie non agitur, inconcussa semper, firma esse debeat generalis evictio in pritransactione promissa, proindeque in executionem relaxandum esse manda-

Ex quibus cùm DD. suffragia inter se conre non potuerint, demandarunt, ut suhoc causa iterum proponetur.

Et ita utraque &c.

ROMANA CENSUS.

Veneris 16. Maii 1710.

ARGUMENTUM.

Via executiva in annuis præstationibus quomodo admittatur vel non? Et ex rescripto Signaturæ cum clausula -- *S. Q. E.* -- præservata dicitur. Annuæ præstationis præsumpta solutio ex lapsu temporis, adnotatione in catastro, & aliis conjecturis excluditur. Cedens ignominiosè, si sit reintegratus, testamenti factionem activam non ammittit.

SUMMARIUM.

1 *Via executiva spatio septuaginta annorum perempta dicitur.*
2 *In annuis præstationibus tot requiruntur præscriptiones, quot sunt ipsæmet præstationes.*
3 *Contractus juratus quadragenariam dumtaxat præscriptionem admittit.*
4 *Via executiva præservata dicitur, cum Signatura rescribit cum clausula*, Si quid exequendum, *nec de ejus nullitate est tunc amplius curandum.*
5 *Clausularum Constituti, & Precarii jus est, ut contra quoscumque possessores associatio obtineri possit.*
6 *Annuæ præstationes semper, & de per se singulatim præscriptionem exigunt.*
7 *Præscriptio, & præsumpta census solutio locum non habet cum ejus creditor, vel cessionarius filium in pupillari ætate reliquit, sed tunc ignorantia præsumitur.*
8 *Probatio ex Scriptura non recognita, nec in actis producta excluditur.*
Et hoc est de praxi.
9 *Referens cum relato non conveniens non attenditur.*
10 *Adnotatio census omissa in inventario a matre tutrice facto, ejus præsumptæ extinctioni conjecturam non facit, sed potius ignorantiam.*
11 *Præsertim cum in eodem inventario aliorum bonorum descriptio omissa fuerit.*
12 *Ignorantia in muliere facilius admittitur.*
13 *Extinctionis census æquivocæ conjecturæ ejus scientiam haud suadent contra publicum instrumentum, nec attenduntur, nisi tales sint, ut nullum dubitandi locum relinquant.*
14 *Testamenti factionem activam non perimit ignominiosa bonorum concessio, cum dimissis creditoribus fuit reintegratus, etiamsi admitteretur ab initio eam amisisse.*

DECISIO DCXLIII.

Mandatum relaxatum ab A. C. favore PP. S. Nicolai de Tolentino pro fructibus cujusdam census esse exequendum DD. responderunt attenta validitate, ac justitia. Et sane quantum attinet ad validitatem, illam
1 non valet perturbare exceptio desumpta ex lapsu

lapsu septuaginta annorum circiter, qui po-
tuerit viam executivam perimere; quando-
2 quidem ultra quod hic agitur de annuis præ-
stationibus, in quibus tot requiruntur præ-
scriptiones, quot sunt ipsemet præstationes,
ut firmavit alios cumulando *Rot. post Cenc. de Cens. dec.* 303. *n.* 3., *& dec.* 304. *n.* 21.,
& dec. 52. *n.* 11., *& seq. coram R.P.D. meo*
3 *Ansaldo*, nec non de contractu jurato qua-
dragenariam dumtaxat præscriptionem ad-
mittente *Rota decis.* 305. *n.* 5. *coram Eme-
rix, jun. ubi concordantes*, *& dec.* 373. *n.* 11.
p. 9. *tom.* 2. *rec.*, DD. satisfecit unica respon-
sio, quod cum Signatura Justitiæ commise-
4 rit causam cum clausula *S. Q. E.*, utique cen-
setur præservata via executiva, neque est
amplius de hujusmodi nullitate curandum
per ea, quæ advertit *Rota dec.* 274. *n* 4. *cor.
Pamphil.*, *quæ est la* 12. *post Zacch. de o-
blig. Camerali*, *& dec.* 1148. *in fine coram
Emerix jun.*

Quo verò ad Justitiam apertè illam con-
stare dixerunt DD. ex instrumento census,
per quod non solum remanet probatum cre-
ditum, verum etiam in eo leguntur apposi-
tę clausulæ Constituti, & Pręcarii, quarum
5 vis, efficacia, ac indoles est, ut contra quos-
cumque possessores a Locatario petita obtine-
ri valeat, ad firmata per *Rot. dec.* 75., *&
dec.* 86. *utrobique n.* 1. *cum seq.*, *& in Bo-
nonien. associationis* 31. *Martii proximè pre-
teriti §. Cum enim in fine cor. me.*

Absque eo quod obstare possit præsumpta
census extinctio, quoniam DD illam penì-
tus reijcierunt, sivè desumatur ex lapsu tem-
poris, sivè ex quadam adnotatione, quæ
supponitur facta in catastro, sivè ex aliis co-
niecturis. Nam lapsum temporis in præsen-
tibus circumstantiis nihil operari posse dixe-
runt; tum quia ut supra fuit insinuatum, res
6 est de annua præstatione semper, & de per
se singularem prescriptionem exigente; tum
etiam quia Gregorius author PP. S. Nicolai
7 de Tolentino actorum fuit primus hęres Hie-
ronimi Martiæ de Rainaldis Cessionarii, qui
ipsum in pupillari ætate reliquit quando ab
humanis decessit, ut propterea in hac hypo-
thesi ignorantia veniat præsumenda, ac pre-
scriptio locum sibi vindicare non possit, ut de
prima est *text. in cap. præsumitur* 47. *de re-
gul. jur. in* 6. firmat *Rot. dec.* 488. *n* 11. *p.* 18.
tom. 2. *rec.*, & de secunda firmavit *Rot. cor.
Cerro dec* 464. *n.* 13., *& dec.* 156. *n.* 12. *cor.
Sa. me. Alex VIII.*

Minusque attendendum esse ad effectum
præsumendi assertam extinctionem credide-
runt DD. adnotationem factam in Catastro,
in qua enunciatur extinctio census ex pecu-
8 niis Conservatorii; siquidem hujusmodi ad-
notatio in primis non verificatur, cum nec
sit recognita, nec in actis producta, ex qui-
bus defectibus quæcumque probatio exclu-
ditur ex firmatis per *Rot. cor. Bich. decis.*
396. *n.* 17., & est praxis satis notoria, sed
admissa quoque legalitate adnotationis, a-
dhuc nullius est relevantiæ, ex quo habet
relationem ad aliam similem adnotationem
9 factam in margine instrumenti census, quæ
marginalis, ac relativa adnotatio, cum de-
ficiat, profecto relatum corruere debet ju-
xta vulgatam regulam, quam etiam cum
aliis ponderat *Rota cor. Emerix jun. dec.* 791.
num. 16.

Prout nec etiam DD. attendere voluerunt
alias coniecturas pro stabilienda præsumpta
extinctione ponderatas, quandoquidem ni-
mis levem habuerunt illam deductam ex
10 omissione descriptionis controversi census
in inventario bonorum Hieronimi cessionarii
facto per matrem Gregorii Pupilli, cum im-
mo ex hac non descriptione magis compro-
11 batam autumaverint ignorantiam d. census;
accedente præsertim omissione in describen-
12 do alia bona, ac adstipulante regula, quod
nempè in mulieribus facilius ignorantia ad-
mittatur ad notata per *Rot. dec.* 638. *nu.* 13.
p. 18. *rec. tom.* 2.

Eademque ratione DD. visum fuit corrue-
re alteram coniecturam elicitam ex eo, quod
creditores Gregorii, qui ab ipso reporta-
runt cessionem omnium bonorum, possessio-
nem quoque apprehendendo nunquam
exegerunt fructus præfati census utpotè non
descripti in ipsamet cessione, & quos nec per-
cepit Gregorius ad dd. bona reintegratus, cum
13 ex hisce actibus æquivocis scientia minimè
resultare valeat, quæ alioquin contra publi-
cum Instrumentum haud quaquam veniret
attendenda, nisi coniecturis adeo conclu-
dentibus probaretur, ut nullus dubitandi
locus superesset ex firmatis per *Rot. dec.* 157.
n. 15. *coram Sa. me. Gregorio XV.*, *& in
rec. dec.* 518. *n. primo p.* 18. *tom.* 2.

Frustraneam tandem dixerunt DD. excep-
tionem respicientem defectum potestatis te-
standi in Gregorio authore PP. S. Nicolai
ob ignominiosam bonorum cessionem, quo-
niam si deinde dimissis creditoribus fuit ad
bona reintegratus, & mandatum de manu-
tenendo obtinuit a Signatura Justitiæ cano-
nizatum cum clausula *S. P.*, nulla ratio esse
potest, qua pariter testamenti factionem ac-
tivam nequiverit recuperare, etiam si admit-
tatur, quod illam jam amisisset.

Et ita unica parte tantum informante, al-
tera verò pluries, & pluries intimata infor-
mare renuente &c.

ASCULANA DOTIS, ET LEGITIMÆ.

Lunæ 2. *Junii* 1710.

ARGUMENTUM.

Confirmatur superior decisio hujus tituli, quę quia inter imprimendum fuit omissa apponetur in fine secundi tomi, sed ab ea in aliquibus ex facto receditur.

In hac causa sunt plures dec. Tom. primi.

SUMMARIUM.

1 *Bona a fideicommittente usque ad obitum, nisi contrarium probetur possessa dicuntur, cum eadem emisse, & possedisse constet, & ejusdem filii eo defuncto possederunt.*

2 *In*

2 *Inventarium defectuosum dicitur, cum in eo mobilium, creditorum &c. descriptio deficit.*
3 *Fortius si deficiant etiam stabilia.*
4 *Inventarium defectuosum sive dolo, sive negligentia, negativam aliorum bonorum non concludere potest.*
5 *Evictio dicitur dimissio coacta non voluntaria, & ideo de bonis evictis ratio reddi nequit.*
6 *Ex prædiis multis, quæ fideicommittens in aliquo Territorio possidet, dum aliqua fuerint evicta, & testes deponant evincentes tale possidere, quamvis aliqua insit diversitas in confinibus, & non alia extent pro fideicommisso, quam eis deductis reliqua ea revera evicta dicuntur.*
7 *Rei diversitas non ex alio magis cognoscitur, quam a totali confinium diversitate.*
8 *Descriptio erronea Predii facta tanquam fideicommissarii in Inventario, in quo est clausa, quod non censeantur apposita non apponenda, constito de errore describenti non præjudicat, & de viribus dictæ clausulæ.*

DECISIO DCXLIV.

IN redditione rationis, ad quam Laurentius Parisanus hæres Beneficiarius Aicidis confugerat, ut executionem mandati, quod contra personam ejusque bona propria jam relaxari obtinuerat Collegium Societ. Jesu Civitatis Asculi declinaret; cum involuta singulorum partitarum discussio assumpta fuisset, nonnullę admissæ fuerunt favore ejusdem Collegii, nonnullæ rejectæ, aliæ vero ad particularem disputationem remissæ, ut videre est, ex pluribus hujus causę decisionibus, quas refert postrema *decisio* 21. *Junii* 1709. *in principio coram me*, in qua pariter relictis in suspenso quamplurimis prætensionibus hinc inde promotis, quoad aliquas tantummodo partitas prodiit resolutio.

Quamobrem reassumpta hodie earumdem cognitione, revocatisque ad novum examen fundamentis præfatæ decisionis, censuerunt DD. standum esse in decisis juxta modum tamen inferius exprimendum.

Quoad Prædium etenim *Valle Chisenti* absque ulla difficultate iterum constitit, quod Laurentius utpote hæres Aicidis debitoria de eo rationem reddere teneatur juxta valorem ab ultimo Perito in scutis 1885. calculatum, ut probant authoritates in decisione quæ revidetur § & sané cumulatæ.

Ex hoc tamen prædio authumarunt DD. detrahendam esse ratam duorum petiorum Terræ acquisitam pretio florenorum 467. constantium summam scutorum 233. à Mariano Seniore de Parisanis cujus fideicommissum favore ejusdem Laurentii purificatum extitit, ut non controvertitur.

Non refragante duplici exceptione altera scilicet, quod non probetur dicta prædiola à Mariano possessa fuisse usque ad obitum, & altera, quod illa descripta non reperiantur in inventario ab ejus filiis anno 1578. exarato. Quoniam respectu primæ, cum certum sit, quod fideicommitens dicta prædia titulo emptionis acquisivit, quodque per consequens eorum possessionem nactus est, utique
1 usque ad obitum continuata præsumitur in
hoc casu, quo Parisanus filius eadem prædia defuncto Patre possedit, ut resultat ex partita catastri, donec contrarium probetur, quemadmodum ad rem ponderant *Fusar. de substit. quæst.*616. *nu.*7., *Andreol. controv.* 303. *num* 5., *Palm. Nep. allegat.*70. *num.*7. *cum seq.*, *Rot. coram Buratt. dec.*724. *nu.*5., & 6., *dec* 78. *num.*3. *par.*17., *dec.*322. *num.*4. *par.*18. *rec. cum concordan. relatis in Setina, seu Terracinen. Immission.*3. *Februari i* 1708. §. *Responsio hujusmodi coram Reverendiss. Genuen.*

Quo vero ad alteram exceptionem placuit responsio, quod dictum Inventarium pa-
2 tenter defectuosum convincitur, ex eo quod
ibi non solum descripta nullatenus fuerunt mobilia, credita atque alia hujusmodi, verum
3 etiam ommissa fuit descriptio plurium stabi-
lium quorum Testator meminit in postremia tabulis, & signanter Domus *della quartarola* ad quam immissionem obtinuit à nostro Tribunali Oliverius de Purisanis uti vocatus ad fideicommissum dicti Mariani, ut videre est in *Asculana Fideicommissi* 5. *Decembris* 1691., & 25. *Junii* 1694. *coram Emo Caprara* Quamobrem in his terminis
4 pręfatum Inventarium nullo modo conclu-
dere potest negativam existentiæ aliorum bonorum, sive descriptionis omissio processerit à Dolo, sive à negligentia ad tradita per *Mans. consul.*635. *num.*7., & 8. *Addeu. ad Gregor. dec.*79. *num.*6, *Rot. coram Priol. dec.*430. *nu.*7., & 8., & *dec.*149. *nu.*26., & *seq. par.*9. *tom.*1. *rec.*

Transeundo ad prædium *del Marino*, sive *Pigna*, aut *lome*, quod in postrema decisione relictum fuit in suspenso, & in præcedentibus positum extiterat in calculo redditionis rationis, ex quo ejus evictio concludenter per Parisanum non justificabatur, cum hodié ex facto accuratius dilucidato de ea ambigi nequeat, consequens est, ut idem Parisanus nullam omnino de hujusmodi prædio ra-
5 tionem reddere teneatur, nam illius dimissio
coacta, & non voluntaria dicitur, ut benè ponderat *Rota in Bononien. fideicommissi de Ghisleriis super redditione rationis* 4. *Maii* 1709. §. *ex quibus descendit confirmata* 28. *Junii ejusdem anni cor. R. P. D. mea Kaunitz.*

Et sané hujusmodi evictio plene probatur ex quo usque ab anno 1683. dicti prædii possessionem avocarunt fratres de Varamontibus vigore mandati de immittendo, ut neque controvertitur à scribentibus pro Collegio, qui solum contendunt id verificari in uno duntaxat prædio, quia supposito, quod illa duo extiterint, respectu alterius concurrit aliqua confinium discrepantia. Verum objectum plene tollitur tum ex depositionibus

Testium asserentium, quod utrunque prędiũ evictum fuit, quodque utrunque hodie à Varamontibus possidetur, prout testatur etiam Peritus in sua relatione, tum&fortius animadvertendo, quod Alcides quatuor tantum prædia in Territorio Fulignani (ubi bona controversa sita sunt) possedit, ut pariter deponunt Testes examinati formiter; cumq; hodie duo solum ex illis, scilicet *della Vora, e del Porcile*
6 Parisanus possideat, necessario dicendum venit, quod alia duo evicta fuerint non obstante aliquali confinium diversitate, ut apposite notaut *Decian. cons. 17. num. 20. lib. 3, Surd. cons. 235. nu. 19 cum cæteris apud Gratian. discept. forens. cap. 883. nu. 10. & seq., Rota cor. Millit. dec. 374. num. 22.*

Atque omnem sustulit DD. difficultatem oblatio ejusdem Parisani, qui ultro dat manus pro exequutione mandati super controverso prędio *del Marino*, seù *Pigua*, aut *lame*; tunc enim optime cognosci poterit, an illud ab ipso possideatur, seu potius a Varamontibus evictum fuerit.

Deveniendo ad Hortum *delle Cannarine* visum est DD in hac parte recedendum esse à decisis; constitit enim illum esse fideicommissarium Mariani Senioris, ex dictis decisionibus editis in *Asculana fideicommissi 5. Decembris* 1691., & 25. *Junii* 1694. *coram Em̃o D. Caprara*, quæ successivè in aliis instantiis confirmationis robur obtinuerunt. Et quamvis ex pluribus facti circumstantiis, in decisione quæ revidetur §. quatenus vero deductis aliena visa fuerit in præterita causę propositione applicatio dictarum decisionum quoad hortum de quo est quæstio, attamen facto funditus ex novis animadversionibus novisque adminiculis rimato, præfatas circumstantias, nec amplius subsistere, nec quidquam officere posse compertum fuit.

Profecto non subsistit, quod hortus fideicommissarius Mariani sit anexus ejusdem Domui, quia in particula ejus testamenti relatam *in dicta prima decisione coram Em̃o D. Caprara, quam in dec. 17. Junii 1697. cor. R. P. D. meo Scotto* tantum abest, quod hujusmodi conexio præseferatur ut potius per verba in numero plurali de utroque corpore distinctè dispositum fuerit.

Eandemque connexionem aperte excludunt tum quam plures Testes examinati usque ab anno 1646., qui disponendo de possessione Mariani super dicto horto designat specialiter omnia eius confinia inter quę nullatenus expressa legitur dicta Domus, quam factum ipsum fideicommittentis, qui an. 1561. pro restitutione dotis suæ uxoris eundem
7 hortum hypothecavit cum expressione confinium, & absque ulla prorsùs mentione ejusdem domus, nihil enim magis attenditur ad dignoscendam rei diversitatem, quam totalis confinium diversitas ad *Text. in l. forma ubi Glos. in verbo vicinos ff. de consil., Rota coram Bich. dec. 112. num. 18., & in rec. decis. 120. num. 13. par. 15., & in Camerinen. Cantelæ Angeli* 16. *Martii* 1708. §. *non obstet cor. me*.

Prout etiam corruit alterum fundamentum decisionis, quod scilicet hortus fideicommissarius numquam fuerit ab Alcide possessus, immo per Marianum Juniorem distractus extiterit favore Tiburtii Milliani à cujus hæredibus deinde per Laurentium in vim fideicommissi vindicatus fuit. Etenim quod dict. Alcides possederit partem illius horti, clare resultat, ex eo, quod Laurentius post ejus obitum nactus fuit possessionem quatuor quartarum ejusdem in illius hæreditate repertarum ad quas deinde pro rata immissionem quoque obtinuerunt Horatius, & Oliverius de Parisanis, ut patet ex sententia de partibus, & possessione in ejus exequutionem obtenta. Distractio autem facta a Mariano Junione non comprehendit hortum controversum, sed solum domum cum viridario, prout præsefert instrumentum permutationis cum Milliano initum, & deinde dicta domus non à Laurentio, sed ab Oliverio vindicata fuit, ut convincitur ex mandato Rotali dato in hodierno Summario Laurentii num. 8.

Et in hoc quoque omnem removere visa est difficultatem instantia Laurentii, qui nihil aliud prætendit, quam quod ejus favore præservetur à redditione rationis hortus de quo loquuntur decisiones, quod utique ei denegari non potest, dum præfatæ resolutiones hodie sunt de stylo supponendæ, si autem Collegium prætendit, quod adsit alius hortus *delle Cannarine* diversus ab illo de quo loquuntur dictæ Decisiones, & res judicata, liberas habet habenas pro illius recuperatione, dum Laurentius asserit se nunquam aliud possedisse, nec possidere.

Atque ideo nihil relevat, quod ab ipso tanquam hæreditarius Alcidis descriptus fuerit in ejus inventario illiusq; possessionem hæreditario nomine apprehenderit, quoniam cum in prædicto inventario expressa legatur clausula salutari -- *quod in eo non censeantur apposita quę non erant apponenda* -- utique præservata intelliguntur omnia jura describentis, adeout licet de illius validitate dubitatum non fuerit ex rationibus deductis in decisionibus hujus causæ, cum quibus in hac parte DD. iterum transierunt, adhuc ta-
8 men respectu hujus prædii dicta descriptio, & consequutiva possessio, dum ex supra deductis constat de errore, nullum omnino præjudicium irrogare valeat ad late firmata per *Rotam coram Duran. dec. 39. num. 2., & 3., cor. Cels. dec. 187. num. 5. cor, Priol. dec. 118. num 8., & seq., cor. Peuting dec. 314. n. 2., & coram Emerix jun dec. 361 num. 2., & in Bononien fideicommissi* 15. *Aprilis* 1701. §. *cæterum inutilis coram Em̃o D. della Tremoille*, & in his terminis loquunqur etiam authoritates in decisione quæ revidetur §. Quamobrem adductæ.

His ita firmatis transeundo modo ad inspectionem circa fructus perceptos ex bonis hæreditariis Alcidis, necnon etiam quoad mobilia ejusdem, DD. steterunt in decisis ap-

pro-

probantes fundamenta præcedentium decisionum late expressa in postrema quæ revidetur.

Et ita remissis iterum cæteris prætentionibus hinc ind excitatis ad particularem disputaiioneuı juxta hunc modum responsum fuit utraque &c.

REATINA DONATIONIS SUPER FRUCTIBUS, ETIAM QUO AD RESERVATA.

Luna 2. Junii 1710.

ARGUMENTM.

Est brevis decisio, q æ ad amputandas lites præsertim inter consanguineos, causæ, de qua in superiori dec.601., & 639. expeditionem pro rata demandat.

SUMMARIUM.

1 *Contra Peritiam summo studio expletam, a qua appellatum non fuit, concludentius allegati errores sunt probandi.*

2 *Rota cum lis est inter arcto sanguine vinculo conjunctos æquitative procedit.*

3 *Lites protrahi non debent ad perpetuitatem, sed quanto citius terminari, ad evitandas expensas.*

4 *Et inter consanguineos potissimum sunt resecandæ, & cur? remissive.*

5 *Rota solet aliquando pro una tantum rata expeditionem demandare.*

DECISIO DCXLV.

Consecutive ad decisionem in hac causa editam cor. me sub die 7. Aprilis prox. præt., in qua non solum Domini confirmarunt præcedenter in aliis decisionibus deducta circa restitutionem fructuum faciendam ab anno 1693., verum etiam devenientes ad inspectionem reservatorum approbarunt revisionem peritiæ tam super identitate bonorum, quam super quantitate fructuum in summa sc.8541. 18. $\div$ constabilita fuit petita expeditio, quam tamen altera pars novam audientiam expostulans sub prætextu plurium errorum in Peritia contentorum acriter impugnabat.

Domini autem advertentes, quod hic agitur de peritia non semel expleta, sed etiam summo studio, ac labore de mandato Tribunalis revisa, à qua nulla fuit congruo tempo-
1 re interposita appellatio, ut propterea tanto clarius debeant demonstrari allegati errores, & quod insuper quæstio est inter patruum, ac Nepotes, sicque personas arctissi-
2 mo sanguinis vinculo conjunctas, æquitativè juxta stylum nostri auditorii, authorarunt in hisce circumstantiis ad normam istius decisionis demandare pro nunc causæ expeditionem quoad sum sc.4271. 22.

Quod sane æquitatiuum arbitrium Domini amplexati sunt ex eo, quod cum lites causa publicæ utilitatis, nunquam ad perpetui-
3 tatem protrahi, sed quanto citius suum finem habere debeant ad evitandas expensas, ut per *Text. in cap. finem litibus de dol., & contumac. advertit Rota dec.53. n.5., & 6. par.19. recent.*, atque sint resecandæ potissi-
4 mum inter consanguineos ex rationibus, quas generaliter ponderat *Rota dec.132. num.17. par.11., & dec.147. num.5. recent.*, censuerunt ad illum effectum pro nunc, ut
5 supradictum fuit posse admitti pro enunciata quantitate compensationem cum ea summa, pro qua idem Valerius occasione spolii constituitur debitor fructuum restituendorum Bartholomæo spoliato in alio judicio pendente coram R. P. D. meo Ansaldo, ut in *dec.coram eo edita die 11. Martii 1709.*, cujus pariter expeditio in hodierna audientia demandata fuit.

Et ita juxta insinuatum modum, causam esse expediendam Domini dixerunt, utraque parte &c.

BONONIEN. TRANSACTIONIS.

Veneris 6. Junii 1710.

ARGUMENTUM.

Habes in superiori decisione 603. quæ hic confirmatur.

SUMMARIUM.

1 *Transactio bona fide, ac cum utilitate expleta ab antecessoribus, successores etiam ex propria persona venientes afficit.*

2 *Præsertim si ab ipsis sit confirmata.*

3 *Acceptatio transactionis resultat ex acceptatione bonorum in ipsa dimissorum.*

4 *Protestatio contraria facto non est attendenda.*

5 *Transactio sustinetur per recessum a lite.*

6 *Transactio ut ex capite læsionis rescindatur ea debet esse enormissima.*

7 *Et in dubio valida dicitur.*

8 *Transactio non irritatur, ex quo bona ejus vigore tradita, sint fideicommisso subiecta, quando jam fideicommissi prætensiones de eo tempore erant excitatæ, & cum hac incertitudine, & eventualitate bona acceptata.*

9 *Et tunc neque actio pro evictione, aut liberatione a molestiis potest excitari.*

10 *Onus assumptum sibi quisque imputare debet, nec ab eo potest reclamare.*

11 *Evictio prætendi non potest contra non citatum, & non comparentem, cum eam prætendens bonorum evictorum libertatem legitima defensione, quæ in promptu erat, tueri neglexit.*

DECISIO DCXLVI.

Approbarunt hodiè DD. fundamenta decisionis editæ cor. me 20. Martii anni mox præteriti, in qua confirmatio iis robur obtinuit Sententia R. P. D. mei Ansaldi denegans immissionem Monsterio S. Gregorii Bononiæ ex personis fratrum de Razzaliis Re-

Regularium ad portionem Palatii a Joanne
Elephantuccio possessi, ex quo eisdem ob-
stare visa est transactio inita inter fratres de
Razzaliis Seculares, & Comitissam Hiero-
nymam Manzinam memorati Joannis auctri-
cem.

Iterum enim patenter constitit, hujusmodi
transactionis vim nullatenus evitari posse a
dd. Razzaliis Regularibus, quamvis in ea
non intervenerint; quia cum certum sit, quod
1 vigore praecedentis laudi concurrente bona
fide, ac utilitate ab eorum fratribus expleta
fuerit, utique ipsos etiam licet ex propria
2 persona jura sua foventes afficere debet, at-
tenta potissimum positiva eorum ratificatio-
ne, quae incontrovertibiliter resultat ex per-
3 ceptione quamplurium bonorum in praedic-
ta transactione dimissorum; absque eo quod
hujusmodi approbationi quidquam detrahe-
4 re possit praeservatio Jurium, ac protestatio
per eos emissa, tum quia utpote contraria
facto attendi non meretur, tum quia non
verbis simpliciter, sed positivo facto quam-
cumque facultatem praedictam transactionem
impugnandi a sese solemniter abdicaverant,
ut latè hęc omnia probant auctoritates ad-
ductae tam in decisione praecedentis instan-
tiae coram R.P.D. meo Ansaldo, quam in
decisione, quae revidetur §. *Minime rele-
vante cum pluribus seqq.* hic inutiliter non
repetendae.

Agnoscebant veritatem assumpti Scriben-
tes pro Monasterio, atque ideo quando in-
stiterunt pro nova audientia totum defensio-
nis momentum restringebant ad exceptio-
nem, quod cum in disputatione causae fuerit
aliàs coram Reverendissimo Giennen. decla-
ratum, quod Praedia di *Tagliamenazzo, e
della Boscosa* per supradictam Comitissam
Hieronymam dimissa, essent subiecta fidei-
commisso Ludovici Junioris de Griffonibus
juxta decisionem editam 30. Aprilis 1706.,
& sententiam deinde latam, & in judicatum
transactam, non possit in praesenti ad effec-
tum substinendi transactionem, & laesionem
ab ea excludendi constitui fundamentum
super eo, quod haec eadem praedia essent li-
bera, ut fuerat in aliis decisionibus firmatum,
& hac eadem exceptione in hodierna dispu-
tatione repetita petebant dilationem usque-
quo potuisset in eadem Rota proponi alte-
rum dubium quoad restitutionem in Inte-
grum adversus sententiam editam super qua-
litate fideicommissaria dd. Praediorum co-
ram d. Reverendissimo Giennen., inferentes
exindè, quod si procedendum esset cum
sensu d. decisionis, & sententiae, rescindenda
esset transactio utpotè laesiva, vel si e contra
admitterentur firmata in decisione, quae re-
videtur, denegari non posset Monasterio re-
integratio ad dicta Bona sibi a Raynerio de
Griffonibus avocata.

Verum hęc omnia facili negocio penitus
subvertuntur advertendo, quod ad effectum
de quo agitur, nihil interest, an dd. bona sint
libera, vel fideicommissaria, cum solum
agatur de substinenda transactione, pro qua
praescindendo etiam ab hac circumstantia,
5 ponderatum non solum fuit, quod partes re-
cesserant a lite, sed ulterius, quod Comitis-
sa Hieronyma relaxaverat ad eorum favo-
rem quamplura bona, omniaque meliora-
menta per haeredes gravatos in bonis fidei-
commissariis facta: Ex quibus omnibus pro-
fecto exclusa remanet quaelibet laesio, cum
tamen ad effectum rescindendi transactio-
6 nem, ea esse debeat enormissima juxta *Gloss.
in l. Lucius §. finali ff. ad Trebell.*, & sen-
tentiam *Baro in l. Si quis cum aliter ff. de
verb. obligat.*, quam communiter sequuntur
Natta consil. 548. n. 11., *Cravett. consil. 151.
num. 26*, *Paris. consil. 12. nu. 102. vol. 2.*,
cum concordan. apud Surd. consil. 451. n. 9.,
*& Gratian. discept. forens. cap. 861. num 4.
cum seqq.*, *Rota dec. 625. n. 7. p. prima rec.*,
7 & pro illius exclusione, ac validitate tran-
sactionis satis est quaelibet rei dubietas, ut
prosequuntur auctoritates mox adductae,
quibus consonat *Rota cor. Sa. mem. Alex.
VIII. decis. 25. n. 23.*; *& in rec. decis. 552.
num. 2. part. 4.* cum caeteris adductis *in dec.*,
quae revidetur §. *final.*

Praeterea cessat omnis haesitatio, & tanto
minus necesse est pro resolutione praesentis
causae assumere cognitionem qualitatis dic-
torum Praediorum; nam etiamsi illa obno-
xia essent fideicommisso, adhuc cum de tem-
pore transactionis excitatae jam essent praeten-
siones super eisdem tanquam fideicommissa-
riis a Joanne Mattheo de Griffonibus cum ea-
8 dem incertitudine, ac eventualitate qualita-
tis fideicommissariae a Razzaliis acceptatae
fuerunt, quamobrem sub illius obtentu ne-
queunt modo transactionem impugnare, que-
9 madmodum nullam omnino actionem pro
evictione, aut liberatione a molestiis pro-
movere possent ad *text. expressum in L. Si
fundum sciens 27. C. de evict.*, *& leg. final.
§. Emptor C. d. commun. de legat.*, *Rota
cor. Cerro dec. 30. n. 2.*, *& in Romana Do-
mus super evict. 10. Martii 1692. §. Etenim
& seq. cor. Reverendissimo D. meo Decano*,
*& in Spoletana fideicommissi 16. Martii
1694. §. Non impugnabatur cor. R. P. D.
meo Priolo.*

Fortius quia praeter acceptationem dicto-
rum bonorum cum praecisa, & individua
scientia molestiarum jam super iisdem illata-
rum ulterius etiam processerunt praefati Fra-
tres de Razzaliis easdem molestias assumen-
do cum amplissima obligatione semper, &
quandocumque liberandi Comitissam Hiero-
nymam non solum adversus supradictum
Griffonum, sed etiam contra omnes, qui
super saepedictis Praediis praetentiones in po-
10 sterum excitarent, ideoque tanto magis ex
causa d. fideicommissi reclamare prohiben-
tur, cum sibi imputare debeant, si ultro
hujusmodi onus subire non dubitarunt, *Ro-
ta cor. Ludovisio dec 90. n. 10.*, *& 11.*, *ibi-
que adden. n. 16.*, *& in rec. dec. 397. n. 13.
cum seq. p. 9.*, *& dec. 393. n. 8. p. 16.*

Ac-

Accedit, quod Razzalii propriæ obliga-
1 tionis immemores, valida, & legitima decisone, quę utique in promptu erat, dictorum Prædiorum libertatem tueri neglexerunt, ut animadvertit decisio, quæ revidetur § *Prędium vero*, & proinde adversus Elephantucium, qui in d. Judicio coram Reverendissimo Conchen., nec citatus, nec auditus fuit pro dicta bonorum avocatione nihil omninò prætendere valent juxta censuram *text. in l. prima C de peric., & commod. rei vend., Glosr. in L. Si dictum §. Si cum posset ff. de evict., Riminald. Iun. consil. 262. n. 31. lib. 3. Alex. consil. 117. lib. 7., Cephal. consil. 89. n. 25. lib. primo cum concordan. apud Mangil. de evict. qu. 9. num. primo cum pluribus sequen.*

Et ita unica tantum parte, altera vero dilationem petente responsum fuit &c.

FIRMANA BENEFICIORUM.

Veneris 6. Junii 1710.

ARGUMENTUM.

Accipe à decis. 609., quæ hic, & infra dec. 657. confirmatur.

SUMMARIUM.

1 *Filius Compatroni nominatus in ęqualitate vocum est cæteris præferendus.*

2 *Decisio de Rotę de stylo supponitur.*

3 *Vox subdivisa in alias censetur integra, cum major pars intervenit, quæ minorem absorbet juxta theoricam Lapi.*

4 *Major pars vocum trahit minorem in Jurepatronatu.*

5 *Declara istas duas conclusiones procedere, quando res est inter ipsos Patronos, vel in eadem linea, vel inter se coæquale jus habentes.*

6 *Limita cum vox alicujus est divisa in plures stipites, & vox, quæ ad alterum ex dd. stipitibus spectabat iterum in plures subdividatur.*

7 *Vocem tantam habere dicitur subalternus unus stipes, quantam habens causam habentes ab alio subalterno stipite etiamsi essent mille.*

8 *Pręsentatus habens medietatem vocis provenientis ab uno stipite subdiviso dicitur habere majorem, quam præsentatus cum scissura a pluribus eorum, in quos altera medietas vocis pervenit.*

9 *Fœminarum consuccessionem impugnans in materia jurispatronatus præfetur in dubio.*

10 *Patronus alium ad nominandum in prejudicium compatroni admittere nequit.*

11 *Præsentatio à mandatario ultra mandati fines facta non sustinetur.*

12 *Mandatarius habens in mandatis pręsentandi unum ex Compatronis, pręsentare nequit alium tali qualitate destitutum.*

13 *Amplia etiam si superveniat mandantis ratificatio, dum ea accessit elapso termino ad præsentandum.*

14 *Patroni laici habent quatrimestre ad præsentandum.*

15 *Si vinco vincentem te, multo fortius vinco te.*

DECISIO DCXLVII.

EXclusis Joanne Gregorio Morrono, & Nicolao Caluuccio Domini persistentes in decisis sub die 3. Junii anni proximi præteriti coram me, iterum responderunt instituendum esse Xaverium Mattheuccium, nam voces, quæ in hoc jurepatronatu hæreditario veniunt attendendæ, illi pro majori numero assistunt; quando etiam data vocum
1 paritate, uti Filius Compatroni fuisset præferendus ex auctoritatibus adductis in d. mea decisione §. finali.

De pluralitate autem vocum Dominis satis constare visum fuit ex numeratione personarum, quæ jus pręsentandi habere possunt, ad quem effectum pręmisso uti incontrovertibile, quod erecto per Franciscum Morrorum tali jure patronatu, istud post ejus obitum devenit ad Peregrinum, Bonfilium, ac Federicum filios, pręcipuum studium ponendum censuerunt in computatione istarum trium vocum, quę sub indè ex infra dicendis in plures alias personas divisę reperiuntur.

Ex illis siquidem duæ voces obtigerunt Rodulpho, & Marchetto, una scilicet ex persona Federici Patris, altera tamquam Donatariis Bonfilii Patrui. Bene tamen verum est, quod jus Marchetto competens, fuit deinde subdivisum inter tres ejus filios, Federicum nempè, Joannem, & Prosperum. Verùm quia Federicus jus suum renunciavit Joanni, & de hujusmodi renunciationis validitate non potest in pręsenti dubitari, cùm illam examinando admiserit decisio *Reverendiss. Manuel ædita die* 19. *Iunii* 1693., ac juxtà stylum supponenda, ut etiam in
2 mea decisione §. Et licet; hinc cum d. Joannis in quo consolidatæ fuerant duæ ex tribus partibus d. vocis, & memorati Prosperi, ad quem spectabat altera tertia pars, hæres fuerit Honuphrius, & ab isto jus præsentandi pro eadem voce devenerit ad Comitissam, à qua medio renunciationis reporatę ab Anna Clarice, Cattharina, & Maria Diana ejus Filiabus causam habet Julius Cæsar, qui præsentavit Xaverium; jam indè pater integram vocem Marchetti in illo consolidatam fuisse.

Et hęc adeò vera sunt, ut ubi etiam per hypotesim dubitari posset de validitate renunciationis factæ à Federico favore Joannis, tamen cum vox Marchetti, ut supradictum fuit esset subdivisa in tres ejus filios, adhuc vox renunciantis nihil prodesse posset alteri præsentato, quoniam illius vox re-
3 maneret absorta ab aliis duabus partibus Joannis, & Prosperi per ea, quæ sequendo theoricam *Lap. in Clem. plures num.* 1.. &

seq.de jurepatr., *firmavit Rot. in Pannen. Beneficii super executione litterarum Apostolicarum 17. Martii proxime præteriti §. Altero, ubi etiam innumeri cumulantur coram R. P.D. meo Aldrovando*.

Quibus ita positis respectu vocis Marchetti jam fuit admissum, quod altera vox Rodulphi integra spectat ad eos qui præsentarunt Jo: Gregorium Morronum, ita ut ex duabus una cuique ex præsentatis assistat.

Hinc tota difficultas restricta fuit ad vocem Peregrini alterius ex filiis Testatoris, & constitit hanc quoque fuisse subdivisam, & quidem primo loco in duas partes, quarum altera ad Urielem mediante persona Lauræ pervenit, qui illam donavit Joanni, à quo ut supra pariter fuit insinuatum Jus omne, quod habebat transivit in Julium Cæsarem, qui Xaverium nominavit, & consequenter ipsum satis manifestè pro se enumerare unam integram vocem cum dimidia.

Quo vero ad alteram medietatem vocis sæpe d. Peregrini cujus occasione magis augebatur difficultas, Domini agnoscentes etiam istam in plures esse dividendam, examen divisionis assumpserunt, atque crediderunt medietatem vocis priùs in Felice consolidatam, stante Testamento Ascanii exclusivo Catharinæ Sororis, postea fuisse divisam in quinque partes, quarum duæ fuerunt pro Caluuccio, aliæ vero tres pro Joanne Gregorio, & propterea detractis illis duabus, quæ stant pro Caluuccio non remaneat integra medietas vocis Peregrini favore Morroni, prout viget in persona Mattheucci, quem ex hoc colligitur superare Joannem Gregorium in numero vocum, sieque esse, ut jam dictum fuit instituendum.

Neque Domini attendere voluerunt inculcatum objectum, quod nempè tres partes medietatis vocis Peregrini debeant ad se
4 trahere alias duas partes ex noto axiomate jocum sibi vindicante etiam in Jurepatronatus; quandoquidem admiserunt majorem
5 partem trahere ad se minorem, quando res est inter ipsos Patronos, vel in eadem linea vel de se coæquale jus habentes, ut supra probatum fuit in §. Et hæc; secus autem quando ut in præsenti una vox, quæ hic, ut præfertur spectabat ad Peregrinum, fuit sub divisa in duos stipites, quia tunc si medietas vocis spectet ad aliquem, & altera medietas iterum subdividatur in plures, quoties vo-
6 ces subdivisæ non concordent, major pars medietatis vocis non trahit ad se reliquas in præjudicium alterius stipitis allam medieta-
7 tem habentis, nam eum in subalternis stipitibus tantam vocem habere dicatur unus stipes, quantam habent causam desumentes ab alio stipite, etiam si essent mille ex latè firmatis per *Rot. in Lunen. Sarzanen. Capellaniæ 25. Junii 1685. per tot.*, *& signanter §. Verum, & §. Hoc igitur coram bon. mem. Pauluccio confirmata 11. Martii 1686. coram bon. mem. Ursino, & 18. Aprilis 1687. coram bon. mem. Hervavult*; indè sequitur,
8 quod Mattheuccius licet habeat medietatem vocis Peregrini, semper habere dicitur majorem partem conparative ad præsentatos ab aliquo stipite cum vocum scissura.

Quæ omnia favore Xaverii deducta fortius procedere ad verterunt Domini, non solum quia partes constitutivæ vocis d. Peregrini, quæ militant pro Jo. Gregorio restinguntur ad duas tantum, & sic ad quartam partem d. vocis adempta voce Mariæ Aloysiæ, quæ non potest concurrere cum integra medietate d. vocis obventa supradicto Xaverio, adstipulante statuto exclusivo Fœminarum, & reluctantia duorum fratrum, qui præsentarunt Caluuccium negantivam illam admittere, cum semper in hisce materiis præferantur Fœminarum consuecef-
9 sionem impugnantes, ex quo non sit in potestate unius Patroni admittere alium in præ-
10 judicium alterius per ea, quæ in præcisis terminis firmat *Rot. coram Priolo dec 113. n.30., & dec. 136. n.16., & latius dec. 284. n.7., & seq. par.1. rec.*

Verùm etiam quia si attendatur mandatum procuræ confectum ab illis, quorum nomine præsentatus fuit Jo: Gregorius, sta-
11 tim colligitur præsentationem utpotè ultra fines mandati expletam non sustineri, nam
12 præsentatus non est de compatronis, cum descendat à Federico, qui renunciavit favore Joannis, ex alibi deductis, quando mandatum continebat fore præsentandum, qui d. qualitate polleret, ut post alios *Rot. dec. 106. n.4. par. 18. rec.*, minimè attenta ratificatio-
13 ne subsequuta, eo quia supervenit post elapsum quadrimestre, & sic post expiratum
14 jus Laicis Patronis à sacris Canonibus concessum, *Rot. coram Burat. dec. 199. n.9. cum concordan.*, *adden. ad Ludovis. decis. 177. n.7. vers. Vel Patronus*.

Ex hue usque dictis si apparet esse instituendum Xaverium, non autem Joannem Gregorium, multò magis resultat exclusio Caluuccii, qui longè minorem numerum vocum pro se habere dignoscitur, ut propterea Dominis satis fuerit examinare illorum jura se remissivè quoad hunc habendo ad firmata in mea decisione §. finali.

Et ità Partibus informantibus &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI SUPER IMMISSIONE.

Veneris 13. Junii 1710.

ARGUMENTUM.

Habes in superiori dec. 507. hic confirmata, & inferiori decis. 676.

SUMMARIUM.

1 *Possessionem actus plures convincentes enumerantur.*

2 *Possessio proprietatem monstrat, quando de ea penes alium non constat, secùs contra, quia tunc de possessione cessat discursus.*

3 *Per-*

3 *Pertinentia bonorum ad aliquem probatur, cum ex ejus juribus reintegratio fuerit obtenta.*
4 *Sententia ab auctoribus obtenta omnes afficit successores.*
5 *Sententia, quæ in rem judicatam transitum fecit, nisi restitutio in integrum obtineatur, impugnari, vel in discrimen revocari nequit.*
6 *Rota quod semel comprobavit, semper de stylo supponit, nisi adsit facultas illud revidendi.*
7 *Auctoris confessio, & factum nequeunt impugnari.*
8 *Immissio reportari nequit absque probatione principalis requisiti pertinentiæ bonorum ad testatorem, ex cujus vocatione petitur.*
9 *Bona in transactione acquisita pro se hæredibus, & successoribus quibuscumque nulli subjacent fideicommisso.*

DECISIO DCXLVIII.

Domini in hodierna audientia responderunt persistendum esse in decisis coram me sub die 15. Martii 1706., & inhærentes separationi ibidem enunciatæ de una specie locorum montium ab alia; quantum attinet ad loca montium provenientia ex pretio medietatis Castri Rotundi, adverterunt decisionem inixam esse duplici fundamento.

Altera siquidem ob non probatam possessionem dicti Castri penes Enricum seniorem fideicommittentem, à quo mediante Franciotto donatario ex filio legitimato ejusdem causam habent DD. de Tanara, & Albergatis moderni actores: altera verò, quia cùm eadem instantia aliàs promota fuerit ab Auctoribus Præfatorum de Tanara, & Albergatis in Tribunali Cameræ, fuerunt iidem rejecti, & fuit duntaxat concessa reintegratio ad Castrum, & deindè ad loca montium, non tamen ex juribus dicti Enrici sen., sed Francisci fratris; ex quibus fundamentis cum primum Dominis visum fuerit minùs habens, ita illo rejecto ex secundo, quod solidis fulcitum rationibus agnoverunt, steterunt in decisis.

Et sanè posito, quod de fideicommisso Henrici, ejusque purificatione favore actorum non sit controversia, facile fuit in præsenti ex noviter deductis dignoscere, quod verè ille possederit supradictum Castrum: constitit enim in facto quod mortuo Francisco fratre Henricus officialem deputavit, memorialia subscripsit, confiscationes bonorum composuit delinquentibus, aliosque actus possessorios explevit, de quibus latè in *Summ. n.3. & seqq.*, prout etiam involvit ex depositione testium occasione quæstionis à Camara excitatæ examinatorum, quod ipse exegit fructus, & responsiones tenutarum sæpedicti Castri *d. summ. n.6.*, ut proindè ex
1 hisce omnibus saltem simul junctis, non dubitarint Domini existimare satis probatam possessionem, quæ præcedenter in mea decisione fuerat impugnata per ea, quæ notant *Mascard. de probat. concl.* 1185., *Afflict. dec.* 23. *n.*3., *Surd. dec.* 10 *nu.*5., & *Rot. in rec. dec.* 601. *n.*12. *par.* 19. *tom.*2.

Verùm tamen hisce non obstantibus censuerunt Domini standum esse in decisis quoad hæc loca montium, quæ proveniunt ex Castro Montis Rotundi; quandoquidem licèt admiserint illius possessionem extitisse penes Henricum sen., nihilominùs ex hoc non po-
2 tuerunt mutare sententiam, cùm certi sit juris conclusio, quod cessare debet quicumque discursus super possessione, quæ benè quidem attenditur, quando de pertinentia ad alium non constat, secùs autem quando ut in præsenti hypothesi manifestè resultat ad alterum, nempè ad Franciscum sen. pertinere, uti tradunt *Peregrin cons.*48. *n.*13. *lib.*1., & *de Fideic. art.*44. *n.*22., *Adden. ad Ludovis. dec.*575. *n.*11, ac firmavit *Rot. dec.* 246. *n.*2. *cor. Cerr.* ubi plures cumulantur.

Pertinentia verò ex eo concludentissimè dessumi crediderunt Domini, quod Henricus, & Franciscus juniores continuantes ju-
3 dicium inceptum à Franciotto communi parente, non ex juribus Henrici senioris, atque sui authoris, at benè quidem ex juribus Francisci itidem sen. ejus fratris sententiam reintegrationis ad medietatem dicti Castri à Camera repotarunt.

Quæ sententia, ultra quam quod afficit
4 omnes successores ex adductis per *Scac. de sent., & re judic. gloss.* 14. *q.*12. *n.*99., *Peregr. de fideic. art* 51. *n.*54., & 45., *Surd. dec.* 2 6.
5 *n.*2., cumùsque ad rem judicatam devenerit, nisi adversùs illam restitutio in integrum impetretur impugnari, vel super illa quæstio ulla valet excitari, uti ad rem ponderavit *Rot. dec.*186. *n.*8. *cor. Cels.*, & in *Romana hæreditatis de Ruspolis* 13. *Iunii* 1704. *n.*36 *cor. Reverendiss. D. meo Molines & meliùs in Rom. Fideicommissi* 26. *Martii* 1708. § *Quocirca cor. R. P. D. meo Aldrovando*, multoque magis, quia ex alia quoque resolutione nostri Tribunalis præfata jura Francisci senioris su-
6 per medietate de qua agitur fuerunt comprobata, ut colligitur ex decisione 1715. coram Coccino semper supponenda, quousque facultas illam revidendi obtineatur, quod firmatur per *Rot. post. Post. de subhastat. dec.*209. *n.* 1., & *dec.*596. *n. pariter* 1. *coram Burat.*

Concurrente potissimùm altera circumstantia, quod scilicet ipsimet Franciscus, & Henricus juniores in instantiis, tam in Camera, quàm in Rota promotis, semper fassi sunt medietatem Castri spectasse ad Franciscum sen., ut proindè veniat satis nota conclusio applicanda, quod moderni auctores uti cau-
7 sam habentes ab eis qui tales confessiones emiserunt, minimè possint illas tanquam factum suorum auctorum impugnare, *Rot. dec.* 896. *n.*6., & *dec.*1032. *n. itidem* 6. *in fin.* & *n.*10. *cor. Emer. jun.*

Ex quibus omnibus cum evidenter appareat medietatem Castri Rotundi in cujus locum fuerunt subrogata loca montium de quibus

quibus est quæstio non pertinuisse ad Henricum, & per consequens non cadere sub ejus fideicommisso in donatione ordinato, Domini pro certo habuerunt illos de Tanara, & Albergatia venientes ex juribus ejusdem non posse super dictis locis montium ullum
8 jus, nullamque actionem habere, eò quia in ipsis actoribus principale requisitum ad effectum reportandi immissionem deficiat ex firmatis per *Rot. dec.49. num.1., & dec.232. n.4. cor. Emer. jun.*, *& in Romana census 23. Aprilis 1703. §. proindeque cor. Rm̃o D. meo Molines Decano.*

Quo verò ad alia loca montium provenientia ex scutis 50000. per Cameram solutis Henrico, & Francisco junioribus in transactione inita occasione prætensæ devolutionis Castrorum ob lineam finitam, quatenùs possessionem Camera sequuto obitu Henrici senioris jam adepta fuerat, Domini pariter iterùm denegantes immissionem stetetunt in
9 decisis, quia transactio facta fuit à fratribus pro se, hæredibus, & successoribus quibuscumque, ac per consequens loca montium comparata ex prælata pecunia nullo remanserunt subjecta fideicommisso, ut latiùs ex rationibus adductis probatum fuit in mea præcedenti *decisione à §. transeundo, & seqq.*, ad quam pro evitanda inutili repetitione in omnibus se remissivè habere voluerunt.

Et ita utraque &c.

VERULANA ABBATIÆ SUPER INSTITUTIONE.

Lunæ 16. Junii 1710.

ARGUMENTUM.

Repete superiori decisione 497., quæ hic confirmata remanet.

In hac causa sunt dec.498.499., & huic sequens.

SUMMARIUM.

1 *Institutio regulanda est ab ultimo statu.*
2 *Subrogatus gratiosè in beneficio ejus, cujus in locum subrogatur possessionem continuat.*
3 *Descendentes masculi per lineam masculinam substituti sunt in jurepatronatus præferendi, deficiente linea masculina institutorum.*
4 *Rotalis resolutio semper est supponenda, etiam si concessa fuerit nova audientia, donec pro recessu instetur.*
5 *Existentes in quasi possessione præsentandi, ea per non probatas exceptiones in alio judicio discutiendas non privantur.*]

DECISIO DCXLIX.

Agnoscentes Domini subsistere fundamenta decisionum in hac causa editarum 23. *Aprilis 1706. cor. Em̃o Caprara*, & *17. Junii 1707. coram me* in ejus locum suffecto, in quibus ad controversam Abbatiam S. Petri de Babuco instituendum esse Petrum Philippum de Sanctis, utpote præsentatum ab Alphonso, & Julio Cæsare de Philonardis, responsum fuerat, frustra hodie dilationem petentibus, ac remissoriam, & compulsoriam, (de quibus in alia mea contemporanea decisione) enixè expostulantibus Cinthio, & Philippo de Philonardis novo confirmationis robore eas communire non hæsitarunt.

Clarus siquidem, ac incontrovertibilis iterum appatuit ultimus status favore Petri Philippi ex postrema præsentatione anno 1676. per d. Alphonsum in personam Brancæ expleta, proindeque ad illius formam præsens
1 institutio regulanda venit, ut latè probant auctoritates tam in *prima decisione §. Agrediendo*, quàm in *altera §. Etenim cumulata.*

Absque eo quod obsistere possit animadversio, quod Abbatia non vacaverit per obitum d. Brancæ, sed Martialis; quia cum
2 Branca obierit lite pendente, & Martialis subrogationem gratiosam in ejus juribus obtinuerit, utique & hæc possessio Alphonsi continuata dici debet, ut præter adductos in præfatis decisionibus, novissimè firmatum fuit in *Casertana Beneficii 13. Decembris 1709. §. magisque coram R. P. D. meo Kaunitz*, *& in Sorana jurispatronatus 27. Januarii mox præteriti §. neque ad infringendam in fine cor. R. P. D. meo Scotto.*

Famulatur hujusmodi possessioni etiam
3 bonum jus eorundem Alphonsi, & Julii Cæsaris patenter resultans ex testamento Cardinalis Ennii Philonardi, in quo vocantur descendentes Saturni, & deindè descendentes Marci Tullii; cumque defecerit linea masculina Saturni, semper sunt præferendi ad controversum juspatronatum descendentes masculi per lineam masculinam Marci Tullii, quales sunt præfati Alphonsus, & Julius Cæsar: maximè quia in litteris apostolicis san. mem. Julii II. expressè confirmatum, & reservatum legitur d. juspatronatum favore descendentium per lineam masculinam hæredum memorati Cardinalis Ennii, prout nunc sunt descendentes à d. Marco Tullio, ut plenè refert, & probat decisio, quæ revidetur *§. præter cum seqq.* Agnoverunt prædictorum vim, & efficaciam ipsimet in contrarium scribentes, ideòque quamvis in præterita causæ propositione mordicùs impugnarent mox enunciatum testamentum, attamen cùm illud ab omnibus prorsùs exceptionibus vindicatum fuerit, hodie dilationem, & remissoriam, ac compulsoriam petentes totum defensionis momentum constituebant in oppugnatione legitimæ descendentiæ dictorum Alphonsi, & Julii Cæsaris à spedicto Marco Tullio.

Verùm quemadmodùm eorum fundamenta irrelevantia visa sunt DD. ad effectum eisdem concedendi expostulatam remissoriam, & compulsoriam, ut habetur in mea contextuali decisione, ita à fortiori nihil penitùs ex huc usque firmatis ea afficere posse compertum extitit.

Legitima enim descendentia Alphonsi, & Julii Cæsaris per lineam masculinam à

Mareo Tullio satis superque comprobata remansit à nostro Tribunali in *Verulana Fideicommissi* 13. *Junii* 1692. §. *defecit*, *& in ejus confirmatoria* 8. *Martii* 1706. §. *Etenim legitimatio eum pluribus seqq. cor. Emo Ca-*
4 *prara*, adeout hodie ea in controversiam deduci nequeat; quamvis ab illis concessa fuerit nova audientia, quia nihilominus donec fiat instantia pro recessu, semper dictę resolutiones supponendæ veniunt, quemadmodum ponderat decisio, quę revidetur §. *descendentia*, & testatur *Rot. dec.* 634. *n.* 22., *&* 23., *& dec* 555. *n.* 10. *p.* 19. *tom.* 2. *rec.*

Maximè quia ad convalidandam legitimitatem hujusmodi descendentię concurrunt alię plures circumstantię latè etiam ponderatę in meis pręcedentibus decisionibus, & de quibus in omnem casum agi poterit in suo
5 judicio super successione bonorum; cùm interim privandi non sint Alphonsus, & Julius Cęsar possessione in qua reperiuntur pręsentandi ad controversam Abbatiam, ex supra firmatis.

Et ita, unica tantùm parte informante, altera dilationem petente, R. P. D. Vincentino, aliisque de Petra, & pręsentato ab illis non comparentibus responsum fuit.

VERULANA ABBATIÆ SUPER REMISSORIA, ET COMPULSORIA.

Lunæ 16. *Junii* 1710.

ARGUMENTUM.

Suppeditat superior decis. 448., quę hic confirmatur.

In hac causa sunt dec. proxime superior, & ibi notatę.

SUMMARIUM.

1 *Causa super pertinentia jurispatronatus inter Patronos non dicitur merè beneficialis, sed mixta.*
2 *Et tunc remissoria concedi solet etiam sine precedenti fumo materiæ articulatæ.*
3 *Limita cum articuli sunt irrelevantes, quia tunc remissoria denegatur etiam in causa merè profana.*
4 *Rotalis resolutio semper est supponenda, etiamsi concessa fuerit nova audientia, donec pro recessu instetur.*
5 *Remissoria denegatur ex capite irrelevantię cum descendentia ex nova arbore excludi prætenditur, quæ in substantialibus concordat cum alia prius canonizata.*
6 *Remissoria in rebus requirentibus altiorem indaginem reycitur ad suum congruum judicium, qain concedatur ad effectum retardandi institutionem præsentato ab his, qui sunt in hac quasi possessione.*
7 *Descendentia vera convincitur, si post eam vocati citati in Judicio non compareant ad eam impugnandam.*

DECISIO DCL.

Iterum Domini approbantes fundamenta decisionis editæ coram me 17. *Iunii* 1707. censuerunt denegandam esse remissoriam, & compulsoriam Cinthio, & Philippo Fratribus de Phinonardis ad effectum probâdi prætensam illegitimitatem Alphonsi, & Julii Cæsaris.

Quamvis enim causa, de qua agitur dici
1 nequeat simpliciter beneficialis, sed mixta, utpotè dependens a pertinentia Jurispatronatus, super qua inter se certant Patroni,
2 quo casu etiam absque præcedenti fumo materię articulatę remissoria concedi solet, ut inquit *Rota cor. Achill de Graft. dec.* 26. *n.* 9. *de dilat.* Attamen cum articuli sint ir-
3 relevantes, ea omnino deneganda venit, etiamsi ageretur de causa merè profana, juxta *text. in l. ad probationem* 21. *Cod. de probat.*, *Rota cor. Celso dec.* 38. *n. primo*, *cor. Dunozzett. Jun. dec.* 121. *n.* 3., *& cor. Same. Alex. VIII. dec.* 45. *n primo*;

De irrelevantia autem in præsenti dubitari non posse authumarunt Domini, quia tota articulatę probationis vis dirigitur ad ostendendum, quod Antonius, & Claudius Senior a quibus originem ducunt Alphonsus, & Julius Cęsar ex legitimo Matrimonio procreati non fuerint. Et tamen hoc apertè excluditur, non solum ex ponderatis in decisione, quæ revidetur §. *Et sane cum seqq.*, & in decisione super dubio principali §. *Legitimatio enim*, *& seqq.*, verum etiam ex deductis *in Verulana fideicommissi* 13. *Junii* 1692. §. *Defecit*, & in ejus confirmatoria 8. *Martii* 1706. §. *Etenim cum seqq. cor. Eminentissimo Caprara*, ubi plenè canonizatur eorum legitima descendentia, quæ
4 proindè controverti hodiè incidenter non potest, quamvis contra præfatas decisiones concessa fuerit nova audientia, quia quousque petatur recessus, veniunt de stylo nostri Tribunalis supponendæ, ut animadvertitur in d. mea contextuali decisione §. *Legitima enim descendentia*.

Neque negocium facessere visa est novissima arbor descendentię extracta, ut supponitur ex Episcopali Cancellaria Verulana, ubi efformata prætenditur ad instantiam eorumdem Alphonsi, & Julii Cęsaris anno 1694. occasione probandi gradus Consanguinitatis & distantiam inter Theresiam Alphonsi filiam & d. Julium Cæsarem ejus futurum Virum, quæ quidem arbor diversa apparet ab illa in nostro Tribunali exhibita, cum qua hactenus processum fuit.

Quidquid enim sit de veritate hujus novissimę Arboris, hoc unum certum est, quod ejus diversitas nullo modo alterat substantiam alterius Arboris, & descendentiam Alphonsi, & Julii Cęsaris a Marco Tullio, quorum proinde favore subsistit pertinentia, & purificatio cōtroversi Jurispatronatus. Et sanè ex prædicta Arboris diversitate non alteratur substantia descendentiæ, quia posito, quod Joannes Maria fuerit filius Marci Tullii, ut resultat ex antiqua arbore, nec controvertitur ab illa Cancellarię Verulanę, quæ altiorem hunc gradum non designat, jam inde pater, quod cum

cum inter descendentes a Joanne Maria recenseantur in hac ultima Arbore Alphonsus, & Julius Cæsar, isti profecto descendere dicuntur a Marco Tullio, imo quoad Alphonsũ ex utriusque arboris combinatione, nulla omnino resultat graduum alteratio, quę respectu Julii Cęsaris, quoad unum tantum verificatur, nam in prima arbore ejus descendentia a Marco Tullio radicatur in Marco Antonio, in altera vero in Joanne Maria. Quamobrem cum ex his clarè constet, quod novissima arbor in medium adducta nullatenus immutat descendentiæ substantiam. Me-
5 rito proinde ex capite irrelevantiæ denegenda venit expostulata remissoria ex supra
6 firmatis, vel sa tem negari non potest, quin hujusmodi exceptio altiorem requirat indaginem, & proinde erit de illa videndum in alio judicio super successione Bonorum, sed non ideo debet in præsenti concedi Remissoria ad præcisum effectum de quo agitur, retardandi scilicet institutionem Pręsentato ab his, qui sunt in possessione præsentandi, ut latius in alia decisione super institutione firmatum fuit.

Et hæc adeo vera sunt, ut Reverendus Pater Dominus Vincentinus, aliique de Petra, qui tanquam descendentes a Saturno per medium Septimiæ præteri dunt, se vocatos in defectum Lineę masculinæ d. Marci Tullii,
7 ut notatur in prima decisione hujus causę coram Emo D. Caprara, adhuc licet in præsenti Audientia citati, nihil contra d. descendentiam opposuerunt.

His ita firmatis quoad Remissoriam respectu Compulsoriæ, eam pariter concedendam non esse censuerunt DD ex iisdem fundamentis, quibus negata extitit Remissoria, aliisque adductis in decisione, quæ videtur §. *finali*.

Et ita utraque &c.

NEPESINA DONATIONIS.

Mercurii 18. *Junii* 1710.

ARGUMENTUM.

Oris aperitionem concedit, ex quo in reportatione emphitheusis a Papa dictum fuit adCameram devolutum ob non solutionem Canonum, quando ad eam non spectabat. Scientia in re magni momenti, & ex citatione Procuratoris dimissa copia non probata dicitur. Et deStatuto Nepesino quod fœminas extantibus solum masculis excludit.

Adest infra dec. 668.

SUMMARIUM.

1 *Oris aperitio cum de ejus justa causa constet contra Breve Pontificium clausula* sublata, *& decreto irritanti munitum non denegatur*.

2 *Oris aperitio ut detur sufficit aliquis subreptionis, vel obreptionis fumus, & cur?*

3 *Oris aperitio gratiam non infringit, seu tollit, & ideo minores sufficiunt probationes ad differentiam subsequentis Judicii, in quo cum id verificetur, pleniores, & undique concludentes probationes requiruntur, &* n. 7.

4 *Subreptionis, & obreptionis verba promiscuè sumuntur.*

5 *Breve concessum sub fundamentali falsa narrativa, quod bona essent Cameræ absque expressione, quod ab alio concessa fuerint, est subreptitium.*

6 *Subreptio, vel obreptio inducitur cum Princeps vel non concessisset, vel difficilius, si ea scivisset.*

8 *Citatio facta Procuratori Domi dimissa copia insufficiens habetur in re maximi momenti pro inducenda scientia in principali.*

9 *Donatio facta etiam a non absoluto fundatario, si a Principe confirmetur, valet.*

10 *Nepesinum Statutum fœminas, extantibus masculis excludit, secus è contra.*

11 *Et tunc fœmina, non extantibus masculis, vendicare potest bona Progenitorum nulliter alienata.*

DECISIO DCLI.

Esse locum arbitrio pro aperitione oris adversus Breve Sa. me. Alexandri VII. decreto irritante, & clausula sublata munitum DD. in præsenti Audientia mihi illos super hoc dubio de sua sententia interroganti responderunt, cum ipsis meæ satis constare de
1 justa causa hujusce modi oris aperitionem concedendi visum fuerit, qua concurrente nequit denegari *Gonzales ad regul. 8.Cancell. Gloss. 66. n. 53.*, *Rot. dec. 270. num. 4. cor. Celso.*

Maximè quia ad hunc effectum sufficit
2 aliquis fumus obreptionis, vel subreptionis; tunc enim non agitur de infringenda, seu tollenda gratia, prout in alio judicio post
3 hanc facultatem obtentam introducendo verificabitur, quo casu pleniores, atque undequaque concludentes probationes requiruntur, ut distinguendo cęteris omissis firmavit *Rota in Corduben Jurispatronatus super aperitione oris 19. Aprilis 1697. §. Cum enim, & §. finali cor. R.P.D. meo Priolo*, & magistraliter *in Castellana aperitionis oris 19. Novembris 1703. §. Enim vero cum seqq. cor. Reverendiss.mo D.meo Molines Decano.*

Hanc autem causam, sivè fumum obrep-
4 tionis, vel subreptionis, qui termini quidquid afferant, aliqui super illorum rigorosa intelligentia promiscuè sumuntur, atque synonima nullum inter se discrimen habentia dicuntur, ad latè tradita per *Rot. de execut. litter. Apostolicarum par. prima cap. 5. n. 17., & seq. Rot. dec. 195. n. 6 p. 12. rec.* DD. authumarunt ex eo resultare, quod Summo Pontifici fuit narratum a Galeotto Tenuttam Ripoli de qua est quęstio sitam in Territorio Nepesino esse de dominio directu Cameræ vigore cujusdam Investiturę concessæ de anno 1511. Paulo, & aliis de Mancinis cum onere quotannis persolvendi ca-

nonem scutorum auri 25., & ulterius eosdem investitos longissimo temporis spatio in d. Canonis solutione defecisse, ac proindè tenutam esse devolutam eidem Cameræ, a qua postmodum supradictus Galeottus, obtento prius sub mox insinuata narrativa controverso Brevi Alexandrino, in ejus sequelam mediante compositione novam investituram reportavit; & tamen constitit in facto, quod de anno 1545. præfata Tenuta fuit liberè donata a Duce Petro Aloysio Farnesio cuidam Appollonio Filatreto suo familiari, quam donationem fa. me. Paulus III. favore ipsius donatarii, suorumque successorum in perpetuum confirmavit, & hoc jure Appollonius illam Flaminio Catalano vendidit.

Quodque plus est, cum alias usque tunc temporis Camera excitasset prætensionem, quod sæpedicta Tenuta ad suum directum dominium spectabat, & quod ob non solutos Canones casus devolutionis ad sui favorem factus erat, Almæ Urbis Gubernator tanquam specialiter a Sum. Pontifice delegatus anno 1552. sententiam pronunciavit favore supranominati Appollonii, in qua declaravit Cameram nullum jus directi dominii habere, & ad restitutionem Tenutæ una cum omnibus fructibus perceptis obligatam esse, quæ sententia fuit etiam executioni demandata, ac transitum fecit in rem iudicatam, neque successivis temporibus ullus amplius Canon fuit persolutus.

Cum igitur Galeottus impetraverit Breve Alexandrinum sub ea narrativa, quod Tenuta erat de dominio directo Cameræ, cujus vigore promanaverat devolutio, absque eo quod Sum. Pontifici exposuerit existentiam sententiæ mox enunciatæ, & donationis factæ a Duce Petro AloysioFarnesio confirmatæ a Paulo III., utique DD. non esse ambigendum existimarunt de fumo obreptionis: quandoquidem si totum fundamen-
5 tum gratiæ constituitur in directo dominio Cameræ, quod ex supradictis non levem involvit difficultatem, procul dubio Summus Pontifex gratiam cum tanto alterius præjudicio non concessisset, vel saltem petitioni
6 difficilius annuisset, quod superabbundare pro inducenda obreptione, vel subreptione uno ore docent Doctores, ac pluribus allegatis firmat *Rota in B'tuntina, seu Basilicen. Parochialis 5. Martii 1700. §. non relevante coram Reverendissimo meo Molines Decano, & in Leodien., seu Aquisgranen. Canonicatus 22 Januarii 1703. §. finali coram eodem*: præcipuè quando res est super con-
7 cessione aperitionis oris, quæ leviora admittit ex iis, quæ supra fuerunt approbata.

Quin relevet, quod ante comparitionem, & Breve obtentum Galeottus fuerit molestatus a Camera, & ipse molestias intimaverit Claudiæ Nepti ex Silvia filia Catalani emptoris d. Tenutæ, unde inferebatur, quod eidem Claudiæ sit imputandum, si tunc Jura sua non deduxit; quoniam DD. satisfecit responsio, quod non constat Claudiam fuisse personaliter interpellatam, sed tantummodo fuisse factam ejus Procuratori intimationem domi dimissa copia, quam profectò tanquam omnino insufficientem in re tanti momenti,
8 ac præjudicii ad effectum inducendi certam scientiam de prætensionibus Cameræ DD. attendere noluerunt ex iis, quæ post *Vant. de nullit. ex defectu citat. n. 83.* tradunt *Ubert. de citat cap. 7. nu. 221., & seq. Card. de Luca de benefi. discurs. 77. n. 8.*

Prout nec etiam ad retardandam oris aperitionem esse in consideratione habenda DD. dixerunt ea, quæ adducebantur per scribentes contra validitatem donationis factæ a Duce Petro Aloysio, & contra jura Claudiæ a qua causam habent moderni Actores.

Nam respectu donationis, quidquid sit, an donans possederit Civitatem Nepesinam sua vita tantum durante, certum est, donationem fuisse confirmatam a Summo Pontifice favore donatarii, illiusque successorum in perpetuum, & consequenter videri posse frustraneam quamcumque disputationem, ex
9 quo propter hanc solam approbationem, & Summ. Pontificis consensum debeat donatio substineri, attenta indole confirmationis, de qua *Rot. dec. 263. n. 7 p. 15., & dec. 159. numero 9. p. 16. rec.*

Respectu vero Jurium Claudiæ consistentium in ejus comprehensione sub nomine filiorum vocatorum in capitulis matrimonialibus Silviæ suæ matris celebratis a Catalano Patre, Domini advertérunt, quod posset responderi, Statutum Nepesinum exclude-
10 re fæminas extantibus masculis, cum autem in casu nulli adessent masculi, potuerit fæmina jus habere ad controversa bona suo-
11 rum progenitorum nulliter alienata, ad traditaper *Fenzon. ad Stat. Urb. cap. 145 n. 7. & 36., & per Modern. Asculan. ibidem a unot. 39. art. 2. n. 91.*

Subdentes tandem, quod in omnem casum de hisce omnibus, tàm donationem Ducis Petri Aloysii, quam successionem Claudiæ, aliaque concernentibus, nihil opus fuit firmare in præsenti, sed de eis plenius videbitur in alio Judicio introducendo, cum pro aperitione oris concedenda hùc usque deducta esse exuberantia fuerint arbitrati.

CAMERINEN. IMMISSIONIS.

Veneris 27. Junii 1710.

ARGUMENTUM.

Sorores pro æquali fratri intestato decedenti succedunt, etiam si altera ejus favore intuitu dotis in sæculo nubens renunciavit etiam comprehensis hæreditatibus fratrum; & cum dicta Dos ex Patris testamento debebatur, & cur? Quin obstet etiam Transactio in sequelam dictæ renunciationis facta; præsertim si esset læsiva.

Adest infra dec. 658.

SUMMARIUM.

1. *Ægidiana inter laicos de bonis laicalibus in Judicio possessorio a sententia valida, & ju-*

 Ha

ſta appellationem probibet.
2 *Hæreditas fratris inteſtati ſuperſtitibus ſororibus æqualiter a jure defertur.*
3 *Immiſſio extremis concurrentibus, quæ re, cenſentur, denegari nequit.*
4 *Renunciatio facta favore Fratris a Sorore, cui eadem, & major dos ex Patris teſtamento debetur, ex defectu cauſę non ſuſtinetur.*
5 *Renunciatio facta à Puella nubente in Sæculo ad differentiam alterius, quæ fit occaſione ingreſſus in religione non præſumitur realis, & abdicativa.*
6 *Et iſta deficientie agnatione, cujus intuitu facta eſt, reſolvitur.*
7 *In renunciatione bæreditas Renunciatarii fratris comprehenſa non cenſetur, & cur?*
8 *Etiam ſi facla ſit renunciatio bonis fraternis, quia intelligitur de fratribus tunc temporis prædefunctis.*
9 *Tranſactio facta dependenter à renunciatione, quæ corruit, & ipſa corruere dicitur.*
10 *Tranſactio ad diverſa trabi nequit.*
11 *Tranſactio, ut læſiva dicatur quid attendatur.*

DECISIO DCLII.

ALoyſio Carluccio ab inteſtato defuncto relictis duabus ſororibus, Franciſca Silvia ſcilicèt, atque Maria Felice, orta fuit inter illas controverſia ſuper illius ſucceſſione; nam Franciſca occupaus omnium poſſeſſionem bonorum integrum jus ſuccedendi habere contendebat, quod tamen pro ęquali eſſe admittendum Maria tuebatur, ut propterea huic neceſſe tuerit coram A. C. Gomez immiſſionem ex Interdicto, quorum bonorum ad ſuam æqualem hæreditatis portionem petere, quæ prævia collatione dotis, & bonificata medietate debitorum per Franciſcam ſolutorum fuit etiam eidem conceſſa. Verum cum pars ſuccumbens iudicato minime acquieſcens obtinuerit committi noſtro Auditorio cauſam appellationis cum clauſula *Conſtito, quod ſi locus Ægidianæ*, & commiſſionem mihi dirigi curaverit; propoſui in hodierna Audientia conſuetum dubium, cui Domini *affirmative* reſponderunt.

Cum enim res ſit inter Laicos, & de bonis
1 laicalibus tantum, nec non ſententia validitatem atque juſtitiam præſeferat, nullatenus Dominis viſum fuit dubitari poſſe, quin intret conſtitutio Ægidiana, quam in ſimilibus judiciis poſſeſſortis appellationem prohibere omnibus in Curia verſantibus notum eſt, *Ridolphin. in prax. par. 2. cap.6. num.132., & ſeqq., Rota dec.42. n.1. par.19. rec.*

Et ſanè ſepoſitis omnibus aliis, quæ inter partes non controvertuntur, Domini ſtrictè devenientes ad juſtitiam ſententiæ, autumarunt illam apertè reſultare ex diſpoſitione juris communis æqualiter deferentia
2 ſucceſſionem Fratris inteſtati ſuperſtitibus Sororibus, *ad Text. in Auth. plurimas §. ſi igitur de bæred. ab inteſt.*, de quo etiam *Rot. dec. 38. n.1. par. 19. rec.*; quo indutabili præſuppoſito principio, ſi nulla ſuper legitimatinne perſonarum, ſuper identit ate bonorum, ac ſuper poſſeſſione eorumdem penes Franciſcam pro hærede poſſidentem
3 eſſe poteſt quæſtio; utiquè nequit immiſſio denegari, quia omnia iſtius judicii extrema concurrere dignoſcuntur, ex firmatis per *Rotam dec.428. n.1. par.18., & dec. 44. n. itidem 1. par. 19. recen., ac alibi paſſim.*

Abſque eo, quod vim facere poſſint pro repellenda Maria Felice a ſucceſſione fratris duę exceptiones, quarum prima eſt, quod ipſa de anno 1691., occaſione dotationis ab eodem reportatæ renunciationem emiſerit; altera vero, quod de anno 1678. pro ſumma ſc. 75. tranſegerit remittendo omnia, & ſingula Jura ſibi competentia.

Quandoquidem quantum attinet ad renunciationem factam de anno 1661., Domini crediderunt illam eſſe nullius roboris, & quidem ex multiplici ratione: in primis namquè adverterunt, quod Aloyſius nihil de proprio contulit dotationi, dum vigore paterni teſtamenti dos conſtitui debebat in ſumma ſc. 400., quam nec etiam in totum Maria Felix conſequuta eſt, ut proinde re-
4 nunciatio facta intuitu hujus dotis tamquam de Patrimonio Aloyſii aſſignatę ex defectu cauſę non valeat ſubſtineri, uti per *Text. in l. magis puto §. ſi æs alienum ff. de reb. eorum*, firmavit alios cumulando *Rota in Firmana Immiſſionis 16. Martii 1703. §. Nec petitam in fin.*, *atquè in illius confirmatoria 27. Iunii eiuſdem anni §. Ratio ita decidendi coram R.P.D. meo Priolo.*

Secundo moti ſunt Domini ex eo, quod hic agitur de Puella nubente in ſęculo, cujus renunciatio, ad differentiam alterius, quę
5 fit occaſione ingreſſus in Religionem, non prę ſumitur realis, & abdicativa, ſed potius perſonalis, *Card. de. Luc. de renunciat. diſc. 1. num. 10.*, & pluribus cumulatis *Rota in Romana renunciationis 17. Iunii 1709. §. Vel ob ſuperviventiam coram R. P. D. meo Priolo, & in altera Romana Renunciationis 10. Martii anni currentis §. E contra verò coram R.P.D. meo Criſpo*; itaut defuncto fratre, ac agnatione ceſſante, quo-
6 rum omnium contemplatione tantùm fuit renunciatum, utique dicendum veniat factum eſſe locum reſolutioni favore renunciantis, ut uno ore tradunt DD., & ſignanter *Buld. in l. pactam ſub n.9. verſic. quæro Cod. de collat., de Marin. reſolut. quotid. lib. 2. cap.189. n.1., & ſeq., & cap.190. num.32.*, aliique quos refert, & ſequitur *Rota in dicta Romana Renunciationis 17. Junii 1709. §. Quia agitur coram R. P. D. meo Priolo.*

Tertiò tandem, ex quo in renunciatione
7 regulariter non poteſt comprehendi hæreditas ipſius fratris renunciatarii, de qua non præſumitur fuiſſe cogitatum; non obſtante, quod fuerit facla mentio de bonis fraternis ex teſtamento, & ab inteſtato:
8 nam hoc benè intelligi valet de bonis aliorum

rum fratrum, tunc temporis defunctorum, quod satis est, ne debeat renunciatio extendi ad hæreditatem alterius fratris Aloysii, quæ in futurum erat deferenda, ut post *Bald. in l. final. n. 15. vers. Licèt ergo filia Cod. de pact.*, aliosque propemodum innumeros congestos firmavit *Rota in Cavallicen. Donationis 21. Novembris 1707. §. præcisivè cor. R. P. D. meo Ansaldo, & in illius confirmatoria 2. Julii anni currentis §. Non ambigerunt cor. me.*

Quo verò ad transactionem initam de anno 1678., Domini pariter existimarunt nec istam ullam promereri considerationem;
9 non solùm quia cum fuerit facta dependenter à renunciatione, quam jam corruere evidenter constat ex supra deductis, ipsa quoque subsistere nequeat, ut firmavit *Rota in Romana Renunciationis 23. Januarii 1708. §. firmato itaque, & 15. Junii ejusdem anni §. Cum igitur, & seqq. cor. R.P. D. meo Scotto.* Verùm etiam quia inita fuerit super juribus, dumtaxat fideicommissi
10 Matthæi patrui, & sic non valeat comprehendere hæreditatem Aloysii anno 1677. defuncti.

Ac insuper, quia si admitteretur renunciationem intelligendam esse etiam de hæreditate controversa, nimis esset manifesta enormissima læsio, quando pro tam exigua summa scutorum 75. renunciatum fuisset hæreditati, cujus status in solis stabilibus, omissis mobilibus constitutus apparet in scutis 3000. circiter, quorum medietas Ma-
11 riæ Felici debebatur, & sic quantitatem, quæ nimis longè distat à tertia hæreditatis parte fuisset consequuta, quod ad effectum cognoscendi enormissimam læsionem attendendum esse firmavit *Rota in Romana, seu Firmana successionis 28. Februarii 1695. §. Quod autem cor. Rmo D. meo Molines Decano*, & pluribus cumulatis *in Asculana Dotis 28. Junii 1703. §. Sed quidem in fine cor. bo. me. Pio.*

Et ita, unica tantùm &c.

ROMANA, SEU CAMERINEN. CAUTELÆ ANGELI SUPER RESERVATIS.

Veneris 27. Junii 1710.

ARGUMENTUM

Accipe à superiori decisione 479., quæ in parte confirmata fuit decis. 543., & in altera ibi reservata hic confirmatur, & decisio sequens est in hac causa.

SUMMARIUM.

1 *Mandatum validum, & justum est exequendum.*
2 *Mandatum est exequibile etiam pro summa, pro qua concessa fuit supersessoria usque ad aliam informationem, cùm postea vel indefinita supersessoria, vel repositio obtenta non fuit.*

3 *Bona pro constituendis dotibus assignata à fideicommisso libera remaneat, nec illud suffragatur pro impedienda eis satisfactione ex jure earumdem dotium, & n. 9.*
4 *Creditum proveniens ex juribus dotalibus ex bonis pro dotibus assignatis satisfieri debet.*
5 *Creditor fideicommittentis ante fideicommissum conditum, super id satisfactionem prætendere potest.*
6 *Debitor sua bona in præjudicium hypothecarum fideicommisso subdere nequit.*
7 *Creditor ex debitoris juribus agere potest.*
8 *Hypotheca tacita pro dote incipit à die promissionis., ad quod tempus solutio, & promissa restitutio retrotrabitur.*
10 *Identitatis præsumptio excluditur ex confinium discrepantia.*
11 *Testes de auditu, & lite pendente expiscati non probant.*
12 *Executio sustinetur tanquam facta in bonis obligatis, quando à testibus non excluditur possibilitas in contrarium, quod à tali executione immunia esse nequeant.*

DECISIO DCLIII.

Responsum fuerat coram me 1. Aprilis 1707. Margharita Bartolotta tantùm informante, procedendum esse ad legitimam executionem mandati ejus favore ab A.C. relaxati contra bona hæreditaria Fulchetti de Perbenedictis, non obstante Cauthela Angeli à Marchione Gaspare Maculano de Perbenedictis illorum possessore allegata. Verùm obtenta per eundem nova audientia, causaque sub consueto dubio reproposita 16. Martii 1708. prodiit resolutio – *In decisis, pro nunc quoad tertiam partem, in reliquis iterum proponatur.*

Quamobrem ad normam hujus rescripti, proposita hodie causa super conservatis, DD. *in decisis* standum esse censuerunt.

Iterùm enim constit, mandatum A. C. esse
1 undequaque validum, & justum, & proinde legitimæ executioni demandandum ex notis juribus.

Objecta siquidem nullitas ducta ex eo, quod non obstante, quod petita fuerit integra summa scutorum 4000., & A. C. mandatum relaxaverit pro scut. 750, adhuc successivè pro tota dicta summa expeditum, & exequutum extiterit mandatum, corruere DD. visa est ex facto: nam decretum A.C. importat quidem relaxationem mandati pro dictis scut. 750., sed ulteriùs etiam progreditur ibi, *& pro residuo mandavit supersederi usque ad*
2 *aliam.* Quamobrem cùm deindè post aliam informationem, indefinita supersessoria, aut repositio à præfato decreto obtenta non fuerit, illud profectò in suo robore permansit etiam quoad residuum, ut de se patet, & quotidiana edocet praxis.

Exclusa hac nullitate mandati, facili quoque negotio subvertitur Cauthela Angeli à Gaspare ad retardandam ejus exequutionem allegata. Fideicommissum enim, cui illa innititur, nullatenus comprehendit bona super quibus

quibus consumata fuit exequutio; nam illa
3 tamquam assignata Fulchetto ad effectum dotandi fœminas remanserunt liberæ juxta dispositionem conditorum ejusdem fideicommissi, qui expressè voluerunt, quod ex bonis, quæ pro indiviso cum ipsis possidebat Fulchettus fœminarum dotes constituerun-
4 tur. Quapropter cùm creditū Bartolottæ proveniat ex juribus dotalibus Catherinæ filiæ præfati Fulchetti, nec non Camillæ ejus uxoris, evidens est, quod ex hisce bonis satisfieri debet; ad firmata per *Rot. dec.* 835. *num.* 12. *dec.* 951. *n.* 5. *coram Emerix jun., cum cæteris adductis in* 2. *decis. hujus causæ* §. *Quo verò.*

Animadvertendo ulteriùs, quod etiam si omnia bona Fulchetti subjecta remansissent fideicommisso; adhuc tamen super illis exequutio retardari non posset; ipse enim, an-
5 tequam illud constitueretur, evaserat debitor dotis Camillæ uxoris, ideòque quemadmodùm ista sui crediti satisfactionem etiam super bonis fideicommissariis consequi pote-
6 rat, cum ea in præjudicium hypothecæ ad illius favorem contractæ fideicommisso subjici non potuerint, juxta *Text. in leg. filiusfamilias* 118. §. *Divi d* 2. *ff. de legat. primo*, *leg. pater filium*, *& leg. qui solidum* §. 1. *ff. eodem*, *Cæsal. consil.* 13. *n.* 25., *Bar. cons.* 100. *n.* 6., *Peregrin. de fideicommis. art.* 40 *n.* 17., cum aliis relatis in *decisione*, *quæ revidetur* § *Et quomodocumque*, ita ex illius juribus contra-
7 dicta bona agere potest prælata Bartolotta, *leg. nomen. ibique gloss. in verb. utiliùs cod. quæ res pign. oblig. poss.*, *Rot. cor. Bich. decis.* *n.* 13., 14., *& dec.* 527. *n.* 12. *par.* 19. *recen.*

Non obstat, quod effectiva solutio d. dotis, & respectiva promissio restitutionis ejusdem sequuta fuerit post conditum fideicommis-
8 sum; quia tacita saltem ejus hypotheca incipit à die promissionis, ad quod tempus solutio, & promissa restitutio retrotrahitur, ut præter auctoritates cumulatas in decisione, quæ revidetur §. *Non attenta* latè tradunt *Sæminat. controv.* 16. *n.* 30. *cum pluribus seqq.*, & reprobata contraria sententia, *Rot. coram Celſ. dec.* 41. *n.* 6., *& seqq.*, *& Peutinger decis.* 376. *n.* 6, *& dec.* 421. *par.* 15. *recent.*

Hinc frustra iterùm recurrebatur ad declarationem à Margherita Morella Bartolottæ auctrices in transactione emissam, super præservatione jurium memorati fideicommissi, quoad ejus creditum dotale, cujus satisfactionem super bonis liberis duntaxat petere promisit. Nam semper recurrit responsio, quod in præsenti exequutio directa non est contra bona fideicommissaria, sed solùm percutit bona libera, & propria ejusdem Fulchetti ad hunc præcisum effectum dotandi fœminas destinata, & principaliter obligata, ut supra expositum fuit, & patenter resultat ex instrumento in constitutione
9 dicti fideicommissi exarato. Quamobrem vanum omninò est in medium afferre titulum fideicommissi, ut patet ad sensum, & benè ponderat *Rot. dec.* 186. *nu.* 3. *& seqq. par.* 17. *recent.*

Neque relevat quod Cardinalis Marianus alter ex fundatoribus sæpedicti fideicommissi acquisiverit plura bona in iisdemmet locis, in quibus bona exequutata reperiuntur; ideoque super illis executio sustineri non possit. Etenim ex lectura instrumentorum acquisitionis, & exequutionis manifestè deprehenditur discrepantia confinium dictorum bono-
10 rum; qua stante exclusa remanet quæcumque identitatis præsumptio, ut advertit, & probat secunda *decisio hujus causæ* §. *Non obstat.*

Minùsque ad convalidandam hujusmodi identitatem attendi merentur depositiones nonnullorum testium: nam ultra quod de-
11 ponunt simpliciter de auditu, & fuerunt
12 pendente lite expiscati; satis est quod non excludant possibilitatem in contrarium ad effectum, ut executio sustineatur, quemadmodum prosequitur *dicta decisio* §. *Sicut neque*, & tradunt *Rot. dec.* 135. *n.* 1., *& per tot. par.* 11., *dec.* 310. *n.* 19., *& seqq. par.* 13., *& dec.* 120. *n.* 11. *cum plurib. seqq. par.* 15. *rec.*

Et ita, utraque &c.

ROMANA, SEU CAMERINEN. PECUNIARIA SUPER EXEQUUTIONE MANDATI.

Veneris 27. *Iunii* 1710.

ARGUMENTUM

Habes in Summario.

In hac causa sunt decisiones in proximè superiori notatæ.

SUMMARIUM.

1 *Mandatum obtinens expeditum contra debitorem claram habet actionem contra ejusdem debitorem.*

2 *Mandatum validum, & justum ulteriori executioni est demandandum.*

DECISIO DCLIV.

Pro liberatione à molestiis, quas Hieronymus David de Sanctis passus fuerat super aliquibus locis montium à Margherita Morella ipsi venditis, adversùs eandem obtinuit ab A. C. mandatum exequutivum, cujus exequatur directum contra Margheritam Bartolottam ejus hæredem cum illa S. P. à Signatura canonizatum extitit.

Verùm quia ejus exequutio ob deficientiam bonorum debitricis per plures annos frustrata fuerat; hinc habita notitia d. de Sanctis, quod ad favorem d. Bartolottæ relaxatum fuerat à nostro Tribunali mandatum contra Marchionem Macuianum de Perbenedictis, cujus exequutio quoad tertiam partem imminebat, pendente interim discussione super reservatis; ideò intendens sua jura experiri contra debitorem suæ debitricis, prævia solita commissione ad causam admissus fuit; datoque hodie ad ejus instantiam dubio -- *An procedendum sit ad ulterio-*

ulteriorem executionem mandati alias favore Bartolottæ relaxati, DD. affirmativè responderunt.

Creditum enim d. de Sanctis contra Bartolottam est incontrovertibile, utpote canonizatum à Signatura cum clausula S. P.,
1 pro cujus consequutione clara est actio contra suæ debitricis debitorem, juxta *text. in l. si Pignori ff. fam. Hercisund.*, *Rot. dec.* 808. *n.*4. *cor. Emerix jun.*, & *dec.*527. *n.*13. *p.*19. *rec.*, proindèque cum adversùs Marchionem Maculanum suum debitorem dicta
2 Bartolotta obtinuerit mandatum, de cujus validitate, & justitia dubitari non potest, ex deductis in contemporanea mea decisione super cautela Angeli, omnis ratio postulat, ut ulteriori exequutioni demandetur, ex notissimis juribus, de quibus *Rot. dec.*369. *n.*4. *p.*19. *tom.*1. *rec.*

CAVALLICEN. DONATIONIS.

Mercurii 1. *Julii* 1710.

ARGUMENTUM.

Latè agitur an filius Matri per actum independentem donans jura paterna, & materna, adeout donatio sit abdicativa, ei ab intestato decedenti succedere possit, & negativè resolvitur, contrariæque auctoritates, & rationes confutantur.

SUMMARIUM.

1 *Restitutio in integrum contra sententiat rem judicatam constituentes non datur, nisi quatenus de iniustitia redargui valeant.*
2 *Donatio cum principaliter de per se facta est & non accessoriè, & dependenter a renunciatione, donantem respectu rerum donatarum penitus extraneum reddit, & mortuum absque spe regressus, sed irrevocabile dominium in donatarium transfert.*
3 *Maximè si non est appositum pactum reversivum post Donatarii mortem.*
4 *Donatio de sui natura irrevocabilis etiam post donatari mortem. ut post eam regressui locus sit donanti, debet continere expressum pactum reversivum nullis ambagibus involutum: Secus omni spe donans destituitur.*
5 *Pronomen* Suorum *est predicabile de quocumque hærede ex testamento, & ab intestato.*
6 *In donatione facta favore matris, & suorum non venit donans, adeout in bonis donatis excluso donante omne jus sit penes matrem suosque hæredes, vel ex propria, vel ex juris dispositione ascitos.*
7 *Et donatio ista est abdicativa, & realis.*
8 *Absurdum est, si in donatione ita accideret, ut donans sibi ipsi donasset.*
9 *Renunciatio abdicativa negari non potest, dum ex ejus verbis apparet, & multa hujusmodi afferuntur.*
10 *Filia in donatione sub nomine suorum contemplata dicitur, & respexisse ad titulum successionis maternæ, si matri donatariæ accessit obligationi evictionis bonorum in compensationem Donatario datorum, & quare?*
11 *Filius donans matri bona materna præsentia, & futura, non potest intelligi, quam de renunciatione hæreditati, & juri filiationi futuro tempore deferendæ, & cur?* & n. 21.
12 *Donatio bonorum maternorum, & paternorum cum pronomine* -- suoi -- *non restringit eam ad bona tunc temporis in suo patrimonio existentia; præsertim in donatione abdicativa, & reali, & eum Jura futura habent causam de præsenti*, & numero 14.
13 *Patrimonii nomine bona, & jura præsentia, & futura continentur.*
15 *Donans abdicativè nullum habet titulum pro recuperatione bonorum donatorum post donatarii mortem, ut potius donatario non disponente transferantur in hæredem anomalum, seu fiscum.*
16 *Decisiones in causa* Romana renunciationis coram Scotto *declarantur.*
17 *Patri donanti filio, eo ordine naturæ præpostero decedente, competit jus detrahendæ legitimæ, juxta* dec. 559. *parte* 19. *rec.*, & *causa assignatur* n. 19.
18 *Legitima a parentibus viventibus filio darè potest.*
20 *Voluntas non fertur ad incognita.*
22 *Filii naturaliter parentibus superstites existunt, illorumque hæreditates frequentius nanciscuntur.*
23 *Matre donataria intestata decedente filius donans, & qui se extraneum fecit, non succedit, nec reintegratus dicitur, & cur?*

DECISIO DCLV.

Quæstio a Josepho excitata super admissione ad coæqualem intestatam successionem Lucretiæ Matris una cum Anna filia, ac Sorore respectivè, & jam per duo Judicata Rotalia previis de more decisionibus R.P.D. mei Scotti, & R. P. D. mei Ansaidi contra ipsum definita, novo examini hodiè a me proposita fub dubio -- *An constet de causis restitutionis in integrum, seu potius de re judicata, &c.* -- disparem exitum non habuit, nam DD. suffragantibus quoque quinto, & sexto negativè responderunt.

1 Cum enim restitutio in integrum concedi nequeat in hypothesi Sententiarum, nisi quatenus de iniustitia valeant redargui, ut ad vulgatum *text. in l.* 4. §. *Condemnatum ff. de re judic.* firmavit *Rota dec.* 671. *num.* 2. *p.* 19. *rec.* DD. visum fuit illam penitus excludi ex fundamentis latè expensis in decisionibus super hac controversia editis, quę fanè ad trutinam iterum revocata undequaque subsistentia habita fuerunt.

Non ambigerunt siquidem DD in eam devenire sententiam, quod in casu de quo agi-

agitur, res non sit de renunciatione perso-
nali, quæ per mortem personæ, cujus fa-
vore facta est, resolvatur, & in qua renun-
cianti ad primæva Jura detur restitutio, vel
retento eodem themate renunciationis præ-
tensio versetur circa hæreditatē Renunciata-
rii, quæ non solet esse in renunciatione com-
prehensa, potissimum, dum non est facta ob
ingressum in Religionem, prout de hisce
omnibus juxta auctoritates allegatas in deci-
sionibus hujus causę, & latius in decisione
R.P.D. mei Ansaldi §. *Præcisivè*, *et* §. *Idquo frequentius*.

Sed res est de donatione principaliter, &
2 de per se facta, non autem accessoriè, nec
dependenter a renunciatione, in quibus ter-
minis donans se respectu rerum donatarum
pænitus extraneum, & mortuum constituit
cum translatione irrevocabilis dominii favo-
re matris donatarię, & cessat quæcumque
spes redeundi ad bona donata, ut per indi-
viduales *decis. 587, et 726. coram Cerro*,
firmatum fuit in decisionibus editis in hac
causa tàm coram R.P.D. meo Scotto, §. *Et
ratio*, quam coram R.P.D. meo Ansaldo §.
Cum igitur.

Maxime quia non solum Joseph in dona-
3 tione nullatenus sollicitus fuit de apponen-
do pacto reversivo pòst mortem Matris do-
4 natariæ, cum tamen ad effectum, ut dona-
tio de sui natura præseferens irrevocabilita-
tem post mortem quoque illius, ad cujus fa-
vorem expleta fuit, necesse sit illud appo-
nere expressum, nullisque ambagibus invo-
lutum, eoque deficiente, ut in pręsenti omni
prorsus spe donans destitutus dici debeat,
ut prosequitur *d. decisio R.P.D. mei Ansal-
di* §. *Ita ex opposito*.

At e converso donatio fuit stipulata favo-
5 re Lucretiæ Matris, & *suorum*, quæ sa-
ne verba utpotè prędicabilia de quocumque
hærede ex testamento, vel ab intestato, non
6 est verisimile comprehendere donantem
semper exclusum, sed alios hæredes ab in-
testato venientes, itaut sensus sit in bonis
donatis excluso renunciante omne Jus esse
penes matrem, suosque hæredes, vel ex pro-
7 pria, vel ex Juris dispositione ascitos, sicque
actum esse abdicativum, & realem, ut benè
pluribus cumulatis firmatur in *decis. R.P.D.
8 mei Ansaldi* §. *ponderando*, alioquin maxi-
mum sequeretur absurdum, quod nempè
donans sibimet ipsi donasset, ut ad sensum
patet.

Fortius attentis illis amplissimis verbis --
9 *abdicandosi, spossessandosi, spogliandosi, e
divestendosi di detti beni donati, ne ha inve-
stito &c.* quę cum luce meridiana clariora sint
pro inducenda omnimoda abdicatione, non
videtur amplius de illa dubitandi locus supe-
resse, ad tradita per *Capon. discept. 216. n. 17.*,
Cupic. latr. consult. 27. n. 35., & firmata in
d decis. §. *Eoque certius*.

Hęc omnia clarè etiam comprobantur ex
10 eo, quod Joseph in donatione recepit in com-
pensationem a Lucretia matre nonnulla bona,
pro quorum evictione sese obligavit ipsamet
Lucretia, & cum ea Anna illius filia, & re-
spectivè Soror Josephi; imperceptibile au-
tem est, quod ista voluerit sese obligare ad
manutentionem bonorum, quæ ad ipsam
solum Jure hæreditario Matris spectare po-
terant, nisi fuisset contemplata in donatio-
ne, & tanquam hæres Matris appellatione
suorum in donatione comprehensa, ut pro-
batur *in d. dec. R P.D. mei Ansaldi* §. *Et
ut altera, et* §. *fin.*

Absque eo quod vim facere possit Annam
obligationi accessisse pro bonis paternis tan-
tum in quibus Jus habebat, inferendo ip-
sam minime intervenisse correlativè ad suc-
cessionem Matris, nam DD. in promtu respon-
sionem habuerunt ex tenore instrumenti, in
quo legitur Annam sese obligasse pro omni-
bus bonis fratri assignatis, ac per consequens
respexisse ad titulum successionis maternæ.

Tandem animadverterunt DD., quod do-
11 natio comprehendit bona materna pręsen-
tia, & futura; proindeque cum bona posside-
rentur a Matre, illiusque propria essent,
verbum *futuri* non poterat intelligi, quam
de hęreditate futuro tempore deferenda, ut
ex *text. in l. nam quod* §. *fin. ff. ad Trebell.*,
ac præcisè notat *Gallerat. de renunciat. cen-
tur. 1. renunc. 25. sub num. 4. vers. non mo-
do*, super qua Joseph jure filiationis poterat
præconceptam spem fovere.

Non attento, quod ipse post verba *bona
12 paterna, materna &c.* usus fuit pro nomine
suoi, itaut ex hoc restringi debeat contrac-
tus ad ea bona tunc temporis in suo patrimo-
13 nio existentia; quoniam cum patrimonium
revera dicatur tam respectu bonorum, quæ
actualiter possidentur, & ad quæ de præsenti
quis valet Jus habere, quam respectu Jurium
14 de futuro deferendorum, ut notat *Bellon. sen.
cons. 5. sub numero 16. vers. secundo dico*, &
firmavit punctualiter *Rota coram Peuting.
dec. 325. n. 6.*, utique d. pronomen, *suoi* appo-
situm in amplissima donatione abdicativa, &
reali, atque æquè verificabili in omnibus bo-
nis, ac Juribus de præsenti, nec non de futu-
ro, saltem quando habent causam de præsen-
ti, ut hic, nequit coarctare actum, itaut Jo-
seph valeat ad successionem Intestatam Ma-
tris admitti.

Quibus omnibus simul junctis ita ponde-
ratis, & procedendo cum distinctione inter
donationem, & renunciationem, statim
DD. constitit, omnes authoritates, quæ a
Scribentibus pro Josepho afferebantur, per-
cutere solummodo casum renunciationis, quę
si interveniat, ut hic, tantum abest dari posse
15 ullum titulum pro recuperatione bonorum,
ut potius Jura nostra illa transferri permittant
a donatario non disponente in hæredem ano-
malum, sive fiscum ex auctoritatibus pleno
calamo congestis in *d dec. R. P. D. mei An-
saldi* §. *Ita ex opposito*.

Et de facto in casu decisionum in *Romana
16 renunciationis cor. R. P. D. meo Scotto* pro-
cessum fuerat non per viam donationis inde-
pen-

pendenter factę, sed per viam renunciationis,
17 & circumstantiæ in illo casu occurrentes non
erant tanti ponderis, ut in præsenti: *deci-
sio vero 559. p. 19. rec.* licet loquatur in casu
donationis, tamen ibi solum firmatum fuit,
quod Patri donanti competeret Jus detrahen-
di legitimam ex bonis filii donatarii ordine
naturæ præpostero prædefuncti. Hic autem
ultra quod dici pnllet nb assignationem factam
a Matre favore Josephi fuisse ei prçsti-
tam legitimam, quam etiam viventibus Pa-
18 rentibus dari posse affirmant Doctores, quos
refert, & sequitur *Altograd. cons. 8. n. 25.
& sequ. lib primo*, & firmavit *Rota decis.*
19 *355. n. 7. p. 18. rec.* cessat difficultas, ex
quo nos versamur in casu opposito, ibi enim
verisimile est Patrem non cogitasse de præ-
morientia filii, & sic de legitima in ejus hæ-
reditate sibi debita, cum voluntas non fera-
20 tur in incognitum ex vulgatis; in hypothesi
21 vero nostra agitur de filio, qui donavit,
seù renunciavit Matri per verba nullam re-
strictionem admittentia jura etiam materna
de futuro, sub quorum nomine, ut supra
probatum fuit, continetur omnimoda succes-
22 sio Matris, de qua nequit dubitari, quin
fuerit cogitatum, cum filii e converso supe-
rioris casus naturaliter loquendo Parentibus
superstites existant, illorumque hæredita-
tes frequentius nanciscantur.

Postremò insubsistentem Domini habuerunt illam animadversionem, quod nempe sicuti potuisset donataria per testamentum reintegrare Josephum donantem, ita hoc etiam facere potuerit ab intestato concurrente duplici dispositione, tacita scilicet Matris, quę non testando prçsumitur vocasse filium, quem sciebat excludi non posse aliter, quam per Testamentum, & expressa legis concedentis successionem intestatam matris filiis suis; quoniam quidquid sit, an mater potuisset reintegrare filium, præjudicium inferendo Annæ in contractu contemplatæ, hoc cer-
23 tum est, quod cum non disposuerit, & Joseph ab hac intestata successione se fecerit extraneum, manifestè colligitur non concurrere dispositionem Matris pro illius admissione, retorquendo argumentum, nam si mater sciebat illum ab intestato succedere non posse, & tamen intestata decedere voluit, satis comprobavit illius exclusionem, quæ pariter non tollitur a dispositione Juris, cui utpotè ad sui favorem introductæ, potuit bene quidem Joseph, prout fecit, renunciare ad notam regulam *text. in l. quod favore C de legib.*

Et ita utraque &c.

TERRACINEN. AFFICTUS.

Die Mercurii 2. Julii 1710.

ARGUMENTUM.

Manutentio in re conducta datur ex Juribus cedentis conductoris, neque alius, qui simul conduxit eam prætendere potest cum Judicium monitorii super prælatione vigore continuat, nec expedivit aliud super manutentione. Et differentia utriusque judicii affertur. Jus accrescendi, vel non decrescendi locum non habet in conductione ex post in solidum inita; quia tunc non est vera Societas, & tunc alius, qui simul conduxit potest ad hæredes transmittere, & cedere etiam ipsi locatori, qui ideo agere simul, & pati non dicitur, & cur? Prælatio conductori non debetur.

SUMMARIUM.

1 *Manutentio debita cedenti debetur ex ejus Juribus cessionario.*

2 *Manutentio non debetur expedienti monitorium super prælatione.*

3 *In prçlationis Judicio agitur de possessione adipiscenda.*

4 *In manutentionis judicia agitur de possessione retinenda.*

5 *Judicia incompatibilia nequeunt cumulari.*

6 *Factum Procuratoris sine mandato principali non præjudicat.*

7 *Gesta per Procuratorem ratificasse videtur Principalis si eis utitur.*

Monitorium a Procuratore expeditum ratificare censetur Principalis, si ejus jure judicium prosequitur.

8 *Judicium manutentionis peti non potest cum monitorio super prælatione, sed super manutentione.*

9 *Ius accrescendi, & non decrescendi ex natura Societatis remanet penes consocium altero sublato, attenta obligatione solidali, qua contractus etiam locationis initus fuit.*

10 *Declara procedere posse cum agatur de vera, & formali Societate.*

11 *Societas inter conductores ex post inita non est verè, & formaliter talis, sed incidens, & accessoria.*

12 *Societas vera impedit transmissionem ad hæredes, & quamcumque cessionem consocii favore alterius.*

13 *Societas conductionis impropria transmissionem ad hæredes, & cessionem non impedit, etiamsi in ea adfuisset clausula* -- In solidum --

14 *Societas conductionis impropria dicitur, cum unusquisque ex conductoribus animalia propria extra terminos conductionis in fundo conducto retinet.*

15 *Actio, & passio absurdum, & incompatibile est, ut dentur in eodem subiecto.*

16 *Limita hanc regulam locum non habere in locatore, qui cessionem, seu relocationem a conductore, seu uno ex conductoribus potest reportare, & cur?*

17 *Prçlatio cum a jure communi, vel municipali non decernitur non debetur.*

18 *Prçlatio conductori non debetur.*

19 *De re sua quisque disponere libere potest.*

DECISIO DCLVI.

Locaverat Eminus Cardinalis Paracianus Silvam, ac herbas Tenutæ S. Marię Fosę no-

novæ, cujus ipse est Commendatarius Joanni Baptistæ Tutio, & Joanni Baptistæ Razzæ in solidum, sed cum Tutius a locatione resilire meditaretur, Jura sibi pro medietate in illo competentia cessit eidem Emo D. Locatori, quod egre ferens Razza alter conductor prælationem, prævio monitorio, & deinde manutentionem coram A. C. in Juribus affictus cessis expostulavit: sed instantia per sententiam rejecta, appellationis remedio ad nostrum Tribunal causa devoluta, mihique commissa fuit, cujus vigore proposito hodie dubio: *An, et cui sit danda manutentio, seu prælatio in casu &c.* DD. manutentionem dandam esse Emo D. Cardinali responderunt.

Etenim sicuti nulla esse posset controversia super competentia istius remedii possessorii favore Tutii possidentis in vim affictus una cum Razza, ita DD. existimarunt pariformiter prædictum remedium admittendum esse favore D. Cardinalis, qui mediante cessione illius Jura nactus fuit, ut bene firmavit *Rota dec.* 107. *n.* 2. *penes Posth. de manut.*: Maximè quia præcedenter Razza
2 expedivit monitorium super prælatione, quod sane præsefert confessionem exclusivam cujuscumque possessionis, *Rot. dec.* 235. *n. primo cor. Priolo*: eo quia in hoc Judicio
3 agatur de possessione adipiscenda, ad tradita *per R. P. D. Corradin. de prælat. qu. prima n. primo, & qu.* 6. *n* 25. in alio vero de re-
4 tinenda, ac per consequens uti Judicia in-
5 compatibilia nequeant cumulari, ex firmat. *per Rot. dec.* 20 *a n.* 2. *ad* 6. *coram Emerix jun.*

Absque eo quod attendi valeat objectum,
6 quod Razza non potuerit prejudicium pati, ex facto sui Procuratoris, qui supradictum monitorium expedivit nullo præcedente mandato. Quandoquidem DD satisfecit responsio, quod dum controverti nequit, Judicium fuisse inceptum, & prosecutum mediante expeditione Monitorii dumtaxat,
7 utique si Razza illo etiam de præsenti utitur, videtur omnia gesta per Procuratorem ratificasse, & approbasse, *Rota dec.* 118 *nu.* 4. *cor. Burat.*, *et dec.* 620. *n.* 12. *p.* 18. *recen.* alioquin non induceretur hujusmodi acceptario debuisset expediri novum monitorium
8 super manutentione, sine quo intentari non potest, juxta notoriam praxim, de qua apud *Ridolphin. p.* 2. *cap.* 12. *n.* 4.

Constabilito ex prædictis, manutentionem jure meritoque dandam esse D. Abbati Commendatario, irrelevans authumarunt
9 DD. assertum Jus accrescendi, vel non decrescendi, per quod sublato de medio Tutio, totum jus locationis ex natura Societatis consolidatum allegabatur remansisse penes Razam alterum conductorem, attenta obligatione solidali, qua contractus initus fuit. Quoniam quidquid dici posset, quando
10 res esset in terminis veræ, & formalis Societatis, cujus intuitu, & correspectivè, ac dependenter fuisset etiam stipulata locatio, pro certo habuerunt rem esse omnino diversam, & præsenti hypothesi adaptari solummodo posse terminos locationis, & conductionis, quæ verè, & realiter fuit primario, & principaliter contracta, itaut Socie-
11 tas inter conductores ex post inita dicatur omnino impropria, atque prorsus diversa a vera, & formali Societate, & non per se stans, sed incidenter, & accessoriè; adeout
12 sicut in vera Societate impeditur transmissio ad hæredes, & quæcumque cessio favore alterius; ita in hac etiam, si adducta fuerit
13 dicta clausula in solidum, nullum adsit obstaculum prohibitivum transmissionis, vel cessionis, ut distinguendo unum casum ab altero traduut *Pacion. de locat., & conduct. cap.* 62. *n.* 12., *& seqq.*, *Olea de cessione Jurium tit.* 3. *quest.* 5. *n.* 13., eoque magis,
14 quia unusquisque ex Conductoribus animalia propria extra terminos Societatis in Tenuta retinebat.

Prout nec etiam obstare censuerunt DD., quod Eminentissimus Commendatarius tanquam locator alteram personam conductoris non possit repræsentare, ad evitandum ab-
15 surdum, seu incompatibilitatem actionis, &
16 passionis in eodem subiecto. Quoniam constitit nullam in his terminis considerari posse repugnantiam, non enim dubitari potest, quod Dominus, qui locando rem suam Jure fruendi se privavit, mediante cessione, seu relocatione a conductore reportata, illud acquirere valeat, uti notat *R. P. D. Corradin. de Iure prælat. qu.* 40 *n.* 7., *& seqq.*

Quo vero ad prælationem, pro illius exclusione placuit responsio, quod ubi non
17 concurrit dispositio Juris communis, aut municipalis, ut in casu de quo agitur, unus-
18 quisque habet liberam facultatem de re sua
19 disponendi, ut omissis generalibus notat in fortioribus terminis Consocii, & aliorum *R. P. D. Corradin. uti supra qu.* 16 *n.* 227. *cum seqq.*, *& latius quæst.* 34. *per tot.*

Et ita utraque &c.

FIRMAMA BENEFICIORUM.

Lunæ 19. Januarii 1710.

ARGUMENTUM.

Voces ejusdem stipitis, ac lineæ in jurepatronatu quomodo considerentur? Renunciatio conditionali, si a conrenunciatario legitime certiorato adimpleta non fuerit, etiam non probato ejus dolo, vel non expectata sententia Judicis, cum alter per longissimum tempus pacifice possedit dicitur caducata respectu non adimplentis, etiamsi intimationes factæ fuissent procuratori, & quando? Et tunc neque locus est remedio restitutionis in integrum. Renunciationis nullitas pendens sub judice apta non est eripere vocem in præsentatione facta in illius implicito statu validitatis. Ineffectuatio vero non arguitur, quando renunciatarius longissimo tempore bona

bona possedit, & tunc ejus favore præservatur jus nominandi, etiamsi in ultimo statu non nominaverit, & etiamsi alter renunciatarius cujus jus fuerat caducatum præsentaverit quia præsentatio ista dicitur spoliativa, & cur? statutum favore agnationis conditum extra illam existentes non comprehendit. Rota, quod dicit ad super abundantiam, nec est fundamentum non attenditur. In hac Causa sunt antecedentes decision. 609. tom. 2., & 657. in præsenti.

S U M M A R I U M.

1 *Pars minor vocis descendentis ab eodem stipite, & linea ab aliis constituentibus majorem partem suffocatur, perinde, ac si in rerum natura non existeret*, & n. 32.

2 *Juri accrescendi locus fit etiam quoad juspatronatum favore alterius renunciatarii, cum alius post intimationem, & sic scientiam non adimplevit conditionem a sua potestate dependentem a renunciante præscriptam.*

3 *Præsertim si alter omnia acceptavit, adimplevitque, bonaque omnia possideat, necnon juspatronatum ipsis de sua natura adhæreus*

4 *Amplia etiamsi post jus alteri quæsitum declaraverit renunciatarius non implens conditionem, quando ab initio juspatronatum ab universitate bonorum non excepit, & cur?*

5 *Caducitas sine dolo, & sententia Judicis non dicitur in cursu per intimationem factam a Procuratore, de cujus mandato non constat.*

6 *Scientia conditionis est incontrovertibilis, cum mediante interpellatione fuit ad notitiam deducta cum indicatione diei anni, & Notarii, & insertione Testamenti eam demandantis.*

7 *Etiamsi non constet de mandato procuræ intimantis.*

8 *Mandatum procuræ interfuisse præsumitur ex lapsu plurium annorum.*

9 *Et ex jurium productione.*

10 *Pro caducitate dolus, aut sententia Judicis non requiritur, quando deficit conditio sine qua non.*

11 *Restitutio in integrum datur adversus non adimpletam conditionem intra tempus a renunciante præfinitum.*

12 *Declara hoc remedium non esse aptum impediendo alterum jurium sororum ab tale in adimplentum exercitio, nisi post obtentam restitutionem in integrum.*

13 *Maxime cum res amplius integra non est.*

14 *Renunciatio quoad super ejus nullitate non est judicialiter pronunciatum est in implicito statu validitatis, & ideo in alio judicio privilegiato uti præsentatione ad beneficium non inspiciendum de ea nullitate.*

15 *Nullitas renunciationis cum in alio Iudicio pendet in altero non est inspicienda, sed illius terminatio per tres conformes est expectanda.*

16 *Præsentatio vigore renunciationis bona fide facta antequam super illius nullitate lis moveretur, etiamsi talis declaretur, pro ea vice non destruitur.*

17 *Renunciatio cujus vigore fructus ante motam litem super ejus nullitate fuerunt percepti, etiamsi talis declaretur, ad eorum restitutionem non tenetur, neque annullatur præsentatio in ejus vim facta.*

18 *Præsentatio existit inter fructus jurispatronatus.*

19 *Renunciatio ineffectuata non dici potest, cum bona renunciata penes renunciatorium longissimo spatio permanserunt.*

20 *Patrono, nisi præsentaverit, quia ejus jus nescivit, ex hoc non præjudicatur.*

21 *Compatronus præsentans alteri non præsentanti, jus præservat, nisi præsentans fuerit animo spoliondi alium, qui sciat, & acquiescat*, & n. 23.

22 *Compatroni quod actum præsentationis dicuntur consocii.*

24 *Ultimus status in beneficialibus attenditur ex* Cap. Consultationibus de Jurepatr.

25 *Limita cum ultimus status fuerit spoliativus, & invalidus, ut post renunciata propria jura.*

26 *Declara limitationem cum constat illum esse infectum per publica documenta.*

27 *Instrumentum publicum facit probationem probatam, & manifestam, & possessorium absorbet quousque nulla declarentur, & insubsistentia.*

28 *Fœminæ à statuto propter agnationem exclusæ a iurepatronatu quoque exclusæ dicuntur, nec illud, vel cedere, vel renunciare possunt,*

29 *Decisio cum aliquid perfunctoriè firmat, & contradictionem faciens cum ipsa resolutione, in ea parte non attenditur.*

30 *Statutum factum agnationis illos in tali linea non existentes non comprehendit.*

31 *Excludere volens vigore statuti cum in illo non est comprehensus de casu ad casum extentio non datur.*

Voces in Iurepatronatu cum a diversis stipitibus proveniunt non sunt contungibiles sed separatam vocem respectu alterius stipitis constituunt, & in uniquoque etiam subdiviso, major pars minorem absorbet.

D E C I S I O DCLVII.

Triangularis quæstio exorta inter Xaverium Mattheuccium, Gregorium Morronum, ac Nicolaum Calvuccium super adjudicatione beneficii de jurepatronatu laicali decisa fuit coram me sub diebus 3. Junii 1709., & 6. d. mensis 1710. favore Matthæucci; eoque instante pro expeditione, placuit Dominis illam denegare respectu Caluucii, quem iterum audiri demandarunt. Hinc reproposita hodie causa, licet iste propria jura pleniori calamo deduxerit, nihilominus visa fuerunt insubsistentia, eo quia reassumpto vocum examine, agnitum fuit, majorem illarum partem assistere eidem Matthæuccio, & propterea steterunt *in decis.*

Retento enim, quod juspatronatus in suo primordio fuit in tres voces divisum, scilicet in Peregrinum, Federicum, atque Bonsilinm, qui in testamento portionem ad se spectantem reliquit Marchetto, & Rodulpho filiis Fiderici, itaut in istis consolidatæ suerint duæ voces, illa nempè testatoris prędicti, ac illa Federici patris; Verum quia Jus Rodulphi fuit consolidatum in Auctores, qui præsentarunt Morronum jam exclusū, ex quo unicam vocem tantum haberet, tota quęstio iterum redacta fuit ad dignoscendum, quis ex hodiernis collitigantibus majorem partem vocum pro se numeraret.

Et sane non fuit controversia inter Partes, quod non solum vox Marchetti in Onuphrium devenerit, sed etiam dimidia vocis Peregrini ex donatione Urielis ejus nepotis; quo proposito benè sequitur, quod Xaverius habeat unam vocem cum dimidia tanquam præsentatus ab hiis, qui Onuphrio successerunt.

Istudque assumptum satis visum fuit probari ex eo, quod dictus Honuphrius proie destitutus tres ejus sorores, Eugeniam videlicet, Comitissam, ac Nicolosam scripsit hęredes, inter quas Juspatronatus fratri competens pro æquali portione divisum extitit; sed postmodum occasione ingressus in Religionem, Eugenia renunciante omnia bona, & Jura sororibus, integra renunciantis portio pervenit ad dictam Comitissam dumtaxat, ut infra probabitur, adeòut ex tribus partibus Nicolosa unam solam habuerit.

Præfatas autem duas portiones spectantes ad Comitissam nuptam Mattheuccio, nactæ fuerunt ab intestato succedentes Clarix, Catharina, & Maria Diana tres ejus filiæ, quarum primæ occasione dotis ipsismet à Patre assignatæ, ultima verò occasione ingressus in Religionem renunciarunt omnia sua bona, ac Jura tam favore patris, quam Julii Cæsaris fratris consanguinei ex alio matrimonio procreati, ex quibus utique satis clarè constare visum fuit Dominis, Xaverium præsentatum à supradicto JulioCęsare habere vocem Marchetti, & dimidiam Peregrini, prout in Honuphrio residebat, sicque majorem partem vocum comparativè etiam ad Caluccium.

Quod rectè procedit, etiamsi ille enume-
ret pro se eam tertiam partem vocis perti-
nentis ad Nicolosam à cujus hærede fuit
præsentatus, quia cum in computatione
istius vocis agatur inter descendentes ejus-
dem stipitis, ac lineæ, urget ratio, quod vox
proveniens à Nicolosa non sit consideranda:
Nam remanet suffocata, & absorpta ab aliis
1 duabus partibus constituentibus majorem
partem in Hunuphio residentem, perindè,
ac si dicta altera tertia pars in rerum natura
haud existeret, ut præter adductos in ultima
Decisione hujus causæ §. *Et hæc adeo*, tra-
dunt *Letter, de re benefic. lib.2. quæst.* 11.
*n.*136., *Vivian. de jurepatronat. par.*2.*lib.*12.
*cap.*8. *n.*1., & 4.

Nec obstat, quod Nicolosa habere quoque debeat medietatem Juris competentis Honuphrio, ex quo Eugenia suam vocis portionem ipsi pariter renunciaverit; Quoniam renunciatio legitur quidem favore utriusq; Sororis, sed tamen conditionaliter, præfixo scilicet termino 15. dierum renunciatariis ad emittendam declarationem, se paratas esse subire onera, ac solvere debita ejusdem; addito itidem, quod in casu non factæ declarationis totum Jus accresceret alteri.

Unde si præfata Nicolosa de hujusmodi
conditionata renunciatione fuit mediante
judiciali intimatione, & quidem personali
2 certiorata, atque ea non obstante requisitam
declarationem neglexit emittere, utique ob
adimpletam conditionem à sua potestate de-
pendentem factus fuit locus Juri accrescen-
di favore Comitissæ, ut latè apud *Mans. con-
sult.* 101. *num.*11., & *seq.*, *Rot. dec.*462.*n.*1.
*par.*19. *rec. tom.*2. cum ista revera ad præ-
scriptum Sororis renunciantis omnia acce-
3 ptaverit, ac semper onera persolvens suc-
cessivis temporibus omnia ejus bona posse-
derit, necnon cum bonis Jurispatronatus
ipsis de sui natura adhærens, *Rota in Me-
levitana Jurispatronatus* 5. *Julii* 1697. §.
Adeoque, & §. *Minusque*, & *in illius
confirmatoria* 5. *Junii* 1679. §. *Sed hoc obje-
ctum coram Reverendissimo meo Decano*; Mi-
nime attenta contraria declaratione moder-
nis temporibus facta ab Eugenia, quia si à
4 principio non excepit Juspatronatus ab uni-
versitate bonorum, non potuit expost facto,
juri quæsito alterius præjudicium inferre,
ex ponderatis per *Rotam dec.*323. *num.*14.
*par.*16, & *dec.*317. *num.*35. *par.*18. *recent.
tom.*1.

Non relevante replicatione, quod inter-
pellatio ad acceptandum, & declarandum
facta fuerit Nicolosæ per Procuratorem Eu-
5 geniæ, de cujus mandato non constat, &
quod non probato dolo ejusdem, nec acce-
dente sententia judicis super caducitate il-
lam haud quaquam potuerit incurrere. Di-
xerunt etenim Domini, quod cum ex parte
Nicolosæ sit incontrovertibilis scientia di-
6 ctæ conditionalis renunciationis, eo quia ad
ejus notitiam judicialiter deducta fuit me-
diante interpellatione ad acceptandum sub
lege apposita à renunciante cum indicatione
ulterius diei, anni, atque Notarii, qui in-
strumentum confecerat, & quod plus est,
cum Instrumenti actuali exhibitione, ac pro-
7 ductione; indè sequitur, quod non sit cu-
randum, si non exhibetur mandatum procu-
curæ Eugeniæ, tam ex lapsu tot annorum
8 initium desumente ab anno 1652., quam ex
dicta jurium productione præsumendum, ut
9 de prima conclusione *Rota coram Emerix
jun. dec.*1264. *num.*3., & de secunda *Adden.
ad Pamphil. dec* 684. *num.*14., & 17., &
10 quod nec etiam sit assumenda quæstio de
dolo, vel expectanda sententia judicis,
quando totum fundamentum sistit in eo,
quod deficiat conditio, sine cujus purifica-
tione

tione nullo modo poterat Nicolosa Jus ac-
quirere ; ut præter supra adductos in §. *Un-
de si, notant Paris. conf. 8. nu. 17 & seq. lib. 3.,
Cravett. conf. 170. n. 8.*

Hinc recurri nequit ad subsidiarium re-
medium restitutionis in integrum , quod as-
serebatur competere posse Nicolosæ adversus
non emissam declarationem intra tempus ab
Eugenia prefinitum ; Etenim illud non est
allegabile , nisi post obtentam ipsam restitu-
tionem , & interim Julius Cæsar injurium
12 suorum exercitio impediri non debet . Ma-
ximè cum res in præsenti non sit amplius in-
13 tegra , *Odd. de restit. in integr. par. 1. quæ-
stion. 43. art. 1. n. 40., Gratian. discept. fo-
rens. 767. n. 45. , & seq.*

Prout itidem Domini noluerunt at-
tendere quidquid deducebatur contra re-
nunciationes emissas à Clarice , & Catherina,
illas in primis uti nullas impugnando ob cau-
sæ falsitatem , atque ulteriùs redarguendo
de ineffectuatione ; quoniam quod attinet ad
14 nullitatem, nimis evidens putarunt , hanc
esse non posse præsentis inspectionis , utpote
quia sunt , & esse debent in implicito statu
validitatis , quousque judicialiter super illa-
rum nullitate pronunciatum fuerit , plenè
*Rot in Tuden. Parochialis 9. Junii 1700. §.
Ad effectum enim cor. R. P. D. meo del'Olmo,
& in Melevitana jurispatronatus 31. Martii*
1702. §. *Minùsque cor. R. P. D. meo Scotto.*

Eoque fortiùs , quia de præsenti pendet
15 coram A.C. judicium intentatum super di-
cta nullitate , adeout proinde debeat expe-
ctari terminatio illius judicii per tres confor-
mes. Nec interim est in hoc diverso judicio
de ea cognoscendum ex iis, quæ notantur
per *Angel. conf. 138. num. 2., Rot. dec. 199.
n. 10. & seq. part. 16. recent.* Accedente po-
tissimùm alia animadversione , quod etiamsi
16 declararentur nullæ renunciationes , adhuc
minimè id deservire posset pro destruenda
præsentatione facta in personam Xaverii ,
quidquid dicendum esset pro futuris vaca-
tionibus , cum illa fuerit, expleta, priusquam
lis promoveretur , sicque cum bona fide ,
17 quæ si eveniente casu valebit eximere
Julium Cæsarem à restitutione fructuum
perceptorum antequam lis introduceretur,
18 pari ratione nequit retractari præsentatio ,
quam ad hunc effectum in fructu jurispatro-
natus existere non dubitatur , ut post *Calde-
rin. conf. 19. in fine de jurepatr. , & Vivian.
eod. tract lib. 5. cap. 2. n. 3.,* firmavit *Rota in
allegata Tuden. Parochialis 9. Junii 1700.
§. Ad effectum enim cor. R. P. D. meo dell'
Olmo.*

Quo verò ad ineffectuationem renuncia-
tionum desumptam , ex quo Clarix , & Ca-
tharina de anno 1685. præsentaverint , ces-
sare visa fuit ex facto ; nam possessio omnium
19 bonorum in renunciationibus comprehen-
sorum à die renunciationis ad hæc tempora,
& sic spatio 40. circiter annorum semper pa-
cificè , & sine controversia permansit penès
renunciatarios , adeout nequeat de effectua-
tione dubitari , *Rot. dec. 494. n. 16. p. 19. rec.,
ubi concordantes.*

In nihilo attento , quod Julius Cæsar in
dicta ultima vacatione non præsentaverit ;
id enim minimè evenit , quia non haberet
20 jus præsentandi , sed ex quo eidem haud in-
notuerit juspatronatus sibi competere vigo-
re renunciationum illud expressè non præ-
seferentium , itaut ex tali ignorantia nullum
præjudicium eidem potuerit irrogari , *Rot.
cor. Emerix jun. dec. 1320. n. 13. , & in rec.
dec. 273. n. 13. cum seqq. p. 13., & in Romana
Beneficii 20. Martii 1699. §. Nec refraga-
tur cor. R. P. D. meo dell' Olmo* , & satis sit
21 tunc temporis præsentasse Joannem Anto-
nium Calavuccium alium compatronum , ne
Julius Cæsar dicatur amisisse jus præsentan-
22 di ; nam ubi sunt plures compatroni , isti
quoad actum præsentationis dicuntur Con-
socii , & nisi unus , vel aliqui præsentent ani-
23 mo privandi , & spoliandi alium qui sciat,
& acquiescat , semper jus istius est præserva-
tum , ut est omnium Doctorum , & Tribuna-
lium opinio , de qua apud *Rot. in Mediola-
nen. Prioratus 11. Decembris 1699. §. Idque
ex ea coram Reverendissimo meo Decano , &
in Mediolanen. Beneficii 1. Aprilis 1707.
§. secundus assurgit casus cum seq. cor. R. P.
D. meo Ansaldo.*

Tandem non obstat , quod assistat dd. so-
24 roribus ultimus status omninò in Beneficia-
libus attendendus ex vulgato *Text. in c. con-
sultationibus de jurepatron.* , eò quia de an-
25 no 1687. præsentaverint. Nam cum id fue-
rit gestum , postquam renunciaverant pro-
pria jura favore Concepti patris , & Julii
Cæsaris fratris , dictæ præsentationes sunt
actus spoliativi , & consequenter nullius ro-
boris invalidi, & non considerandi , *Rota in
citata Mediolanen. Beneficii 1. Aprilis 1707.
§. Eo quæ cernitur cor. R. P. D. meo Ansaldo.*

Itaut ex illis non valeat aliquis status fir-
mari ad effectum admittendi canonicam san-
ctionem præallegati *Text. in cap. Consulta-
26 tionibus*, quæ licèt faveat ultimo statui ,
tamen non procedit , quando incontinenti
constat, illum, ut in præsenti hypothesi , esse
infectum , & quidem non per conjecturas ,
ac præsumptiones , sed per publica docu-
27 menta renunciationum , quæ sunt tanti ro-
boris , & efficaciæ , ut faciant probationem
probatam , atque manifestam , nec non pos-
sessorium absorbeant , quousque declarentur
nulla , & insubsistentia , *Rot. in d. Tuden.
Parochialis 9. Junii 1700. §. Sentiebant , &
§. Siquidem cor. R. P. D. meo dell' Olmo , &
in Pennen. Beneficii super pertinentia 17.
Martii 1719. §. Sed hic non sistit cor. R. P.
D. meo Aldrovando.*

Ulterius apud Dominos in nulla fuit con-
sideratione , quod in *decisione cor. bon. mem.
Manuel sub die 19. Junii 1693. §. final.* edi-
ta occasione ultimi status , dictum fuerit ,
28 Claricem , & Catharinam esse exclusas à
statuto Firmano propter agnatos , adeout
censeri debeant istæ exclusæ à jurepatrona-

tu, & per consequens illud nec potuerint
cedere, vel renunciare. Quandoquidem
rectè patet, id potiùs ad quamdam exuberantem rationem, & persunctoriè insinuatum;
29 nam si decisio se fundasset in statutaria ex-
clusione, nec potuisset admittere præsenta-
tionem Joannis Antonii Caluuccii uti ve-
nientis jure Nicolosæ, quæ pariter exclusa
remansisset à Statuto, ultra quod nec præ-
fatus Joannes Antonius potuisset excludere
Claricem, & Catharinam vigore Statuti,
30 quod utpotè conditum favore dumtaxat
agnatorum, illum in tali linea minimè exi-
stentem comprehendere non poterat; cum
31 de casu ad casum in hac materia nulla detur
extensio, quoties excludere volens non sit
inclusus in Statuto, ut omissis aliis, novissimè
pluribus cumulatis firmavit *Rota in Spoletana successionis 17 Februarii 1710. §. Ratio cum seqq., & signanter §. Intelligendo cor. R. P. D. meo Ansaldo.*

Cum itaque ex hactenùs firmatis apertè
dignoscatur, quod major pars vocum istius
jurispatronatus semper assistit Xaverio, su-
perfluum putarunt Domini disquirere de
alia medietate vocis procedentis à Peregri-
no per medium Hippolytæ ejus filiæ. Quo-
niam, licèt dubitari valdè posset, an hæc
integra medietas stet favore Caluucii, cum
in hac jus habere prætendant alii compræ-
sentati, tamen admisso quoque citra alicu-
jus præjudicium, quod ad commodum ejus-
dem enumerari valeat integra medietas di-
ctæ vocis Peregrini, dixerunt, illum non
posse concurrere cum Xaverio, qui habet
unam vocem cum dimidia consolidatam in
Onuphrio, ut supra probatum fuit, subden-
tes solummodò pro coronide, quod Caluuc-
cius neutiquam valet conjungere hanc dimi-
diam vocis Peregrini cum altera tertia par-
te vocis spectantis ad Nicolosam, utpote
32 quia agatur de vocibus provenientibus à
diversis stipitibus, quæ non sunt conjungi-
biles, cum in unoquoque stipite, tantum ma-
jor pars suffocet, & absorbeat minorem,
nec non separatam vocem ab altero stipite
constituat, ut in his terminis notant *Lotter. de re benefic. lib. 2. q. 11. n. 135., Card. de Luca de jurepatronat. disc. 32. n. 4. & seq., Rota in Lunen. Sarzanen. Cappellaniæ 18. Aprilis 1687. §. Quæ servanda cor. Reverendiss. Hervault.*

Et ita, utraque parte acerrimè informante &c.

CAMERINEN. IMMISSIONIS.

Veneris 23. Ianuarii 1711.

ARGUMENTUM

Habes in superiori decisione 652.

SUMMARIUM.

1 *Renunciatio emissa à muliere nubente in sæculo non facilè præsumitur realis, & abdicativa, sed potiùs contrarium ad differentiam alterius occasione ingressus in religionem.*

2 *Renunciasse inverisimilem est soror successioni fratri renunciatario ad exclusionem sui ipsius, & filiorum in concursu sororis ejusdem sexus.*

3 *Amplia etiam si in renunciatione facta sit mentio hæredum, quia vel potest verificari in hæredibus sanguinis, qui agnationem conservent, vel ad summum in hæredibus etiam extraneis, sed ex testamento.*

4 *In renunciationis nomine non venire, nisi agnatos probatur, si soror renuncians communi fratri alius renunciatario succedere velit uti hæres; nam tunc alteræ consuccessionem nequit impedire, cum in æquali gradu existant.*

5 *In renunciatione hæreditas renunciatarii comprehensa regulariter non dicitur, etiamsi sit renunciatum hæreditatibus ex testamento, & ab intestato.*

6 *Præsertim cum dicta clausula adsit in renunciatione hæreditatibus paternis, & maternis, non fraternis, quorum alterius favore à fœmina nubente fuit renunciatum.*

7 *Amplia etiam si adsit renunciatio hæreditatibus fraternis, quia tunc intelligitur de præmortuis, etiam si soror renuncians sit à Statuto ab illis exclusa, nec tunc dicitur superflua, & cur?*

8 *Transactio a renunciatione dependens ad ejus tramites regulatur.*

9 *Nec extenditur ad ea, de quibus non loquitur.*

10 *Transactio enormissimè læsiva non sustinetur.*

DECISIO DCLVIII.

INtestatam successionem Aloysii Carluccii, quam pro æquali jure spectare ad Mariam Felicem, & ad Franciscam Silviam illius sororem dictum fuerat coram me sub die 27. Junii proximè præteriti, quamvis dicta Francisca non informaverit, in hodierna propositione non obstante, quod jura sua deduxerit, iterum Domini eamdem resolutionem amplexi fuere, proindeque responderunt standum esse *in decisis*.

Postpositis enim omnibus, quæ sine controversia hinc indè admittebantur, non obstiterunt duo objecta denuò inculcata. quod scilicet Maria Felix sibi præjudicaverit per renunciationem occasione dotationis emissam de anno 1661., vel saltem per transactionem initam de anno 1678.

Respectu siquidem renunciationis, præter ea, quæ circa istius nullitatem fuerunt
deducta in præterita decisione, animadver-
sum fuit, quod hic agitur de renunciatione
1 emissa à muliere nubente in sæculo, ut prop-
terea non tam de facili sit præsumenda rea-
lis, & abdicativa, itaut renuncians sit ha-
benda pro naturaliter mortua, quod practi-
cari solet in renunciationibus occasione in-
gressus

gressus in religionem, sed potiùs illa sit capienda interpretatio, per quam dici debeat renunciationem fuisse restrictam, ac personalem, & consequutivè, quod cessantibus personis contemplatis factus sit locus renuncianti ad bona renunciata, ut præter adductos in mea decisione §. *Secundò moti sunt*, advertunt *Adden. ad dec.523. præsertim nu. 126 p.4. to.3. rec.*, & *Rot. in Romana legitimæ 15. Maii 1699. §. Et sanè*, & *§. Profectò cor. R. P. D. meo Ansaldo.*

Attenta potissimum inverisimilitudine,
2 quod mulier voluerit, & intellexerit renunciare fratri ad exclusionem sui ipsius, & suorum filiorum in concursu sororis ejusdem sexus, & gradus, ut plenè *Rot. dec.543. nu. 14. cum seqq. p.5. rec. tom.2.*

Nec contrarium suaderi potest ex eo, quod fuerit in ipsa renunciatione facta mentio hæredum, quoniam vel potest verificari
3 in hæredibus sanguinis, qui agnationem conservant, vel ad summum in hæredibus etiam extraneis, sed ex testamento, idque sufficit ad effectum de quo agitur, evitandi nempè illam totalem incapacitatem succedendi, quæ per scribentes prætendebatur, ut de hæredibus sanguinis notant *Torr. var quæst. jur. tom.2. tit.7. q.8. n.50.*, *Rot. in Romana Renunciationis 17. Iunii 1709. §. Et licet coram R. P. D. meo Priolo*, & de hæredibus extraneis ex testamento *Mans. consult. 258. ex n.84. & seqq.*, *Rota cor. Ottbob. dec.10. n.2., & seqq., & n.22. & 23.*

Addito etiam, quod si Francisca Silvia satagens universam fratris hæreditatem ab intestato acquirere, se nomine hæredum
4 comprehensam prætendit, nequit contrarium asserere pro impedienda sorori consuccessionē, cum & ipsa in æquali gradu existat, adeout hoc ipsum evidentius demonstret, quod appellatione *hæredum* in isto casu non possunt venire, nisi agnati, & proximiores de familia Carluccia, ut latè probant *Menoch. cons.810. n.3.*, *Rot. dec. 531. ex n.5. & pluribus seqq.*, & *dec.574. n.2.*, & *per tot p.5. tom.2. rec.*

Prout nec obstare visum fuit, quod renunciatio respiciat successiones ex *testamen-*
5 *to*, & *ab intestato*; nam ultra quod regulare est, quod non intelligatur comprehensa hæreditas ipsius renunciatarii, *Rot. in Cavallicen. Donationis 2. Iulii proximè præteriti §. Non ambigerunt coram me*, cum aliis allegatis *in præterita decisione §. Tertiò tandem*, cessat quælibet difficultas ex eo, quod dictæ
6 clausulæ leguntur quidem in ea parte in qua renunciatur successioni paternæ, & maternæ, non autem in alia subsequenti, ubi fit renunciatio de successionibus fraternis, ut exindè clarè colligatur Mariam Felicem voluisse tantùm se removere à successione etiam intestata parentum, non autem à successione intestata fratris, de qua est quæstio.

Non refragante, quod in renunciatione fuerit facta explicita mentio de successioni-
7 bus fraternis: etenim potest, & debet verificari de successionibus fratrum præmortuorum, & quidem ad abundantiorem cautelam, etiamsi adsit statutum exclusivum fœminarum, cum passim fiant renunciationes favore fratrum, & aliorum à quibus renunciantes sunt exclusæ propter Statuta municipalia, nec ex eo tales renunciationes dicuntur superfluę, cum addant novum vinculum exclusioni statutarię, ut optimè objecto occurrit *Rot. dec.22. n.11.*, & *seqq.*, & *dec. 62. à n.2.*, & *pluribus seqq. cor. Merlin.*, & *dec.66. n.12. & seqq. cor. Royas.*

Irrelevans quoque iterum habita fuit exceptio deprompta à transactione inita de anno 1678., sive ex dependentia, quam ha-
8 bet cum prętata renunciatione, sive ex quo non est extendenda ad hęreditatem contro-
9 versam, de qua non loquitur, sive tandem ex lęsione enormissima, quam pręsefert,
10 cum pro summa exigua scutorum videlicet 75. fuerit renunciatum hęreditati longè majoris valoris, ut in dicta mea decisione §. *Quo verò & seq.*, ad quam Domini in omnibus se remissivè habueruut.

Et ità utraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE AVILA.

Veneris 30. Januarii 1711.

ARGUMENTUM.

Est confirmatoria superioris decisionis 631., cujus pars aliqua suspenditur accersitis ad suffragium pro ejus resolutione quinto, & sexto.

Sunt in hac causa dec. 343., 670., cum ibidem notatis.

SUMMARIUM.

1 *Rerum valor per temporis spatium mutatus præsumitur.*

2 *Iud.... potest arbitrio locus est pro taxatione valoris, ut parcatur inutilibus expensis, & lites submoveantur, cum illud propter temporis antiquitatem, & valde nimis variantibus Peritis firmari nequit.*

3 *Pręsertim cum d. taxatio accedat sensui Periti a Judice in accessu electi, & conformiter antiquæ extimationi, aliave concurrant.*

4 *Emptores difficillimum inveniuntur in venditione coactè ex Testatoris precepto facienda, & viliori pretio res venduntur.*

5 *Investimentum præceptum a Testatore, a quo die sit incipere debeat.*

6 *Fructus investimenti, seu multiplici hæredi a Testatore demandati, & alteri relicti, non incipiunt, nisi a die, quo incipere debuit investimentum, & multiplicum.*

7 *Investimentum a Rota demandatur in locis montium non vacabilium neque de melioribus, neque de pejoribus.*

8 *Res judicata incidenter revocari nequit.*

9 *Potissimum cum adest Signaturæ rescriptum*

10 *Fructus duplices ex eadem re percipi nequeunt.*

Submi-

Subministrationi summæ non est locus ante litis finem, non constito de paupertate.

DECISIO DCLIX.

CUM neuter ex litigantibus acquiesceret dec.coram me editæ sub die 10 Februarii proximi præteriti, illius fundamenta in præsentiarum novo DD. Judicio examinanda propofui, sed minimè attentis, quæ hinc inde respectivè pro recessu deducta fuerunt, illa solida, & subsistentia existimarunt, ut proinde mihi responderint *in decisis*, addita clausula *juxta modum* expressum in eo, quod adsistis quinto, & sexto ex DD., alteri discussioni reservaretur inspectio super fructibus prætensis, post quam filii Jacobi pervenerunt ad ætatem viginti annorum, usque ad ipsius obitum.

Incipiendo enim a valore Vineæ, ac mobilium in præterita mea decisione redacto ad scut. 4200., DD. non potuerunt dimoveri, quin haud quaquam attentis reciprocis conquestionibus talem determinationem iterum approbarent: nam licet prædictus valor ex una parte petente diminutionem impugnaretur, eo sub motivo, quod extimatio in d. summa superventa occasione divisionis secutæ de anno 1670. inter Authores colliigantium, vel esset consideranda uti facta ad pompam, vel saltem, si veritatem respectu d. temporis præseferret, ex hoc minime illam concludi posse quoad tempus demandatæ venditionis longè prius explendæ, vi-
1 delicet de anno 1610., cum per spatium sexaginta annorum rerum valor auctus præsumatur, juncto etiam, quod de tempore magis proximo morti testatoris Vineæ adiacentes majoris capacitatis exiguo prætio venditæ fuerunt.

Ex altera parte vero insistebatur super ejusdem valoris augumento, quod faciendum esse conabatur probare, ex quo retorquendo argumentum, extimatio de anno 1670., quamvis tunc temporis justa censenda sit, non ideo posset deservire pro statuendo valore, qui desumi debet ab anno 1610. circiter, & sic sexaginta retro annis, ex quorum decursu res nimis dicantur deterioratę; addito ulterius, quod hujusmodi augumentum eo magis erat decernendum, concurrentibus Peritiis judicialibus, & extrajudicialibus in longe majori summa valorem taxantibus, nec non aliis circumstantiis id suadentibus, de quibus late per informantes.

Verum hisce minime obstantibus, visum fuit Justitię, & æquitati consonum temperamentum, quod amplexati sunt DD. firmandi valorem Vineæ, & mobilium in scutis 4200. Quoniam cum in præsenti hypothesi redderetur impossibile ob temporis antiquitatem verum valorem depromere, val-
2 de nimis Peritorum relationibus inter se discordantibus, utique ad submovendas lites, & inutiles expensas resecandas in Judicantium arbitrio residebat, illum ad præfatam certam, atque rationabilem quantitatem reducere.

Ac presertim quia ad id summa maturita-
3 te devenerunt, audito nempe prius alio Perito occasione accessus electo, cujus relatio conformis apparuit æstimationi factæ in dicto instrumento divisionis de anno 1670., nec non ponderatis tot, tantisque circumstantiis de quibus omnibus late in mea decisione §. *Ad hunc igitur cum pluribus seqq.*, & insuper advertentes, quod hic agebatur de venditione coacta facienda ex præcepto Testatoris, quo casu difficilius reperiuntur em-
4 ptores, & res juxta quotidianam praxim non juxto, sed viliori pretio venduntur, ut notatur per *Less. de Iustit., & jur. lib. 2. cap. 21. dub. 4. n. 33., Rot. in Ferrarien. Pecuniaria 26. April 1700. §. Et hec eo certius cor. R. P. D. meo del Olmo*, itaut propterea magis magisque censuerint nihil in hac parte esse reformandum.

Remanente igitur firma declaratione valoris Vineæ descenderunt ad examē aliarum inspectionum, & quantum attinet ad cognitionem articuli, a quo tempore investimen-
5 tum incipere deberet, illud juxta formam precedentium decisionum, & ex rationibus in illis adductis, adhuc dixerunt faciendum esse post biennium a die obitus testatoris: absque eo quod veniant calculandi fructus Vineę percepti a Jacobo intra d. tempus, cum Testator non legaverit Vineam, sed pretium retrahendum ex illius venditione, ac per consequens si multiplicum fuerat a
6 Testatore præceptum, certè ex eo tempore tantum, quo obligatio investiendi orta erat in Jacobo actio ad fructus multiplici illius Filiis competebat. *Text. in princip. tit. Inst. de act. ibiqu. Glos. in verbo superest.*

Quo vero ad modum investiendi pretium Vineę, ut exinde regulari possint fructus investimenti, iterum placuit resolutio capta in præterita decisione §. *Ita pariter*, ut scilicet pretium esset investiendum in Locia
7 Montium non vacabilibus, neque de melioribus, neque de pejoribus: eorum tamen fructus pro multiplico implicari deberent in vacabilibus, usquequo Didacus, & Hieronymus pervenerunt ad ætatem 20. annorum, adeout juxta hanc formam calculus a ratiocinatore faciendus sit.

Sed post ætatem viginti annorum maxima fuit inter pàrtes controversia, altera prætendente, quod multiplicum continuari debuisset usque ad obitum Jacobi, allegando pre cæteris, quod ejus favore in hoc adsit
8 res judicata suis fulcita fundamentis, quodque ideo non posset incidenter in hodierna propositione contrarium determinari: po-
9 tissimum quia iam signata fuit commissio inibi directa cum clausula -- *De causa restitutionis in integrum sine prejudicio rei judicatę* -- ad cujus rescripti tenorem fuit etiam a me subscriptum dubium.

E contra autem altera replicante, quod res judicata ad hunc articulum non extenderetur, quodque in omnem casum ex pluribus rationibus per eam adductis constaret de

de iniustitia rei judicatæ, & a DD., qui in præcedenti propositione hunc articulum determinare noluerunt, nulla quoque hodie capi potuit resolutio ob suffragiorum scissuram, bene quidem datus fuit modus, ut videretur a Quinto, & Sexto.

Cæterum quoad fructus post obitum Jacobi placuit jam decisum in §. *Firma itaque*, quod non deberentur: cum illo defuncto Didacus, & Hieronymus Vineam possederint: quamobrem bene subsistit animadver-
10 sio, quod non possent duplices fructus ex eadem re percipi, Vineæ scilicet, & investimenti.

Tandem quoad tempus concessum ad faciendum successivis temporibus investimentum, & tam quoad Strenas Proxenetæ solvendas, quam ad salarium debitum Exactori, DD. non dubitarunt confirmare præcedentem resolutionem, sicut etiam denuo de-
11 negarunt subministrationem scut 4000 putantes illam esse incongruam ante finem litis non constito de paupertate.

Et ita utraque parte acerrime informante &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI.

Lunæ 2. Martii 1711.

ARGUMENTUM.

Detractiones legales, & quantitativæ non admittuntur ob ommissionem Inventarii, cum fuit obtenta restitutio in integrum, & rite, recteque reddita ratio. Et an dos filiæ integra, vel pro rata tantum legitimæ post Patris mortem legitimæ naturam assumat.

SUMMARIUM.

1 *Detractiones legales subiectæ non sunt fideicommisso.*

2 *Item nec accidentales*, & n. 9.

3 *Detractiones impediri nequeunt ex omissa confectione Inventarii, cum adversus illam obtenta fuit in integrum restitutio, & reddita ratio.*

4 *Ratio de bonis hæreditariis ritè reddita dicitur, cum dispunctis partitis hæres beneficiatus creditor remanet.*

5 *Et cum per rem judicatam est canonizata.*

6 *Detractiones legales, nempe legit mæ cum Trebellianica omnino debentur in fideicommisso per contractum inito.*

7 *An tota dos per obitum Patris assumat naturam legitimæ remissivè.*

8 *Dos filiæ unicæ post obitum Patris in triente naturam legitimæ assumit.*

DECISIO DCLX.

Validitatis, & Justitiæ fundamentis suffultam DD. agnoscentes sententiam R.P.D. mei Ansaldi, in qua prævia de more decisione edita die 9. Maii 1710. declaratum fuerat, dotem Annæ Theresiæ fideicommissi vinculo nullatenus obnoxiam esse, novo confirmationis robore in hodierna audientia eam communire non hæsitarunt.

Justitia enim (cum validitatem præseferat actorum revolutio) clare resultare visa est, ex quo licet d. dos subiecta fuerit fideicommisso in capitulis matrimonialibus a dotante demandato, attamen libera evasit a quocumque onere, quod in præjudicium detra-
1 ctionum tam legalium, quam accidentalium præfatæ Theresiæ competentium subsistere non potest, ut respectu ad primas disponit *Text. in l. quoniam in prioribus*, & *L. Scimus C. de inoff. Testament.*, *Rota cor. Celso dec. 289. n. 4.*, & *cor. Emerix jun. dec. 185. num. primo*, respectu vero ad alteras advertunt *Nat. cons. 256. n. 6.*, & *seq.*, *Peregrin. de fideicom artic. 35. n. primo* cum concordan. plenè cumulatis in *Romana manutentionis Domus 10. Januarii 1701. §. Hæc autem cor. Eminentissimo de la Tremoille*.

Nec ad retardandam earum consecutionem opponi amplius eidem poterat, ut in anteactis causæ propositionibus, quod tempore debito nullum confecerit Inventarium: Etenim postquam adversus ejusdem omissio-
3 nem reportavit ab A. C. restitutionem in integrum, & successivè per redditionem rationis liquidatus fuit coram Perito judicialiter electo status hæreditarius, utique cessavit quælibet exceptio earumdem detractionum impeditiva, ad tradita per *Phanucc. de Invent. p. 2. quæst. 4. n. 4.*, *Rota coram Priolo decis. 390. num. 8.*, & *sequen.* cum cæteris in *Romana detractionum 23. Martii 1685. §. Non obstat cum seqq., et in ejus confirmatoria 2. Maii 1692 §. Quæ fortius, et seqq. cor. bon. mem. Benincasa*.

Quæ quidem rationis redditio omnibus numeris absoluta censenda venit, nedum quia dispunctis hinc inde per Peritum partitis, præfata Anna Theresia in notabili, & perspicua quantitate creditrix constituta fuit, ut ponderat *Rota coram Dunozet. jun. dec. 934. n. primo, et dec. 591. pariter n. primo par. 19. Tom. 2. rec.*, & concordantibus relatis advertit *decisio præcedentis instantiæ §. Verum enim cor. R. P.D. meo Ansaldo*.
5 Verumetiam, quia per Judicis sententiam, quæ rei judicatæ vim, ac robur obtinuit canonizzata extitit, *Rota coram Coccin. dec. 1427. n. 3., et dec. 73. n. 5. p. 17. rec.*

Et sane respectu ad detractiones legales,
6 nempe legitimam, cum de Trebellianica quærendum non sit in hypothesi attenta indole fideicommissi per contractum initi, *Gratian. discept. forens. cap. 247. n. 13.*, *et seq.*, *Urceol. de transact. q. 87. n. 13.*, *Rota decis. 75. n. 12., et 13. n. 10., et dec. 743. n. 14., et seqq. p. 18. rec.* Quidquid sit, an tota d. dos
7 scutorum 8000. per obitum Patris assumpserit naturam legitimæ, & per consequens quodcumque fideicommissi vinculum resolutum fuerit per ea, quæ latè expenduot *Amat. resol. jur. 64. n. 4*, *et 5.*, *et per tot*, *Fontanell. de pact. nuptial clauf. 5. Glos. 10. p. prima n. 30.*, *et seqq.*, *Card. de Luc. de dot. discurs.*

90. *n.* 16., *et disc.* 91. *n.* 7., *Modern. Ascu-*
lan. ad stat. Urbis annot. 32. *n.* 76. *tom pri-*
mo: certum est, quod cum solum Anna The-
8 resa superstes fuerit post obitum Patris fidei-
committentis saltem in Triente, juxta *Text.*
in Aut. de Trient., et Semiss., et Aut.no-
vissima C. de inoff. Testamento, nempe in
summa scut. 2042. hujusmodi naturam assum-
psit, prout etiam advertit *d.dec. R.P.D.mei*
Ansaldi §. *Sublata itaque*.

Quo vero ad detractiones accidentales, seu quantitativas, perspicuum undequaque est ejus creditum in scutis 1300., quæ in complementum restitutionis Dotis recuperare nunquam potuit a Paulo Francisco, contra quem Mandatum etiam exequivum ab A. C. reportavit.

Prout etiam incontrovertibile est alterum
scut. 1974., utpote resultans ex redditione
rationis, in qua indecisa quoque relicta fuit
notabilis summa scut. 6919., quibus positis
ad evidentiam usque constat, quod sæpedic-
ta dos scut. 8000. a detractionibus totaliter
absorbetur, ut calculanti patet; proindeque
jure merito a quocunque fideicommissi
9 Vinculo libera, ac immunis censenda venit
ex supra firmatis.

Et ita unica tantum parte informante, altera vero post plures, & plures intimationes dilationem frustra petente, responsum fuit.

ROMANA FIDEICOMMISSI MUTII DE BUBALO SUPER JACTU DOMORUM.

Lunæ 23. Martii 1711.

ARGUMENTUM.

Expensæ factæ in reparationibus probatur a Periti relatione etiam post lapsum temporis facta, præsertim si eadem aliunde comprobetur: etiamsi in aliqua parte sumi id non accidat. Notulæ a nobili viro, integroque confectæ ante litem defuncto, & verificatæ, plenè etiam ejus favore creditur, præsertim si a contrario pro fundamento suæ intentionis producta fuerit. Regula in refectione melioramentorum inspiciendi quid minus inter impensum, & melioratum, non procedit in reaptationibus necessariis.

Est in hac causa superior decis. 640. cum ibi notatis.

SUMMARIUM.

1 *Frustra petitur, quod intus habetur.*

2 *Architecti distinctæ relationi in re ad proprium officium spectantis plenè creditur.*

3 *Præsertim si deponat de facto proprio.*

4 *Amplia etiamsi relatio fuit post multum temporis, cum agitur de re, de qua potuit facile reminisci.*

5 *Periti, artisque Professores expensas ædificii jam diu constructi recognoscere, & super illis judicium proferre valent.*

6 *Peritorum relationi plenissimè creditur, quando cum ab ordinibus Sacri Montis, & receputis concordat.*

7 *Solutiones artificium plene probantur ex eorum receputis in calce ordinum sacri montis directorum.*

8 *Solutiones præcisè respondentes expensis ad aliquam rem destinatis in illorum, non aliam causam sunt referendæ, nisi contrarium probeter.*

9 *Verba addita* - per mio servizio - *in ordinibus pro reficienda domo fideicommissaria, eius commodum, ut hæredis gravati non alias important.*

10 *Recipiens* - per Saldo - *de præcedenti quantitate satisfactus concluditur.*

11 *Peritia si integraliter ex ordinibus, & quietantiis non justificetur exiguus defectus probatur ab assertione periti, qui de eo testatur.*

12 *Notulæ a nobili viro confectæ, credatur.*

13 *Notula favore scribentis non probat.*

14 *Limita probare etiam ejus favore propter spectatissimam scribentis probitatem, & Nobilitatem.*

15 *Maxime quando scribens cum eadem annotatione ante motam litem decessit.*

16 *Et cum partitæ omnes in eadem descriptæ verificantur.*

17 *Et fortius cum à contraria Parte ad fundandam propriam intentionem fuit in judicium producta.*

18 *Quod amplia etiamsi productio facta sit clausulis præservativis, & cur?*

19 *Expensæ in genere innegabiles, in specie, seu quantitate præcisa levioribus convincuntur probationibus,*

20 *In melioramentis reficiendum est quid minus inter expensum, & melioratum.*

21 *Declara procedere cum agitur de melioramentis ab hærede gravto in bonis hæreditariis voluntarie expletis.*

22 *Limita cum agitur de restauratione necessaria, ut cum provenit ex facto Principis, & tunc omnes expensæ ab hæredibus fideicommissariis gravato sunt reficiendæ.*

DECISIO DCLI.

URbis ornatum, cui Summi Pontifices semper studuerunt, magis magisque in dies adaugere satagens san. mem. Alexander VII., ut via Cursus dirigi posset plures, & plures domus persoluto possessoribus earum pretio, intersecari, & demoliri demandavit.

Cum autem huiusmodi demolitionem, quoad aliquas portiones passæ fuerint etiam geminæ domus fideicommissariæ Mutii de Bubalo quam altera tamen *di Panino* nuncupata pro duabus tantum ex tribus partibus dict. fideicommisso subrogata erat, hinc Marchio Montautus, & Guelphus in sequelam immissionis, quam vigore fideicommissi eorum favore purificati ad dd. domos obtinuerant, prætensionem alias rejectam, quod nempe restituenda sibi essent sc. 4728. à Tribunali Ædilium pro jactu dd. domorum Hiacynto heredi gravato persoluta, ex integro excitarunt coram R. P. D. meo Ansaldo à quo

à quo præcisa *Decisione edita* 4. *Aprilis*
1704. Marchio Sanctacrucius d. Hiacyn-
ti mediatus hæres ab impetitis absolutus
fuit.

Quamobrem non acquiescentibus adhuc
prædictis hæredibus fideicommissariis,
disceptandum hodie DD. proposui dubium
An sententia Rotalis esset confirmanda, vel
infirmanda, & attenta ejus validitate, &
justitia, *confirmandam* esse responderunt.

Et sanè cum validitas resultet ex actis, ju-
stitia in dubium revocari non potest, ex quo,
licet Hiacyntho pro jactu portionis domus
fideicommissariæ obvenerint scut. 1796. 88.,
& pro demolitione alterius fideicommissi,
ut supra, subrogatæ scut. 2931., attamen.
cum pro restauratione d. primæ domus ero-
gaverit scut. 10118., prout resultat ex ejus
ordinibus Sac. Monti Pietatis directis, ac
ex relatione Architecti, à quo hujusmodi
expensæ recognitæ, & taxatæ fuerunt; in
emptionem verò, ac reaptationem alterius
domus impensa fuerit perspicua summa
sc. 18. mil., & ultra, quemadmodum præ-
sefert notula ab ipsomet exarata, in qua ta-
men, cum deinde suum primum creditum re-
strinxerit ad scut. 7000., & alterum ad sum-
mam scut. 16000., optime datur intelligi,
quod à prædictis expensis distincte, ac in-
genuè subduxerat integram summam, quam
à Tribunali ædilium consecutus fuerat: pro-
indeque dum Actores dd. domus notabiliter
restauratas possident, frustra petunt quod
1 intus habent; juxta regulam de qua *Rota*
*coram Celso dec.*240. *num.*11., *dec.* 464. *nu.*1.
coram Emerix jun. cum cæteris in d. decisio-
ne præcedentis *Instantiæ* §. *impensa vero cor.*
R. P. D. meo Ansaldo.

Nec impugnari posse visæ sunt hujusmodi
expensæ: nam si loquimur de his, quæ
in restauratione domus fideicommissariæ
2 erogatæ fuerunt, earum profecto liquida
probatio emergit ex distincta relatione per
Jo: Antonium de Rubeis Architectum ex-
pleta, cui quidem plene deferendum venit
nedum, quia testatur de rebus ad propriam
artem, & peritiam spectan., ut præter ad-
ductos in *decisione R. P. D. mei Ansaldi* §.
Quapropter, tradit *Rota coram Coccin. de-*
cis. 1065. *num.* 1., *coram Peutinger decis.* 50.
*num.*20., *coram Emerix jun. dec.*445. *nu.*2.
*dec.*342. *nu.*1. *par.*6. *rec.*, verum etiam quia
3 deposuit de facto proprio, ex quo ejus opera
usus fuerat Hiacyntus in eodem ædificio; *Ro-*
*ta coram Dunoz. jun. dec.*796. *num.*12., *cor.*
Bich., *dec.*423. *num* 4. *coram Emerix jun.*, *de-*
*cis.*763. *n.*2., *dec.*532. *n.*2. *par.*18., & *dec.*347.
*nu.*3. *par.*19. *rec.*

Non attento, quod prædicta relatio confe-
cta fuit post obitum Hiacynti, & post inter-
vallum 20. fere annorum à die restaurationis
4 domus, ultra quod enim, ut mox animad-
versum fuit, agitur de re per ipsum gesta,
cujus reminisci facile potuit d. de Rubeis,
certum est, quod periti, artifque professo-
5 res expensas ædificii jam diu constructi reco-
gnoscere, & super illis judicium proferre
valent, ut quotidiana edocet experientia,
& testatur *Rota dec.* 114. *num.*11., & *seqq.*
*par.*14. *rec.*, & *in Ferrarien. fideicommissi*
14. *Maii* 1700. *coram Rmo D. Decano* 13.
Februarii 1702. *coram R. P. D. meo Scotta*
& 27. *Aprilis* 1703. *coram R. P. D. meo*
Priolo.

Verum cessat omnis hæsitatio in hypothesi
nam d. periti relatio ad evidentiam usque ju-
stificatur ab ordinibus à Hiacyntho S. Monti
6 Pietatis directis una cum quietantia artifi-
cum in eorum calce conscripta, ex quibus
7 profecto indubitatam solutionis probatio-
nem nemo est qui dubitet, ad tradita, per
*Rota dec.*282. *num.*2. *par.*10., *dec.*228. *nu.*13.,
& 14. *par.*12., *dec.*598. *nu.*17., & 18. *par.*18.
rec.: cum concordan. plene cumulatis in d.
decisione R. P. D. mei Ansaldi §. *nullate-*
nus.

Absque eo, quod negocium facessere va-
leant quamplures exceptiones, quæ ad eli-
dendum hujusmodi probationis vim in con-
trarium adducebantur, quod scilicet non-
nulli ex dd. ordinibus cantent -- *per mio ser-*
vizio, e della fabrica, e restauratione del-
8 *la mia casa fideicomissaria* - inde inferendo,
quod eorum integra summa erogata non fue-
rit in restaurationem domus fideicommissa-
riæ, quod alii præseferant solum exiguam
summam -- *per saldo* -- notabilis. & perspi-
cuæ quantitatis, quæ soluta nullo modo ap-
paret. Quodque demum omnes simul juncti
importent solummodo summam sc. 9941. 85.
& consequenter verificare nequeant quanti-
tatem expensarum à Perito in sc. 10118. cal-
culatam.

Etenim respectu primæ animadvertebant
DD., quod cum dd. solutiones præcisè cor-
9 respondeant expensis in restauratione d. do-
mus fideicommissariæ à perito taxatis, nul-
lo modo ad aliam causam referri valeant, ni-
si assumptum concludenter probetur, ex [a] de-
ductis *per Soccin. Jun. cons.* 85. *num.* 11. *lib.* 2.,
Menoch. presumpt. 136 *num.* 18., *Rota coram*
*Gregor. dec.*521. *num.*7., & *coram Dunoz.*
10 *jun. dec.*786. *num.*9 hujusmodi autem pro-
batio perperam constitui prætenditur super
dd. verbis *per mio servizio*, quia meliora-
menta in d. domo fideicommissaria expleta
utique respiciebant commodum, & servi-
tium Hiacynti hæredis gravati, quod melius
designant verba subsequentia mox recensita,
& patet ad sensum.

Levioris momenti visa est secunda; nam eo
ipso, quod artifices residuum crediti *per sal-*
11 *do* recipiebant, pernecesse concludendum
est, quod præcedentis quantitatis satisfactio-
nem consecuti fuerant, *L. ex pluribus*, *ubi*
glos. in verb. reliquum ff. de solut., *Rota co-*
*ram Emerix jun. dec.*366. *n.*3., & *dec.*271. *n.*9
*par.*16. *rec.*

Eademque demum irrelevantia tertia la-
borare compertum extitit: quamvis enim
sæpedicta peritia integraliter non justifice-
12 tur ex dd. ordinibus, & quietantiis, atta-
men

men cum alias expensas in restauratione domus brevi manu Hiacyntus expleverit, prout testatur ipsemet peritus, nullatenus allegari potest defectus exiguæ admodum summæ, quæ ad verificatum tam perspicuæ quantitatis desideratur, per ea quæ tradunt *Bonden. collect. legat. 7. num. 20., & collect. 19. nu. 91. vol. 2., Gratian. discept. for. cap. 171. num. 11. Mart. Med. dec. Senen. 88. n. 1., Rota in rec. dec. 347. num. 4. par. 19.*

Atque quoad domus fideicommissariȩ expensas quovero ad illas, quȩ in emptionem, & reaptationem alterius *di Pasino* erogatæ fuerunt, omisso quod nonnullæ ex supradictis ordinibus justificantur, assistit Dominis earum probatio desumpta ex notula à Hiacynto exa-
13 rata, cui semper in omnibus aliis causis inter has Partes detulit nostrum Tribunal, ut signanter videre est in Decisione *super arte agraria 12. Maii 1710 coram Me.*

Hinc inutiliter repetebatur objectum innixum regulæ, quod d. notula quidquam
14 concludere nequeat favore scribentis. Illius enim limitationem aperte præseferunt, tum spectatissima Hiacynti integritas, & nobilitas, ut præter adductos in præcitatis
15 decis., concorditer notant *Paris. cons. 204. num. 76., & seq. lib. 1. Dec. cons 47. num. 12. tom. 1., Rota coram Duran. dec. 352 n. 8., & in rec. dec. 321. nu. 2. par. 3.* Maxime quando, ut in hypothesi, scribens cum eadem annotatione ante motam litem decessit, pout
16 prosecuntur *Bec. dicto cons. 47. num. 13., Alciat. cons 373. nu. 3., Bero cons. 43. n. 54. Rota coram Duran d dec. 352. num. 2, & dec. 150. num. 19. par. 19. rec.* Tum verifica-
17 tio omnium partitarum, quæ in eadem notula continebantur, ex notatis in *d. decis. super arte agraria §. Deposito ex bis cor. me.* Tum demum, & fortius factum ipsum eorundem Actorum, qui ad fundandā propriam intentionem hujusmodi folium produxerunt illiusque vigore immissionem reportarunt, *Rota coram Gregr. dec. 238. num. 5.* ibique *Alden. 15., & in rec. dec. 361. nu. 2. par. 4. tom. 1 rec.* cum concordan. *in d. decis. super arte Agraria §. Valditas coram me.*

Quin eisdem suffragari valeant clausulæ præservativæ in productione sæpedictæ no-
19 tulæ adjectæ, nam vis non stat in productione, sed in casu, & approbatione eidem præstita, necnon in emolumento, quod ab eodem reportarunt, ut latè probat *dicta decis. super arte Agraria §. Neque præsentis coram Me.*

Eoque facilius hue usque dicta censuerunt DD. exuberare ad probandas expensas, de quibus agitur, quia istæ in genere lmo in no-
20 tabili quantitate controverti non possunt, solumque difficultas versatur super præcisa earum summa, quo casu leviores admittuntur probationea, *Rota coram Cerr. dec. 353. num. 10., dec. 212. num. 10. par. 8. rec.* cum concordan: plenè cumulatur in *Bononien. expensarum 25. Junii 1703. §. Et 2. coram Rm̃o Giennen.*

Agnoscebant veritatem assumpti scribentes pro hæredibus fideicommissariis, proindeque aliud defensionis momentum constituere satagebant super eo, quod creditum Hiacynti nullo modo canonizari posset habita ratione ad expensas ab eodem in restauratione dd. domorum erogatas, cum juxta
21 communē regulam reficiendum sit quid minus inter impensum, & melioratum.

Aliena tamen à præsenti hypothesi apparuit hujus regulæ applicatio, quia cum non
22 agatur de melioramentis ab hȩrede gravato in bonis fideicommissariis voluntariè expletis, sed de reaptatione, ac restauratio-
23 ne domorum necessaria ex quo Principis jussu earum intersecatio, & demolitio secuta fuerit, consequens est, ut omnes expensæ ab hæredibus fideicommissariis gravato reficiendæ sint, ut per *Text. in L. In totum ff. de impens., L. si necessarias ff. de Pignor. act.* cum concordan. distinguendo tradunt *Gar. de exspens., & meliorat. num. 1., & seqq. Peregr. de fideic. art. 50. num. 74., & 75. cum seqq., Rota coram Dunoz. jun. dec. 665. n. 1., & 2. adden. ad Burat. dec. 401. num. 16.*

Et ita utraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI MUTII DE BUBALO SUPER PARTITA scutor. 1333. 33.

Lunæ 23. Martii 1711.

ARGUMENTUM.

Sententia super partita ulteriori discussioni in decisione reservata, nulla est, etiamsi a Procuratore impugnantis fuerit extensa, & ejus vigore ipse possessionem fuerit nactus, nisi talis nullitatis specifica, & individualis vera scientia probetur. Factum auctoris, ut impugnari valeat quinā ejus error sit probandus, & quomodo. Cætera in Summario. Sunt in hac causa dec. 640., & 651.

SUMMARIUM.

1 *Restitutio in integrum merito conceditur ad reparandum gravamen sententiæ injustæ, et invalidæ.*

2 *Sententia Rotalis ferri non potest super partita ulteriori discussioni in decisione reservata.*

3 *Factum Procuratoris Principales impugnare non possunt, quod solemniter approbarunt.*

4 *Confessio sub erroneo fundamento, seu supposito emissa, illo corruente, corruit et ipsa.*

5 *Procurator sine speciali mandato constituentibus enormiter præjudicare nequit.*

6 *Præsertim cum non agitur de damno in omittendo, sed committendo.*

7 *Sententia ratificata non dicitur ex possessione ejus vigore capta; nisi in ea utentibus non probetur præcisa, non autem præsumpta, & specifica scientia nullitatis ejusdem Sententiæ.*

8 *Auctor*

8 *Auctoris factum impugnari nequit.*
9 *Auctoris factum, ut impugnari possit quinam ejus error sit probandus.*
10 *Duplicem ejusdem crediti solutionem reportari, Justitia, & Æquitas non patiuntur.*
11 *Decisionum fundamentum est illud, cui illæ nituntur, nec id ad exuberantiam tunc firmatum dicitur.*

DECISIO DCLXII.

QUemadmodum in contemporanea mea
decisione super jactu Domorum inter has
partes, utpote validam, & justam confir-
marunt DD. Sententiam R. P. D. mei Ansal-
di, in qua Marchio Sanctacrucius absolutus
fuerat ab impetitis adversus Marchionem
Montautum, & Guelphum hæredes fidei-
commissarios Mutii de Bubalo, ita validita-
tis, & Justitiæ fundamentis innixam agno-
scentes alteram sententiam ab eodem in ex-
clusionem prætensionis super partita scuto-
rum 1333. 33. a d. Marchione Sanctacrucio
excitatæ favore prædictorum hæredum pro-
latam pari confirmatione eam roborare non
hæsitarunt.

Validitas non controvertitur, & Justitia
clare emergit ex eo, quod cum præcedens
sententia bo. me. Manuel nullitatis, & iniu-
1 stitiæ vitio laboraret, jure merito ad ejus gra-
vamen reparandum dd. hæredibus fideicom-
missariis restitutio in integrum concessa fuit,
ex vulgatis juribus, de quibus *Rota coram
Dunoz sen. dec. 199. n. primo, et decis. 24.
num. primo p. 18 rec.*

Nullitas profecto d. primæ sententiæ in
dubium revocari non potest, quia cum par-
rita de qua agitur ob suffragiorum discre-
pantiam ulteriori discussioni præcedenter in
decisione reservata fuerit, absque patenti
nullitate juxta dispositionem Constitutio-
num Apostolicarum, super ea subinde sen-
tentia proferri non poterat, ut advertit *Rot.
dec. 151. n. 2. p. 16., dec. 163. n. 2. p. 18., et
dec. 164. n. 3 p. 19 rec.* cum concordan. cu-
mulatis in *dec. præcedentis instantiæ 22 Iunii*
1706. §. *Igitur exordiendo coram R. P. D.
meo Ansaldo.*

Nec ad evitandam hujusmodi nullitatem,
quidquam prodesse potuit obiectum iterum
inutiliter excitatum, quod scilicet cum d.
sententię cedula extensa fuerit a Procurato-
re Marchionis Montauti, & Guelphi, isti
3 nullo modo ejus factum impugnare valeant:
maximè postquam solemniter ab iisdem ap-
probatum, & ratificatum, ex quo vigore d.
sententiæ immissionem ab bona fideicommis-
saria obtinuerunt.

Etenim tota vis obiecti cessare visa est, ani-
madvertendo, supradictam expressionem in
sententiæ formula a Procuratore emissam
fuisse ex supposito, quod eiusdem Princi-
pales ad controversæ partitæ solutionem in
præcedenti decisione condemnati fuerint,
prout convincitur ex relatione, quam habuit
ad eamdem decisionem. Quamobrem hu-
jusmodi erroneo fundamento corruente, de
4 quo ex supra firmatis ambigi nequit, utique
quelibet assertio, & confessio eidem innixa
subsistere non potest, ad *text. in l. non fate-
tur ff. de confess., Bero cons. 201. n. 30. lib. 3.
Dec. con. 408. per tot., Roland. cons. 69. n.
48. cum seqq. lib. 3., Gratian. discept. fo-
rens. cap. 501. n. 5., et seqq., Rota dec. 43.
n. 5. p. 11., et dec. 105. n. 10. p. 14. rec.*

Sine difficultate, quia d. Procurator ab-
sque speciali mandato constituentibus præ-
5 judicium adeo patens irrogare non poterat:
6 potissimum quia in hypothesi non agebatur
de damno in omittendo, sed committendo,
ut latissime probat *Decisio R. P. D. mei
Ansaldi §. Siquidem quidquid esset.*

Frustra vero insistebatur super prætensa
approbatione, & ratificatione sæpedictæ
7 sententiæ ducta ex possessione bonorum fi-
deicommissariorum, quam ejus vigore nac-
ti sunt supradicti hæredes, eo ipso, quod
concludenter non probatur in iisdem præci-
sa, & specifica scientia nullitatis ejusdem
sententiæ, cum præsumpta non suffragetur,
*Rot. cor. Burat. dec. 4 o. n. 11., ibique adden.
n. 15., et cor. Ludovisi. dec. 269. n. 15., et
in rec dec. 81. n. 7. t. 8., dec. 419. num. 23.
p. 13.,* cum cæteris in *Romana censuum 20.
Februaris 1702. §. Inefficax cor. Reverendis-
simo D. meo Decano, et in Assisien. 23. Iu-
nii 1704. §. Responsione cor. bo. me. Muto.*

Demonstrata ex his nullitate sententiæ fa-
cili negocio ostenditur etiam ejusdem iniu-
stitia; Licet enim Hiacyntus in emptionem,
ac restaurationem Domus *di Pasino* erogave-
rit summam scutor 18. m., ut resultat ex fa-
migerata notula ab ipsomet exarata; Atta-
men in eadem proprium creditum restrinxe-
runt ad scut. 16000. Quamobrem inanis, ac
insubsistens erat prętensio Marchionis San-
ctacrucii, quoad controversam partitam scu-
torum 1333. 33. pro duabus ex tribus parti-
bus scutor. 2000., quæ ad integrandum, &
complendum præfatam quantitatem in scutis
18. m. deficiunt, nam sui Autoris confessionem
8 impugnare non poterat, ad vulgatum *text.
in L. cum a Matre C. de rei vindic., Rot. cor.
Priolo dec. 344. n. 4., et dec. 638. n 19. par-
te 19. rec.* nisi patentissimum ejusdem erro-
rem convinceret per probationes undequa-
que concludentes, ac cujuslibet contrariæ
possibilitatis exclusivas, *Rota cor. Bich. de-
cis. 220. n. 27., et dec. 142. n. 12., et 13., et
dec. 482. nu. primo, et 6. p. 4., et decis. 128.
n. 13. p. 6. rec.*

Tantum vero aberat, ut hujusmodi error
probari posset, quin potius evidenter appa-
reat Hiacyntum summa cum ingenuitate, ac
integritate d. sui crediti diminutionem ad-
notasse, sicuti enim advertitur in d. contex-
tuali mea decisione super jactu domorum
pro demolitione portionis d. Domus conse-
quutus fuerat a Tribunali Ædilium summam
scutorum 2931., quam tamen ad commodum
fideicommissi describere omisit, ex quo a
supradicta quantitate scutor. 18. m., & ultra

jam ingenuè eam subduxerat, ut non obscure innuunt ejus verba -- *Compra della casa, e meglioramenti fattivi importano più di 18.m. scudi se ne pongono in credito scudi 16.mila* & præcise admissum fuit in præcitata decisione super jactu Domorum, proindeque Marchio Sanctacrucius nihil ultra prætendere valet, nè alias duplicem quoad hanc partitam reportet solutionem contra omnia Justitiæ, & æquitatis principia, ut inquit *Rota in Hortana Sylvarum super investimento 3. Augusti 1703. §. Modus autem cor. Reverendissimo D. meo Decano*,

Nec subsistit, quod tam in anteactis causæ propositionibus super jactu domorum, quam modo ad exuberantiam solum deductum fuerit, quod Hiacyntus in diminutionem sui crediti pretium pro demolitione do-
11 morum receptum imputaverat, quia huic unico fundamento præcisè innituntur resolutiones, ut videre est in dec. 4. Aprilis 1704. coram R. P. D. meo Ansaldo, & in sæpedicta contemporanea mea decisione §. Et sane, Et ita utraque &c.

ROMANA CAMBII,

Veneris 17. Aprilis 1711.

ARGUMENTUM.

Dat superior hic confirmata decisio 630.

SUMMARIUM.

1 *In cessionibus translativis militat regula anterioritatis temporis.*
2 *Limita in cessionibus extinctivis.*
3 *Cessio licet quibuscumque clausulis translativis concepta data ignorantia alterius antecedentis, in extinctivam, seu quietantiam resolvitur; cum cessionarius de illo tempore effectus esset debitor principalis, teneturque in bonis propriis.*
4 *Hæres beneficiatus ad effectum, ut secunda cessio a creditore hæreditatis reportata sit extinctiva, principalis debitor non æstimatur, etiamsi decisum fuerit inventario non juvari, quando ejus clara voluntas in hac cessione contraria apparet.*
5 *Voluntas ex verbis manifestatur in contractu adhibitis, & ex dubio in Rota disputato.*
6 *Dubium* -- An, & ad cujus favorem esset procedendum &c. *ostendit æqualem fuisse litigantium prætensionem, & cur?*
7 *Et cessionem, de qua in eo disputatur fuisse volitam translativam, & cur?*
8 *Rem propriam ad Domini instantiam deliberari, ut sibi solvat, absurdum est.*
9 *Actio, & passio in eodem subjecto de jure non datur.*
10 *Hæres beneficio Inventarii destitutus simplicis hæredis, & debitoris creditorum defuncti naturam assumit, nec ideo ab hæreditariis creditoribus, ideoque suis cessiones translativas potest reportare, & si translativas reportet ex defectu potestatis in extinctivas resolvuntur.*
11 *Voluntas semper regulatur a potestate: declara, ut n. 13., & limita n. 16.*
12 *Differentia est maxima inter hæredem, qui nullo confecto inventario, in hæreditate se immiscet, & qui inventario confecto, sed postea illo gaudere non potest.*
14 *In hærede inventarium non conficiente, cur actiones confundantur.*
15 *Heredis absque inventario, & defuncti actiones bona, & debita quomodo confundantur.*
17 *Hæres, qui inventarium confecit ex defectibus super illo, vel redditione rationis, licet rem propriam indemnem non præservet; tamen nullo modo exuitur qualitate Procuratoris, & administratoris assumpta adhibendo Inventarii cautelam.*
18 *Hæres defectuoso inventario, seu non reddita ratione punitur pœna contenta in L. finali C. de Jur. deliber., quodd. Inventario non juvetur: non vero eidem inobedientis exinde utilitatem consequi valet.*
19 *Heres beneficiatus, sed qui inventario juvari nequit, & qui cessionem translativam a creditore hereditario reportavit, postquam ipse tertio idem creditum cesserat, heres simplex, sive tanquam debitor principalis in præjudicium anterioris cessionarii non consideratur, & cur?*
20 *Heres simplex actiones non confundit, cum agitur de cessione reportata post aditam hereditatem.*
21 *Heres, qui inventarium confecit non ideo sua Jura omnino confusit, cum ob defectum a decisionibus Rotalibus privatus est retentione, non vero heres simplex declaratus, vel condemnatur teneri in bonis propriis, & cur?*
22 *Heres Inventarii beneficium non amittit propter defectum descriptionis rerum modici valoris, cum reddat rationem, et solvat duplum omissorum,*

DECISIO DCLXIII.

Adhuc minime acquiescens Paulus Adelius resolutioni coram me captæ sub die 3. Februarii anni proximi præteriti ad novam trutinam illius fundamenta revocare sategit, in quorum examine cum DD. in Turno sedentes in geminis anteactis propositionibus discordes extiterint, tandem in hodierna audientia superadditis quinto, & sexto convenerunt pro persistentia *in decisis*.

Existimarunt siquidem, regulam anterioritatis, & potioritatis pro Joanne Carolo
1 militantem omni jure subsistere, nipote quia hinc inde agebatur de cessionibus translativis ex late deductis in mea decis. §. Omissis cum seqq; absque eo quod nullatenus dimo-
2 veri potuerint ab alias deducta, & nunc quoque strictius inculcata limitatione. in qua totum causæ momentum reponebatur, quod nempe cessio a Paulo reportata debeat habe-

ri

ri pro resolutia in extinctivam, seu quietantiam, ex quo ipse privatus usque de anno 1705. beneficio Inventariorum, sive per suos Auctores, & hæredes Joannis originarii debitoris, sive per se confectorum, ad firmata in decisionibus bo. me. Muti, tenebatur in bonis propriis, sicque evaserat de tempo-
3 re cessionis obtentæ de anno 1708. debitor principalis, in quibus terminis data ignorantia alterius cessionis, prout hic verificabatur, extra dubium erat, cessionem, licet quibuscumque clausulis translativis conceptam in extinctionem, seu quietantiam resolvi, ut latè in dec. R.P.D. mei *Ansal.* §. *Posito*, & supponitur in mea dec. §. *Agnoverunt*.

Nam assumpto per DD. maturo, juxta consuetum stylum examine propositæ limitationis, constitit, illam nullius esse relevantiæ. Quandoquidem crediderunt, Paulum
4 ad effectum, de quo quæritur, non esse considerandū tanquam debitorem principalem, etiamsi coram bo. me. Muto fuerit decisum, ipsum juvari non posse beneficio inventariorum, resistente nimis clara ejusdem voluntate gerendi figuram tertii, quam repræsentare nequaquam impediebatur.

Voluntas enim manifesta, & quidem non solum ab actibus antecedentibus, sed quod magis ex subsequentibus per decisiones contra illum editas colligebatur, videlicet ex verbis, quibus concepta legitur cessio, ad notata in mea decisione §. *Verum*, nec non ex dubio subscripto ac disputato de consensu Pauli coram R.P.D. meo Ansaldo -- *An, et ad cujus favorem esset procedendum ad ulteriora in deliberatione* -- quod sicuti osten-
6 dit, æqualem fuisse litigantium prætensio-
7 nem, alioquin impropriam respectu ejusdem Pauli, quatenus contendisset ad sui favorem processum ad ulteriora in deliberatione bonorum, quæ concurrente cessione extinctiva propriorum indolem fuissent adepta, ita satis comprobat voluntatem acquirendi translativam cessionem, ne detur absurdum
8 quod res sua ad instantiam Domini deliberetur, ad hoc ut sibi met ipsi solvere valeat,
9 admittendo contra vulgata Juris principia actionem, & passionem in eodem subiecto.

Neque præfatæ voluntatis effectus impediri poterat eo sub motivo jam insinuato, quod nempe cum Paulus beneficium Inven-
10 tarii allegare nequeat, dici debeat induisse naturam hæredis simplicis, & consequutivè debitoris principalis, cui lex semper resistit, quin cessiones translativas a suo creditore possit reportare, proindeque illam, de qua res est, nullo modo ex defectu potestatis in d. linea cessionis translativę habendam esse,
11 quando voluntas semper a potestate regulanda sit, *Rota dec.* 192. *n.* 12. *cor. Priolo & in rec. dec.* 38. *n.* 5. *p.* 19.

Quoniam licet primo intuitu obiectum aliquam facere videretur difficultatem, tamen illo bene perpenso, dignoverunt DD.
12 haud esse attendendum, advertentes maximam vigere differentiam inter illum, qui nullo confecto inventario alicujus hæreditati sese immiscet, & illum, qui Inventario confecto hæreditatem nanciscitur, sed postea vel ob non redditam rationem, vel ob defectus inventarii legis beneficio gaudere non potest.

Quoties namque versaretur quæstio in primo casu, tunc forsan oppositio subsiste-
13 ret, eo quia nullo confecto per heredem
14 Inventario, Juris ministerio, sive in pœnam ommittentis confectionem, qui hoc casu præsumitur res hereditarias subtraxisse, sivè ob præsumptam voluntatem adeuntis, qui censetur hoc modo in se onus sui proprium suscipere, ut advertit *Conciol. de hæred: articul. primo n.* 20, *et seqq.*, & melius *num.* 270. *cum seqq.*, ita confunduntur actiones, & bona hæredis, atque defuncti, ut nulla
15 unquam distinctio inter utrumque esse possit, ac debitum unius, debitum alterius dicatur, nullo habito respectu ad vires Patrimonii, in quo successit, ex ponderatis per *Conciol. ubi supra*, *Roc. disput. jur. select. cap.* 146. *n.* 9., *et seqq.*, *Card. de Luca de credit. disc.* 36. *ex n.* 25., *et disc.* 63. *num.* 4., *et seqq.*

At in altero casu, ubi intervenit inventa-
16 rium, & in cujus hypothesi stat præsens con-
17 troversia, diversimode est procedendum; quoniam, etiamsi ex defectibus super inventario cadentibus, vel ex non reddita ratione bonorum hereditariorum, heres ipse indemnis non præservetur, tamen nullatenus ab eodem hærede qualitas Procuratoris, & administratoris abstrahitur, quam in se assumit quicumque alterius hereditatem adivit adhibita inventarii cauthela, ut prolequuntur *Rocc.*, & *de Luc. locis supra allegat.*, & *idem de Luca d. tit. de credit. disc.* 37. *n.* 3., & *seqq.*, *ac prius disc.* 34 *n.* 7., & pœna ab Imperatore Justiniano imposita in *L. finali C. de jur. deliber.*, & *in novella prima* §. *Hinc nobis vers. fiat igitur Auth. de hered.*, & *falcid.* contra conficientes Inventaria, non servata forma ab ipso præscripta, operatur quidem, ne juvetur conficiens ex defectuoso Inventario, seu ex non reddita ratione, non autem operatur, quod inobediens legibus utilitatem consequatur, obstante regula *text. in l. itaque Fullo. ff. de furt.*, *de qua Rota dec.* 978. *n.* 16. *coram Coccin.*

Quam utique Paulus perciperet, si evasisset hæres simplex, sive debitor principa-
19 lis, dum retineret, mediante illegalitate Inventarii, & non redditione rationis, illa bona, quæ Imperatoriis sanctionibus obtemperans, usque ad totalem hæreditatis consumptionem, creditoribus dimittere debuisset, *Rota dec.* 46. *n.* 2., *et dec.* 110. *nu.* 10. *p.* 18. *rec. tom. primo.*

Clariorque insuper redditur in Paulo potestas repræsentandi personam diversam ab hærede, cum agatur de cessione reportata post aditam hæreditatem, quo casu etiam in terminis simplicis aditionis actiones non confunduntur, ut pluribus congestis firmavit
Ro-

Rota dec. 200. nu 20. p. 14. rec., et in ejus confirmatoria 10 Decembris 1698. § sed quatenus coram Reverendissimo D. meo Molinet Decano.

Et in omnem casum talis non est confusio
suarum actionum, & rerum cum illis de-
functi, ut nequeat dari distinctio inter unas,
21 & alteras, sive quia decisiones editæ coram
bo. me. Muto non declarant illum hæredem
simplicem, nec illum condemnant in bonis
propriis, sed solummodo ipsum privarunt
retentione bonorum hæreditariorum Joan-
nis sui Authoris, ideoque non adeo arctant,
quin adversus illas valeat recessum intentare
qui nec etiam est desperatus melioribus ju-
stificationibus adductis, sive quia reddendo
rationem, & solvendo duplum rerum potius
modici valoris non descriptarum in Inven-
tario, ejus beneficium nequaquam dicatur
amisisse ut præter adductos in *mea decisione §. Addito ulterius*, tradit *Ridolphin. in prax. p. prima cap. primo n. 71.*

Ex quibus sublato objecto, super quo principaliter insistebant scribentes, DD. quoad reliqua sese remissive habuerunt ad decisiones R.P.D. mei Ansaldi, & coram me in hac causa editas, quas repetere inutile reputarunt.

Et ita utraque parte &c.

ROMANA SALVIANI, SEU LOCORUM MONTIUM.

Veneris 17 Aprilis 1711.

A R G U M E N T U M.

Dotis solutio quando ex confessione viri de recepto probetur contra tertium, & fideicommissarium ad effectum obtinendi restitutionem vigore *auth. res quæ*, & cur illa peti possit à fideicommissario Barone etiam in bonis fideicommissi transversalis vigore Bullę Baronis. Cætera in Summario.

S U M M A R I U M.

1 *Res judicata oritur cum appellationis causa intra legitima tempora promota non fuit.*

2 *Restitutioni in integrum locus non est deficiente lesione, quæ à validitate, & justitia sententię excluditur.*

3 *Hypotheca crediti satis resultat ab ejus instrumentis.*

4 *Dotis restitutionis creditor, deficientibus bonis literis agere potest contra bona fideicommissi ascendentalis.*

5 *Et contra ea in locum fideicommissariorum subrogata.*

6 *Dotis actionem promovere potest, qui omnia dotate jura sibi habet obligata.*

7 *Immissio in Salvianum ejus, extremis concurrentibus, ritè, rectèque conceditur*

8 *Dotis solutio in præjudicium fideicommissi, & tertii non satis probatur ex confessione de recepto viri, nisi aliundè concludenter justificetur.*

9 *Declara conclusionem locum habere, quando dos probetur ex simplici confessione.*

10 *Limita cum dict. confessionem receptæ dotis præcedit ejus promissio.*

11 *Limitationem amplia tunc probare non solum veram solutionem contra confitentem,*

12 *verùm etiam contra fideicommissarios.*

13 *Et contra tertios.*

14 *Datio in solutum facta viro pro dote cum promissione realitatis, & evictionis, ejus veræ & effectivæ solutionis vim, & efficaciam præsefert.*

15 *Sententiæ legitimis contradictoribus citatis obtentæ, & in judicatum transactæ faciunt rem claram & manifestam, & afficiunt omnes.*

16 *Nec aliquid contra illos opponi potest, non obtenta in integrum restitutione.*

17 *Ennunciativa in decisione Rotali incidenter, & ad aliũ effectũ emissa vim non detrahit subsequenti rei judicatæ, vel aliis probationibus.*

18 *Privilegium* auth. res quæ *locum non habet in fideicommisso transversali.*

19 *Fideicommissum conventionale pro decore, & splendore familiæ constitutum ex bonis ascendentalibus an assumat qualitatem à natura fideicommissi ascendentalis.*

20 *Creditor Baronis, ex juribus dotalibus potest eadem consequi etiam ex fideicommisso transversali vigore Bullæ Baronum, & cur?*

21 *Actor allegare valet quodcumque aliud jus super quo Iudex pronunciare potest, etiamsi in monitorio non expressum, quando in illo adsunt solitæ clausulæ salutares.*

DECISIO DCLXIV.

CEnsum in sorte scutorum 3182. imposuerant Alexander de Cajetanis, ejusque filii favore Julii Porcarii de Pænia, aliorumque ejus fratrum, sub pacto, & obligatione præstandi intra decem dies idoneum fidejussorem. Verum negligentibus hujusmodi promissionis adimplementum præfatis debitoribus, obtinuerunt creditores mandatum ad factum pro rata sortis scutorum 600., cum facultate etiam carcerandi eosdem debitores.

Ut autem Lucretia de Aretio Alexandrum Virum, & filios ab imminenti carceratione vindicaret pro d. rata scutorum 600. servatis omnibus solemnitatibus, fidejussit, ac principaliter, & in solidum sese obligavit.

Hinc supradictus Julius tàm nomine proprio, quam uti creditor fratrum ex juribus præfatæ Lucretię reassumendo coram R.P.D. Maresusco Judice ab A. C. deputato Judicium alias promotum contra Augustinum, ceterosque fratres de Manchellis uti possessores plurium Locorum Montium, quæ in Locum Castri Majentiæ fideicommissarii Domus Cajetanæ, ac obligati pro restitutione dotis ejusdem Lucretiæ subrogata fuerunt, immissionem vigore Salviani inter dicti obtinuit ad loca 14. centes. 61. ex eis ad effec-

tum

tum consequendi fructus tàm decursos, quàm
decurrendos supradicti census pro d. rata
scutorum 600.

Appellarunt ab hujusmodi sententia fratres de Manchellis, cum tamen intra primum fatale omissa per eos fuerit citatio ad dicendum contra Commissionem, & intra alterum acta transportare neglexerint, proposito per me hodie consueto dubio -- *Constare de re judicata, non autem de causis restitutionis in integrum* -- DD. responderunt.

Et sane clara est res judicata eo ipso, quod
appellationis causa intra legitima tempora
1 promota non fuit, vulgato *cap. cum sit Ro-*
mana de appellat., auth. & qui Cod. de tem-
por. appellat., Rota dec. 331. n. primo p. 15.
rec. Et attenta d. Sententiæ validitate, & ju-
stitia, quemadmodum exclusa remanet ipso,
2 ita restitutioni in integrum locus esse non
potest, juxta regulam *Text. in L. verum §.*
Sciendum ff. de minor., de qua *Rot. in Nea-*
politana census 13. Decembris 1709. §. Quam-
vis enim cor me.

Validitas non controvertitur, & Justitia
satis superque comprobata remanet, ex quo
constat de omnibus extremis in hoc Judicio
3 requisitis; Creditum enim cum hypotheca
favore Julii adversus illos de Cajetanis, &
Lucretiam de Aretio resultat ex publicis In-
strumentis impositionis census, de quo agi-
tur, & obligationis successivè per d. Lucre-
tiam solemniter emissæ, *Pacif. de Salv. in-*
terdict. inspect. 1. cap. 5. n. 4., Rota coram
Otthobono dec. 79. n. primo, dec 611. n. 2. p 10.
rec., & in Montis Falisci immissionis prima
Julii 1709. §. Constitit coram R. P. D. meo
Aldrovando. Prout etiam ex publico In-
strumento, aliisque adminiculis infra ex-
pendendis probatur, creditum dotale ejus-
4 dem Lucretiæ, pro cujus restitutione que-
madmodum vigore *Auth. res* quæ agere po-
terat contra supradictum Castrum fidejcom-
misso suppositum, cum non reperirentur
bona libera debitorum, ad tradita per *Dec.*
cons. 519. per tot., Roland. cons. 85. a n. 29.
cum seqq. lib. primo, Peregrin. de fideicom.
art. 42. n. 13., & seqq., Adden. ad Buratt.
dec. 641. n. 23., Rota cor. Seraph. dec 678.
n. 5., & dec. 1097. n. 4. cor. Emerix jun. Ita pa-
5 riter incontrovertibilis erat ejus actio super
locis Montium in Locum d. Castri subroga-
tis, *Rota cor. Buratto dec 229. nu. 9., &*
seqq., & dec. 23. n. primo post. Albit. de in-
cost. in Judic., & in Romana Locorum Mon-
tiũ 3. Februarii 1700. §. Clarum cor. R. P. D.
meo Ansaldo, & in altera Romana locorum
Montium 2. Junii 1700. §. Propterea coram
6 *R. P. D. meo Kaunitz.*, eamdemque ac-
tionem promovere potuit Julius, utpotè ha-
bens omnia jura Lucretiæ sibi specialiter o-
bligata *per Text. in L. nomen debitoris C.*
quæ res pignor. obligar. poss., Rota coram
Emer. jun. dec. 818. n. 4., & dec. 851. n. 5.,
& in rec. dec. 267. n. 24. p. 17.

Possessio autem antiqua sæpedicti Castri
penes debitores, ac moderna Locorum
Montium penes reos conventos non contro-
vertitur, ideoque his omnibus concurrenti-
7 bus, ritè, recteque immissio concessa fuit,
ex vulgaris juribus, de quibus *Rota in Ro-*
mana Salviani 28. Junii 1705. §. Justitiæ
cor R. P. D. meo Scotto, & in d. Montis
Falisci Immissionis prima Julii 1709. §. pri-
mo cor. R. P. D. meo Aldrovando.

Nec ad illam retardandam quidquam pro-
desse potuit novum defensionis præsidium,
quod (omissis exceptionibus contra Lucre-
tiæ obligationem in anteacta causæ instan-
tia inutiliter congestis) ad extenuandam
ejus dotem scutor. 12. m. adducebatur ex eo,
quod respectu scutor. 8. m. non probetur so-
8 lutio, nisi ex confessione de recepto emissa
anno 1606., & 1610. ab Alexandro Viro,
quæ proindè tanquam suspecta de simulatio-
ne, nullius est roboris, maximè in præjudi-
9 cium fideicommissi, & tertii, nisi aliunde
concludenter justificetur, *Gloss. in l. assiduus*
C. qui pot. in pign. hab., Angel. de confes.
lib. primo qu. 8. limit 6. n. 140., Rota coram
Buratt. dec. 612., & dec. 925. utrobique n 1.
cum concordan. in objecto allegatis.

Siquidem animadverterunt DD. prædicta
sibi locum vindicare concurrente simplici
confessione receptæ dotis, in quibus termi-
nis procedunt authoritates mox adductæ, se-
cus autem quando, prout in hipotesi, d.
confessionem præcedit promissio ejusdem
10 dotis, tunc enim illa probat veram solutio-
nem non solum contra Maritum confitentem,
11 & ejus hæredes *Text. in l. in contractibus*
§ Sed quoniam, ibique Cin. n. 3. C. de non
numer. pecun., Menoch. de præsumpt. lib. 3.
præsumpt. 12. n. 10, Fontanell. de pact. nup-
tial. claus. 4. Gloss. 26. n. 32. vol primo, Af-
flictus dec. 402. n. 3., Rot. cor. Greg decis.
491. n. 5. ibique Adden. n. 12., sed etiam
contra fideicommissarios, & tertios credito-
12 res, ut respectu ad primam conclusionem
firmant *Fusar de substit. qu. 532. n. 29., Ro-*
ta cor. Seraph dec. 678. n 9., & 10, & cor.
Dunoz. jun. dec. 726. n. 12., & in Romana
Immissionis 2. Maii 1710. §. Minime coram
13 *R P D. meo Aldrovando.* Quo vero ad al-
teram *Cravett. cons. 40. n. primo, Surd. cons.*
117. n. 23, Afflict. d dec. 402. n. 12., & 13.
Magon. dec flirent. 58. nu. 10., Adden. ad
Buratt. dec. 108. n. 20., Rota cor. Dunoz.
jun. dec. 375. n. 5., d. dec. 726. n. 12., & dec.
844. n. 4.

Maximè quia ultra d. præcedentem pro-
missionem dotis, constat revera illam fuisse
solutam mediante assignatione domus, &
nonnullorum censuum facta a Michaele An-
gelo fratre d. Lucretiæ favore ejusdem Viri
cum promissione realitatis, & evictionis, in
quibus terminis nemo est, qui dubitet, quod
hujusmodi datio insolutum veræ, & positivæ
solutionis vim, ac effectum præseferat, *Bar-*
tol. in l. Si quis aliud in princ. ff. de solut.,
Rota dec. 234. n. 3., cor. Cerro dec. 84. nu. 9.
p. 12., dec. 343. n. 3. p. 10., & dec 360. pari-
ter n. 3. p. 19. tom. primo.

Non

Non attenta exceptione simulationis con-
tra d. donationem in solutum adducta, quod-
que in omnem casum non probetur prędic-
tos census fuisse exactos. Omissis enim plu-
ribus responsionibus, quæ in contrarium de-
ducebantur per scribentes pro Jul. Cęsare, ces-
sare, visa est DD. quælibet hæsitatio, ex quo
Lucretia Anno 1651., & 1653. citatis om-
nibus Viri creditoribus obtinuit ejusdem as-
securationem in d. quantitate scut. 12.m: per
geminas sententias A. C., quę cum transitum
fecerint in judicatum, & prodierint cum
15 legitimis contradictoribus, reddunt rem
claram, & manifestam, atque afficiunt om-
nes, adeout contra illas non obtenta in inte-
16 grum restitutione quidquam amplius opponi
non possit, *Rota cor. Cerro dec. 190. num. 7., cor. Dunoz. jun. dec. 999. n. 15., cor. Priolo dec. 416 num. primo, & secundo, & in rec. dec. 242. n. 6. p. 9., dec. 404. n. 4., & 5., & dec. 513. n. 6., & 7. p. 18. tom. 2. rec.*

Atque hinc corruit obiectum ductum ex eo, quod actitante anno 1618. Pantasilea Sorore d. Alexandri pro constitutione suæ dotis adversus hæredes fideicommissarios, nostrum Tribunal censuerit, illam congruam reputari in sc. 7000., ex quo dos Lucretiæ non excesserat summam scut. 4.m., ut videre est ex *dec. 41. n. 5. p. 4. tom. 2. rec.* Etenim hujus-
17 modi enunciativa incidenter, & ad alium
effectum emissa, nihil detrahere valet verita-
ti subsecutæ rei judicatæ, cęterisque proba-
tionibus, quæ postmodum supervenerunt, ut ad rem advertit *Rota cor. Merlin. decis. 406. n. 4., & 5., et cor. Dunoz. jun. dec. 624. n. 6., et 7., et dec. 770. n. 11.*

Vindicata ex his a contrariis exceptioni-
bus dote Lucretiæ, pari facilitate irrelevans
detegitur alia prætensio, quod cum supra-
dictum Castrum Majentiæ solum pro quatta
parte nempe scut. 20.m., quæ jam consumpta
asserantur, subiectum esset fideicommisso as-
scendentali Cristophori, & pro reliquis tri-
bus partibus fideicommisso transversali, &
conventionali aliorum ejusdem fratrum, cu-
jus respectu locum non habet privilegium
auth. res quæ, nihil ultra propterea ex juri-
18 bus dotalibus Lucretię super bonis in locum
d. Castri subrogatis prætendi valeat.

Quidquid enim sit an d. portio scut. 20.m.
fuerit totaliter consumpta, & an prædictum
fideicommissum conventionale, utpote con-
19 stitutum ex bonis ascendentalibus pro deco-
re, & splendore familiæ assumpserit qualita-
tem, & naturam fideicommissi ascendenta-
lis, ad cujus proinde terminos regulari de-
bent, juxta *dec. 1291. n. 3. cor. Emer. jun., et in Romana cambii scut. 12 m. 2. Aprilis 1696. §. Quo vero cor. bo. me. Muto*, solidior ar-
risit DD. responsio, quod totum d. Castrum
post obitum fideicommittentium pervenit in
Petrum filium Christophori, & subinde in
Alexandrum ejus filium, cumque isti obli-
gati essent pro restitutione dotis Lucretiæ,
ac etiam attenta qualitate Baronali subiecti
reperirentur Bullæ Baronum, utique ex Ju-
ribus d. Lucretiæ intentari potest actio su-
per d. Castro, seu locis montium, ut supra
20 subrogatis, etiam quoad portiones transver-
sali fideicommisso obnoxias, cum ex præ-
dictæ Bullæ dispositione tàm ascendentalis,
quàm transversalis fideicommissi vincula sub-
moventur in beneficium creditorum, ut pon-
derat *Rota cor. Buratt. dec. 401. n. 3., cor. Dunoz. jun. dec. 1145. n. 4., & dec. 1174. n. 5., et in rec. dec. 331. n. primo cum seq. presertim n. 8. p. 14.*

Ex quibus etiam sublata remanet postrema exceptio quoad loca quinque Montium, quæ Manchellio vendita fuerunt, non ab Alexandro dotis debitore, sed a Christosaro ejus fratre nullatenus pro illius restitutione obligato; Nam eo ipso, quod sæpedictum Castrum possessum fuit a Petro Christophari Patre, quodque per consequens hipotheca dotalis radicata extitit super locis Montium ejusdem pretio acquisitis, profecto etiam dd. loca quinque cum hoc onere transierunt in Cristophorum juniorem ex supra firmatis.

Non attenta replicatione, quod in Monitorio super immissione a Julio expedito nulla facta fuerit mentio de his quinque locis montium, quia cum in illo adiectę fuerint solitæ clausulę salutares, datum est Actori allegare quodcumque aliud Jus, super quo Judex pronunciare valet, ad firmata *per Rot. cor. Duran. dec 90. n. primo, et dec. 258. n. 3., et cor. Priolo dec. 30. nn. 10. et 11.*, cum cęteris in *Romana fideicommissi Camilli de Palambaria prima Decembris 1710. §. Minime attento cor. R.P.D. meo Aldrovando, et novissimè in Bononien. fideicom. de Ghisleriis super reintegratione 23. Martii 1711 § Quidquam non relevante coram R.P.D. meo Scotto.*

Et ita utraque &c.

GERUNDEN. DISTRIBUTIONUM DE OLOT SUPER NEGOTIO PRINCIPALI.

Lunæ 30. Aprilis 1711.

ARGUMENTUM.

Onus intonandi Psalmos Diaconus Beneficiatus etiam si promiserit cantum ideò intra præfinitum tempus addiscere, & adimplere per se ipsum præstare cum non obligatur; cum à nullo jure id exigatur (ubi quod contraria observantia nec à scripturis non citata Parte, lite pendente exhibitis, nec ab interesse habentium testimonio convincitur) & cum ratione aliorum munerum est repugnans: & tunc intrat censura ann. t. distrie. 92., & cum contria petitione talis obligatio à Parte est remissa, vel illa est facta ex erronea, & falsa causa.

SUMMARIUM.

1 *Sententia acceptata ampliùs impugnari nequit.*

2 Al-

2 *Alternativa excludit necessitatem alteram dumtaxat partem adimplendi*, & n. 13.
3 *Beneficii possessor nulli legi subjici potest, quæ nec provenit ex fundatione, nec ex Statutis Ecclesiæ, nec ex consuetudine, maximè sub pœna amissionis distributionum.*
4 *Scripturæ extracta pendente lite, & absque partis citatione nullum probationis gradum constituunt.*
5 *Implemento conditionis Psalmos intonandi in Choro, cum non exprimatur, quod per se ipsum præcisè sit adimplendum subjici eidem nequit, ex famigerata* Lapi allegat. 35.
6 *Admissiones cum examine super peritia cantus in Beneficiatis, si postea aliæ sine eadem sequantur, cantus peritiam præcisè in illis requisitam non concludunt.*
7 *Observantia præcedens per subsecutam contrariam penitùs excluditur.*
8 *Testes de universitate deponentes adproprium commodum, & favorem, nullam fidem merentur.*
9 *Testibus deponentibus contra propriam universitatem cum distinctione temporum, & personarum plenè deferendum.*
10 *Onus alicui præcisè injunctum in communitate non dicitur, si alia obligatur peragere cum eo incompatibilia.*
11 *Diaconi ab officio cantandi sunt exempti; nedum vocis modulationi student Altaris ministeria negligant ex* can. 1. distinct. 92.
12 *Obligatio remissa dicitur; si contra ejusdem tenorem à Judice declarari ab illo, cujus favore erat obligatio, institutum fuerit.*
14 *Obligatio emissa ex erronea, & falsa causa nullo modo sustineri potest.*

DECISIO DCLXV.

POstquam collationem Beneficii Diaconalis nuncupat. existentis in Parochiali Ecclesia S. Stephani Villæ de Olot, Benedictus Compté à Sanctissimo reportaverat, illiusque possessionem legitimè nactus fuerat, institit apud Communitatem Beneficiatorum ejusdem Ecclesiæ pro admissione ad participationem distributionum.

Hinc præfata Communitas, sub obtentu, quod possessor dicti Beneficii esse deberet instructus, examinatus, ac approbatus in cantu Gregoriano (quibus requisitis prædictus minimè erat dictus Benedictus) eundem admisit ad distributionum participationem sub pactis, & conditionibus, quod hæc admissio intelligeretur ex mera gratia in exemplum non deducenda; quod restricta, & limitata esset ad annum duntaxat; quodque intra dictum tempus cantum addisceret; adeout eo elapso, quatenùs canendi facultate non polleret, de facto, ac propria authoritate privari posset ab ipsa Communitate distributionibus quotidianis.

Acceptavit hujusmodi onera Benedictus; eum tamen ea subinde adimplere recusaverit, ex quo ab hac obligatione dictum Beneficium omninò immune esse prætendebat, à dicta Communitate, distributionibus privatus extitit.

Introducta proinde causa coram Ordinario Gerunden., canonizata ab eodem fuit præfata privatio per sententiam definitivam, quam in gradu appellationis revocavit alter ex Judicibus Synodalibus Civitatis Barchinonen. per Sanctissimum specialiter delegatus, & manutentionem in possessione controversas distributiones percipiendi favore Benedicti demandavit.

Appellarunt Beneficiati ab hac sententia, & postmodum, mutato consilio, institerunt coram eodem delegato pro declaratione, ut dictus Benedictus teneretur saltem intonare *per alium*. Verùm rejecta hujusmodi Instantia, habitoque iterum recursu ad Ordinarium Gerunden., voti compotes fieri obtinuerunt, mediante sententia, in qua eidem Benedicto injunctum fuit onus intonandi *per se, vel per alium*.

Quamobrem in gradu ulterioris appellationis commissa mihi causa, disputatis iterum geminis dubiis (super quibus die 23. Junii superioris anni ob suffragiorum discrepantiam nulla capi potuit resolutio) altero super attentatis, & manutentione, de quo in contemporanea mea decisione, & altero super negocio principali, videlicet -- *An possessor Beneficii Diaconalis teneatur per se, vel per alium intonare Psalmos in Choro* -- convenerunt DD., quod *per se ipsum* non teneatur; an verò *per alium* cum in hoc non fuerint concordes, demandarunt, ut causa iterum proponatur, & videant quinimo & sextus.

Fundamentum resolutionis stetit in eo, quod Communitas Benificiatorum, tam coram Delegato Apostolico, quàm coram Episcopo Gerunden., sive ejus Vicario Generali, petiit declarari, quod Benedictus intonandi onus adimplere teneretur *per se, vel per alium*, prout obtinuit ab eodem Vica-
1 rio, cujus sententiam etiam acceptavit; proindeque infertur, quod eam ampliùs impugnare non potest, ad tradita per *Mut. dec.* 82. *n.* 3. & *seqq.*, *Rot. dec.* 626. *n.* 11. *par.* 18., *dec.* 209. *n.* 28. *p.* 19. *rec.*, & *in Romano Cambii* 11. *Aprilis* 1707. §. *At superfluum cor.*
2 *R. P. D. meo Scotto*, quodque vigore dictæ alternativæ excluditur prorsùs favore Benedicti quælibet necessitas intonandi per se ipsum *cap. in alternativis de Reg. jur. in* 6., *l. pleramque* §. *final. ibique gloss. in verb. electio ff. de jur. dot.*, *Rot. cor. Merlin. dec.* 841. *n.* 7., & *dec.* 207. *n.* 5. & 6. *p.* 5. *recen.*

Eoque magis, quia hujusmodi necessitas
3 nullatenùs probatur, nec ex lege fundationis, nec ex Statuto Ecclesiæ, neque demùm ex consuetudine, ideoque eidem subjici nequit possessor dicti Beneficii, maximè sub pœna amissionis, & privationis distributionum, ut tradunt *Monet. de distribut. part.* 2. *q.* 18. *n.* 54., *Barbos. de Canonic. & Dignitat. cap.* 15. *n.* 23., *Card. de Luc. de Canonic.*, & *capit. disc.* 19. *nu.* 18., *Rot. cor. Baratt. dec.* 758.

758. *n.1. ibique Alden. n.*10.
Et sanè respectu ad legem fundationis, &
Statutum nulla cadit difficultas, cum de illis
nullibi constet; ex consuetudine verò, quan-
do etiam legitimè probata esset (super quo
agendum erit in discussione, & repropositio-
ne supradicti dubii quoad secundam partem)
adhuc tamen præcisum hoc onus non elici-
tur; nam enunciativæ emissæ, tam in visita-
tionibus Episcoporum, quàm in antiquis co-
dicibus in Archivio Episcopali Gerunden.
4 existentibus, ultra quod utpotè extractæ
pendente lite, ac absque partis citatione
nullum probationis gradum constituere
possunt *Rot. dec.*419. *n.*4. *p.*14., *dec.*2. *n.*10.,
& 11., & *dec.*452 *n.*1.*p.*18. *rec.*, præseferunt
solùm, quod possessor Beneficii Diaconalis
teneatur intonare Psalmos in Choro, cum
5 autem non exprimant, quod hoc onus per
ipsum præcisè adimplendum sit, eidem
propterea subjici nequit ex famigerata *Lap.
allegat.*35., & *allegat.* 117. *utrobique nu.*2.,
*Rot.cor. Bich. dec.*467 *n.*19.& *seqq.*, & *cor.
Priolo dec.*84.*n.*8.& 9., & *in rec.dec.*155. *n.*2.
*pars.*4.
Absque eo quod obstare valeant nonnullæ
admissiones Diaconorum factæ prævio exa-
mine super ipsorum peritia in cantu; indè in-
ferendo obligationem intonandi per se ipsos.
Quoniam illæ restrictæ sunt ad tres dumta-
xat Diaconos; cumque deinde ad possessio-
6 nem ejusdem Diaconatus, & distributionum
participationem alii quatuor admissi fuerint
sine ullo præcedenti examine, optimè datur
intelligi, quod cantus peritia in ipsis præci-
sè non requirebatur, quodque præcedens
7 observantia per subsequentem contrariam
penitus sublata extitit, ex firmatis per *Rot.
cor.fan.mem Alexand.VIII. dec.*159. *n.*13.,
& *seqq.*, & *in rec dec.*267. *n.*14., & *dec.*352.
*n.*28. & 29.*p.*16., & *in Carpentoracten.juris-
dictionis* 11.*Maii* 1699. §. *Cumque in con-
trarium*, & *in Imolen. Administrationis
Sacramentorum* 11.*Januarii* 1704. §. *Haud
subsistente cor. Rmo Gieunen.*
Minusque relevant testium depositiones
asserentium, Diaconos intonandi munus per
se ipsos adimplere consuevisse; tum quia
8 nonnulli ex eis sunt Beneficiati, & proinde
tanquam deponentes ad proprium commo-
dum, & favorem nullam fidem merentur,
ad *Text.in cap.tuas*, & *cap nuper de testib.*,
*Rot.cor.Cavaler. dec.*140. *num.*2.& *seqq.*, &
*cor.fan.mem. Alexandr. VIII. dec.*10. *n.*56.
*cum concordantibus adductis in Illerden.Vi-
gesimæ, seu Salarii* 24. *Novembris* 1702. §.
Quo enim cor.me. Tum quia eorum deposi-
tiones eliduntur ab aliis testibus referenti-
bus, quod tres Diaconi antecessores canendi
facultate nullatenis pollebant; & per con-
sequens, quod nunquam per se ipsos intona-
9 verint. Quibus propterea, utpotè pariter
Beneficiatis, & deponentibus contra pro-
priam Communitatem cum distinctione tem-
porum, ac personarum plenè deferendum
venit, *Rot.cor.Gregor. dec.*351.*n.*15. *cor.Du-
noz jun. dec.*285. *n.*6., *cor. Cerr.dec.*895. *n.*6.,
& *cor.Emer.jun. dec.*66. *num.*5., & *dec.*703.
*num.*2.
Atque hæc eo facilius admittenda esse
censuerunt Domini animadvertendo, quod
possessor sæpedicti Beneficii tenetur Missis
solemnibus semper inservire, associare San-
ctissimum Viaticum, interesse dum ægrotan-
tibus extremæ unctionis Sacramentum mi-
nistratur, Crucem in Processionibus deferre,
10 aliaque peragere, quæ omninò incompati-
bilia sunt cum ejusdem assistentia in Choro:
pernecesse concludendum venit, quod onus
intonandi Psalmos, ipsi præcisè injunctum
non sit, potiorique ratione, attentis omni-
11 bus præfatis oneribus applicatur in hypo-
thesi censura *Text. in Canon.*2. *dist.* 92., ubi
litteraliter disponitur, quod ab officio can-
tandi Diaconi sint exempti *nedum vocis mo-
dulationi student*, *Altaris ministeria negli-
gant.*
Constabilito ex his, quod Benedictus nul-
lo jure teneatur intonare Psalmos in Choro
per se ipsum, perperam Communitas Bene-
ficiatorum confugere satagit ad ejus obliga-
tionem, in qua promisit intra annum addis-
cere cantum Gregorianum, ad hoc, ut post-
modum intonandi onus per se ipsum explere
12 posset. Etenim hujusmodi obligatio ab ip-
sismet Beneficiatis remissa fuit, ex quo iam
coram Judice delegato, quàm coram Vica-
13 rio Generali Gerunden. institerunt pro de-
claratione, ut benedictus saltem per alium
intonare teneretur, quod utique quamcun-
que necessitatem intonandi per se ipsum ex-
cludit ex supra firmatis in §. *Fundamentum
resolutionis*. Cessatque omnis hæsitatio, quia
Benedictus sese obligavit sub præsupposito
quod Diaconalis Beneficii possessor omninò
instructus esse deberet in cantu Gregoriano;
14 quodque alias distributionum participatio-
ne privari posset; proindeque eadem obliga-
tio tanquam emissa ex erronea, & falsa cau-
sa nullo modo subsistere valet, per *Text. in
l. si per errorem ff.de jurisdict. omn. Judic l.
cum putarem ff.fam.bercifcund.*, *leg.si ex fal-
sis* 42. *C. de transact*, *Menoch. cons.*91. *n.*26.
& 40. *cum pluribus seqq.*, *Paris.cons.*96.*n.*24.
*lib.*1., *Andreol. contr.*246. *n.*18., *Rot. coram
Priol. dec.*208. *n.*21. *dec.*60. *num.*1., & *seqq.
p.*5., & *dec.*55.*n.*5.*p.*14. *rec.*
Et ita, utraque &c.

GERUNDEN. DISTRIBUTIONUM DE OLOT SUPER MANUTENTIONE, ET ATTENTATIS.

Lunæ 30. *Aprilis* 1711.

ARGUMENTUM.

Judex post interpositam appellationem suam sententiam exequi nequit: secus cum ab eadem fuerit recessum denuò coram ipso instando. Quando ex Signaturæ rescripto *De appellatione* attentatorum purgatio prohibi-
ta

ta sit, nèc ne. Attentata juris ad differentiam aliorum facti cum constat de bono jure attentantis, non sunt purganda. Privatus possessione quando ideo manutentione non privetur, & distributiones à quo tempore debeantur etiam sine admissione ad illas. Cætera habes etiam in superiori decisione, in cujus eadem causa hæc est.

S V M M A R I V M.

1 *Judex delegatus post interpositam appellationem, ad executionem sui judicati, absque vitio attentatorum, procedere non potest.*

2 *Limita cum appellans ab appellatione coram eodem subindè redeundo, & instando recessisse dicatur.*

3 *Clausula* -- De appellatione -- *attentatorum purgationem præservare intelligitur.*

4 *Limita cum super attentatis fuerit institum in Signatura, & super eis non rescripserit.*

5 *Attentata cum non sunt facti, & in spretum inhibitionis, sed juris, quando constat de bono jure attentantis, purganda non sunt.*

6 *Possedisse probatum est illum, qui ea re fuit privatus.*

7 *Manutentio possidenti debetur.*

8 *Privatio nulla, atque injusta, à qua statim fuit reclamatum, quin se pro spoliato habuerit privatus; manutentionem non impedit.*

9 *Privationis pæna nunquam absque Judicis declaratione incurritur, etiamsi ipso jure imposita esset, & cur?*

10 *Privatio distributionum non datur ob non adimpletum onus, cui obstrictus quis non erat.*

11 *Possessio sub conditionibus, & pactis capta manutenibilis non est, cum jam ex defectu adimplementi resoluta remanserit.*

12 *Obligatio emissa ex erronea, & falsa causa nullo modo sustineri potest.*

13 *Conditio in uno actu appositam alium præcedentem, & liberè factum non afficit.*

14 *Distributiones ad differentiam aliorum fructuum debentur ab ipso momento, quo capta fuit beneficii possessio, nec est opus ad eas admissione.*

DECISIO DCLXVI.

PRæsupposita facti serie in contextuali mea decisione super negocio principali luculenter exposita, cum post interpositam appellationem à sententia Judicis delegati decernentis manutentionem favore Benedicti, Communitas Beneficiatorum, illius prosequutionem omittendo, institisset coram eodem Judice pro declaratione, ut Diaconus saltem per alium intonare teneretur Psalmos in Choro, iste rejecta eorum instantia, in sequelam manutentionis mandavit restitui præfato Benedicto distributiones, quibus privatus fuerat, prout de facto restitutæ fuerunt.

Verùm prætendente dicta Communitate, quod postremum hoc Judicis mandatum attentatorum vitio laboraret, quodque Benedicto nullatenùs debita esset manutentio, hinc iterùm disceptandum proposui dubium attentatorum, ac manutentionis complexivum, & DD. *Non constare de attentatis, & dandam esse manutentionem Benedicto responderunt.*

Et sanè non constat de attentatis; quia licèt post interpositam appellationem Judex
1 delegatus ad exequutionem sui judicati absque vitio attentatorum procedere non posset, attamen cum Beneficiati appellantes ad eundem Judicem subindè redierunt, & co-
2 ram eo institerint, ut Benedictus ad intonandum per se, vel per alium compelleretur, evidens est, ipsos à dicta appellatione recessisse; ad notata per *DD. in cap. gratum de offic. delegat., & cap. cum venissent de testib., Scacc. de appellat. q 7. limit 2. n. 14., Lancellot. de attentat p. 2. cap. 12. in præfat. num. 15. cum seqq., Rota cor. san. mem. Alexandro VIII. dec. 228. num 8. & 9., & in rec. dec. 728. n. 21. p. 4. tom. 3, & dec. 244 n. 16 p. 10.*

Non obstat, quod Signatura Justitiæ præ-
3 dictam appellationem canonizaverit rescribendo cum clausula *de appellatione*, & per consequens attentatorum purgationem præservare intellexerit; ultra quod enim objectum in hypothesi retorqueri posset animadvertendo, quod eadem Signatura nihil om-
4 ninò non rescripsit super attentatis. pro quorum purgatione acriter instabant Beneficiati: cessat omnis difficultas, ex quo etiamsi reverà commissa dici possent; adhuc tamen
5 cum constet de bono jure attentantis, eique debita sit manutentio in possessione percipiendi controversas distributiones; cumque non agatur de attentatis facti, & dolosis in spretum inhibitionis patratis; sed de attentatis juris, nulla æquitas patitur, ut in hoc casu eorum purgatio demandanda veniat; ad tradita per *Card. de Luca de præeminent. disc 26. n. 7. & 8., Rot. cor. Cerr. dec. 91. n. 3., & seqq., in Romana seu Reatina fideicommissi super attentatis 28. Aprilis 1698. §. Altera verò ratio coram Emo Domino de la Tremoille, in Pisana bonorum super attentatis 13. Aprilis 1701. §. Et tamen, & in Romana seu Mexicana depositi eleemosynarum 2. Maii 1704. §. finali cor. me.*

Quod autem Benedicto concedenda sit manutentio, in dubium revocari non potest;
6 constat enim de ejus possessione exigendi distributiones, de quibus agitur, eo ipso quod à Beneficiatorum Communitate illis privatus fuit, juxta regulam *Text. in l. decem ff. de verb obligat, & in l. Titio usufructus ff. de condit., & demonstrat., quam in his terminis expendit Rota dec. 468. n. 1. post Postb. de manut., & in Lauretana manutentionis 25. Junii 1700. §. Ab hoc tamen cor. Rmo Con-*
7 *chen.*, ideoque in ea manutenendus venit; ex vulgatis juribus, de quibus *Rota cor. Celso dec. 112., & cor. san. mem. Alexandro VIII, dec. 8. n. 3, & dec. 185 n. 1.*

Nec quidquam obsistere potest dicta pri-

vatio, quia cum apertè nulla, ac injusta de-
8 tegatur, inefficax omninò dignoscitur ad impediendam manutentionem favore Benedicti, qui statim ab illa reclamavit, nec pro spoliato se habere passus est, *Rota coram Buratt. dec.60. n.10., cor. Dunozet. jun. dec. 642. n. 11., & in Tarraconen. eleemosynarum 2. Julii 1703. §. Hispositis coram Rmo Giennen., & in Thermulana manutentionis 15. Februarii 1704. §. Probata cor. Reverendissimo D. meo Decano.*

Nullitas clarè emergit, ex quo Communitas Beneficiatorum ad illam infligendam devenit de facto, & propria auctoritate,
9 cum tamen certum sit, quod privationis pœna, utpote gravissima nunquam absque Judicis declaratione incurratur, etiamsi ipso jure imposita esset, ut per *Gloss. in Clemen. præsenti verbo constiterit de censib., & in l. Jubemus secunda §. Æconomus verb. privetur Cod. de Sacrosf. Eccles., tradunt Monet. de distribut. p.2.q.19.n.6. & seqq., Pignatell. consult.88.nu. 120. tom.9., Rot. in rec. dec.255. n.2., cum Concordan. in Lauretana manutentionis 25. Januarii 1700. §. Objectum enim cor. Rmo Concheu.*

Injustitia verò æque patenter convincitur ex eo, quod Beneficii Diaconalis possessor non tenetur per se ipsum intonare Psalmos in Choro, ut probat dicta mea contextualis
10 decisio, proindeque ob omissum adimplementum oneris, ad quod obstrictus non erat nullo modo, absque injustitiæ nota, dictæ privationis pœna eidem irrogari poterat, ut de se patet.

Non attenta replicatione, quod hujusmo-
11 di onera acceptata fuerint à Benedicto, quodque possessio sub eorum conditione, & pactis capta manutenibilis non sit, eum jam ex defectu adimplementi resoluta remanserit. Etenim quoad ejus acceptationem, & obligationem recurrunt deducta in sæpedicta contemporanea mea decisione §. *finali*,
12 quod scilicet, utpote emissa ex insubsistenti, & erroneo supposito, nullius omnino roboris censeri debeat.

Quo verò ad possessionis resolubilitatem, hæc utique nullo modo subsistit, tum quia
13 respicit tantùm actum admissionis ad distributionum participationem, ideoque afficere non potest possessionem Beneficii liberè. & absque ulla conditione per Benedictum præcedenter apprehensum; tum quia constito, quod nullatenus per se ipsum intonare teneatur, prædicta admissio superflua omninò convincitur, ex quo distributiones ad differentiam aliorum fructuum debentur ab ipso momento, quo capta fuit Beneficii possessio, *Monet. de distribut. p.2. q.19. n.39., Garz. de Benefic p.3 cap.3.n.60., Barbos. de Canonic., & Dignit. cap 17.n.26 cum concordan. adductis per Rotam in Illerden. distributionum 20. Februarii 1702. §. Cum enim coram Rmo Concheu.*

Et ita utraque &c.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE BAVOSIIS SUPER REINTEGRATIONE.

Lunæ 4. Maii 1711.

ARGUMENTUM.

Heres ad certum tempus investire gravatus, nisi adimpleverit, quando, & quid resarcire teneatur? Emptio proprio nomine ex pecuniis fideicommissariis facta a gravato, sed in libris adnotata pro expleta favore fideicommissi, quando, & cujus comodo vergat.

SUMMARIUM.

1 *Tres Sententiæ validæ, & justæ rem judicatam constituunt, læsionemque excludunt.*
2 *Restitutioni in integrum locus non est deficiente læsione.*
3 *Heres gravatus dolosè non distrahens res fideicommissarias nec deficiens in sibi demandoto investimento in propriis bonis hypothecam non contrahit, nec reintegrare tenetur.*
4 *Heres deficiens in investimento mobilium a Testatore demandato, pro summa, pro qua eadem mobilia ipse ascendere substinuit, saltem reintegrare debet.*
5 *Bona Testatoris fuisse non probatur, si postquam hæres talia esse declarari institerat, tamen postea fuerunt jura præservata, & recessum subindè.*
6 *Onus investiendi limitatum ad tempus, quod vivente primo gravato expiravit, non officit ulteriori.*
7 *Decisiones sunt supponendæ.*
8 *Hæres investimentum demandatum, licet ad tempus limitatum, quod expiraverat non implens, quando ut illud conficeret bona occupaverat, culpam, & dolum committit, & ideo hypothecam legalem in suis bonis inducit.*
9 *Declara conclusionem procedere, quotiescumque bona distraxisset, & in proprios usus consumpsisset.*
10 *Secus si ad commodum vocatorum reservavit.*
11 *Heres fideicommissarius si non investiat quando præceptum vivente gravato expiraverat, dolum, & culpam non committit, & cur?*
12 *Heres gravatus de jure, seposita hominis dispositione non tenetur esse sollicitus de investimentis capitalium ad commodum fideicommissi.*
13 *Bona fideicommissaria, quæ a gravato restituta non probantur successivè vocatis, præsumuntur ab eodem distracta.*
14 *Limita hanc præsumptionem locum non habere contra tertios Possessores; nisi contrarium probetur, et cur?*
15 *Maxime cum substituti fuerint filii, et hæredes dicti gravati.*
16 *Emptio a gravato facta pro se, fuit hæredibus, et successoribus quibuscumque, licet foret ex pecuniis fideicommissariis ipsius patri-*

patrimonium evadit, ne super ea fideicommissarii ullam intentare valent actionem.

17 *Quod amplia etiam si tanquam communis, et fideicommisso subiecta in libris fuerit descripta. Nam si emptio taliter facta ab instrumento appareat, talis descriptio non obstet: quod secus esset si eadem aliunde non appareret.*

18 *Res fideicommissaria ea non dicitur, quę in donatione discriminatim a bonis pro fideicommisso acquisitis tanquam libera describitur.*

19 *Frustra petitur, quod intus adest.*

DECISIO DCLXVII.

Reintegrationem Fideicommissi Joannis de Bavosiis super bonis *del Trebbo* hæreditariis Hieronymi, & si semel, atque iterum tàm coram R. P. D. meo Scotto, quàm coram R. P. D. meo Aldrovando fratribus de Bavosiis denegandam esse censuerit nostrum Tribunal, prout præcedenter etiam usque ab anno 1677. declaraverat clar. mem. Cardinalis Bonacursius tunc Bononię Legatus: attamen adhuc non acquiescentibus prædictis fratribus, propriaque jura in ulteriori instantia coram me experiri satagentibus, disceptandum hodie proposui consuetum dubium, & DD. *constare de re judicata*, non autem de causis restitutionis in integrum, responderunt.

Et sane clara est res judicata, attento numero trium sententiarum, quæ cum validi-
1 tatem, & Justitiam undequaque præseferant, utique rei judicatæ robur assumunt, ex vulgatis Juribus, de quibus *Rota coram Emer. jun. dec. 53., et dec. 96. utrobique n. primo et in rec. dec. 663. n. 3.*, omnemque exclu-
2 dunt læsionem, sine qua restitutioni in integrum locus esse non potest, juxta regulam *text. in l. Verum §. Secundum ff. de minor. cor. Priolo dec. 164. n primo, et in Romana Salviani, seu locorum montium 17. Aprilis proximi præteriti §. Et sane coram me.*

Justitia autem cum validitas in dubium non revocetur, plenè resultat, ex quo actores nullatenus probant, quod Hieronymus mobilia ad fideicommissum spectantia
3 dolosè distraxerit, quodque in investimento a fideicommittente demandato defecerit, & proinde quemadmodum super ejus bonis favore vocatorum nulla competit hypotheca, ita exclusi remanent a prætensa reintegratione, ut consentaneè ad authoritates adductas in decisionibus hujus causæ 30. *Januarii 1708. §. Presupposito cor. R. P. D. meo Scotto, et 21. Junii 1709. §. Rursus coram R. P. D. meo Aldrovando* responsum fuit *in Bononien. fideicommissi de Ghisleriis super reintegratione 21. Martii 1710. §. Exordiendo cor. eodem R. P. D. Scotto.*

Nec quidquam ad intentum concludere posse visa sunt ea, quę ex facti serie altius reassumpta a scribente pro dd. fratribus de Bavosiis adducebantur: quod scilicet constans sit in facto, prædictum Hieronymum occupasse universam Vincentii fratris hæreditatem, & signanter mobilia, ad quæ inter alia mox adnectenda restringitur præsens quæstio, declarando, quod omnia ad fideicommissum Joannis spectabant: quod hoc ipsum in nostro Tribunali, usque ad rem judicatam canonizari obtinuit, prævils decisionibus editis coram Cerro, & coram Ghislerio: quodque iterum subinde assumptum mordicus sustinuit tam in quampluribus præteritis disputationibus, quàm in transactione inita cum Laura d. Vincentii filia, &
4 per consequens denegari non possit reintegratio fideicommissi saltem pro nunc in summa librarum 13882., ad quam ascendit valor supradictorum mobilium, ex quo eorum investimentum ad commodum ejusdem fideicommissi contra præceptum Testatoris a d. Hieronymo omissum fuerit.

Etenim animadverterunt DD., quod licet ab initio Hieronymus declaraverit omnia prædicta bona obnoxia esse fideicommisso Joannis, & cum hoc supposito pertransierint præfatæ decisiones; attamen deinde in
5 sententia a cla. me. Card. Certo prolata modificatæ fuerunt per hęc verba, *sine tamen præjudicio d. Hieronymi quoad illa bona, quæ per ipsum, et cum ejus propriis pecuniis fuerunt acquisita*, & in ulteriori causæ discussione clarius enituit dd. decisionum reformatio: nam coram bo. me Verospio resolutum extitit; *mandatum Rotale esse reformandum quoad medietatem capitalium*; prout resultat ex facto inter partes concordato, & præcisè notant omnes hujus causæ decisiones super immissione præsertim 18 *Junii 1696. §. Menius officit cum seqq., et in ejus confirmatoria 17. Junii 1697. §. Talisque voluntas coram bo. me. Ursino, et 9. Januarii 1699. §. Quibus positis cor. Reverendissimo D. meo Decano*, eamdemque præservationem continent transactio, & peritiæ ex post celebratæ, ut prosequitur *d. decisio 18. Junii 1686. §. Et demum cum seqq. cor. bo. me. Ursino, et 6. Martii 1705. §. Non attento cor. R. P. D meo Scotto.*

Verùm quando etiam apertè constaret, quod sæpedicta bona cum hujusmodi qualitate fideicommissaria ad Hieronymi manus pervenissent; adhuc tamen non inde melior evaderet Actorum conditio ad obtinendam prætensam reintegrationem, quia nullo modo probant mobilium distractionem; & frustra iterum confugere satagunt ad omissionem investimenti. Quemadmodùm enim fenu-
6 per in hac causa ponderatum fuit, quod onus reinvestiendi restrictum & limitatum erat ad duodenarium, quod cum expiraverit vivente Vincentio primo hærede gravato optimè datur intelligi, quod Hieronymus d. testatoris præcepto nullatenus affici poterat, *Rota dec. 4.*, & signanter *n. 6.*, *& dec. 1090. num. 4. cor. Emerix jun.*, & firmatum fuit *in d. dec. super immissione 6. Martii 1705. §. Nec ob-*
7 *stat cor. R. P. D. meo Scotto*, quæ venit supponenda.

Non

Non attenta replicatione, quod vivente
Vincentio expiraverit quidem duodennium,
sed non præceptum testatoris, eo ipso, quod
ejus adimplementum in se assumpserat Hie-
ronymus, occupando hæreditatem Vincen-
tii ad præcisum effectum reintegrandi fidei-
8 commissum. Quamobrem eum hujusmodi re-
integrationem nunquam complêverit me-
diante investimento, quo hæredibus fidei-
commissariis consultum esset; indè infereba-
tur ad ejus culpam, & dolum, ex quibus per
consequens inducta dici debeat hypotheca
legalis super ejus bonis, juxta firmata in *Bo-
nonien. fideicommiss. de Ghisleriis super re-
integratione 7. Decembris 1705. §. Quoniam
cor. Reverendiss. D. meo Decano* confirmata
14. *Aprilis 1707. §. Non relevante cum seqq.,
& 21. Martii 1710. §. Tota igitur difficultas
cum pluribus seqq. cor. R. P. D. meo Scotto.*

Objectum siquidem procedere posset, quo-
9 tiescumque Hieronymus dictam hæredita-
tem Vincentii distraxisset, ac in proprios
usus consumpsisset, in quibus terminis lo-
quuntur decisiones mox adductæ, ut etiam
advertit *Decisio R. P. D. mei Aldrovandi §.
Et hinc*, & latè videre est in *dicta posteriori
decisione 21. Martii 1710. cor. R. P. D. meo
10 Scotto.* Secus autem, dum illam ad commo-
dum vocatorum integrè conservavit; nec de
ulla culpa, aut dolo redargui potest, ex quo
11 neglexit ejusdem investimentum; quia, ut
toties dictum est, præceptum testatoris de
investiendo, utpote limitatum ad duoden-
nium, eo terminato protrahi ad ipsum mi-
nimè poterat; seposita autem dispositione
12 hominis, nullo profecto jure cautum repe-
ritur, ut hæres gravatus sollicitus sit de in-
vestimentis capitalium ad commodum, &
utilitatem fideicommissi, ut præter adductos
in *dec. R. P. D. mei Aldrovandi §. Hæc au-
tem in fin.*, tradunt *Peregr. de fideicom. art.
44 n. 28. & 29., Fusar. de substit. q. 627. n. 10.
& 11., Rot. cor. Priolo dec. 294. n. 22. & 23.,
& cor. Emer. jun. dec. 1142. n. 3., & in rec. dec.
70. n. 4. p. 9, & dec. 303. n. 4. p. 11.*

Absque eo quod attendi mereatur respon-
13 sio, quod cum nullo modo constet Hiero-
nymum restituisse prædicta mobilia successi-
vè vocatis, hæc præsumi debent ab eodem
distracta extitisse. Inefficax enim penitus
redditur hujusmodi simplex præsumptio in
14 hypothesi, in qua ex supra firmatis, persp-
picuæ, & concludentes alienationis proba-
tiones requiruntur; semperque suffragatur
tertiis possessoribus sola possibilitas, quod
illa hæredibus fideicommissariis restituta
fuerint, & ab ipsis subindè distrahi potue-
15 rint, maximè cum substituti in dicto fidei-
commisso fuerint filii, & hæredes dicti Hiero-
nymi, ut animadvertit, & probat *dec. R. P.
D. mei Scotti §. In hypothesi cum seqq.*

Agnoscebant fratres de Bauosiis neque ex
omissione investimenti, multoque minus ex
prætensa mobilium alienatione, sibi compe-
tere posse reintegrationem: proindeque ex
novo defensionis præsidio eam desumere sa-
tagebant, supponendo, quòd Hieronymus
unà cum Vincentio fratre supradicto in em-
tionem prædii *del Trebbo* erogaverit pecu-
nias sociales pro investimento favore fidei-
commissi destinatas, quodque etiam domum
fideicommissariam distraxerit.

Verùm pari fato insubsistens apparuit eo-
16 rum prætensio, nam dictum prædium emp-
tum fuit à Hieronymo pro se, suisque hære-
dibus, & successoribus quibuscumque, ideo-
que evasit liberum patrimonium ipsius, su-
per quo per consequens nullam intentare
valent actionem, ut tradunt *Urceol. de tran-
sact. q. 82. n. 37., & seqq., Andreol. contr. 182.
n. 2, Rota in Romana fideicommissi Jo. Pe-
tri sen. de Caffarellis 5. Junii 1699. §. Cum
igitur & seqq., & 13. Junii 1701. §. Minus
relevat cor. me*, cum concordan. adductis
in *dicta dec. super immissione 10. Iunii 1701.
§. Siquidem cor. R. P. D. meo Ansaldo.*

Haud relevante, quod descriptum subin-
de fuerit in libris socialibus tamquam com-
17 mune Vincentii, & Hieronymi. Hujusmodi
enim descriptio suffragari posset, quoties
aliunde contrarium non probaretur. Cum au-
tem in hypothesi concurrat instrumentum
acquisitionis dicti prædii factæ à Hieronymo
pro se, suis hæredibus, & successoribus qui-
buscumque, hoc utique prævalere debet, ad
firmata per *Gratian. discept. forens. cap. 547.
n. 10., Rota in omnibus decisionibus hujus
causæ, & signanter 17. Junii 1697. §. Abs-
que eo quod cor. bo. me. Ursino, & 9. Januarii
1699. §. Quoniam cor. Rmo D. meo Decano,
10. Junii 1701. §. Et quidem cor. R. P. D. meo
Ansaldo, & 6. Martii 1705. §. Neque sub-
sistit cor. R. P. D. meo Scotto.*

Minus obstat, quod Hieronymus de tem-
pore emptionis dicti prædii, nec tantam ra-
tam capitalis, nec lucri in dicto negocio ha-
beret, quæ ejusdem valoris correspondere
posset, adeout dicendum sit, quod acquisitio
expleta fuerit cum pecuniis Vincentii. Ete-
nim difficultas cessat ex facto, ponderando,
quod usque adhuc pretium integraliter per-
solutum non fuit, & nonnullæ solutiones mi-
nutatim factæ fuerunt ab anno 1629 ad an-
num 1637., quo temporis decursu Hierony-
mus lucra in notabili quantitate assecutus
fuerat, ut præcisè respondet *dicta decisio su-
per immissione 16 Iunii 1701 §. Statim quip-
pe cor. R. P. D. meo Ansaldo.*

Tandem quoad domum animadvertunt
DD., quod, licèt acquisita fuerit à Vincentio
& Hieronymo, attamen nullo modo proba-
tur obnoxiam esse fideicommisso Joannis;
18 imò contrarium clarè resultat ex donatione
facta per dictum Vincentium favore Hiero-
nymi, in qua distinguendo bona acquisita
pro fideicommisso à propriis, eandem do-
mum pro medietate recenset inter bona
propria. Nec ullum fundamentum iterum
constitui potest super decisionibus clar. mem.
Card. Cerri; quia ut sub initio dictum est
modificatæ, & reformatæ fuerunt.

Præterea venditio dictæ domus facta exti-
tit

tit cum pacto redimendi, prout de facto redempta fuit, actuque eandem inhabitant A c-
19 tores, quibus proinde obstabat vulgata regula, quod frustra petunt, quod intus habent, de qua ad rem, *Rota cor. Emer. jun. dec.* 964. *nu.* 1., *& in Romana fideicommissi Mutii de Bubalo super jactu domorum 4. Aprilis* 1704. §. *Impensa verò cor. R. P D. meo Ansaldo, &* 23. *Martii proximè præteriti* §. *Et sanè coram me.*

Et ita, utraque &c.

NEPESINA DONATIOOIS.

Lunæ 4. *Maii* 1711.

ARGUMENTUM.

Donatio occasione matrimonii facta matri, & filiis principaliter consideratis etiam filias proprio jure venientes comprehendit, saltem per posterius, ubi adest statutum fæminas propter masculos temporaliter excludens. Investitura excluditur, quæ habet sententiam, vel titulum contrariumà Papa confirmatum. Hæres qui restitutionem in integrum obtinuit adversùs inconsulto aditam hæreditatem auctoris factum servare, non tenetur. Neque evictionem prætendere potest, etiam si generaliter promissam, qui emit cum scientia vinculi restitutionis. In rebus maximi præjudicii intimatio domi dimissa copia Procuratori facta necessariam certam scientiam non inducit.

In hac causa super apertione oris est superior decisio 651.

SUMMARIUM.

1 *Immissio denegari non potest cum ejus requisita concurrant.*
2 *Donatio causa matrimonii, in qua principaliter mater, atque ejus filii vocantur, habetur tanquam duplex, alia erga matrem, altera erga filios.*
3 *Et in ea unusquisque ex propria persona independenter vocatus censetur.*
4 *Secùs quando filii sunt vocati uti donatariæ heredes.*
5 *Nomine filiorum veniunt etiam fæminæ in donatione.*
6 *Decisiones sunt supponendæ.*
7 *Statutum Nepesinum fæminas non perpetuò, sed temporaliter excludit.*
In donatione in qua filii cum matre principaliter sunt contemplati; nomine filiorum non veniunt fæmina, ubi adest Statutum exclusivum fæminarum, cui donatarius censetur se conformasse.
8 *Distingue conclusionem procedere ubi exclusio statutaria esset perpetua.*
9 *Limita ubi esset temporalis, & fæmina veniat per posterius masculis donatariæ præmortuis.*
10 *Investituræ prætensio cessat, quæ aliàs per sententiam fuit rejecta.*
11 *Investitura exclusiva dicitur, quando fuit eadem res ab alio donata, & à Pontifice donatio confirmata.*
12 *Immissio solùm retardari potest ab exceptionibus incontinenti probatis.*
13 *Qualitas hæreditaria non impedit, quin factum auctoris possit ex proprio jure impugnari ab eo, qui restitutionem in integrum obtinuit adversùs inconsultò aditam hæreditatem.*
14 *Obtinens restitutionem in integrum adversùs inconsultò aditam hæreditatem res modici valoris, subinde descriptas compensat cum fructibus sibi in magna summa debitis.*
15 *Emens scienter rem restitutionis vinculo obnoxiam uti emens jus vitalitiam agere non potest de evictione.*
16 *Amplia etiam si evictio sit promissa, & cur?*
17 *Præsertim si promissio evictionis est generica non specifica super vinculo expresso.*
18 *Evictionis specifica obligatio requiritur super vinculo fideicommissi, ad hoc ut emens cum illius scientia ex evictione possit agere*
19 *Interpellatio domi dimissa copia Procuratori sine mandato facta nequit inducere præcisam certam scientiam in re maximi præjudicii requisitam.*

DECISIO DCLXVIII.

POst obtentam coram me sub die 18. Junii proximè præteriti oris aperitionem adversùs Breve fa. me. Alexandri VII Patres Carmelitæ, illique de Ferentillis instaurantes judicium immissionis usque de anno 1652. introductum per Claudiam eorum auctricem, uti comprehensam in donatione facta de anno 1580. à Flaminio Cathalano intuitu certi, & determinati matrimonii contrahendi à Silvia filia, & matre respective curarunt disputari in nostro Tribunali consuetum dubium respiciens non solùm tenutam Ripoli, verùm etiam quandam vineam possessam à Brunetto, illoque in hodierna audientia Dominorum examini per me proposito *affirmativum pro immissione* ad corpora controversa responsum habui.

Ipsis enim satis constare visum de omnibus extremis in hoc immissionis judicio necessariis; quoniam cum inter partes nulla excitaretur difficultas super identitate bono-
1 rum, nec dubium cadere posset super illorum possessione penes reos conventos, ac litem sublitinentes, restringebatur inspectio ad solam vocationem Claudiæ auctricis actorum, quam si DD. existimarunt perperam impugnari, utique ex omnium requisitorum concursu petitam immissionem denegare non potuerunt, ex firmatis per *Rot. dec.* 428. *n* 1. *p.* 18 *rec.*, & in *Camerinen. immissionis* 27 *Iunii* 1710 §. *Et sanè cor. me.*

Et quidem vocatio desumebatur ex clarissima lectura instrumenti donationis expletæ per Flaminium, ubi intuitu certi, ac determinati matrimonii contrahendi à Silvia ejus filia cum Onorio bona de quibus agitur, expressè donata fuerunt tam eidem Silviæ, quàm

illius

illius filiis ex dicto matrimonio nascituris,
ibi -- *Intuitu matrimonii inter prædictos*
Onorium, & Silviam jam contracti, ejusque
gratuitis animo, & voluntate erga prædictam
Silviam, ejus filios prædictos, ut supra, nas-
cituros &c. donavit Silviæ &c.]

Adeout ex prædictis verbis æque princi-
paliter directis ad matrem donatariam atque
2 ejus filios, tamquam duplex haberi debeat
donatio alia scilicet erga matrem, altera ve-
rò erga filios; ad notata per *Fontanell. dec.*
55. n.15., *Rota cor.Celso dec.221.n.5.*, & *cor.*
Merlin. dec 404.n.7., & consequenter unum-
quemque independenter ab altero, ac ex
3 propria persona contemplatum censeri di-
cendum sit, ut præter mox adductas aucto-
ritates, dixit *Rot. in Romana fideicommissi*
11. *Decembris* 1702. §. *Nihilominus coram*
Rmo D. meo Molines Decano, & in illius
confirmatoria 15. *Martii* 1706. §. *Quamob-*
rem cum seqq. cor.me, ad differentiam alte-
4 rius casus, quo filii vocati essent uti hæredes
matris donatariæ, juxta distinctionem tradi-
tam per *Dec. cons.607. n.13. & 14.*, *Fonta-*
nell. de pact. nupt.claus.4. glos.9. p.1. nu.30,
& latè *Donat. Ant.de Marin. resol.jur.lib.2.*
cap.68. per tot., & signanter *n. 7. cum seqq.*,
absque eo quod dubitari possit nomine filio-
5 rum comprehendi etiam fæminas, ut omissis
generalibus, in præcisis terminis quod Clau-
dia sit comprehensa in dicta donatione firma-
vit *Rot.cor.Cerr. dec.386.num.8.*, & *dec.485.*
6 *n.13.,& seq.*, quę decisio de stylo venit suppo-
nenda, ex vulgatis.

Non attento, quod in Civitate Nepesina
7 adsit statutum exclusivum fæminarum, cum
quo donans vocando indefinitè filios cense-
tur se voluisse conformare, restringendo do-
nationem ad masculos; *Rot. dec.487. nu. 19.*
p.19.rec.tom.2. Quandoquidem placuit DD.
8 responsio, quod dicta exclusio statutaria
non sit perpetua, sed temporalis, & restri-
cta ad casum, quo filii masculi extarent, &
in illorum concursu Claudia, successionem,
seu vocationem prætenderet; secùs in præ-
9 senti hypothesi, in qua nulli extabant mascu-
li de tempore apertæ successionis, quia ma-
tri prædecesserant; sicque saltem habere lo-
cum vocationem fæminarum per posterius,
ut advertit *R.P.D. meus Ansaldus in addit*
ad dec.46.n.20., ac firmavit *Rota cor.Emerix*
jun. dec.810. n.4 & 5. pluribusque congestis
in Romana fideicommissi de Palazzuolis 18.
Aprilis 1704. §. *Tertia elicitur cor.bo. mem.*
Muto, & in puncto controversi casus *d. dec.*
485. n.14. cor.Cerro, *& in meà decisione su-*
per aperitione oris §. Respectu verò.

Constabilita Claudiæ vocatione, putarunt
DD. cætera, quæ deducebantur ad impe-
diendam immissionem esse penitus irrelevan-
tia; nam agendo in primis de cessione jurium
reportata per Galeottum à R. Camera Apo-
stolica, eo sub fundamento, quod usque de
anno 1511. fuerint de Tenuta prædicta ab il-
la investiti Paulus & alii de Mancinis; ex fa-
cto constitit, quod de anno 1545. eadem te-
nuta fuit donata à Duce Petro Aloysio Far-
nesio Apollonio Filatreto auctori mediato
Claudiæ, quæ donatio fuit deinde confirma-
ta à sa.me. Paulo III. Cumque hac occasione
fuerit mota lis de anno 1552. super directo
Dominio R. Cameræ prætendentis usque
tunc devolutionem, sententia ipsi contraria
prolata fuit ab Almæ Urbis Gubernatore Judi-
ce delegato, quæ transitum fecit in rem judi-
catam; nec ullo unquam tempore Canones so-
luti probantur, ut latius dictum fuit in citata
mea decisione super aperitione oris §. *Hanc*
autem cum seqq.

Ex quibus omnibus satis superque deduxe-
runt DD. in effectuationem allegatæ investi-
10 turæ factæ de anno 1511., ut in debiliori-
bus terminis ponderavit *Rota dec.452. n.12.*
cum seq. p.13., & *dec.628. n.20. & seq. p.18.*
11 *rec.*, vel in omnem casum, illius revocatio-
nem factam à summo Pontifice, qui donatio-
nem expletam à Duce Farnesio confirmavit,
ut animadversum fuit in mea decisione sæ-
pius allegata §. *Nam respectu.* Hęc omnia eo
magis admittentes, quia quæstio est super
12 immissione, quę solùm valet retardari ab
exceptionibus nulli indagini suppositis, & in-
continenti probatis, *Rot. dec.475. n.11. p.19.*
rec. tom.2., *& alibi passim.*;

Quo verò ad qualitatem hæreditariam,
quam respectu Silvię matris vigere in Claudia
asserebatur; ad hoc ut ipsa censeretur obli-
gata servare venditionem, quæ facta fuit
Galeotto ab eadem Silvia, Domini sunt ar-
bitrati, præfatam qualitatem non obstare;
13 & primò quia jam per duas sententias con-
formes à Claudia fuit obtenta restitutio in
integrum adversùs inconsulto aditam hære-
ditatem matris, ut ex *dd.dec. cor.Cerro 386.*,
& 485.; subinde declarando, ac describen-
14 do omnia bona ad illius manus perventa,
quæ utpote modici valoris compensata sunt,
cum fructibus tenutæ in longe majori summa
debitis à die motæ litis cum jurium produ-
ctione usque de anno 1652., ut firmatum fuit
in *Romana domus* 30. *Martii* 1708. *cor. me*,
& latè *in Romana restitutionis fructuum* 11.
Junii ejusdem anni §. *Cæterum cum seqq.*
cor. R.P.D.meo Ansaldo.

Secundò, quia Silvia vendidit Galeotto te-
nutam, cum expressione, quod ad ipsam
pertinebat durante sua vita tantum; & quod
post ejus obitum ad suos filios (qui tamen
matri prædecesserunt) spectabat, ut proin-
15 de si Galeottus scienter emit rem fideicom-
misso, aut vinculo restitutionis obnoxiam,
sibi imputet, & uti emens jus vitalitium non
potest agere de evictione adversùs hęredes
16 venditricis, etiamsi evictio promissa fuerit:
cum intelligenda sit, quatenus durante vita,
& jure vendentis superveniat, *Rota coram*
Ludovis. dec.90.n.11, *& in rec.dec.377. n.15.*
p.13., ubi concordantes, præcipuè ex quo
17 promissio evictionis est generica, non au-
tem specifica super vinculo expresso, qualis
18 requiritur ad hoc ut vendens, vel ejus hæ-
redes de evictione teneantur, ut pluribus
cumu-

cumulatis firmavit *Rota in Romana locorum montium* 30. Ianuarii 1702. §. *Et quamvit coram me*.

Quę dicebantur circa interpellationem factam Claudiæ à Galeotto, dum molestias à Camera recipiebat, omissis aliis, adhuc Dominis visa sunt nullius momenti ex motivo insinuato in altera mea *decisione super aperitione oris* §. *Quia relevet*, quod nempe in re tanti præjudicii sola interpellatio facta Procuratori, de cujus mandato non constat, & cum intimatione domi dimissa copia nequeat inducere illam scientiam, quæ præcise requiritur, quando agitur de hujusmodi præjudicio inferendo, ut præter allegatos in dicta mea decisione; probant *de Lac. de benefic. disc.* 77. *nu.* 8., *Peregrin. dec. Patavin.* 112. *per tot., & signanter n.* 4., *& seq.*

Huc usque dicta, exceptis iis, quæ respiciunt interesse particulare Galeotti militare dignoverunt DD. etiam respectu vineæ possessæ à Brunetto; undè ad evitandam inutilem repetitionem ad superius firmata se remissivè habuerunt.

Et ita utraque parte &c.

BENEVENTANA NULLITATIS TESTAMENTI SUPER RETENTIONE, QUOAD PARTITAS RESERVATAS.

Veneris 8. *Maii* 1711.

ARGUMENTUM.

Habes ex superdecis. 628., & in hac causa est quoque decis. 627.

SUMMARIUM.

1 *Immissionem jam canonizatam non retardant credita, quæ aliquam turbiditatem patiuntur*, & num. 23.: *sed ad suum congruum judicium remittuntur* num. 22.
2 *Credita, quæ iterum tamquam illiquida rejecta fuerunt, dici nequeunt, nullam turbiditatem admittere.*
3 *Legata, & debita ab Uxore solvenda, quæ habuit plura bona ultra dotem, ex illius bonis a Viro dimissa præsumuntur.*
4 *Inventarium longe antea confectum non probat persistentiam bonorum, & cur?*
5 *Limita si qui bona possedit decessit in minori ætate.*
6 *Et si qui bona possedit potius facultates adauxisse testes deponant.*
7 *Testes ad perpetuam, vel metu excommunicationis deponentes, cum sunt plures, & adminiculati plenam constituunt probationem.*
8 *Simulatio probatur, cum adsunt illius causa, & plures conjecturæ.*
9 *Causa simulandi in viro extinguente proprio nomine debita uxoris habentis plura bona præter dotem sufficiens est, si spe prolis destitutus, saltem hoc modo illius hæreditatem consequi posset.*
Causa simulandi sufficit verosimilis.
10 *Debita uxoris ex propriis illius pecuniis vir solvisse præsumitur, si quamvis inhibitus a solutione non abstinuit.*
11 *Amplia etiamsi inhibitio facta non fuerit creditoribus, sed tantum viro, & cur? remissivè*, & n. 13.
12 *Dohanarum Patentati non gaudent fori declinatoria, sed tantum appaltatores generales, juxta litteras Sacræ Consultæ.*
14 *Testi in judicio civili fidem non tollit simplex affinitas.*
16 *Simulationem suadent cautelæ insolitæ.*
17 *Simulatio de persona ad personam, & de contractu ad contractum est in jure permissa.*
18 *Distingue, conclusionem procedere data realitate actus principaliter gesti. Secus quando ille undequaque simulatus, & insubsistens detegitur.*
19 *Mutuas pecunias de proprio revera dedisse non præsumitur, qui tenue habet patrimonium, sed simulationis coniectura indè depromitur.*
20 *Divisio omnium bonorum dicitur, si appellata fuit divisio hæreditatis, & cur?*
Verbum hæreditas *omnia continet.*
21 *Illatio non fit a diversis.*

DECISIO DCLXIX.

Reportata per Ferdinandum ex benignitate nostri Tribunalis nova audientia, quoad geminas partitas, alteram ducat. 1400., & alteram sc. 350., quæ in decisione ædita coram me 13. Januarii 1710. tanquam turbidæ ad congruū redditionis rationis Judicium remissæ fuerat, illiusque fundamentis ad nouum examen hodie revocatis, cum ea subsistere compertum fuerit, pro persistentia *in decisis* DD. responderunt.

Iterum enim constitit privilegiatum immissionis judicium favore fratrum de Tetragnolis ad hæreditatem Joannæ sororis per quinque uniformes sententias, satis superque
1 consumatum esse; proindeque ad ejus effectum retardandum requiruntur credita adeò clara & liquida, ut nullam penitus turbiditatis notam patiantur; *Gratian. discept. for. cap.* 734. *n.* 13., *&* 14., *Rota cor. Emerix Jun. dec.* 527. *nu.* 11., *& in rec. dec.* 464. *n.* 2., *&* 3. *p.* 9. nam alias ad liquidationis judicium remittenda veniunt, ex adductis in decisione, quæ revidetur §. *Demonstrata*.

Præfatam autem qualitatem utique non præseferunt credita de quibus agitur, eo
2 ipso, quod semel, atque iterum, utpotè prorsùs illiquida rejecta fuerunt; ut optimè ponderat, *Rota dec.* 128. *num.* 5., *& seqq. par.* 18. *rec.*

Et merito quidem, nàm ea procedunt ex duplici motivo, quod Ferdinandus per interpositas personas explevit ad commodum suptadictæ Joannæ, ut legatarios, & creditores Josephi de Abbatibus ejus primi viri dimittere posset; & tamen cum constans sit in facto, quod ex illius hæreditate plura, & plura

plura bona (de quibus in ejusdem, inventa-
rio) penès Joannam remanserunt præter il-
la, quæ in dotem Ferdinando assignata exti-
3 terunt, valida indè insurgit præsumptio,
quod legatarii, & creditores cum dictis bo-
nis extradotalibus dimissi fuerunt, ut pro-
bant auctoritates in d. decisione, quæ revi-
detur §. *Et aggrediendo* cumulatæ.

Absque eo, quod obstare possit exceptio,
quod cum d. Inventarium quinquennio a tè
4 contractum secundum matrimonium con-
fectum fuerit, nihil concludere valeat ad in-
tentum; ex quo bona in eo descripta, & in
dotem non assignata, tam per Antoniam fi-
liam, & hæredem d. Josephi, quam per
5 Joannam ejus matrem distrahi, & consumi po-
tuerint. Etenim respectu ad Antoniam ces-
sat penitus qualibet distractionis præsum-
ptio, animadvertendo, quod ipsa decessit
6 in minori ætate annorum 16. Respectu verò
ad Joannam, tantum abest, quod conclu-
denter probetur objecta dissipatio, ut potius
evidenter exclusa remaneat, tum ex eo,
quod tam ante, quàm post contractum se-
cundum matrimonium diversis personis pe-
cunias mutuare consueverat; tum ex de-
positionibus plurium testium asserentium,
ab ipsa proprias substantias semper adauctas
7 fuisse, & quamvis hujusmodi testes formiter
examinati non fuerint, & nonnulli ex eis
metu excommunicationis deponant, atta-
men cum sint numero plures, & adminicu-
lentur à mox recensita circumstantia, quod
Joanna mutuo tradere pecunias solita erat,
profectò plenum probationis gradum consti-
tuunt. ad tradita *per Mascard. de probat.
concl.*682. *num.*7., *Rota coram Emerix Jun.
dec.*758. *num.*4, & *in rec. dec.*223. *num.*1.,
& *dec.*757. *num.*8. *rec.*, & *in Eugubina, seu
Senogalien. Devolutionis super fructibus* 16.
Maii 1698. § *Nec spernenda cor. Rm̃o. Con-
chen.*

Eoque magis hæc omnia admittenda ve-
niunt in hypothesi, quia supradicta mutua
simulationis suspicione laborant, attenta cau-
8 sa simulandi, & concursu plurium conjectu-
rarum, *Bart. in l. post. contractum nu.*2., &
seqq. ff. de donat., *Honded. cons.*46. *nu.*9., &
*seqq. lib.*1., *Rota coram san. mem. Alesan-
dro VIII. dec.*191. *nu.*3., & *dec.*268 *nu.*13.,
& *in rec. dec.*376. *n.*13. *par.*17., & *dec.*596.
*num.*3. *par.*19.

Causa simulandi emergit, ex quo optime
noscens Ferdinandus, quod ob senilem æta-
tem uxoris nulla suscipiendæ sobolis spes su-
9 pererat, verisimile est, quod ejus creditor
evadere curaret, ut saltem, mediantibus
hiscè mutuis, illius hæreditatem consequi
posset, quod exuberat ad inducendam cau-
sam simulationis, *Farinac. de simulatation.
quæst.* 162. *nu.*138., *Rota cor. Burat. dec.*901.
*n.*7., & *Rota cor. san. me. Alesandro VIII.
d. dec.*191. *num.*8., & *dec* 261. *num.*12., & *in
rec. dec.*413. *nu.*10., & *dec.*546. *nu.*3. *par.*18.,
*cum Concordan. adductis in Romana, seu Al-
banen. Ferracci* 6. *Junii* 1707. §. *Causam
coram Reverendissimo P. D. meo Decano.*

Subsistunt pariter conjecturę relatę in de-
cisione, quæ revidetur §. *Maximè quia cum
seqq.*, non obstantibus exceptionibus contra
illas singillatim, aut inutiliter repetitis, aut
recenter frustra promotis. Et quidem subsi-
stit prima ducta ex eo, quod post solutio-
nem ducat. 200. factam PP. Societatis Jesu,
semel, atque iterum ad instantiam fratrum
de Terragnolis inhibitus fuit Ferdinandus,
ne ad ulteriorem solutionem sub eodem su-
10 spectu nomine deveniret; quamobrem
cum hujusmodi inhibitione minime attenta
prædictas solutiones adhuc continuare non
hæsitaverit, haud leve indè oritur simula-
tionis argumentum, juxtà deducta in dicta
decisione citato §. *Maximè quia*.

Non obstat, quod inhibitio facta non fue-
rit etiam legatariis, & creditoribus, qui
11 interim mandata reportaverant, quodque
processerit à Judice incompetente post alle-
gatam à Ferdinando, tempore Dohanarum
patentato ejusdem fori declinatoriam; Nam
quoad primam objecti partem satisfacit de-
cisio eodem §. *Maxime quia in fine*. Quo-
vero ad alteram, ultra quod insubsistens
omnino detegitur talis prætensio, ex quo
fori declinatoria gaudent solummodo Ap-
paltatores Generales, juxta declarationem
Sac. Consultæ, cessat omnis difficultas, ani-
13 madvertendo, quod si revera Ferdinandus
cum propriis pecuniis legatarios, & creditores
dimisisset, utique tanta facilitate inhibitionem
Judicis, licet incompetentis, non neglexis-
set, adhoc, ut propriam substantiam à quo-
cumque discrimine tueretur, quemadmo-
dum ad rem notant *Nogucrol. alleg.* 10. *n.*60.,
& 60 *Bonden. collect. legal.* 43. *num.*206.,
& *seqq. vol.*3., *Rota coram Dunozet. Jun.
dec.*196. *n.*10., & *in rec dec.*673. *n.*10., & 15,
*par.*19.

Nec debilitatur secunda, ex quo con-
quæstiones Joannæ super solita viri simula-
tione in explendis contractibus nomine pro-
prio, quando pecuniæ ad ipsam spectabant
(à quibus illam desumit decisio, quæ revi-
detur §. 2.) nullatenus probatæ dici valeant
ex attestationibus duarum mulierum, qua-
rum prior præcedenter testata fuerat de
mutua concordia inter d. Joannam, & vi-
rum, & altera utpotè affinis Melchiorris de
Terragnolis à testificando repellebatur.
Etenim, præter quam quod præcedens d.
mulieris attestatio rejecta fuit à nostro Tri-
bunali in decisione edita super nullitate te-
stamenti 28. *Aprilis* 1704. §. *Minime subsi-
stente*, & *seq. coram Rm̃o D. meo Decano*,
& ex simplici affinitate alterius testis fides in
14 hoc judicio civili eidem adimi nequit, *ju-
xta Glos. in cap. accedens il primo in verbo
subesse, ut lit. non contest. Bart. in l. paren-
tes num.*5. *C. de testib.*, *Farinac. de test.
quæst.*54. *nu.*3. 4., & 24., *Rota cor. Emerix
Jun. dec.*262. *nu.*8. Placuit responsio, quod
hujusmodi testes, etiamsi aliquas exceptio-
15 nes paterentur, adhuc tamen cum aliundè
admi-

adminicuientur ; plurimum conferunt ad in-
ducendam ſimulationis ſuſpicionem, ut mo-
nent *Honded. conſ.*46. *nu.*13. *lib.*1., *Farinac. de falſitat.*, *& ſimulat. quæſt.*162. *num.*129., *Rot. poſt Zacch. de obligat. Camer. dec.*181. *num.*13., *& ſeq.*, *& coram ſan. mem. Alex. VIII. d. deciſ.* 191. *nu.*16., *& dec.*268. *n.*10.

Subſequitur tertia, ex inſolita, & colora-
ta cautela mutuandi per interpoſitas perſo-
16 nas affinium, & amicorum, ut advertit, &
probat *d. deciſio* §. 3., & concorditer notant
Caſtrenſ. conſ. 58. *nu.* 9., *Becc. conſ.* 213.
*n.*45. *lib.* 2., *Nogueroll. alleg.* 10. *n.*43., *&*
46., *Hodiern. ad Surd. dec.* 231. *n.* 23.

Non attento, quod ſimulatio de perſona
ad perſonam, vel de contractu ad contrac-
17 tum ſit in jure permiſſa; quia hoc procedit
18 data veritate, & realitate actua principa-
liter geſti; ſecus autem quando, prout in
hypotheſi, ille undequaque ſimulatus, & in-
ſubſiſtens detegitur, juxta cenſuram *Bald. in l. ſi ex pretio* 6. *n.* 2. *verſ. Quædam eſt ſimulatio C. ſi certum petatur*, *de qua Farinac. de falſitat.*, *& ſimulat. d. qu.* 162. *n.*43., *Mantich. de tacit.*, *& ambig. lib.* 10. *tit.* 3. *n.* 16., *Rot. cor. ſa. me. Alex. VIII. d. dec.* 191. *n.* 17., *cum concordan.* plenè cumulatis *in Albanen. Ferracci ſuper bono jure* 8. *Martii* 1709. §. *Et ob id coram R. P. D. meo Anſaldo*.

Quarta tandem emergit ex tenuitate Pa-
trimonii ſæpedicti Ferdinandi, quam aper-
tè præſefert diviſio bonorum paternorum
19 inter ipſum, & alios fratres inita, adeout
ea attenta, inveriſimile omnino ſit, quod hu-
juſmodi mutua ex propriis ſubſtantiis expie-
re potuerit, & per conſequens non levis in-
de depromitur ſimulationis ſuſpicio, ut con-
ſentaneè ad auctoritates in d. deciſ. §. *Tandem* adductas, probant *Gabriel. conſ.* 142. *n.* 15., *Rota poſt Salgad. in Labyrinth. Cred. dec.* 22. *n.* 6. *cum ſeqq.*, *coram Celſ. dec.* 255. *n.* 7., *& cor. Priol. dec.* 244. *n.* 3.

Quin ſuffragari valeat reſponſio, quòd
prælata diviſio non ſit univerſalis, ſed re-
ſtricta ad aliqua bona paterna tantum, quod-
que in omnem caſum nullo modo attendenda
ſit, ex quo tanquam erronea, & inſubſiſtens
ab R.P.D. tunc A. C. Petra revocata fuerit.
Etenim aſſerta diviſionis reſtrictio nullate-
nus probatur, & e contra clarè excluditur
20 ex verbis, quibus uſi fuerunt dividentes
ibi -- *diviſione dell' eredità del q. Giuſeppe Cariſſimi*, quæ profecto omnia, & quæ-
cumque bona, ac jura defuncti comprehen-
dunt, *ad text. in l. hæreditas ff. de regul. jur.*, *& l. aliud ff. de verb. ſignific.*, *Rota dec.* 561. *n.* 12. *p.* 4. *tom.* 3 *rec.* Ejuſdem
vero revocationem nequaquam concludit
prędicta ſententia A. C., quę loquitur tan-
tum de quodam laudo in genere, a quo proin-
de ad d. diviſionem nulla fieri poteſt illatio,
21 vulgata *l. Papinianus ff. de minor.*, *Rota in Romana*, *ſeu Florentina cenſus* 18. *Junii* 1708. §. *Adhuc motivum cor. R. P. D. meo Anſaldo*.

Atque ex his, aliiſque fundamentis in de-
ciſione, quæ revidetur adductis, patenter
convincitur turbiditas Creditorum, de qui-
bus agitur, ideoque ad congruum redditio-
23 nis rationis judicium remittenda veniunt,
in quo probata eorum ſubſiſtentia, commo-
dè compenſari poterunt cum fructibus ſtabi-
lium pendente lite perceptis, aliiſque re-
bus, quas Ferdinandus reſtituere tenetur.
Interim vero nulla juſtitię, & æquitatis ratio
patitur, ut ſub eorum prętextu immiſſio per
tot ſententias favore actorum demandata
retardetur, ex ſupra firmatis.

Et ita utraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE AVILA.

Lunæ 11. *Maii* 1711.

ARGUMENTUM.

Eſt hæc deciſio confirmatoria ſuperiorum 631., & 659. Sed in hac modus datur, nam aliqua circa liquidationem fructuum ſuſpenduntur, & ſemeſtre aſſignatum ad faciendum inveſtimentum fructuum locorum montium in progreſſu reſtringitur de ſemeſtre ad quadimeſtre ad ſimilitudinem Tutorum, juxta *L. Tutor qui repertorum* §. *Si poſt verſ. uſum ff. de adminiſtrat.*, *& pericul. Tutor.*, quę procedit in progreſſu adminiſtrationis

Eſt in hac cauſa quoque ſequens deciſio 671., & 672., & deciſio 490., & 521. cum ibi notatis.

SUMMARIUM.

1 *Ulteriori Periti deputationi locus non eſt, non diſcordantibus aliis Peritis; Cũ Sacræ Rotæ Auditores ad locum differentiæ una cum Perito ab ipſis aſſumpto acceſſerunt.*

2 *Maxime ſi in acceſſu fuerint conſiderata ea omnia, quę pro electione novi Periti adducuntur.*

3 *Et cum electio novi Periti daret tantum anſam partibus litem in infinitum protrahendi.*

4 *Et daretur inutilis circuitus.*

5 *Inveſtimentum hæredi favore alterius commiſſum, ſi ab eo negligatur, a quo tempore fructus ſolvere debeat.*

6 *Et in quibus bonis ſit faciendum.*

7 *Tutori in progreſſu adminiſtrationis conceditur bimeſtre ad inveſtiendum pecunias pupillares* ad Text. in l. Tutor qui repertorium §. Si poſt depoſitionem ff. de adminiſtrat., & pericul. Tutor.

8 *Inveſtimentum explendum ex fructibus locorum montium in aliis locis montium confici debet intra quadrimeſtre, & quare.*

9 *Et dictum inveſtimentum intra dictum tempus facile expleri poteſt, & quare?*

Supina negligentia in inveſtiendo, eidem, qui explere tenetur nocere debet.

10 *Loca montium facile quocumque tempore comparari poſſunt in Urbe.*

11 *Conciliatur* L. Tutor qui repertorium §. Si post vers. usuræ, *cum* L. Si Tutor ff. de administrat., & peric. Tutor., *quarum prima dat Tutori bimestre, secunda semestre ad inveniendum, & aptantur alteri quicumque ad investiendum obligato.*

12 *Et conciliantur cum d. L. Tutor decisiones super eadem re loquentes in casu, quo & investimentum non est adeo facile, & longius tempus concesserat Testator.*

DECISIO DCLXX.

1 AD novam trutinam revocatis resolutionibus coram me captis sub diebus 10. Februarii 1710., & 30. Januarii proximi præteriti, iterum DD. steterunt in *decisis, superaddito modo* inferius exprimendo.

Existimarunt enim superfluum esse immorari circa ea, quæ deducta fuerunt ad evertendam determinationem quoad valorem Vineæ in scutis 4200. constabilitum, cum ex meis præteritis decisionibus satis evidens resultet justitia d. valoris, ac remaneat præventivè sublatum quidquid in hac tertia propositione fuit in contrarium repetitum. Absque eo quod saltem attendi mereatur instantia facta pro ulteriori electione alterius

2 Periti: quoniam cum jam plures Periti retulerint, illorumque æstimationes fuerint inter se discordes, & DD. ad amputandas dilationes ac parcendum inutilibus expensis subierint incommodum accedendi ad ipsam Vineam una cum altero Perito per se ipsos ex officio electo, non est ulterius de valore inquirendum.

Eoque magis, quia illæmet circumstantiæ, quas hinc inde in hodierna propositione ex-

3 pendendas proponebant longa serie scribentes, vel ad minuendum, vel ad augendum valorem, fuerunt præ oculis habitæ à DD. meis, & maturè in actu accessus ponderatæ: attenta signanter alia æstimatione facta de anno 1680. occasione divisionis initæ inter fratres, cum qua nec cæca fide processerunt & juxta illa omnia, & alia, quæ fuerunt deducta, licet hic non repetita, cum jam in præcedentibus decisionibus fuerint indicata, in certa, atque determinata quantitate melius quam quotquot Periti agrimensores, & Architecti facere potuissent, valor fuit determinatus.

Adeout si hodie daretur nova electio Pe-

3 riti non solum hæc omnia irrita fierent, sed quod plus est daretur ansa partibus litem in infinitum protrahendi, quod nullatenus est permittendum, ut in his terminis *Grotian. discept. forens.* 600. *numero* 3., *Adden. ad Buratt. decis.* 70. *in fine*, & cum aliis *Rot. dec.* 339 *n. primo cum sequen. parte* 19. *rec.* ubi quod debet evitari processus in infinitum: Immo daretur inutilis circuitus; quoniam etiam adversus hanc aliam peritiam

4 fieret recursus ad nostrum Tribunal, ut corrigeret, quod ab æstimatoribus improbè factum est, *Rota dec.* 290. *n.* 8. *p.* 14. *rec.*, ac per consequens sufficit id fuisse cum matura, ac tanta deliberatione jam factum.

Prout etiam nec dubitarunt DD. approbare, quod investimentum ut faciendum dum-

5 taxat post biennium a die obitus Testatoris, quodque fructus intra d. tempus percepti nullo modo veniant calculandi, ut firmatum fuit in meis decisionibus, & signanter in *secunda* §. *Remanente*: advertentes insuper

6 eumdem modum investiendi, quem denno dixerunt explendum esse in locis montium non vacabili, neque de melioribus, neque de pejoribus, quoties agatur de investiendo prætio Vineæ; fructus vero, qui pro multiplico sunt implicandi usquequo Didacus, & Hieronymus ad 20. annum devenerint in locis montium vacabilibus, ut in *prima decisione* § *Ita pariter*, & *in secunda* §. *Quo vero*.

Quantum vero attinet ad fructus multiplici post ætatem annorum 20. Didaci, & Hieronymi usque ad obitum Jacobi, nil in præsenti dictum fuit, cum separatè in alia propositione similis articulus veniat decidendus addito suffragio Quinti, & Sexti; sicut etiam quoad fructus ejusdem multiplici post obitum Jacobi prætensos usque ad præsens, quoniam fuerat resolutum non deberi, DD. in hodierna audientia extiterunt discordes, & consequenter datus fuit modus, ut novo examini hæc discussio etiam reservaretur.

Cæterum DD. in reliquis resolutionem confirmarunt, præter ea, quæ concernunt tempus sex mensium concessum ad faciendum investimentum post lapsum primum biennium successivis temporibus, quoniam in hac parte declarando pariter modum recesserunt a decisis, restringentes prædictum tempus ad quatuor menses dumtaxat, moti ex eo, quod juxta dispositionem textus in *L. Tutor qui repertorium* §. *Si post depositionem vers. usuræ ff. de administr.*, & *pericul. Tutor.*, non solum in progressu admini-

7 strationis non conceditur tutori tempus sex mensium ad investiendum, sed illud restringitur ad solū bimestre, ut ex eo textu etiam notant *Guttierez. de tutel. p.* 2. *cap* 9. *n.* 26., & *seqq.*, *Thomat eodem tract. tit.* 18. *n.* 250. & 292., *Leotard. de usur. qu.* 18. *nn.* 37., *Munoz. de ratiocin. cap.* 14. *n.* 4., *Christin. dec. Belgic.* 167. *n.* 3., & 4. *lib.* 3.

Quamobrem licet inhærendo huic dispositioni tempus videretur restringendum ad duos menses, tamen æquitatem insequendo, & facti circumstantias ponderando, advertentur DD., quod hic agitur de investimēto ex-

8 plendo ex fructibus locorum montium, qui semper per bimestre posticipatum exiguntur, & propterea detrahendo hoc bimestre, quo tempore fieri nequit exactio, bene censuerunt extendendum esse tempus ad alios duos menses tantum, qui correspondent tempori à d. lege *qui tutor* præfixo, & quo me-

9 dio tempore nisi adsit supina negligentia, quæ Jacobo tali casu imputari deberet, potuissent fruc-

fructus exigi, & investiri in tot locis mon-
tium, quæ de facili quocumque tempore
10 comparari possunt in Urbe, ut omnibus no-
tum est.

Absque eo quod ullam vim facere potue-
rint alter text. in *L. Si tutor constitutus ff.
eodem, & decisio* 420. *n.* 7. *cor. Dunoz. jun.*
aliæq. authoritates ad hunc effectum cumula-
tæ, & signanter *dec. in Melevitana laudi* 13.
Januarii 1693., *&* 28. *Novembris* 1696. *cor.
bo. me. Pio*, ad comprobandum tempus
11 sex mensium rectè fuisse permissum pro in-
vestimentis successive faciendis, nam præ-
dictus textus in *d. l. Si Tutor*, loquitur de
Tutore noviter constituto, qui si indiget ma-
jori tempore ad parandas sibi instructiones
circa patrimonium pupillare, ita maiori tem-
pore indiget ad perficiendum primum inve-
stimentum, quod in ingressu fieri dicitur;
alter vero *text. in l. tutor qui repertorium*
procedit in terminis tutorum, qui in admi-
nistratione se immiscuerunt, & de negotiis
Pupilli sunt informati, exindeque minus
tempus eisdem concedi debet ad facienda
illa investimenta, quæ in progressu fieri co-
gnoscuntur, hancque distinctionem ad tol-
lendam istorum testium antimoniam bene
tradit *Gloss. in d. l. Si tutor verb. sex pri-
mos menses ibi -- Solv. hic noviter venit ad
administrationem, ibi dudum fuerat --* quam
sequuntur omnes Doctores *supra allegati in
§. Cæterum*.

Decisio autem 420. *cor. Dunoz. jun.*, &
12 aliæ in *Melevitana laudi* non erant applica-
biles casui, de quo disceptatur: ultra quod
enim ibi non consideratur ista distinctio, cum
decisiones incidenter, & perfunctoriè lo-
quantur, in ipsarum casu aderant diversę
circumstantiæ, quia scilicet res erat de tu-
toribus in insula Melitæ, qui in ipsa insula
investimenta facere debebant, sicque in lo-
co, ubi non adsunt tam promptæ occasiones,
ut in urbe, & in illa coram *Dunoz.* testator
concesserat tutori tempus unius anni ad in-
vestiendum, quod computari debebat à die
exactionis. Reliquæ vero auctoritates lo-
quuntur de primo investimento.

Et ita utraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE AVILA SUPER RESERVATIS.

Veneris 15. *Maii* 1711.

ARGUMENTUM.

Alimenta a Patre filio præstita quando com-
pensanda veniant cum legati fructibus ab ali-
quo eidem filio relicti liberi post certum
tempus quoad capitale, & fructus.

In hac causa sunt decisiones in duabus antece-
dentibus, & in sequenti indicatæ.

SUMMARIUM.

1 *Judices in executione Sententiarum ne-
queunt de viribus rei judicatę cognoscere,
quoties a Signatura præservata est cum
clausula --* Sine præjudicio --, & num. 5.

2 *Sed videndum in judicio in gradu restitu-
tionis in integrum, &* n. 6.

3 *Sententia condemnans ad damna, & interes-
se ob non expletum multiplicum in ea
quantitate, quę percepta fuisset, si mul-
tiplicum expletum fuisset, intelligenda
est de fructibus multiplici, qui ex eo, si
foret confectus, percepti fuissent.*

4 *Sententiæ Rotales a decisionibus eas pręce-
dentibus interpretationem recipiunt.*

7 *Compensatio crediti liquidi cum debito inter
easdem personas dari debet.*

8 *Et sufficit facile posse creditum liquidari.*

9 *Et cum pendet a calculo aritmetico.*

10 *Alimenta jure consanguinitatis, & pieta-
tis paternæ data, præsumuntur donata,
quoties animus donandi ab expressa prote-
stationе non excluditur.*

11 *Limita conclusionem, quando filius aliunde
reperitur provisus, &* n. 13.

12 *Alimenta filio Pater nonnisi subsidiariè
pręstare adstringitur.*

13 *Compensatio alimentorum a Patre filio,
etiam sine protestatione pręstitorum, com-
pensari debet cum credito, quod filius
habet cum Patre, ex quo ille ejus favore
investimentum non confecit, et ad fruc-
tus fuit damnatus, et quare?*

14 *Legatum a Testatore relictum cum eo, quod
post certam ætatem de fructibus, et capi-
tali Legatarii disponere possent, dicitur
excludere compensationem alimentorum a
Patre eis præstitorum, sed assignamentum
constituere more nobilium.*

15 *Contrarium; cum mos iste non probetur, et
tunc potius filio propter patrem, ut præ-
stando alimenta liberetur constitutum le-
gatum dicitur.*

16 *Præsertim si legatarii fuerant infantes, et
cur?*

17 *Alimenta a Patre filio aliunde habenti non
donata censentur, si data sint eidem extra
domum ad Patris instantiam carcerato.*

18 *Et facilius retinentur a Patre jure compen-
sationi, quam repeti possent jure actionis.*

19 *Retentio, et compensatio facilius dantur,
quam actio.*

DECISIO DCLXXI.

Condemnata per rem judicatam Rotalem hæreditate Jacobi ad damna, & interesse, tam ob non confectum investimentum pratii Vineæ, quam ob multiplicum subinde explendum prætermissum, plures occasione executionis fuerunt à collitigantibus promotæ difficultates, inter quas non levis momenti fuit illa respiciens liquidationem prædictorum damnorum, quippe quia ex una parte hanc esse indistinctè protrahendam à ratiocinatore usque ad præsens pretendebatur; ex altera vero tria tempora distinguebantur, nempe a tempore facti investimenti usque ad ętatem viginti annorum Didaci, & Hjeronymi, & deinde à d. ętate

usque

usque ad obitum Jacobi, ac tandem ab indè citra usque nunc, adeout ratio calculi diversa esse deberet.

Examinatis igitur cor. me hisce prętensionibus sub diebus 16. Maii 1707., & 13. Januarii 1709. prodierunt resolutiones, in quibus dictum fuit, damna esse calculanda non solum usque ad ętatem viginti annorum Didaci, & Hieronymi, verum etiam post pręfatam ętatem usque ad obitum Jacobi sequutum de anno 1669., discordantibus solum DD. quoad tempus subsequutum, super quo nulla capta fuit resolutio, sed in repropositione causæ per me iterum ex post facta tàm sub die 10. Februarii 1610., quam 30. Januarii proximi præteriti, DD. fuerunt quidem concordes circa liquidationem extendendam usque ad supradictam ætatem viginti annorum Didaci, & Hieronymi, nunquam autem convenire potuerunt *circa fructus à d. ętate, usque ad obitum Jacobi*, prout fuerat præcedenter resolutum, quamobrem necesse fuit in *in hac parte* juxta stylum nostri Tribunalis requirere suffragium *quinti*, *et sexti*, quibus accedentibus, mihi in hodierna audientia de hac re particulariter per consuetum dubium sciscitanti responderunt DD. pro persistentia *in decisis juxta modum in eo declaratum, quod fructus Vineæ, et multiplici debeantur usque ad obitum Iacobi, compensatis alimentis per ipsum subministratis*; demandates insuper, quod quantum attinet ad fructus post obitum Jacobi, licet illos in aliis propositionibus non deberi fuisset bis resolutum, attamen causa suffragantibus omnibus iterum proponeretur.

Incipientes enim DD. à fructibus, cum sit
extra difficultatem, quod Judices in exe-
cutione sententiarum nequeant de viribus
1 rei judicatæ cognoscere, quoties ista præser-
vata reperitur per Signaturam Justitię me-
diante rescripto cum clausula *S. P.*, *Rota
coram Peutinger. dec. 414. n. 2., et in rec.
dec. 432. n. 5. p. 14., et dec. 4ta. nu. 4 cum
seqq. p. 19. tom primo*: ideo omissa indagi-
ne super Justitia, vel iniustitia rei judicatæ
2 quæ alteri Judicio in gradu restitutionis in
integrum coram me pariter introducto re-
servata dignoscitur, & de qua disputabitur
in alia contemporanea mea decisione, totius
causæ momentum reduxerunt ad inspectio-
nem, an scilicet d. res judicata etiam fructus
de quibus est quęstio compræhenderet.

Et sane rimantes sententias bo. me. Pii, & claræ me. Cardinalis Capraræ, necnon decisiones, quæ illas de more præcesserunt, prędictos fructus sub re judicata comprehendi existimarunt: quandoquidem quantum attinet ad sententias, in illa bo. me. Pii confirmata in omnibus per alteram cla. me. Cardinalis Capraræ definitur -- *hæreditatem Iacobi teneri ad fructus, seu damna, & interesse per multiplicum per eum non confecto, usque ad ætatem viginti annorum Didaci, & Hieronymi, etiam quoad mobilia, ac ad refectionem dd. interesse, & damnorum in ea quantitate, in qua si præceptum Testatoris exequutum fuisset, ex demandato multiplicio fuissent percepti juxta liquidationem per peritum* -- ex quibus utique verbis in comperto visum esse fuit, rem judicatam continere controversos fructus usque ad obitum
Jacobi, quia si pręfatæ sententiæ primò con-
demnant hęreditatem ad damna, & inte-
resse ob non expletum investimentum, ac
multiplicum intra viginti annos, in quo ar-
ticulo Petrus Paulus auctor Joannis Baptistę
dederat manus victas, & secundo illam vo-
3 lunt teneri ad alia damna, & interesse in ea
quantitate, quæ fuisset percepta, si multi-
plicum confectum extitisset, consequentia
promanabat, hæc damna intelligenda esse de
fructibus multiplici, quos legatarii illo ex-
pleto percepissent, ut benè etiam declarant
*decisiones editæ tam cor. bo. me. Pio sub die-
bus 13. Februarii 1666 §. Ratio, & 2. Maii
1698. §. Iteram., quàm coram cl. me. Card.
Caprara sub die 9. Decembris 1701. §. Præ-
termissa*, ad quarum normam certum est,
4 sententias nostri Tribunalis interpretatio-
nem recipere, *Buratt. dec. 327. n. primo,
Rot in rec. decis. 598. n. 13. p. 18. tom. 2., ac
alibi passim*.

Neque meruerunt attendi ea, quę per scri-
bentes in contrarium deducta fuerunt, tàm
quoad fructuum remissionem, quàm quoad
qualitatem hęreditariam Didaci respectu Ja-
cobi Patris; quoniam cum omnia respice-
5 rent merita causæ, atque Justitiam, vel
iniustitiam rei judicatę DD. satisfecit respon-
sio, quod in hoc judicio executionis non
6 sint discutienda, sed reicienda veniant ad
aliud judicium in devolutivo, & in gradu
restitutionis in integrum introductum, in quo
tantum examinari posse subsistentiam sen-
tentiarum permissum est, ut punctualiter
Rota dec. 420. n. 7., & seqq. p. 13., & con-
sonat *decis. 8. n. 13., & 14. p. 17. rec.*

Devenientes subinde DD. ad articulum
compensationis alimentorum, quę pręstitit
Jacobus Didaco ejus filio, hanc esse admit-
tendam censuerunt, quia nulla cadente con-
troversia super eorundem pręstatione, cre-
ditum favore Patris vigere existimarunt, in
7 quibus terminis crediti, & debiti inter eas-
dem personas datur compensatio, *L. prima
ff de compensat.*, non obstante, quod d. cre-
8 ditum liquidum non sit, cum sufficiat de fa-
cili liquidari posse, ac pendere a calculo
9 arimetico per ea, quę de prima conclusione
tradunt *Calvin. de æquit. cap. 6. n. 9., & se-
quen., Pacific. de Salvian. interdict. inspect.
2. cap. 2. n. 329., & seq., & n. 351., & se-
quen., Rota dec. 380. n. 6. cum seqq. p. 9. rec.*,
& de secunda *Card. de Luc. de judic. disc. 33.
n. 41., Emerix. jun. dec. 938. n. 3., & Rot.
in rec. dec. 576. pariter n. 3. p. 5.*

De credito enim constare visum fuit; nam
10 licet vera sit conclusio, quod alimenta jure
consanguinitatis, & pietatis paternæ subministrata pręsumantur donata, quoties non concurrit, ut in hipothesi expressa protestatio

tio excludens animum donandi, ex firma-
tis in *dec. bo. me. Pii 2. Maii. 1698. §. Aut
vero*, tamen, & eque vera est limitatio
11 presenti casui applicabilis, quod nempe
tunc cesset illa præsumptio donationis, quan-
do filius aliunde reperitur provisus, cum
subministratio alimentorum, ad quam Pa-
ter adstringitur sit tantum subsidiaria, ut per
12 *text. in l. Si quis à liberis. §. Sed si filius ff.
de liber. agnoscen., notant Surd. de alim. tit. 7.
qu. 6. n. primo, & seqq., Salgard. in labyr.
credit. p. prima cap. 25. n. 34. 40., & seqq.*,
atque pluribus cumulatis firmavit *Rot. cor.
Buratt. dec. 490. n. primo, & seq., & cor.
Emerix jun. dec. 1177. n. 2.*

Quod autem res in isto casu ita se habeat,
dubitari non potest, cum filius haberet patri-
monium consistens in duobus capitalibus
pretiis Vineæ, & multiplici reddentibus
exuberantes fructus pro illius alimonia, non
obstante responsione decisionis coram *Card.
Caprara §. Etenim obiectum*: quod scilicet
nec Vinea fuisset adhuc vendita, nec multi-
13 plicum confectum. Etenim cum hoc evene-
rit ex negligentia Patris, qui ulterius etiam
personam Administratoris representabat, &
cujus hæreditas de facto fuit ad hæc con-
demnata, habetur ex juris fictione, ac si tunc
temporis filius illa habuisset, itaut denega-
ri non possit compensatio, eo quia Pater in
hisce terminis presumatur voluisse huic de-
bito satisfacere mediante prestatione ali-
mentorum, quo casu necessaria non erat ul-
la prestatio, ut cum aliis dixit *Rot. dec. 149
n. 9., & seq. p. 11., et in Romana alimen-
torum 3. Maii 1708. §. Quandoquidem cor.
Rmo D. meo Decano.*

Minus refragante, quod Testator manda-
14 verit Didacum, & Hjeronymum post com-
pletam etatem viginti annorum libere, &
ad sui libitum disponere posse tàm de capi-
tali, quàm de fructibus multiplici, quasi-
quod in animo habuerit excludere compen-
sationem, & juxta morem nobilium illis
quoddam assignamentum relinquere, ut
ponderatum fuit in *dec. edita sub die 9. De-
cembris 1701. § Et hoc potissimum coram cl.
me Card. Caprara*. Quandoquidem preter-
quam quod istum stilum inter nobiles vigere
15 non fuit probatum, DD. placuit responsio,
quod tale legatum à Hjeronymo testatore po-
tius existimari debeat relictum filiis Jacobi
contemplatione ipsius Patris, ad effectum
nempe illum sublevandi ab onere alimento-
rum, cum mediante hoc assignamento filii
aliunde de alimentis provisi reperirentur,
*Hodiern. in l. hac edictali cod. de secund. nup-
tiis qu. 2. n. 10., Simeon de Præt. de inter-
pret. ult. volunt. lib. primo solut. 6. nu. 17.
fol. mihi 66., Surd. dec. 322. n. 51.*, præser-
tim quia Didacus, & Hieronymus erant in-
fantes, sicque ex propriis meritis nullam
16 captare testatoris affectionem potuerunt,
*Menoch. cons. 81. n. 52., et cons. 161 n. 30.
vers. præterea, Rosental. de feud. tom. pri-
mo cap. 9. membr. 2. concl. 66. n. 54.*

Quæ omnia DD. eo libentius procedere
dixerunt ex duplici circumstantia, & primò
quod agitur de alimentis filio, qui ad instan-
17 tiam Patris fuerat Carceribus mancipatus,
sicque maxime eidem invisus extra illius
Domum præstitis, *Mantich. de tacit. lib. 13.
tit. 12. sub. n. 17., Surd. de alim. tit. 6 qu.
13. n. 15.*; secundò quod non agitur ad effec-
18 tum repetendi jure actionis alimenta, sed
19 de simplici retentione, & compensatione
cum debito fructuum, quæ dari solet faci-
lius, quam actio, *Urceol. consult forens. 61. in
fine tom. 2., Giurb. dèc. 60. n. 8.*

Et ita utraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE AVILA SUPER RESTITUTIONE IN INTEGRUM.

Veneris 15 Maii 1711.

ARGUMENTUM:

Habes in superiori decisione 671., & in hac causa sunt aliæ decisiones in duabus proximè antecedentibus indicatæ.

SUMMARIUM.

1 *Sacra Rota ultra limites commissionis non solet inquirere.*

2 *Auctoris factum impugnari nequit.*

3 *Restitutio in integrum conceditur tantum, quando ex sententiarum injustitia pars læditur:*

4 *Hæres omittens adimplere præceptum investiendi, & multiplicandi refundere totum tenetur de proprio loco, damnorum & interesse.*

5 *Hæres sine beneficio inventarii dicitur hæres simplex:*

6. *Credita hæredis simplicis cum hæreditate remanent propter aditionem extincta.*

7 *Declara has duas conclusiones non procedere inter ipsos hæredes.*

8 *Inventarii, & redditionis rationis defectus inter hæredes non attenduntur, & ratio redditur* num. seq.

10 *Declaratur decis. in* Romana hæreditatis de Ricciardellis cor. Scotto.

11 *Ratio ubi viget eadem, locum habet eadem juris dispositio.*

12 *Donatio non præsumitur, nisi ejusdem concludentes afferantur conjecturę.*

13 *Et nisi adfuerit in donante præcisa & individualis scientia jurium, quæ condonata prætenduntur, &* n. 22.

14 *Acquiescentia filii contra patrem refertur ad metum reverentialem erga eumdem.*

15 *Scientia jurium domesticorum in maximè præjudicialibus ex cohabitatione non arguitur:*

16 *Multo minus in eo, qui à domo paterna continuo exulavit.*

17 *Scientia jurium non adfuisse convincitur in eo, qui res pro majori parte ad se spectantes æqualiter dividi fecit.*

18 *Scientia ex notorietate excluditur, cum res non est de insigni aliquo patrimonio, sed de legato particulari.* 19 *Præ-*

19 *Præsertim cum condita sunt duo testamenta.*

20 *Scientia considerari non potest in fratre, qui post infantilem ætatem à domo paterna absuit, si considerata non fuit in alio fratre, qui in eadem fuit moratus.*

21 *Scientiæ adminicula in præjudicialibus excludnutur à contrariis conjecturis.*

23 *Condonatio non præsumitur facta præcipuè à filio patri summopere infenso.*

24 *Fructus multiplici illud conficere obligatus solvere non tenetur, nisi fuerit interpellatus.*

25 *Limita si ad multiplicum vocatus scientiam vocationis non habuerit.*

26 *Et cum illud conficere obligatus scivit: nam tunc dies interpellat pro homine.*

27 *Fructus absque interpellatione in legato pretii intra certum tempus investiendi debentur à die adimplementi explendi, & cur?*

DECISIO DCLXXII.

HAbito recursu ad Signaturam Justitiæ, ad effectum obtinendi appellationem adversùs rem judicatam nostri Auditorii, qua pronunciatum fuerat, hæreditatem Jacobi teneri ad damna, & interesse, ob omissum investimentum, ac neglectum multiplicum ordinatum à R.P.D. de Avila in suo secundo testamento, ut insinuatum fuit etiam in meis præcedentibus decisionibus, rescriptum extitit *de causis restitutionis in integrum post 20. annos tantum S.P. rei judicatæ*, & cum jam coram me cæteræ pretensiones inter has partes discuterentur, ista quoque fuit mihi commissa; undè in commissionis sequelam, proposito congruo dubio, Domini mihi responderunt *Constare de re judicata juxta modum*, qui idem est, ac ille expressus in alia mea decisione hac eadem die edita super reservatis; videlicet, quod hæreditas Jacobi teneatur usque ad ejus obitum, compensatis tamen alimentis usque in illud tempus præstitis, ac rejecta cognitione pro ulteriori fructuum, sive damnorum condemnatione ad novum examen omnibus suffragantibus instituendum.

Procedentes siquidem Domini eum distinctione trium temporum adducta in alia mea contemporanea decisione in principio, attendere noluerunt, quæ indistinctè per Altovitum deducebantur contra rem judicatam: quippe quia, quantum attinet ad investimentum, & ad multiplicum expiendum usque ad ætatem 20. annorum Didaci, & Hieronymi, nulla poterat in præsentiarum assumi disputatio: cum ex rescripto Signaturæ restricta appareat jurisdictio ad ea solum, quæ post dictam ætatem in controversiam cadere pos-

1 sunt: ac per consequens ultra limites commissionis non sit inquirendum, ut semper protestata fuit S. Rota, & signanter *coram Seraphin. dec.357. n.6., & cor. Buratt. dec.51. n.2., & dec.179. n.8. post Constantin. ad stat. urb.*, ac alibi passim: præsertim accedente in hac parte acceptatione Petri Pauli, de qua in *dec. cla. me. Cardinalis Capraræ 9. Decembris 1701. §. Prætermissa*, & quæ tollit quam-

2 cumque prætensionem illam impugnandi præfato Altovito, qui eundem Petrum Paulum in suum cognoscit auctorem, *Pamphil. dec. 381. n.5 & seq., Rota in Romana redditionis rationis 4. Maii 1705. §. Etenim cor. R.P.D. meo Priolo, & 11. Junii 1706. §. Nec pro sufficienti cor Rmo Omanna.*

Respectu autem alterius temporis, videlicet à dicta ætate 20. annorum usque ad obitum Jacobi sequutum de anno 1669., Domini examinantes rem judicatam condemnantem illius hæreditatem ad damna, & interesse, in ea quantitate, quæ à filiis percepta fuisset, quoties Jacobus multiplicum non neglexisset, censuerunt hanc juridicis fundamentis inniti, exindeque locum esse non posse peti-

3 tæ restitutioni in integrum solitæ tantùm concedi, quando ex sententiarum injustitia pars læderetur, ut sunt vulgata juris principia, de quibus *Rota in Melevitana Commendæ Viennensis 21. Februarii 1710. §. 1. cor. R.P.D meo Scotto.*

Et sanè ad comprobandam justitiam supradictæ rei judicatæ, id potissimum vim facere Domini dignoverunt, quod si Jacobus neglexit investimentum, omisitque multiplicum

4 ordinatum à testatore, utique ex hac præcepti inobservantia ipse contraxerat obligationem refundendi de proprio ratione damnorum, & interesse omnes fructus, quos legatarii Didacus, & Hieronymus percepissent, *Rota in Romana, seu Crotonen. pecuniaria super fructibus 10. Decembris 1703. §. Et ratio, & 18. Aprilis 1704. §. Fundamentum cor. R. P. D. meo Scotto*, & benè, ac latè in *decisionibus hujus causæ, ut in prima bo.me. Pii §. Ratio, & in secunda §. Iterum quippe*, atque in illa cl.me. Cardinalis *Capraræ §. Prætermissa*; exindèque clara erat consequentia, ejus hæreditatem ad hujusmodi fructuum solutionem teneri.

Nec relevat, quod Didacus unà cum Petro Paulo fratre sine beneficio legis, & inventarii hæreditatem Jacobi patris adiverit:

5 & ideò veniat considerandus uti hæres sim-

6 plex: sicque jure confusionis quodcunque ejus creditum remanserit extinctum. Etenim quidquid dici possent si ageretur inter hære-

7 des & creditores; diversimodè res se habet

8 in præsenti casu, quo agitur inter ipsos hæredes inter quos defectus inventarii, & redditionis rationis attendi minimè debet, ut firmatum fuit in *decisione coram bo. me. Pio 2. Maii 1698. §. Absque eo quod*: ea ratione,

9 quia quantùm ad cohæredes pari negligentia ostantos per mutuam compensationem tollitur, & permittitur quælibet actio, per *Text. in l. ambo ff. de compensat.* dixit *Rot. in Romana immissionis 9. Martii 1708. §. Retento, & seqq. coram Rmo meo Molines Decano.*

Haud quidquam obstantibus decisionibus

10 in *Romana hereditatis de Rivaldis 1. Februarii*

bruarii 1709. §. *Hactenus*, & 5. *Maii* 1710.
§. *Cæterum*, & *seq. cor. R. P. D. meo Scotto*,
10 nam ibi agebatur de casu omnino diverso,
dum fratres promiscuè administraverant bona
patris: quamobrem ad dignoscendum
quis eorum debitor remaneret, bene responsum
fuit esse prius firmandum statum hæreditatis,
& reddendam rationem, quod est
penitus alienum à præsenti hypothesi, in
qua solùm petitur creditum contra hæreditatem
paternam ab inito divisam.

Minusque officere visum fuit, quod fructus
post ætatem 20 annorum usque ad obitum
Jacobi censeri debeant remissi, & condonati,
attenta longa acquiescentia, & aliis
ad id adductis: nam in primis pro eliminatione
objecti advertebatur, quod sicuti
nulla est difficultas pro exclusione remissionis,
& condonationis quoad fructus intra
ætatem 20. annorum stante rescripto Signaturę,
& acceptatione prædicta, ita nec etiam
talis remissio, & condonatio admittenda
est respectu fructuum à dicta ætate usque ad
obitum Jacobi dependentium ab eadem
identifica ratione, neglecti investimenti, &
multiplici, ob quam hereditas fuit obligata
ad persolvenda damna & interesse, ut sub-
11 inde vigente eadem ratione diversum jus
statui non possit, *L. illud ff. ad L. Aquil.*,
& notant *Actolin. resolut.* 48. *num.* 5., *Bich.
dec.* 151. *n.* 16.

Ulterius asserta remissio, seu condonatio
12 excludebatur à satis nota regula non
admittente donationis præsumptionem,
nisi afferantur concludentes conjecturæ; &
13 signanter indispensabiliter exigitur in donante
præcisa, ac individualis scientia jurium,
quæ condonata prætenduntur, *Rota
cor. Ottubon. dec.* 156. *n.* 15., & *cor. Ludovis.
dec.* 425. *n.* 5. *cum seq.*, & *in rec. dec.* 75. *num.*
24. *p.* 11., & *dec.* 146. *n.* 3. *p.* 17.

In casu autem, de quo quæritur, ultra
14 quod acquiescentia referri potest ad metum
reverentialem erga patrem, cessat difficultas,
quia nullo modo probatur scientia
necessaria, immò potius remanet exclusa,
dum Didacus Author Lucæ Antonii, statim
ac complevit ętatem 20. annorum usque ad
obitum patris, vel fuit in carceribus ad ejus
instantiam detentus, vel semper extra paternam
domum habitavit, & per consequens
15 si scientia domesticorum jurium ex cohabitatione
non arguitur, quando agitur de in-
16 ferendo maximo præjudicio, multo minus
præsumi potest in filio, qui continuo à domo
paterna exulavit, *Mascard. de probat. concl.*
880. *n.* 2., *Fontanell. dec.* 153. *num.* 14. *tom.* 1.,
Surd. dec. 140. *n.* 13.

Quodque magis est, adverterunt Domini,
quod Didacus post obitum patris nedum
divisit cum Petro Paulo fratre alia bona,
verum etiam Palatium primogeniale integraliter
ad se devolutum ex testamento d.
R. P. D. de Avila, atque vineam, de cujus
pretio investimentum, & multiplicum confici
debebat, licèt Petro Paulo sola quarta
pars contingeret ex juribus successionis Hieronymi
fratris, & Jacobi patris, ut propte-
17 rea apertè resultet, Didacum nullam scientiam
de hac dispositione suum favorem concernente
habuisse; quia alioquin res proprio
jure ad se spectantes in divisione minime
reposuisset, nec alias pro majori portione
suas æqualiter dividere voluisset, ut in puncto
Rota in Bononien. fideicommissi 1. *Martii*
1697. §. *Clarius*, & 9. *Decembris ejusdem
anni* §. *Longè stringens cor. Rmo D. meo
Decano*, & 23. *Junii* 1698. §. *Alteram cor.
Rmo Concheu.*

Neque scientia desumi potest ex nonnullis
levibus, & æquivocis conjecturis per
scribentes in contrarium ponderatis: omnea
enim fundantur in sola verisimilitudine deducta
ex notorietate testamenti, cujus occasione
lis debuit agitari cum R. Camera, &
quę fuit per transactionem terminata: maximè
quia Didacus erat major omnium filiorum
Jacobi, atque penes se scripturas domus
suæ retinebat.

Quoniam notorietas excluditur, quia non
18 agitur de aliquo insigni patrimonio, sed de
simplici legato pretii cujusdam vineę in testamento
privatæ personæ conscripto: ac
19 præsertim ex quo duo fuerant à Hieronymo
condita testamenta, itaut notorietas institutionis
habere potuerit potius ex primo
testamento quàm ex secundo, & sic remanet
ęquivoca sine difficultate: nam de tempore
initæ transactionis cum R. Camera Didacus
erat in infantili ætate constitutus, posteaque
vix major factus semper extra domum paternam
vitam duxit, ut exinde in illo scien-
20 tia nequeat considerari, quando hæc non
fuit admissa, nec etiam in Petro Paulo fratre,
qui nunquam à paternis laribus absuit,
& consequenter melius instructus de rebus
domesticis esse poterat, ut in *dicta decisione
2. Maii* 1698. §. *Jam igitur cor. bo. me. Pio*;
concurrentibus etiam conjecturis pro exclu-
21 sione dictę scientiæ supra examinatis, quæ
in contrarium dextruunt adminicula ad
scientiam eruendam allata, *Rota in Bononien.
fideicommissi* 9. *Decembris* 1697. §. *Quibus
rationibus cor. Rmo D. meo Decano*, &
in Romana transactionis 9. *Junii* 1704. §.
Nec scientia, & 16. *Maii* 1707. § *finali cor.
Rmo Omanna.*

Seclusa igitur scientia præfati Didaci superfluum
arbitrati sunt Domini quasdam inanes
conjecturas ad pręsumendam condonationem
propositas ponderare, cum satis suffocentur
à supra deductis, & sine scientia
22 vanum est de condonatione verba facere, signanter
ex quo agebatur de filio, qui summopere
patri infensus erat, ut propterea
23 nimis sit inverisimile ipsum patri hoc proprium
creditum remittere, seu condonare
voluisse, *Rota in dicta Romana transactionis*
9. *Junii* 1704. §. *Neque intelligentia cor.
Rmo Omanna.*

Cæterum nullius momenti visa fuit Domi-
24 ni exceptio, quod ex quo Didacus nun-

quam patrem interpellavit ad conficiendum
multiplicum, fructus ejusdem consequi ne-
25 queat: quandoquidem vel ex defectu scien-
tiæ secundi testamenti nulla erat necessaria
interpellatio, *Rota in Romana, seu Croto-
nen. Pecuniaria super fructibus* 10. *Decem-
bris* 1703. §. *Et fortius*, & 18. *Aprilis* 1704.
26 §. *Junctis cor. R. P. D. meo Scotto*, vel stan-
te scientia Jacobi patris dies interpellabat
pro homine, *Rota in Romana immissionis
super fructibus* 27. *Junii* 1708. *Nec relevat*,
& 14. *Junii* 1709. §. *Nec obstat cor. me, &
in dicta Romana, seu Crotonen. Pecuniaria
locis supra allegatis*, vel tandem quia cum
27 non agatur de legato pretii intra tantum
tempus investiendi, fructus à die adimple-
menti explendi debentur absque ulla inter-
pellatione, ex quo veniant in sequelam do-
minii, ut præter firmata in dicta *Romana,
seu Crotonen. Pecuniaria*, novissimè dixit
Rota in Romana domus 23. *Januarii proxi-
mè præteriti* §. *Condemnatio ad med. cor. R.
P. D. meo Kaunitz.*

Et hæc quoad fructus usque ad obitum Jacobi; quo verò ad alios à die d. obitus usque in præsens, ex discordia suffragiorum ad aliud examen, suffragantibus omnibus, assumendum quęstionem Domini rejecerunt, se remittentes tamen quoad compensationem alimentorum omninò debitam pro evitanda inutili repetitione, ad firmata in alia contemporanea mea decisione super reservatis §. *Devenientes usque ad fin.*

Et ita utraque &c.

ROMANA SIMULATIONIS MUTUI.

Mercurii 3. Junii 1711.

ARGUMENTUM.

Quinam obligationem & cautionem emittere & exigere debent creditor, vel ejus vere cessionarius exigens, & ille qui solvit de bonis sub concursu positis. Mutuum simulatum ex causa, & confessione alterius ex contrahentibus, inverisimilitudine, aliisque convincitur, etiam si ejus apoca in judicio alias producta fuerit, in quo tamen de simulatione actum non fuerat.

SUMMARIUM.

1 *Judex creditoribus exigentibus in judicio concursus injungere debet obligationem præstandi cautionem de restituendo prioribus & potioribus.*

2 *Exigens ex juribus cessis creditoris stantis in concursu obligationem & cautionem præstare debet, quas ipse creditor emittere debebat.*

3 *Et pecunias eidem solvens non reportata tali obligatione & cautione de proprio tenetur* & n. 17.

4 *Cessionarius non mutuans quis dicitur: cum ordo fuit traditus primario favore cedentis.*

5 *Retinens bona concursus cum libere creditoribus solvere nequeat, multo minus eorum cessionariis, & quare?*

6 *Causa mutuum simulandi sufficiens dicitur, cum creditor concursus libere exigere nequiens, illud simulavit in præjudicium aliorum creditorum.*

7 *Simulatio præsumitur stante causa simulandi.*

8 *Simulationis argumentum præbet concessia alterius ex contrahentibus.*

9 *Præsertim cum adjuvetur à testibus deponentibus de confessione de auditu ab altera parte.*

10 *Simulatio levioribus probationibus contentatur.*

11 *Simulatio quoque suadetur, ex inverisimilitudine.*

12 *Simulatio suadetur ex pluribus simul sumptis.*

13 *Partita passatora quid?*

14 *Ratiocinatori deponenti de re ad proprium officium spectante, omnis fides est adhibenda.*

15 *Apoca mutui licet in judicio producta, in quo actum non fuit de simulatione, illam non excludit si postea probetur in alio judicio.*

16 *Illatio non fit à diversis.*

DECISIO DCLXXIII.

FRanciscus Carcherius Faber Murarius, qui ob plura laboreria confecta in quodam Palatio D. Ducis Josephi Lotarii de Comitibus, remanserat creditor scutor. 1489. sibi ex pensionibus d. Palatii persolvendorum, proprium creditum cessit Vincentio Rosæ, sed postmodum per creditores Carcherii facta inhibitione D. Duci, ne solveret pensiones, illoque citato pro omni suo jure efformatus fuit concursus coram A. C., qui diversas pecuniarum summas mandavit consignari Ricciarellio, & Castellario, residuum verò dicto Vincentio, facta tamen ab omnibus obligatione, ac præstita cautione de restituendo prioribus, & potioribus.

Ad eludendum autem hoc decretum obtentum inscio D. Duce, & ad evitandam d. obligationem, comparuit in actis Joannes Baptista Rosa exhibendo apocam mutui, ut prætenditur alias per eum facti prædicto Duci, ad effectum dimittendi Vincentium cessionarium Carcherii, obtinuitque sibi consignari pensiones palatii ad exclusionem creditorum ejusdem Carcherii, qui mediantibus pecuniis mutuatis supponebatur satisfactus.

Plures subindè pensiones Rosa exegit, ast supervenientibus creditoribus Carcherii, fuit ad eorum instantiam denuò inhibitus D. Dux, ne residuales summas persolveret, eo sub fundamento, quod pensiones exigerentur vigore cessionis emissæ favore prædicti Rosæ, non autem vigore mutui, adeout strictius agentibus creditoribus veritatem occul-

tare noluerit, comprobatam quoque præ cæteris ex depositionibus testium.

Manifestato igitur hoc facto coactus fuit sæpedictus D. Dux iterum solvere creditoribus summas jam exbursatas, sed instante Rosa coram A.C., ut Dux adstringeretur ad solutionem aliarum pensionum usque ad summam mutuatam; ille è converso coram eodem Judice petiit non solùm ad sui favorem relaxari mandatum ad factum adversùs Rosam, donec emitteret obligationem, & præstaret cautionem de restituendo prioribus, & potioribus creditoribus Carcherii ad tenorem decreti, & sententiæ A. C.; verùm etiam declarari mutuum esse palliatum, atque apocam nullam mereri exequutionem, prout quoque relaxando mandatum ad factum, & pronunciando sententiam, Judex petitis annuere non dubitavit; à quibus cum interposita fuerit appellatio ad nostrum Tribunal, & causa exciterit mihi commissa, proposui Dominis meis examinandum dubium, *An mandatum A. C. sit exequendum, & respectivè constet de credito, & pro qua summa, itaut sit relaxandum mandatum in casu &c.* -- quod affirmativè quoad primam partem negativè quoad secundam resolvere iisdem visum fuit.

Ratio enim decidendi quoad primam partem dubii stetit in eo, quod postquam Carcherius cesserat pensiones exigendas Vincentio Rosæ, istisque adhuc remanentibus penes D. Ducem ad instantiam creditorum Carcherii, fuit efformatus concursus cor. A. C., qui decernens solutionem earundem pensionum mediante sequestro pro certa rata scut. 448. favore Ricciarelli, & Castellarii assignando residuum Vincentio, iniunxit omni-
1 bus onus emittendi obligationem, præstandique cautionem de restituendo prioribus, & potioribus, prout facere tenebatur ex deductis per *Card. de Luc. de credit. disc.* 17. *nu.*16., & *R. P. D. meum Ansaldum in suo tract. de commerc. & mercat. disc.*98. *n.*18., & consequenter si tantùm ex juribus cessis
2 præfati Vincentii Joannes Baptista Rosa pensiones expostulare posse dignoscitur; utique morem gerens prohibitioni d. Ducis illam suscipere obligationem, & cautionem præstare debet, quas ipsemet Vincentius evitare non posset, ut probant *Salgad. in labyr. credit. p.*3. *cap.*6. §. *unic. num.*22., & *seqq.*, *Censal. dec. Lucen.*39. *num.*14. & 15., *Merlin. de pignor. lib.*4. *q.*132. *n.*10., *Rota post Oleam de cess. jur. dec.* 48. *n.*4, alioquin
3 d. Dux de proprio solvere teneretur; quoties hanc legem à Judice concursus impositam negligeret, *de Luc. de feud. disc.* 130. *n.*3., & *de credit. disc* 54. *n.*5.

Absque eo quod ullatenus obesse possit, Rosam non ex vi cessionis, sed vigore insinuati mutui, pensiones exegisse: quandoquidem Dominis costitit nullam esse habendam rationem de hoc mutuo, tum quia ex illius apoca colligitur, Rosam esse merum cessionarium: nam D. Dux pecunias vigore ordinis directi Ministris Banci S. Spiritus non recepit, sed ut præscribebatur in dicta apoca, ordo fuit illicò traditus Vincentio ce-
4 denti in satisfactionem sui crediti; immò nec aliter fieri poterat cum primario respiceret favorem prædicti Vincentii ibi -- *Si compiaceranno pagare all' Eccellentissimo Signore Duca, e per esso a Vincenzo Rosa* -- ut propterea, licèt D. Dux respectu Vincentii liberatus censeri deberet, tamen liberatio stetit solùm in opinione, ex eo, quod D. Dux mu-
5 tavit dumtaxat personam sui creditoris, non assumendo majorem obligationem, ac per consequens si non poterat liberè solvere Vincentio, nec etiam poterat Rosæ cessionario, *ex supra probatis*.

Tum etiam quia allegatum mutuum censuetunt Domini esse simulatum, atque fictitium, & quidem ex pluribus: in primis siquidem ponderatum fuit, hic adesse causam simulandi, ex eo resultantem, quod nempe
6 Rosa uti cessionarius non poterat liberè exigere pensiones obstante decreto Judicis; ut ideo hujusmodi mutuum simulare fategerit, ad præjudicandum aliis creditoribus, qua
7 stante causa simulandi simulatio ipsa præsumi debet, ut omissis generalibus in puncto firmavit *Rota cor. sa. me. Alex. VIII. dec.* 191. *n.*7. & *seq.*

Accedente quoque confessione D. Ducis, qui ingenuè fassus est medio juramento in positionibus ipsi datis à creditoribus, mutuum fuisse fictitium, neque ullam pecuniarum summam fuisse traditam, ac propterea
8 ex hac confessione unius ex contrahentibus alterum insurgit argumentum ad probationem simulationis, per ea quæ dixit *Rot. cor. Royas dec.*472. *n.*7., & *seq.*, & *in rec. dec.*81. *n.*8. & 9. *p.*9. *tom.*1., præcipuè quia coadju-
9 vatur depositionibus duorum testium, quorum primus audivit hanc simulationem ab eodem Rosa; secundus, qui est insuper Sacerdos ipsam apocam mutui exaravit, ut exinde de mutui fictione amplius dubitandum
10 non sit, cum simulatio levioribus probationibus contenetur, *Mascard. de probat. concl.*438. *nu.*7. *ad* 11., *Gratian. discept. forens.*255. *n.*4., *Rot. d. dec.* 191. *n.*16. *cor. sa. me. Alex. VIII.*

Ulterius non levis momenti habita fuit
11 animadversio ducta ex inverisimilitudine præfati mutui, tam respectu mutuantis, quàm mutuatarii; nam si loquimur de D. Duce, iste profectò nullam habebat necessitatem persolvendi hoc debitum unica vice, & consequenter dicendum est, fuisse simulatè factum in gratiam Rosæ. Si verò loquimur de Rosa nullo modo dici potest hunc adeo oscitanter summam scut. 1 89. mutuasse absque ulla utilitate; immò cum magno incommodo, quia debebat reintegrari minutatim ex pensionibus cum incertitudine dislocationis Palatii, nec eidem erat consultum, mediante alia obligatione; & conse-
12 quenter hisce omnibus saltem simul junctis evidens fit simulatio, *Palm. allegat.*75. *n.*56., & *seqq.*,

& seqq., *Rot.cor.sa.me. Alex.VIII d.dec. 191. n.11. cum seqq.*, & *cor.Merlin. dec.714. n.32.*, *& in rec.dec.262.n.22.p.11.*

Hæc omnia eo magis Domini admittebant,
stante confessione, & declaratione Ratioci-
natoris Banci S.Spiritus testantis, hujusmo-
di ordinem, giratas, & receputam fuisse fa-
ctum, & factas ad pompam, & per conse-
quens non intervenisse pecunias effectivas,
apparenterque creditum, & debitum fuisse
de tempore prædicto in libris d. Banci ap-
positum, & hac de causa, ut dicitur esse par-
13 titam *passatora*. cui sanè Ratiocinatori, uti
14 de re ad suum officium spectante, deponen-
ti maxima, omnisque fides venit adhibenda,
Rot.dec 607. n.10 cor. Dunoz. jun., *& dec. 173. n 3.cor. Priol.*, *& dec.584. n.9 p.19.rec. tom. 2.*

In nihilo penitus attendere volentes de-
ductam exceptionem, quod nempe ista apoca
mutui fuerit in iudicio coram R. P. D. Vin-
centino approbata, ex quo illius vigore iste
relaxavit mandatum de consignando: quan-
15 doquidē placuit responsio, in illo judicio non
fuisse actum de simulatione, sed solùm de
consignatione pecuniarum, ut propterea
dignoscatur nil esse commune inter unum &
16 aliud, neque posse inter hæc omninò di-
versa ullam desumi illationem, vulgata re-
gula *Text. in l. Papinianus ff de minor.*

Constito igitur ex prædictis nullum sub-
esse mutuum, utique planum fuit Dominis
negativè resolvere alteram dubii partem
respicientem assertum creditum Rosæ non
aliunde proveniens, quam ex præfata apo-
ca mutui, ut exinde si D. Dux solvit majo-
rem summam suo debito erga Carcherium,
17 prout habetur ex receputis, & aliis docu-
mentis, Rosa Cessionarius Carcherii omni
jure in sua petitione destitutus reperiatur,
& obligationem emittere, atque cautionem
de restituendo prioribus &c. præstare tenea-
tur per ea, quæ supra probata fuerunt.

Et ita utraque &c.

NULLIUS, SEU FOROLIVIEN. CASTRI VALLIS OPPII.

Veneris 12. Junii 1711.

ARGUMENTUM.

Feudi investitura etiamsi ex verbis videatur ex pacto, & providentia, quando ex clausulis, & pactis, & observantia præseferat facultatem alienandi investitis in præjudicium successorum. Consensus in alienatione generali, & particulari feudi a comprehenso in investitura quando sit realis, & perpetuus, vel personalis, & de utriusque effectu.

SUMMARIUM.

1 *Investituræ concessio facta pro se, & suis descendentibus per lineam masculinam in infinitum dicitur ex pacto, & providentia facta, & quid operetur?*

2 *Limita si in ea sint apposita verba* ad habendum -- *in perpetuum, & maximè in parte dispositiva, & quid operentur?*

3 *Et cum fuit conventum, quod si investiti deficerent a solutione canonis, & alienarent vel in totum, vel in parte absque Domini licentia, in quolibet ex his casibus, & lineæ finitæ res investitæ reverterentur ad investientem.*

4 *Ex dicto pacto, data alienatione irrequisito Domino, est locus omnimodæ devolutioni in præjudicium vocatorum.*

5 *Et etiam tunc præjudicium comprehensorum in casu alienationum permissarum fuit consideratum.*

6 *Investiti successores de hac permissa facultate alienandi conqueri nequeunt, & quare?*

7 *Investitorum successorum præjudicium non attenditur si antecessores utuntur facultate alienandi, nam pati ex investitura tenentur.*

8 *Prohibitio alienandi irrequisito Domino investito facta non importat facultatem disponendi, nisi sit concepta per duas negativas, & quid faciat? Contrarium* n. 10.

9 *Investiturarum in materia non attenditur rigida verborum formula, sed natura contractus, ejus conventiones, & clausulæ.*

10 *Facultas alienandi investitis non pendet ex verbis affirmativis, & negativis.*

11 *Observantia, & consuetudo in omnibus operatur, & etiam in declarando an in investituris concessa sit facultas alienandi.*

12 *Amplia etiam si concurrerent cum ipso tenore instrumenti investituræ, qui suam tunc amitteret efficaciam.*

13 *Presertim cum accipiuntur ad terminos simplicis interpretationis, ex intelligentia pactorum.*

14 *Amplia etiam ad effectum reddendi capaces extraneos medio alienationum in præjudicium vocatorum.*

15 *Declara in his casibus opus non esse, observantiam esse in contradictorio judicio canonixatam.*

16 *Testibus deponentibus de re, cujus optimè sunt informati, omnis, plenaque fides est adhibenda.*

17 *Consuetudo, quod investiti possint res investitas alienare in extraneos, valet etiam si sit privatarum familiarum.*

18 *Ad effectum devolutionis in bonis alienatis an defectus lineæ emptoris, an venditoris sit attendendus?*

19 *Investitura ex pacto, & providentia excluditur, si nemo ex comprehensis in ea unquam reclamavit adversus alienationes in extraneos factas*, & n 21.

20 *Successoribus præjudicari nequit in investituris factis ex pacto, & providentia.*

22 *Authoris factum evictionem promittentis etiam in feudis, nec proprio nomine impugnari potest, nisi confecto legitimo inventario, & reddita ratione bonorum*, juncto n- 24.

23 *Quem de evictione tenet actio eumdem agentem repellit exceptio.*

25 Con-

25 *Consensus prestitus in venditione feudi a successive comprehenso cum presefert renunciationem personalem ad comodum solummodo emptoris, & successorum, non suffragatur Domino directo, & tunc alii comprehensi, licet ejus hæredes, possunt ad dd. bona venire.*

26 *Contrarium quando consensus est realis, et perpetuus, nam tunc consensus iste suffragatur Domino directo, et n. 28.*

27 *Consensus realis, et perpetuus datur in alienatione: cum promissum fuit emptores non posse molestari* -- tam eis viventibus, quam extincta, & finita eorum linea --

DECISIO DCLXXIV.

PEr vetusta, atque insignis Abbatia Galeatæ, quæ a S. Hilario illius Fundatore nomen desumpsit, tot, tantaque bona ex munificentia non solum Theodorici Gothorum Regis, sed etiam nobilis, ac potentis Viri Olibrii Ravennatensis possidebat, ut cum ob rerum vicissitudines tractu temporis non potuerint intacta a Principū sæcularium invasionibus servari, existimaverint Abbates usque ab antiquisimo tempore consultius fore, plurima ex eis in feudum, seu in emphiteusim variis personis concedere, prout de facto nonnulla castra, & signanter illud Vallis Oppii præclaræ familię de Malatestis concesserunt, ad quorum possessionem licet de ea fuissent spoliati, tamen a Sa. me. Leone X. reintegrationem obtinuerunt,

Contigit post hæc, quod nonnulli de prædicta familia, præter cętera bona, medietatem d. Castri Vallis Oppii alienaverunt in Franciscum de Paseiiis, sed a Cardinali Abbate tunc temporis prævia acceptatione devolutionis, & ammensatione concessa fuit Andreæ Vetonesio, eoque postmodum privato, usque de anno 1691., iterum de ea investiti fuerunt DD. Comites de Bentivolis, a quibus devenerunt in Baschiarinum. Cognita autem per Emum D. Cardinalem Fabronum hodiernum Abbatem Commendatarium perpetuum minus legitima investitura ab illis obtenta, d. medietatem ab eis avocavit.

In hoc rerum statu Comes Cesar, & Fratres de Malatestis prætendere cæperunt sibi deberi immissionem ad sæpedictam medietatem, quam de facto reportarunt in prima instantia eo sub fundamento, quod concessio tanquam facta *pro se, suisque descenden-*
1 *tibus per lineam masculinam in infinitum* dicator, ex facto, & providentia, ac proinde sint vocati, & ex propria persona in investitura comprehensi, sed appellatione ad nostrum Auditorium interposita, mihique causa commissa, proposui in hodierna audientia consuetum dubium, quod *negativè* pro exclusione nempe immissionis fuit a DD. resolutum.

Ex integra enim lectura investituræ visum fuit, quod illa, non obstantibus dd. verbis, vel rigorosam naturam Feudi ex pacto, & providentia secum non ferat, vel in omnem casum contrariam interpretationem recipiant ex continua, & antiquissima observantia tam speciali, & particulari quoad hæc eadem met bona, & investituram, quam generali, & universali quoad alia ejusdem naturæ.

Et sanè si respicimus verba, hic habemus clausulas *ad habendum*, & *in perpetuum* aliasque, & quidem in parte dispositiva appositaa, ex quibus compertum remanet, hujusmodi bona esse alienabilia, & posse ad
2 extraneos transmitti, ut de clausula *ad habendum*, maxime quando est cæterata, prout in casu præsenti tradunt *Card. de Luca de Feud. disc. 37. n. 10. in fin., Palm. alleg. 44. n. 51.*, & dixit *Rota in Fanen., seu Senogallien. Castri, & bonorum Montis Portii 7. Maii 1708. §. in nihilo cor. Reverendissimo D. meo Molines Decano, & in illius confirmatoriis tam cor. eodem, quam coram R. P. D. meo Falconerio 24. Aprilis* 1710.; de clausula *in perpetuum* notant *Ciriac. contr. 146., Seraphin. dec. 1105. utrobique n. 10., Rot. dec. 211. n. 6. p. 6. rec.*, ubi concordantes, atque ponderando casum, quo sint appositę in parte dispositiva advertunt *Fulgin. de jure emphit. tit. de contract. Emphit. qu. prima n. 11. vers. declara prędicta, Pacion. de locat., & conduct. cap. 53. n. 73., & sequen., Rota cor. Buratt. dec. 87. nu. 6., & in rec. dec. 452. n. 9. p. 9. tom. primo.*

Ulterius in investitura concessa anno 1571 legitur conventum, quod si investiti defice-
3 rent per triennium a solutione Canonis, & alienarent vel in totum, vel in parte absque Domini licentia in quolibet casu pręd., & etiam in defectu lineę finitæ, Castra concessa cum omni superficie, & cum omnibus meliorамentis super eis liberę revertantur ad Abbatiam, itaut si ex dictis verbis apertè colligitur factam fuisse per Dominum directum æquiparationem casus alienationis sine
4 licentia cum alio casu lineæ finitę, deducatur etiam voluisse in præjudicium vocatorum data alienatione ipso irrequisito, esse locum omnimodæ devolutioni, *Saminiat. contr. 159. n. 47., & seqq., & contr. 160. num. 19. cum pluribus seqq., & nu. 26., & seqq.*, & consequenter tanto magis præjudicium com-
5 prehensorum in casu alienationum permissarum fuisse consideratum, ne major virtus actui illicito, quam licito tributa dicatur.

Neque de hac permissa facultate alienandi conqueri posse investitos putarunt DD., nam
6 si omnes comprehensi in investitura jus suum metiuntur a primo Feudi acquirente, utique hoc est conditionale, & dependens ab eo, quatenus scilicet precedenter vocati non alienarent, ex traditis *per Rosental. de feud. cap. 9. membr. 1. concl. 42. num. 4, Saminiat. contr. 15. n. 56., Gratian. decis. Marcb. 65. per tot.*, qui si utuntur potestate sibi tributa distrahendi, non venit attendendum
7 præjudicium successoribus illatum, quod pati ex conventione investituræ renentur,

Rota

Rota in Romana fideicommissi de Palmeriis 16. Februarii 1699. §. Non obstante coram cl. me. Card. Caprara.

Absque eo quod relevar e possit obiectum,
quod hujusmodi prohibitio tanquam non
8 concepta per duas negativas non importet
precisam potestatem disponendi, sed solum
pro indemnitare Domini directi adiecta cen-
seatur. Etenim omissò rigoroso examine
hujus quæstionis ponderarunt DD. in hisce
circumstantiis facti, rem esse claram, quia
scilicet concurrunt aliæ clausulæ mox pon-
deratæ, quæ facultatem alienandi genericè
9 secumferunt, cum in hac materia non atten-
datur rigida verborum formula, sed natura
contractus, ejusque conventiones, & clau-
sulæ, ut pluribus allegatis comprobat *Rota
dec. 408. n. 39., & pluribus seqq.*, ubi signan-
ter ex Regente de Ponte firmatur, quod
10 hec non debet pendere ex verbis affirmati-
vis, vel negativis *p. 16. rec.*

Cæterum in omnem casum visa fuit cessare
quælibet difficultas ex observantia, & con-
suetudine alienandi, quæ sicut in aliis, ita,
11 & maximè ad effectum, de quo agitur, ve-
nit attendenda, *Palm. allegat. 44. num. 2.,
Mans. consult. 291. n. 29., & seqq., Rota
dec. 93. n. 58. p. 5. tom. primo, et decis. 113.
n. 8. p. 13. rec.* etiamsi concurreret cum inso-
met tenore investituræ, qui hoc casu suam
12 amitteret efficaciam, *Mans. consult. 166.
n. 24. cum seqq., Saminiat. contr. 13. num.
124., et seqq.*, tantoque magis eidem est
inhærendum, quoties accipiatur ad termi-
13 nos simplicis interpretationis, & intelli-
gentiæ pactorum in instrumento adiectorum
14 licet agatur ad effectum reddendi capaces
extraneos medio alienationum in prejudi-
cium vocatorum expletarum, *Cirìac. contr.
581. n. 15., et 16., Mansard. consult. 291. n. 3.
et 4., Rota cor. Sa. me. Alex. VIII. decis.
265. n. 58., et 70.*, in quibus terminis, nec
15 etiam opus est, quod sit in contradictorio
Judicio canonizata, *Mans. ubi supra n. 33.
cum seqq., Rot. dec. 225. n. 26 p. 17. rec.*

Hujusmodi autem generalem consuetudi-
nem quoad omnia bona feudalia Abbatiæ ab
antiquo tempore introductam fuisse, & adhuc
vigere compertum fuit ex attestationibus
Advocatorum, Incolarum, & Cancellarii
eiusdem Abbatiæ, qui instrumenta investi-
turarum diligenter perquisivit ab anno 1450.
usque ad præsens, et omnes testantur, bona
prædicta in extraneos semper fuisse de con-
sensu Domini translata, non attento præjudi-
16 cio vocatorum, quibus profectò testibus,
uti deponentibus de re, cujus optimè sunt
informati, omnis, plenaque fides est adhi-
benda, *Cephal. cons. 361. n. 25. Surd. cons.
105. n. 5., Rota dec. 316. n. 10. cor. Priolo.*

Sed quod magis est, DD. etiam constitit
in facto, extare particularem consuetudi-
nem istius familię de Malatestis alienandi in
extraneos bona in feudum eidem concessa,
ut colligitur ex eo, quod de tot castris, ad
quę a Sa. me. Leone X. fuerat reintegrata,
omnia in alienas familias ab ipsis investitis
distracta reperiuntur, & quod plus est ipsum
Castrum Vallis Oppii nonaginta abhinc re-
troannis fuit pluries alienatum in diversas
familias, ut dictum fuit supra in §. *Contigit*,
17 quam sane consuetudinem esse attendendam
nequit dubitari, cum etiam privatę familiæ
ad effectum, de quo res est, illam valeant
inducere, ut tradit *Boscul. de success. in Feud.
et Emphit. respons. 2. n. 138., et seqq. penes
Torr. de Majorat. Ital. tom. 2.*

Nec adversus prædictam particularem
consuetudinem, aliquam vim facere visum
fuit allegatas in contrarium *dec. 213. p. 12.,
et 129. p. 16 rec.*, ex quibus prætendebatur
fuisse observatam formulam pacti, & provi-
dentiæ quoad Castrum Sambuchetti in Bul-
la Leonis, aliisque investituris comprehen-
sum, cum potius ex iisdem decisionibus con-
firmaretur consuetudo, dum in illis appro-
batur alienatio facta in alienam familiam de
Bentivolis, & ideo non fuit admissa devolu-
tio favore Abbatis, quia Franciscus de Bẽtivo-
lis non erat primus acquirens, & adhuc dura-
bat linea emptoris, quæ erat attendenda, non
18 autem illa venditoris ad effectum devolu-
tionis, ad magistraliter firmata *per Rot. dec.
182. per tot. p 6., & dec 129. n. 10. p. 16. rec.*

Ponderando presertim in universum, quod
neque Cives Abbatię, neque Comites de
Malatestis comprehensi in investituris un-
19 quam adversus alienationes factas in extra-
neos reclamarunt, quod utique non omisis-
sent, si feuda fuissent ex pacto, & providen-
20 tia, quia in illis successoribus non potuisset
præjudicari, *Rota in Fanen., seu Senogal-
lien. bonorum, & Castri Montis Portii 4.
Aprilis 1710. §. Inutilem cor. R. P. D. mea
Falconerio*, & vulgata sunt principia, itaut
semper clarior probetur insubsistentia præ-
21 tensionis modernorum actorum, ut advertit
Rota dec. 449. n. 12. cor. Bich.

Quibus pro coronide addebatur, quod
portio Castri, subqua disceptatur, fuit ven-
dita Francisco Pasello de anno 1622 a Comi-
tibus Francisco, & Christophoro de Malate-
stis, cum consensu Comitis Cæsaris, qui si-
mul, & semel promiserunt evictionem bono-
rum per hæc verba -- *Non solum per se, sed
etiam per omnes, & quoscumque ejus descen-
dentes utriusque sexus natos, & nascituros
tàm viventibus d. Cristophoro, & Francis-
co, quam illis mortuis, & ita tam eis vi-
ventibus, quàm extincta, & finita illorum
linea, litem, & mol. etiam non inferre &c.
aut inferenti &c., consentire &c., sive ex
causa stipulationum, quas prætenderent eis
jus quæsivisse ex tenore præcedentium inve-
stiturarum, sive ex alia causa &c., itaut
emptor, illiusque successores non valeant
ullo modo molestari à d. Comite, vel illius
successoribus in quovis casu futuris tempo-
ribus &c.* - Quamobrem cum ibi, qui agunt
ad immissionem sint hæredes d. Comitis Cæ-
saris, mediante persona Francisci ejus filii,
& respectivè Patris Actorum, sequitur quod
non

22 non possint illius factum, nec proprio no-
mine impugnare. Nam alias quidquid obti-
nerent, deberent eodem contextu ratione
23 promissæ evictionis restituere, ex regula
quem de evictione tenet actio, eũdem agen-
tem repellit exceptio, quam in terminis Feudi
expendunt *Mandell. Alb. cons.* 214. *n.* 49.
& seqq., *latè Mierez de majorat. p.* 4. *qu.* 16.
n. 15., *& seqq.*, *Peregrin. de fideicommis.
artic.* 33. *n.* 11., *Rosental. de feud. cap.* 9.
membr. 3. *concl.* 69. *num.* 3., *ibique Adden.
lit. B.*, nisi præcedenter doceant se confecis-
24 se legitimum inventarium, ac reddant de
bonis hæreditariis rationem, juxta vulga-
tam praxim, de qua apud *Ridolphin. p. pri-
ma cap.* 8. *n.* 253., *et seqq.*

Non subsistente, quod consensus præstitus
25 à Cæsare præseferat renunciationem perso-
nalem ad commodum solummodo emptoris,
illiusque successorum, itaut Emus Abbas,
qui successor non est, illo juvari nequeat, &
consequenter fratres de Malatestis licet he-
redes ad dd. bona redire valeant, juxta fir-
mata *in dec.* 186. *per tot. p.* 3. *rec.* Quando-
quidem DD. nimis clara visa sunt verba in-
strumenti venditionis supra relata ad effec-
tum arguendi, præfatum consensum fuisse
26 realem, & perpetuum, non autem perso-
nalem, atque restrictum; si enim cæteria
omissis Pasellius emptor non poterat molesta-
27 ri -- *tàm eis viventibus, quam extincta, et
finita eorum linea* --, utique in comperto est,
28 quod via promissionis non extinguebatur
cum persona emptoria, quo casu admittitur
etiam in supra allegata decisione 186. Con-
sensum ipsum suffragari posse Domino direc-
to.

Absque eo quod illa verba -- *finita eorum linea* -- referri debeant ad Comitem Cæsarem, non ad emptorem, ut replicabatur, quia extincta linea Cæsaris, nullus ex hac parte inferre poterat molestias emptori, qui tantum ab illis de Malatestis eas post extinctionem lineæ pati potuisset, ut patet ad sensum.

Et ita utraque &c.

ROMANA PECUNIARIA, SEU SOCIETAS THEATRI.

Veneris 12. *Junii* 1711.

ARGUMENTUM.

Locationis perfectio ex verbis in contractum sonantibus, & non acceptatis, & ex conjecturis excluditur Fidejussio restricta dicitur per verba sequentia, neque de tempore ad tempus, neque de persona ad personam extendi potest; neque pro illo, qui contraxit sub nomine alterius, cujus favore fuit accessum, nisi hujus rei certa & individualis scientia in fidejussore probetur.

SUMMARIUM.

1 *Intentionis fundamentum in facto consistens est concludenter probandum.*

2 *Affictus non probatur per verba, quæ simplicem tractatum important, quod ab altera parte acceptatum non probatur, & cur?*

3 *Maxime si hæc verba sonant in actum de futuro, & quare?*

4 *Locare quis sibi non potest, & à se ipso pensiones exigere.*

5 *Locationis contractus excluditur, cum pretensus conductor solutionum ad ejus computum factorum reintegrandus est.*

6 *Locatio plateæ theatri, & cellalarum ex quibus excludatur, refertur.*

7 *Locator sese ingerere non potest in perceptione fructuum rei locatæ.*

8 *Nec contribuere tenetur in expensis respicientibus fructuum rei locatæ exactionem, quas conductor integraliter subire tenetur.*

9 *Ministri communis qualitas excluditur ex multis, quę recensentur.*

10 *Refectio expensarum insubsistens est, quæ non justificatur, nisi ex informibus ministri adnotationibus.*

11 *Explicantur decisiones in* Romana Pecuniaria 18. Febr. 1707., & 26. Januarii 1708. cor. Scotto.

12 *Fidejussoris obligatio restricta ad casum obitus illius, cui accessit, protrahi non debet ad gesta tempore ejus vitæ.*

13 *Fidejussio tamquam strictissimi juris nec de casu ad casum, nec de tempore ad tempus extensionem patitur in fidejussoris detrimentum, &* n 16.

14 *Verba generalia in fidejussore modificantur & restringuntur per restricta subsequentia, & ista obligationem ad casum expressum coarctant.*

15 *In fidejussione quid, & quantum comprehensum fuerit ex verisimilitudine tutissime interpretamur.*

16 *Fidejussio alterius favore facta, eo mortuo, expirat, nec ad alterius favorem extenditur.*

17 *Fidejussio facta favore alterius non prodest alteri, qui sub illius nomine contraxit, nisi fidejussor hoc sciret.*

18 *Et talis scientia debet esse indubitata, precisa, ac individualis, quæ non probatur ex informibus attestationibus, pendente lite expiscatis.*

19 *Et excluditur si postea alter contrahens interpellaverit ad declarandum, quinam revera contraxerit.*

DECISIO DCLXXV.

Contracta societate anno 1694. inter Pompeum Capranicam, & Joannem Baptistam Continum stipulantem sub nomine Joannis Antonii Crescentii super operibus scenicis recitandis in Teatro vulgò *di Capranica* ab anno 1695. usque ad annum 1698. inclusive, inter cætera conventum extitit, ut quot annis solidanda essent computa, ac dividenda utilia, ad quorum participationem pro tertia parte admissus fuerat præfatus Continus, quemadmodum pro ea rata concurrere tenebatur ad expensas necessarias cum consensu tamen utriusque socii concordandas.

Ab-

Absoluta, prima recitatione, executioni demandatæ fuerunt hujusmodi conventiones, & subinde ad hoc ut illæ validius subsisterent in subsequenti annorum decursu Federicus Capranica fidejussit sub his verbis -- *Io sottoscritto &c. per far cosa grata al Signore Gioan Antonio Crescentii, & al Signore Pompeo Capranica mio fratello, & in caso della morte, del quale, e non altrimente mi obligo a quanto detto mio fratello s'è obligato in detta poliza &c.*

Cum autem subinde variæ excitatæ fuerint controversiæ inter socios in Curia Capitolina, defuncto interim Pompeo judicium ex integro instauravit Continus coram. R.P. D. Riccio Locūtenente Eminentissimi Vicarij, tam contra curatorem hæreditatis ejusdem Pompei, quàm contra Federicum uti fidejussorem, & prævia electione periti obtinuit relaxari mandatum pro summa scutor. 2858., ac per sententiam declarari bene fuisse pro istius parte redditam rationem.

Hinc delegata mihi appellationis causa, cum clausula -- *Si quid exequendum* -- sub die 5. Maii anni præteriti dedi dubium commissioni conforme; verùm dilata ejus resolutione, injunctum fuit, ut eligeretur novus peritus, cujus relatione in actis exhibita ad formam dubii per me iterum propositi, Domini responderunt -- *Mandatum esse exequendum pro nunc in summa scut.* 1030. *contra bona hæreditaria tantùm Pompei.*

Validum enim, & justum apparuit pro hac summa adversùs hæreditatem Pompei; validitas non controvertitur, & justitia resultat ex eo, quod cum hodie quæstio redacta sit ad solidationem computorum; quoad recitationes annorum 1696. & 2697., dum respectu ad alias partes inter se conveniunt, ex periti relatione qui accuratè plures exaravit restrictus, omnesque partitas distinxit, constat Continum esse liquidum creditorem, non comprehensis partitis controversis, & hic non discussis scut. 457. pro anno 1696., nec non scut. 573. pro anno 1697., adeout ejus creditum pro nunc ascendat ad prędictam summam scutorum 1030.

Nec obstare visæ sunt exceptiones, quæ contra hujusmodi partitas adducebantur: nam exordiendo à prima, perperam contenditur, quod Continus anno 1696. fuerit Affictuarius Plateæ, & Cellularum sexti Ordinis pro pensione scut. 170. in qualibet recitatione; proindeque ad ejus debitum calculanda sint scut. 4450., non verò scutor. 2508. tantùm, quæ ex dicta Platea, & Cellulis retracta fuerunt. Hujusmodi enim affictus, qui
1 tamquam quid facti, & fundamentum intentionis quondam Pompei, concludenter justificandus est, profectò non probatur ex quadam schedula, quam Continus d. Pompeo transmiserat ibi -- *Sono a dirle, che li scudi 170. per sera la pigliarò io.* -- Nam hæc
2 verba important solùm simplicem tractatum, & oblationem, quæ per Pompeum acceptata non docetur, adeout interim Continum penitere potuerit, cùm nullum adhuc partibus jus quæsitum esset, ut in terminis locationis tradiderunt *Soccin. jun. cons. 3. nu. 33. lib. 3., Menocch. cons. 893. n. 13., Pacion. de locat. & conduct. cap. 22. n. 3. & seqq.*, & conferunt deducta per *Rot. dec. 681. n. 1. & seqq. p. 4., dec 28. n. 14. p. 18. rec., & dec. 804. num. 5. cor. Emer. jun.* Eoque magis, quia tenor di-
3 ctorum verborum sonat in actum de futuro, & per consequens nihil actum censetur, nisi ad effectivam executionem deventum fuerit, *Abbas in cap. in Civitate n. 3. de usur.* cum concordan. plenè ad rem adductis per *R. P. D. meum Ansaldum de commerc., & mercatur. disc. 46. n. 8.*

Absque eo quod hujusmodi effectuatio desumi valeat ex solutione scut. 100., quę per Continum facta prætenditur in computum dicti affictus mediante ordine directo Banco S. Spiritus ibi -- *scudi cento mandata in conto dell' affitto della platea e palchetti di cima.* -- Etenim ex alia schedula per Pompeum exarata evidenter apparet, Continum recessisse à præcedenti tractatu, dum isti tribuitur facultas concludendi dictum affictum cum Antonio Cozza, nec non exigendi ab ab eo anticipatam pensionem ibi -- *potrà V. S. pur fare l'affitto della platea &c., e potrà anco farsi pagare le quattro recite anticipate &c.*, implicat enim, quod quis sibi ipsi locare
4 valeat, & à se ipso pensionem exigat, juxta regulam *text. in l. à debitore §. Servo tuo ff. de fidejuss.*, de qua *Mans. consult. 22. n. 17.*, *Rota cor. Emerix jun. dec. 1325. n. 28.*

Atque hinc penitus corruit vis prædicti objecti, quia Continus eatenus solvit dicta scuta 100. ad computum affictus, quatenus sese reintegrare intendebat super dd. anticipatis solutionibus exigendis à dicto Cozza, si revera affictus conclusus extitisset, ut patenter convincitur ex geminis ordinibus eidem Continò per Pompeum directis ibi -- *per rivalersene nelli denari della caparra dell' affitto della platea e palchetti* --, quamobrem cum hujusmodi actus sit prorsus in-
5 compatibilis cum contractu locationis, in quo conductor nullo modo reintegrari debet de solutionibus ad computum affictus expleris, optimè de per se concludit illius ineffectuationem; ex adductis per *Postb. de subhast. inspect. 53. n. 45. & seqq., Pacion. de locat. & conduct. cap. 59. nu. 16., Rota dec. 163. n. 6. cum plurib. seqq. p. 19., & in Cornetana, seu Romana fideicommissi 13. Junii 1711. §, Rursùs cor. clar. me. Card. Caprara.*

In quorum comprobationem accedit, quod
6 dicto anno 1696. à Pompeo locatæ fuerunt omnes cellulæ per ministros ab utroque socio deputatos distribuebantur schedulę, ac exigebantur pecuniæ, & tandem expensæ necessariæ tam pro impressione dictarũ schedularum, quàm pro sedilibus plateæ factæ fuerunt per ipsum Pompeum, & adnotatæ inter alias expensas communes, quæ sanè
7 omnia gessisset Continus, si affictuarius revera extitisset. Locator enim quemadmodum

dum sese ingerere non potest in perceptione
fructuum rei locatæ, *Menoch. cons.27.n.38.
& cons.246. n.1.,& 33., Paris. cons 126. n 1.
lib. 4.*, *Pacion. de locat.& conduct. cap.28.
n.11.cum seqq., & n.61.*, ita nullatenus con-
8 tribuere tenetur in expensis respicientibus
eorundem exactionem, cum istas integrali-
ter subire teneatur conductor, *Castren. in
L.domos in fin.vers. sed adhuc oppono ff. de
legat.1., Menoch. cons.64 n.17., & de arbitr.
Judicis cas.215. n.3. & seqq.*, quos sequitur
Pacion.de locat.& conduct. cap.34. §.1.n. 46.

Deveniendo ad examen alterius partitæ
scut. 753. favore Contini pariter pro utili-
bus anni 1697., ut supra admissæ, censue-
runt Domini, quod ad eam destruendam
neutiquam subsistere valeat debitum scutor.
650. quod pro rata expensarum eidem Con-
tino, apponebatur, sub obtentu, quod illæ
expletæ fuerint per Bartholomæum Galli-
nellium ab utroque socio in communem mi-
nistrum deputatum. Tantùm enim abest, ut
9 assumptam concludenter justificetur, quin
potius patenter insubsistens detegatur: tum
ex quo Continus nonnulias dictarum expen-
sarum partitas proprio caractere approba-
vit, quæ sanè approbatio superflua extitisset,
si revera Gallinellius fuisset communis socie-
tatis minister; tum quia in tot actibus per
eum gestis numquam se ministrum commu-
nem denominavit; tum demùm quia ab hu-
jusmodi expensis nullatenus destitit postmo-
dùm Continus qui expressè, & judicialiter de
earum excessu protestatus fuerat; ex quibus
omnibus exclusa remanet qualitas commu-
nis ministri, per ea quæ tradunt *Capyc. latr.
consult.73. num.11, & seqq., & consult.105.
nu.19., & seqq., R.P.D. meus Ansaldus de
commerc.& mercat. disc.45.n.12., & 13. cum
seqq., Rota Januen. dec.14. nu. 39.& seqq.,
n.126. cum seqq.*

Accedit, quod prædictæ expensæ, ut te-
statur peritus, nullatenùs justificatę appa-
10 rent, cum solùm resultent ex informibus
annotationibus ejusdem Gallinelli; ideoque
magis insubsistens convincitur prætensio
quoad eorum resectionem, *Rota coram Cer-
ro dec.859.n.3.& 4, & dec.177.n.6.p.7.rec.*

Neque applicabiles sunt præsenti hypo-
11 thesi resolutiones editæ in *Romana Pecu-
niaria* 18.*Februarii* 1707., & 26 *Januarii*
1708. *cor. R.P.D meo Scotto*, in quibus res-
ponsum fuit, Continum obligatum esse con-
currere pro tertia parte ad solutionem mer-
cium, tametsi solùm à Pompeo in causam
theatri receptæ essent, ultra quod enim ibi
agebatur de tertio, qui bona fide, & abque
notitia Capitulorum socialium merces in
usum theatri alteri ex sociis tradiderat, pla-
cuit responsio, quod dictæ expensę nullo
modo in dubium revocabantur, cum essent
undequaque justificatæ, quod in præsenti
desideratur.

Comprobata ex his justitia mandati pro
nunc in dicta summa scutor.1050., existima-
runt Domini exequendum esse contra bona

hæreditaria Pompei tantùm, non autem ad-
12 versùs Federicum fidejussorem, quia cum
ejus obligatio, juxta verba superius recen-
sita, restricta sit, & limitata ad casum obitus
Pompei, protrahi non potest ad ea, quæ ipso
13 vivente gesta fuerunt: fidejussio namque
tamquam strictissimi juris, nec de casu ad
casum, nec de tempore ad tempus extensio-
nem patitur in fidejussoris detrimentum, ad
*Text.in l.si in pignore. & l. fidejussores Ma-
gistratuum ff. de fidejussor.*, *Menoch. cons.
246.n.10., Noguerol. allegat.21. n.4., Rota
cor.Emer.jun.dec.10., & dec. 249. utrobique
n.1., & in rec.dec.230.n.17.p.16., & dec.616.
n.1.& seqq.p.19.*

Non obstat, quod in dicta obligatione
apposita fuerint verba universalia, quæ om-
nem casum, ac quodcumque tempus com-
prehendere videatur ibi -- *a quanto si con-
tiene nelli sudetti Capitoli* --, & rursùs -- *mi
obligo a quanto detto mio fratello si è obliga-
to* -- : etenim hujusmodi universalitas apertè
modificata, & restricta fuit per illa verba,
-- *in caso della morte del quale, e non altri-
14 mente* -- quæ obligationem omninò coarc-
tant ad casum expressum, juxta deducta per
Valenzuel. cons.9.n.20. cum pluribus seqq,
*Gobb.consult.81.num.10.cum seqq., R. P.D.
meus Ansald.de commerc.& mercat.disc.55.
n.30.& 31., Rot.cor.Buratt. dec.240. n.14.,
& cor. Merlin. dec.783. n.1. & seqq., & cor.
Pentinger. dec 177.n.2.*

Attenta potissimùm contrahentium verisi-
mili intentione, quia cum ageretur de con-
tractu societatis theatri habentis tractum
successivum plurium annorum; profectò ma-
gis dispendiosi erant primi ob ingentes sump-
tus, & lucra in postremis tantùm sperari po-
terant. Quamobrem cum domus ad usum
theatri redacta, esset fideicommissaria, ac in
casu obitus Pompei, durante adhuc societa-
te vindicari posset per Federicum in dicto
fideicommisso substitutum, admodum cre-
dibile est, quod partes providè sibi consule-
re studuerint mediante ejus obligatione in
casu mortis ejusdem Pompei. In hac autem
15 materia ex verisimilitudine, tutissima desu-
mitur interpretatio ad dignoscendum quid,
& quantum sub fidejussione comprehensum
fuerit, *Mantic de tacit.lib.16.tit.14.num.30.
Gob. d. consult.81. num.31., Card.de Luc.de
credit.& debit. disc.91.nu.4., Fontanell. dec
472.n.21.& seqq., Rot.dec.4.nu.2., & per tot.
p.15.rec.*

Cæterùm etiam si hujusmodi obligatio Fe-
derici esset universalis & indefinita, adhuc
tamen nullo modo suffragari posset Contino.
Siquidem animadverterunt Domini, quod
16 illa emissa fuit favore Crescentii; proindè-
que cum iste decesserit anno 1697. resoluta
extitit quælibet fidejussio, quæ de jure de
persona ad personam non extenditur, *Ce-
phal. cons.58.n.12., Natt. cons.340. num.5.,
Gobb.d.consult.81.n.12., Magon.dec.Florent.
57.n.20.& 21.*

Haud relevante, quod Crescentius in di-

cta societate non haberet nisi nudum nomen,
17 sub quo revera contraxerat Continus, quia cum concludenter non justificetur prædictam simulationem innotuisse Federico, inefficax est ejus obligatio ad favorem Contini, de quo in dicta obligationis apoca nulla prorsus habita fuit mentio. *Dec. conf. 14. n. 7., Rot. dec. 90. n. 34. p. 8. rec., & coram Vbald. dec. 107. n. 7. p. 14., & in Romana, seu Albanen. Ferracci super bon jure 8. Martii 1709. §. & ob id cum seqq. cor. R. P. D. meo Ansaldo.*

Et sanè hujusmodi scientia deduci non potest ex nonnullis informibus attestationibus pendente lite expiscatis, aliisque ejusdem
18 roboris adminiculis, quia ad hunc effectum debet esse indubitata, præcisa, ac individualis, *Rot. cor. Priol. dec. 301. n. 5., & cor. Cerro dec. 31. nu. 5. & seqq., & cor. Emer jun. dec. 63. n. 3., & in rec. dec. 200. n. 7. p. 17., & dec. 535. n. 34. p. 19.*

Cessatque omnis difficultas ex facto: nam anno 1697. idem Continus judicialiter inter-
19 pellatus fuit à Pompeo ad declarandum an ipse, vel Crescentius esset socius, atque hæc instantia tandem per partitum decisivum terminata extitit: ideoque pernecesse concludendum est, Federicum omnino ignorasse, quod Continus sub nomine Crescentii contraxerat, ut patet ad sensum.

Et ita, omnibus partibus auditis, responsum fuit &c.

CARPENTORACTEN. SALVIANI.

Lunæ 15. Junii 1711.

ARGUMENTUM.

Hypotheca pro credito contra fideicommissarium non contrahitur in bonis fideicommissi etiam relicti sub conditione si sine filiis illa adimpleta. Census spatio 80. annorum, quo fructus à diligente creditore contra opulentum, & probum debitorem petiti non sunt, extincti dicuntur: præsertim cum postea instatur contra tertios, & pro capitalibus, quorum alterum extinctum deinde probatur; & quando potius ignorantiæ, quam præsumptæ extinctioni lapsus iste, intercedente personarum mutatione, sit imputandus bene distinguitur.

SUMMARIUM.

1 *Immissio in Salviano non datur deficientibus credito, & hypotheca.*
2 *Ægidianæ locus non est cum sententia est injusta.*
3 *Fideicommissarii hypothecæ, & onera non afficiunt bona à fideicommisso provenientia.*
4 *Amplia etiam procedere in hærede instituto cum conditione si sine filiis, quando nullis relictis filiis decedat,*
5 *Tertius possessor retinere potest jure anteriorum creditorum sui auctoris, contra creditores posteriores;*
6 *Census extinctio ab urgentibus conjecturis, & argumentis elicitur etiam sine instrumento, & conjecturæ sunt.*
7 *Si octuaginta annis nunquam fructus soluti, aut expostulati sunt, licèt creditor esset diligens, debitor opulentus.*
8 *Præsertim cum debitor esset probus vir, & Sacerdos.*
9 *Si actio promovetur contra tertios possessores ignorantes,*
10 *Conjecturæ pro extinctione census simul unitæ considerantur.*
11 *Census extinctio præsumitur, si major pars quantitatis petitæ extincta doceatur.*
12 *Solutio majoris partis debiti est præstantissima præsumptio solutionis residui, quod res est in antiquis, & cessatio à petitione fructuum est contemporanea actui inceptæ extinctionis.*
13 *Accollatio resoluta, & nulla dicitur, cum solutiones à debitore non ab accollatario subsequenter factæ noscuntur.*
14 *Accollatio ista alterius partis debiti ab altero accollatæ, præsumptam extinctionem factam ab accollante non excludit, & quare?*
15 *Fructuum omissa petitio tribuitur potius ignorantiæ census, quàm præsumptæ ejus extinctioni, quando ultra multiplicem personarum mutationem probetur, quod creditoris hæreditas ad minores, vel pupillos delata fuerit.*
16 *Vel quando præter longævum temporis lapsum, nulla vehemens circumstantia, & conjectura concurrerent.*
17 *Limita quando nec pupilli, nec minores creditori census successerunt, sed acquiescentia in ipso creditore est incepta, vel argumenta, & conjecturæ extinctionem suadentes adstipulentur.*

DECISIO DCLXXVI.

POstquam geminos impnsuerat census anno 1626. Franciscus de Cheylus; alterum nempe scut. 500., & alterum scut. 100. super bonis existentibus in territorio *Paternarum*, ac vinea Sancti Desiderii favore Jacobi Villardy, in solemni transactione inita subinde anno 1628. cum Petro fratre, eidem prædicta bona relaxavit, tam ex juribus fideicommissi Catharinæ de Cheylus ad ejus favorem pro medietate purificati, quàm ex causa legatorum, legitimæ, aliorumque creditorum super bonis paternis, & maternis eidem competentium.

Pervenerunt hujusmodi bona per obitum dicti Petri in Spiritum ejus filium, & ab eo in Alexandrum de Chauslande Dominum de Sant Roman illius hæredem, à quo deinde cum distracta fuerint, Maria Sybilla de Pourcellet aboriginario dictorum censuum creditore causam habens, post diuturnum 80. ferè annorum spatium pro fructibus utriusque, judicium immissionis in vim utilis Salviani interdicti adversùs tertios possessores coram Auditore Generali Legationis Aven.

Inten-

intentavit. Interim verò ad causam evocato prædicto Alexandro, compertoque, quod alter ex prędictis censibus pro rata scut.400. extinctus fuerat, dicta Maria Sybilia suam moderando petitionem pro fructibus residualis summę scut. 200. favorabilem sententiam reportavit.

A qua interposita appellatione, delegataque mihi causa cum clausula -- *Constito, quod sit locus Ægidianæ* -- sub die 18. Junii superioris anni proposui consuetum dubium, & nulla ob suffragiorum scissuram capi tunc potuit resolutio. Cumque deinde semel, atque iterùm illius disputatio ad instantiam actricis dilata fuerit, hodie tandem negativè resolutum extitit respondentibus Dominis, -- *Non esse locum Ægidianæ.*

Injustitia siquidem sententiæ praeedentia
1 instantiæ resultans tam ex defectu hypthecæ, quàm crediti, sine quibus immissionem ex Salviano interdicto neutiquam competere posse vulgata sunt jura, ut apud *Rotam coram Cerr.dec.34.n.1., & coram Emerix jun. dec.26. n.2., & dec.347.n.2.*, utique præfatæ
2 Constitutionis censuram aperiè excludit, ex passim connotatis per *Rot.cor.Bich. dec.274. n.1., & in rec.dec.285. num.1.p.17., & dec.37. n.17.p.18.*

Et sanè defectus hypothecę convincitur ex eo, quod licèt bona, de quibus agitur, tempore impositionis dictorum censuum possiderentur per Franciscum debitorem, adhuc tamen cum nonnulla ex eis provenirent à fideicommisso dictæ Catharinæ,
3 quod pro medietate favore Petri purificatum fuerat, ut non controvertitur, profectò eo ipso, quod in fideicommissariam ejus portionem obvenerunt, obnoxia nullo modo esse poterant vinculis, & hypothecis à Francisco contractis, ad *Text.in leg.2.ff. de pignor. act., Merlin.de pignor.& hypothec.lib.2.tit.1. q.2.n.2.& seqq., Pacif. de Salvian. interdict. inspect.3.cap.2.n.394., Rota cor. Dunoz.jun. dec.622.n.4.*

Alia verò cum essent hæreditaria Ludovici patris, qui instituit quidem hæredem Franciscum, sed ei quandocumque sine filiis
4 decedenti substituit Petrum, immunia pariter censenda sunt à quocumque onere, ex quo per illius obitum sine filiis purificata extitit conditio ad commodum ejusdem Petri, & per consequens resoluta fuit quæcumque hypotheca, quam Franciscus super dictis bonis favore suorum creditorum contraxerat, *l. final. §. sin autem sub conditione C. commun.de legat., Fusar.de substit.q.706. nu.1., Rot. cor.Royas dec 305.n.10., & dec.385.n.9., & in Romana, seu Albanen. Vineæ 5 Decemb.1698. §.Fundamentum resolutionis cor. Reverendiss. Conchen.*

Nec obstat, quod respectu ad aliqua ex dictis bonis concludenter non justificetur identitas, attenta confinium discrepantia. Etenim etiamsi assumptum subsisteret, attameo cum Petrus esset creditor scut. 500. pro legato eidem à præfato Ludovico relicto usque ab anno 1613., nec non legitimæ in bonis Sybillæ matris, semper suffragaretur ter-
5 tiis possessoribus retentio controversorum bonorum ex ejus persona pro hisce creditis anterioribus, *Rota cor.Merlin. dec.645.n.11., & cor.Emerix jun. dec.877. nu.15., & in rec. dec.75.n.9.p.15., & dec 185.n.8.p.19.*

Clara etiam visa est Dominis insubsistentia crediti; nam quamvis census pro quorum fructibus concessa fuit immissio, integraliter extincti non appareant per actum retrosimilem mediante restitutione pecuniæ, ac confectione scripturæ; nihilominùs in hypothesi urgentes concurrunt conjecturæ, & argu-
6 menta, ex quibus elici posse præsumptam hujusmodi extinctionem, nemo est, qui dubitet, ex adductis per *Rot. cor. Pamphilio dec.436.n.9, ibique Adden.n.16., cor. Durano dec. 449.n.10*, cum concordantibus adductis *in dec.60.n.2.& sequentib.cor. R. P. D. meo Ansaldo.*

Et quidem constat in facto, quod per spa-
7 tium 80. ferè annorum numquam illorum fructus soluti, aut expostulati fuerunt, licèt creditor esset diligens in exigendo, & è
8 converso debitor facultatibus afflueret; quodque magis stringit, iste nedum nobilis, & probus, sed ulterius etiam caractere Sacerdotali insignitus erat: addito præterea, quod hodie promovetur hæc prætentio con-
9 tra tertios possessores de veritate facti penitùs ignaros, quando nihil petitum fuit contra originarium debitorem, illiusque hęredem, quibus solutionis factum innotescere
10 poterat, quibus omnibus simul juncta cum aliis mox adnectendis, benè intrat extinctionis præsumptio, ut in durioribus terminis sæpè respondit *Rota, & signanter decis. 63. n.18.& sequentib., & dec.72.nu.13 & 14. cor.Bichio, & in dict.dec.60.n.2.cum seqq. cor. R.P.D.meo Ansaldo, & in Sabinen. fideicommissi 22. Aprilis 1701. §. Primus siquidem, & 10. Junii 1702 §. Nec ad impugnandum cor.clar.me.Cardinali Caprara, in Cornetana census prima Martii 1706. §. Et sanè cum seqq.cor.R.P.D. meo Priolo, & in Neapolitana census 13. Decembris 1709. §. Præcipuum fundamentum cum seqq. cor.me.*

Hęc omnia mirabiliter corroborantur ex eo, quod ab initio causæ in præcedenti instantia petiti fuerunt fructus integri capitalis utriusque census scut.600., & tamen successivè compertum extitit non solùm, quod alter ex eis extinctus fuerat pro rata sc.400., ut citra controversiam admittitur, verùm etiam in præsenti causæ propositione doctum fuit de solutione residualis summæ scutor. 100., proindeque validissimum hinc oritur argumentum, quod sicuti actrix post adeò diuturnum temporis intervallum expostulavit
11 fructus censuum etiam pro rata extincta, de qua constat, ita insubsistens sit ejus prætensio, quoad fructus pro residuo sortis, de cujus extinctione non liquet, quia solutio
12 majoris partis debiti præstantissimam præsefert præsumptionem solutionis residui; quoties-

quotiescumque, prout hic, versamur in antiquis, & cessatio à solutione, & petitione fructuum est contemporanea ad actum inceptæ extinctionis, *Gobb. consult.*68.*n.*17., *Palm. Nep. allegat.*32. *n.*52., *R. P. D. meus Ansaldus in addit. ad ejus dec.*40.*n.*23., *Rot. cor. Celso dec.*306.*n.*10., *& dec.*32.*n.*9. *par.*11. *recent.*, *& dec.*193. *n.*8. *post modernum Asculanum ad Statutum Urbis.*

Absque eo, quod impugnari valeat solutio dictæ residualis summæ scutorum 100., eo sub obtentu, quod accollatio, ex qua deducitur, facta fuerit anno 1629., cum tamen anno 1632. creditor reci iendo præfatam ratam scut.400. expresserit ibi -- *A buon con-*
13 *to de i scudi* 500. *dovuti dal sudetto de Cheylus per la sorte di un censo &c.* inde inferendo, quod hujusmodi accollatio resoluta remanserit, nullumque prorsùs effectum sortita fuerit. Etenim animadverterunt Domini, quod sicuti dicta solutio scut. 400 expleta fuit anno 1632. non obstante accollatione facta per Hieronymum Monier usque ab anno 1629., ita & Petrus Gonim alter Accollatarius potuit subinde solvere dicta scuta
14 100., quapropter supradicta expressio nullo modo infringere potest præsumptam accollationis effectuationem satis superque resultantem ex tam longæva creditoris acquiescentia, *Cravett. cons.* 148. *nu.*12., *Menoch. cons.* 121.*n.*98, *Sard.dec.*105 *nu.*4., *Rot.cor. Coccin.dec.*1005.*n.*9., *& cor. Arguell.dec.*88. *n.*17., *& cor. Dunoz.jun. dec.*974. *n.*12.

Hujusmodi præsumptionum pondus, & efficaciam agnoscebant Scribentes pro Maria Sybilla, atque ideò illam evitare satagebant sub præsidio mutationis personarum, propter quam ignorantiæ potius, quàm extinctioni dictorum censuum congruere videbatur omissa fructuum petitio, ac diuturna credi-
15 torum taciturnitas. Verùm inane, ac insubsistens apparuit in hypothesi objectum, quia procedere posset, vel quando ultra multiplicem personarum mutationem probaretur, quod creditoris hæreditas ad minores, & pupillos delata fuerit, ut distinguendo tradit *Rota cor. Emerix jun.dec.*899 *num.*11. *&* 12., *dec.*488.*n.* 10. *p.*18. *recen.*, *& in Callien. Salviani* 1. *Februarii* 1706. §. *Hujusmodi profectò, &* 28. *Martii* 1707 §. *Instrumentum extinctionis cor. R. P. D. meo Priolo.* Vel quando prater longum temporis lapsum nulla
16 concurreret vehemens circumstantia, & urgens conjectura, ex quibus census extinctio argui posset, in quibus terminis loquuntur auctoritates in contrarium adductæ & signanter *Card. de Luc. de censib. disc.* 20. *nu.*8., *Rot. in dicta Callien. Salviani* 1. *Februarii* 1706., *&* 18. *Martii* 1707. *locis mox citatis cor. R. P. D. meo Priolo, & in Romana census* 5. *Maii* 1710 § *Præsumptio autem cor. me.*

Secus autem ubi, prout hic, eamdem ex-
17 tinctionem tot argumenta superiùs ponderata suadent, numquam in hæreditate successerunt pupilli & minores, atque acquiescentia incæpit vivente ipsomet originario creditore, ac postmodùm semper continuata fuit in immediato ejus hærede, cæterisque successoribus, ut probant auctoritates in §. *Et quidem cum seqq.* adductæ.

Et ita utraque &c.

NULLIUS, SEU TERRÆ PONTIANI IMMISSIONIS.

Luna 15. *Junii* 1711.

ARGUMENTUM.

Substitutio cum onere adiecto nè elusoria dicatur, interpretanda est comprehendere etiam bona, quæ in dubium ex verbis videntur. In transactione inita inter hæredem gravatum, & substitutum, an, & quando simplex possessio, vel dominium plenum bonorum dimissum dici debeat, latè examinatur.

SUMMARIUM.

1 *Res judicata resultat ex quo intra legitima tempora appellationis prosequutio omissa fuit.*
2 *Pontiani Terra est in districtu Urbis, et subiecta ejus Statuto.*
3 *Duæ sententiæ conformes ex Statuto Urbis vim trium habent.*
4 *Restitutioni in integrum locus non est, sine læsione, quæ excluditur a validitate, et Iustitia sententiorum.*
5 *Substitutus ritè potest ad formam substitutionis immissionem petere.*
6 *Dispositio alterius confirmatoria nihil penitus novat tàm quoad qualitates, quam quoad personas.*
7 *Dispositio interpretanda est, ne sit elusoria,*
8 *Maximè quando vocatus diversis oneribus gravatur.*
9 *Vocatus sub conditione adimplendi onera, vel nominandi fratrem, cum illum nominaverit, reservato sibi usufructu, immissionem obtinere nequit, nisi ad usumfructum limitatam.*
10 *Immissio peti nequit super bonis ad hæredis gravati comodum a substituto irrevocabiliter per transactionem dimissa, et cur?*
11 *Decisio a qua concessa fuit nova audientia, nec supponi, nec allegari debet.*
12 *In transactione in contractum deducta dicitur temporalis, et vitalitia bonorum possessio, cum inita fuit super lite, in qua gravatùs etiam certorum aliorum bonorum manutentionem prætendebat, ad quæ alter transigent erat vocatus.*
13 *Transactionis interpretatio tutissima desumitur ex juribùs in litem deductis, et unicuique ex transigentibus competentibus.*
14 *Transactio super vitalitia possessione cadere dicitur, cum super possessione bonorum ejus vigore dimissorum, nulla perpetuitatis, et dominii mentio fit.*
Dominium, et proprietatem non importat nuda

- *da possessionis dimissio, quę possidentis vitam non trascendit.*
15 *Amplia has duas conclusiones, cum in eadem transact. one quando de dominio plenario disponere libuit clarè id fuit expressum.*
16 *Et cum in eadem transactione præservata fuit substitutio, sub qua bona dimissa comprehenduntur, et quare?*
17 *Exceptio de jure tertii allegari nequit,*
18 *Auctoris factum impugnari nequit.*

DECISIO DCLXXVII

OBtinuerat Canonicus Joannes Baptista Sanctolinus ab A. C. immissionem ad nonnulla bona possessa per Petrum, & Josephum de Corillis hæredes Margharitæ vigore Testamenti Caroli de Liberatis, quæ subinde devoluta causa ad nostrum Tribunal, restricta fuit ad usumfructum tantum eorumdem bonorum, ut ex *decisione edita 26. Junii 1709. coram R. P. D. meo Ansaldo*, & ex sententia ad ejus formam prolata, quę transitum fecit in judicatum.

Verum adhuc non acquiescentibus præfatis de Corillis, instaurataque instantia in gradu restitutionis in integrum coram me, disputandum hodiè proposui consuetum dubium, & DD. *Constare de re judicata, non autem de causis restitutionis in integrum*, respondere non dubitarunt.

Illa namque clarè emergere visa est, ne-
1 dum ex quo intra legitima tempora appellationis prosequutio omissa fuit, *cap. Cum sit Romana de appellat.*, sed etiam ex conformitate quoad usumfructum geminarum sententiarum, quæ attenta Statutaria Urbis dispositione, (cui, utpotè comprehensa in
2 districtu, subjecta est Terra Pontiani) vim
3 trium obtinent. Cumque concurrat earum validitas, & justitia, inde excluditur læsio
4 sine qua petitæ in integrum restitutioni locus esse non potest, vulgata *l. Verum §. Sciendum ff. de minor.*, *Rota dec 514. nu. 6. p. 19. recen.*

Justitia siquidem, cum validitas in dubium non revocetur, plenè comprobatur ex deductis in decisione R.P.D. mei Ansaldi, non obstantibus exceptionibus, quæ mutata defensionis methodo a Scribentibus pro Corillis adducebantur, nam in testamento d. Caroli fuit quidem heres scripta Margarita ejus Uxor, sed ei fuit simpliciter data libertas disponendi de mobilibus, quę in hæreditate reperirentur, de Vinea *di Filacciano*, ac de aliis stabilibus usque ad summam tantum scutorum 300. Quo vero ad reliqua bona tàm libera ipsius Testatoris, quam fideicommissaria Roberti, voluit, quod post illius obitum succederet Canonicus Joannes Baptista, quem eidem Margaritæ in omnibus, & per omnia substituit, ideoque cum jam decesserit d. Margarita, ritè, recteque potuit d. Canonicus Sanctolinus super eis-
5 dem bonis tam liberis, quàm fideicommissariis ad formam substitutionis immissionem obtinere, *Rota coram Priolo dec. 347. nu. 22., et cor. Bich. dec. 345. n. 6., et dec. 180. n. primo, et dec. 375 nu. 2. p. 17. rec.*

Nec obstat, quod hujusmodi substitutio facta a Carolo limitata, & restricta dicatur ad bona Angeli Patris, nec alia fideicommissaria Roberti comprehendat. Etenim quoad bona paterna Carolus nihil innovavit, solumque ejus dispositionem simpliciter confirmavit, cumque illa respiceret filios Theodoræ, Patrem scilicet, & Patruum d. Joannis Baptistæ, ad evidentiam usque datur intelligi, quod iste vigore testamenti Caroli, nullatenus succedere poterat in bonis Ange-
6 li. Dispositio namque alterius confirmatoria nihil penitus novat, tàm quoad qualitates, quàm quoad personas, *ad text. in l Si ita scripsero ff. de condit., et demonstrat., Rota cor. Gregor. dec. 511. n. primo, et cor. Emerix jun. dec. 9050. n. 6., et in Maceraten. Legatorum, et fideicommissi 18. Junii 1610. §. Sexto tamdem coram R. P. D. meo Ansaldo.*

Adeout proinde prædicta substitutio *Nelli beni stabili poi particolarmente fideicommissari*, necessariò referenda veniat ad
7 bona fideicommissaria Roberti, ne aliàs fit elusoria contra omnia Juris principia, maximè in hypothesi, quia Joannes Baptista
8 gravatus fuit onere ducendi Uxorem, nec non assumendi cognomen, & insignia domus de Liberatis, ut notant *Palm. Nep. alleg. 242. n. 12., Rota dec. 104. nu. 19 p. 16. rec., et decis. 1972. n. 3. cor. Emerix. Jun., et in Romana fideicommissi de Bove 30. Januarii §. Concurrit cor. clar. me. Card. Caprara.*

Hanc autem immissionem bene fuisse in secunda Sententia modificatam, & restrictam ad usumfructum, cujus respectu tantum dictum fuit -- *Constare de re judicata*, resultat ex eo, quod d. Joannes Baptista sub-
9 stitutus fuit a Carolo sub conditione adimplendi præfata onera, vel nominandi Fratrem, qui illa subire teneretur. Cum autem hujusmodi nominationem jam expleverit, eo quia ipse Ecclesiasticæ Militiæ nomen dedit, profecto immissio àd ejus favorem concessa, limitanda est ad usumfructum, quem sibi in d. nominatione expressè reservavit, ut advertit *decisio R. P. D. mei Ansaldi §. Ratio propter quam, et seqq.*

Agnoverunt veritatem assumpti Scribentes pro Corillis, ideoque præcipuum defensionis presidium deducere satagebant ex
10 quadam transactione inita inter Joannem Baptistam, & Margaritam, in qua ad ejus comodum irrevocabiliter dimissa pretenditur medietas quadrantis assia hæreditarii Roberti, quæ propterea cum in liberum illius Patrimonium redacta fuerit, immunis omnino fit ab intentata immissione, juxta ea, quæ firmata fuerunt *in decisione edita super validitate ejusdem transactionis 18. Februarii 1701. §. Non subsistente cum seqq coram R.P.D. meo Ansaldo.*

Verum præmisso, quod adversus d. deci-
11 sionem fuit hodie concessa nova audientia, & per

& per consequens in præsenti nec supponi, nec allegari valet, *Rot. dec.* 54. *n.* 24., *et decis.* 274. *n.* 11. *p.* 11. *rec.*, *et dec* 97. *nu.* 11. *cor. Emerix Jun., in Colonien. Canonicatus primæ gratiæ* 4. *Februarii* 1699. §. *Hinc neque cor. R. P. D. meo Scotto*, adverterunt DD. quod in eadem transactione temporalis tantum, ac vitalitia dd. bonorum possessio in contractum deducta fuit, ut convincitur, ex quo Margarita uti hæres Caroli prætensionem excitaverat in Judicio Manutentionis super possessione medietatis bonorum fideicommissariorum Roberti, quæ idem Carolus possederat, quæque Sanctolini vigore dicti fideicommissi ab eadem vindicaverant,
12 ideoque, cum ejus prætensio non trascenderet limites meræ, & resolubilis possessionis, ac proprietas spectaret ad Joannem Baptistam, vel ex antiquis fideicommissis, vel ex d. substitutione Caroli, dicendum est, quod temporalis possessio tantum dimissa fuerit. Ex Juribus enim in litem deductis, &
13 unicuique ex transigentibus competentibus tutissima desumitur transactionis interpretatio, *ad text. in l. si de certa, ibique Castren. num. primo Cod. de transact.*, *Rota dec.* 534. *n.* 5. *p.* 2., *et dec.* 209. *num.* 23. *p.* 19. *rec.*, *et in Hidruntina Pecuniaria* 14. *Decembris* 1700. §. *Creditum cor. Eminentissimo de la Tremoille, et in Romana Pecuniaria* 17. *Maii ejusdem anni* §. *Nam cum cor. Rmo D. meo Decano*.

Nec contrarium præseferunt verba transactionis, imo potius mirificè consetunt ad intentum ibi -- *Promettono detto Gio. Battista &c. di rilasciare il possesso della metà dell' altra porzione, e rata de' beni del sudetto Roberto, che possedeva detto q. Carlo, et oggi si ritiene da d. Gio. Battista &c.* Etenim
14 cum nulla perpetuitatis, ac dominii mentio facta fuerit, hoc utique importare non potest simplex, ac nuda possessio, quæ possidentis vitam non trascendit, *Post. de manut. observ.* 64. *n.* 14., *Rota post eumdem decis.* 25. *n.* 11., *et cor. Emerix jun. dec.* 670. *n.* 4.

Quando e converso, ubi voluerunt de plenatio dominio disponere, litteris claris expresserunt ibi -- *E per l'altra metà de' beni &c. d. Margarita retrocede, e rinunzia liberamente il possesso, e pieno dominio a d. Gio. Battista con la clausola del Costituto*. Quocirca
15 ca ex hoc discretivo loquendi modo evidens est, quod juxta transigentium sensum sub simplici possessionis dimissione plenum dominium nullatenus comprehendebatur, ex connotatis per *Paris. consf.* 50. *num.* 19. *lib.* 4., *Menoch. consf.* 215. *n.* 69., *et seqq.*, *Rota cor. Coccin. dec.* 2121. *num.* 143., *cor. Merlino decis.* 800. *num.* 11., *cor. Celsf. decis.* 116. *n.* 8., *coram Bich. dec.* 154. *n.* 3., *et in rec. dec.* 216. *n.* 23. *p.* 11., *et dec.* 304. *n.* 12. *p.* 19.

Maxime quia in sepedicta transactione se-
16 mel, atque iterum expressè præservata fuit substitutio a Carolo favore Joannis Baptistæ ordinata ibi -- *Eccettuata però la sostituzione fatta da detto Carlo a favore di Gio. Battista*. Cum autem hujusmodi substitutio, ex supra firmatis, comprehendat etiam bona fideicommissaria Roberti, quorum pars, ut diximus, dimissa fuit, talis dimissio necessariò referenda est ad simplicem possessionem, ad hoc, ut ea resoluta per obitum Margaritæ, Joannes Baptista in vim dictæ substitutionis recuperare possit præfata bona, juxta præservationem vinculorum, quêadmodum ad rem expendunt *Noguerol. alleg.* 25. *n.* 142., *Rocca disput. Jur. cap.* 59. *n.* 10., *Rota cor. Coccin. dec.* 1916. *n.* 13. cum concordantibus adductis in *Romana fideicommissi de Alberinis* 10. *Martii* 1698. §. *Minusque cor. me*.

Irrelevans tandem apparuit alterum obiectum, quod Joannes Baptista jamdudum consecutus fuerit portionem bonorum Roberti, quæ tantum in omnem casum eidem debitaerat uti filio, & hæredi Petri pauli, proindeque super alia rata nullam omnino prætensionem promovere valeat, ex quo potius spectare videatur ad filios, & hæredes Dominici ejusdem Petri Pauli Fratris. Ultra
17 quod enim hujusmodi exceptio est de jure Tertii, & consequenter sub ejus clypeo sese tueri non possunt Corilli, *Rota coram Priolo decis.* 214. *n.* 13., *et coram Dunoz. jun. decisione* 417. *numero* 17., *et decis.* 726. *numero* 26., *et decisione* 1300. *numero* 3. *coram Emerix junior.*, placuit responsio, quod substitutio facta a Carolo favore Joannis Baptistæ comprehendit omnia bona Roberti, quæ in ipsum obvenerant, ideoque cum Carilli sint hæredes mediati ejusdem Caroli,
18 factum proprii Authoris nullo modo impugnare valent, juxta vulgatam regulam *textus in l. cum a Matre Cod. de rei vindicat*, de qua *Rota coram Emerix jun. dec.* 896. *nu.* 6. *et decisione* 689. *n.* 8. *parte* 18. *rec.*

Cæterum super iis, quæ iterum inutiliter repetebantur respectu ad detractiones tàm quotitativas, quàm quantitativas, superfluum visum fuit immorari, cum omnia plenè sublata fuerint in *dicta decisione præcedentis instantiæ* §. *Tertio denique cum seqq.*, cujus fundamenta ad evitandam inutilem repetitionem DD. approbarunt.

Et ita utraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI SUPER IMMISSIONE.

Veneris 19. *Junii* 1711.

ARGUMENTUM.

Accipe a superioribus decis. 404., & 648., quæ confirmantur.

SUMMARIUM.

1 *Bona ad illius hæreditatem spectant, in cujus sunt dominio, non illius, qui simpliciter possedit.*

2 *Authoris confessionem hæres impugnare nequit.*

3 *Dispu-*

3 *Diſputari non poteſt,non obtenta reſtitutione in integrum,ſuper iis, quæ a re judicata deciſionibus, & propriis confeſſionibus ſunt terminata.*

4 *Res judicata non ſolum reſultat ex iis, quæ principaliter continentur in ſententia; verum etiam ex mandato ſucceſſive obtento, quod habet vim Sententiæ, & rei judicatæ.*

5 *Qualitas bonorum hæreditariorum canonizatur ex judiciali recuperatione facta nomine illius, ad quem bona recuperata vigore rei judicatæ aſſeruntur pertinere.*

6 *Immiſſio concedi nequit vigore fideicommiſſi ad loca montium, quæ in litteris patentibus nullum ejus vinculum habent.*

7 *Bona data in tranſactione* pro ſe hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque *omnimoda libertate potiuntur.*

8 *Amplia licet in eadem Tranſactione adſint alia verba* - pro ſe filiis, & deſcendentibus, *quia tunc filii uti hæredes, non uti filii intelliguntur, ad evitandam incompatibilitatem.*

9 *Maximè cum Tranſactionis obſervantia his verbis fuit promiſſa, & cur?*

10 *Quem de evictione tenet actio, eumdem agentem repellit exceptio.*

DECISIO DCLXXVIII.

IMmiſſionem ad loca Montium, quæ non ſemel, ſed bis per noſtrum S Auditorium illis de Tauara, & Albergatis fuit denegata,
ut ex deciſionibus *cor. me editis ſub diebus 15. Martii 1706, & 13 Junii anni proximi præteriti*, DD. perſiſtentes *in deciſis*, iterum denegandam eſſe reſponderunt.

Retento enim ordine ſervato in præcedentibus reſolutionibus circa diſtinctionem
Locorum Montium, certè quod ea quæ proveniunt ex medietate prætii Caſtri Montis
Rotuodi, nullo modo dici poſſunt obnoxia
fideicommiſſo Henrici ſenioris de Urſinis,
cujus vigore Immiſſionem petebant Actores,
1 nam & ſi admitteretur Henricum poſſediſſe
dictum Caſtrum, tamen quia dominium
ſpectabat ad Franciſcum ejus fratrem, ad illius hæreditatem etiam ſpectare dicuntur
præfata loca, ut firmatum fuit in *mea ſecunda Deciſione §. Veruntamen., & §. Ex quibus*.

Pertinentiam autem ad Franciſcum reſultare DD. exiſtimarunt ex pluribus, & ſignanter ex ſententia obtenta in Tribunali R. C.
ſuper reintegratione ad medietatem ſupradicti Caſtri, tamquam ſpectantem ad ſupradictum Franciſcum ſeniorem, quæ tranſitum fecit in rem judicatam, & ulterius fuerunt illius jura quoque comprobata in noſtro Tribunali coram bo. me, Coccino, ut videre eſt in ejus *deciſ. la* 1715. ac tandem in inſtantiis pronotis in Camera, & in S. Rota ſemper emiſſa fuit confeſſio, quod medietas Caſtri ſpectabat ad Franciſcum ſeniorem, unde clara viſa fuit conſequentia, quod ex vi rei judicatæ, deciſionis Rotalis, & propriæ
confeſſionis, qualis reputanda eſt illa Franci-
2 ſci, & Henrici Juniorum, cum nequeat impugnari ab eorum hæredibus immiſſionem
3 petentibus, amplius via eſſe non poterat diſputandi ſuper pertinentia præfatæ medietatis Caſtri, niſi obtenta reſtitutione in integrum, ad latè firmata *in mea ſecunda Deciſione §. Pertinentiam cum ſeq.*

Abſque eo, quod apud DD vim facere potuerit, ſententiam, ſive remjudicatã haud quaquam cadere ſuper qualitate hæreditaria Franciotti reſpectu Franciſci ſen., ſed bene quidem ſuper ejuſdem Franciotti legitimitate quoniam iis ſatis eſſe viſum fuit, quod Henricus, & Franciſcus juniores proſequentes judicium jam inceptum à Franciotto communi parente aſſequuti fuerint reſtitutionem Caſtri uti ſucceſſores Franciſci, cumque in ſuum Authorem recognoverint, eo quia res
4 judicata non ſolum reſultat ex iis, quæ principaliter continentur in ſententia, verum etiam ex mandato ſucceſſivè obtento, quod habet vim ſententiæ, & rei judicatæ, *Rota coram Cerro dec.* 518. *num.* 5., & in ſpecie, quod qualitas bonorum hæreditariorum ca-
5 nonizata remaneat ex judiciali recuperatione facta nomine illius, ad quem bona recuperata aſſeruntur pertinere, *Peregr. de fideicom. art* 44. *num.*20., *Rota dec.*89. *nu.*7., *& ſeq. por.*8 *rec*, *& in Romana fideicommiſſi* 13. *Martii* 1710. §. *Nec fuit cor. R.mo Kaunitz*.

TranſeuntesDD ſubinde ad aliam ſpeciem locorum montium provenientium ex pecuniis ſolutis per R.C.A. Franciſco, & Henrico junioribus, adhuc fuerunt in ſenſu,
6 quod immiſſio ad hæc loca montium competere nequeat, ex quo litteræ patentes illorum nullum habent in ſe vinculum fideicommiſſi, non obſtante, quod præſeferant relationem ad tranſactionem initam cum R.C.,
7 quia iſta expleta fuit à tranſigentibus *pro ſe hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque*, ac proinde omnimoda libertate potiuntur, ad latè expreſſa in meis deciſionibus hujus Cauſæ, ut in *prima §. Tranſeundo, cum ſeq. & in ſecunda §. finali*.

Et licet præter dd. verba legantur in tranſactione etiam illa *pro ſe.filiis,& deſcendentibus*, tamen hoc nullius relevantiæ apparuit
8 nam hujuſmodi nomen *Filiis* in caſu de quo agitur, venit interpretandum de filiis, uti hæredibus, ad evitandam contradictionem, ſtante incompatibilitate, quæ apertè vigeret, ſi tranſactio eſſet habenda tamquam facta favore filiorum uti filiorum, ac etiam hæredum quorumcumque, ex *Theor. Bart in leg. ſi ſibi §. Si pactus ſim. ff. de pactis*, *Rota in Romana fideicommiſſi de Palmeriis* 29. *Januarii* 1700 §. *Neque juvat coram cl. me. Cardinal. Caprara*, maxime quia ubi actum fuit de obſervantia conventionis quæ fuit promiſ-
9 ſa iiſdem verbis reſpicientibus ipſos tranſigentes, filios, ac deſcendentes, quæ ſane promiſſio verificari non poterat, niſi filii conſiderandi eſſent uti hæredes: nam alioquin

quin ex persona propria venientes, factum suorum Authorum observare non fuissent adstricti, ut ad sensum patet.

Quæ omnia hucusque dicta respectu utriusque speciei locorum montium, certius difficultate carere putarunt DD. quia in facto constitit Franciscum, & Henricum juniores, quorum juribus, uti hæredes, utuntur illi de Tanara, & Albergatis, promisisse in instrumento venditionis amplissimam evictionem, quam si procul dubio ex presona suorũ Authorum præstare tenentur, utique contra il-
10 los urget vulgatum axioma, quem de evictione tenet actio &c, de quo est, *Text. in L. vindicantem C. d rei vindicat*.

Et ita, utraque &c.

ROMANA REDDITIONIS RATIONIS SUPER RESERVATIS.

Lunę 22. Junii 1711.

ARGUMENTUM.

Latè agitur, an investimentum pupiliarium pecuniarum a Tutore, non in locis montium, sed in stabilibus factum, quorum postea secuta fuit evictio, absque eo quod pretium fuisset pro evictione vinculatum, Tutoris damno cedat. Cætera in Summario.

In hac causa est proximè sequens decisio.

SUMMARIUM.

1 *Tutor Pupillares Pecunias in Stabilibus investire potest.*

2 *Tutor regulariter tenetur etiam de levi culpa.*

3 *Limita in emptione stabilium: nam in ea solum tenetur, si per sordes, & gratiam, vel si lata culpa illa Tutor comparaverit, & ratio assignatur* num. seq.

5 *Et lata ista culpa concludentibus probationibus est convincenda.*

6 *Investimentum in locis montium æstimatur tutissimum.*

7 *Tamen sua discrimina patitur.*

8 *Loca Montium subjecta sunt vicissitudinibus extractionum, & reductionum.*

9 *Locorum Montium reductio secuta fuit anno 1684.*

10 *Reductionem locorum montium præsensisse dici potest ille, qui, paucis annis ante, investimentum facere maluit in stabilibus, & ideo non incusandus.*

11 *Præsentim si antea investimenta fecerat in LL. Montium.*

12 *Tutor tenetur investigare naturam, & qualitatem investimenti: adeout si paulo post sequatur evictio, dicitur inexcusabiliter vitiosus: contrarium* num. 14., *quia præsumitur solitas diligentias Tutorem adhibuisse: quæ præsumptio non eliditur ex facto*, & num. 21., *& cur?* num. 15.

13 *Tutor sollicitus esse debet, ut pretium investimenti rerum pupillarum vinculetur pro securitate evictionis. Secus est: cum nulla instat necessitas dicti vinculi* num. 17.

16 *Tutor, ut bene pecunias pupillares investivisse dicatur, sufficit, quod inspecto principio, negocium utiliter gesserit.*

18 *Securitas major in pretio vinculato pro evictione investimenti pretii augmento comparatur.*

19 *A statu præsenti stabiliam perperam infertur ad antiquum.*

20 *Decremẽtum præsentium pensionum non probat valorem antiquum domus, & quare?*

22 *Contractus a Tutore gesti approbatio per Pupillum facta dicitur, si spatio viginti annorum nunquam de eo questus est, adeout amplius impugnare nequeat.*

23 *Expensa pro transferendo in sui faciem loca montium a Pupillo ex eo facta, quia tutor eadem describi permiserat etiam in faciem sororis Pupilli, fructus, & sortem ad liberam sui dispositionem, a tutore reficienda non est, & cur?*

24 *Tutor nullo modo condemnandus, & rigide criticandus est, quando a toto genere constat se utiliter gessisse ad instar providi Patris familias; nisi positiva ejus culpa concludenter probetur.*

DECISIO DCLXXIX.

Cum in judicio redditionis rationis excitato coram R.P.D. meo Ansaldo per Joannem Antonium a S. Petro adversus Commendatarium Cosmum Antonium à Puteo hæredem Commendatarii Caroli Antonii, qui illius tutelam exercuerat, geminæ partitæ relictæ essent in suspenso, hinc earum examine hodie coram me reassumpto, DD. constare de sufficienti redditione rationis respondere non hæsitarunt.

Etenim quoad primam partitam scut. 700., quę à dicto tutore erogata fuerunt, in emptionem domus *al Pellegrino*, insubsistens omnino apparuit pretensio Jo. Antonii. Nam cum absolutum in jure sit, quod Tutor pecunias pupillares in stabilibus investire po-
1 test, ad *Text. in L. ob fœnus* 49., *& in L. Tutor qui repertorium* 8. *ff. de administrat. Tutor.*, quodque licet regulariter teneatur etiam de
2 levi culpa, *ut in L. quidquid C arbitr Tutelæ*, cum cæteris apud *Gratian. discept. forens. cap.* 125. *num.* 1. Attamen in emptione
3 stabilium tenetur solum si per sordes. aut gratiam, vel si lata culpa illa comparuerit, juxta censuram *Text. in L. Tutor qui repertorium ff. de administrat., & pericul. Titor*, de qua *Staiban. jun. resol.* 89. *num.* 1. *cum seq.*, *Rota coram Emerix jun. decis.* 662., *& decis* 678. *utrobique num.* 1. ea evidenti ratione, quia
4 in subjecta emptionum materia maxima etiam diligentia, ac solliciduto sepissime excluditur, ut quotidiana edocet experientia, & animadvertit *Fab. in Jurispruden. Papin. scient. tit.* 13 *de Tutel. princip.* 7. *illat.* 9., *& dec. hujus Causæ super liberatione à molestiis* 17. *Junii* 1709. §. *Nichilominus cor. R. P. D. meo Ansaldo.*

Profecto hujusmodi lata culpa Tutoris (de sordibus enim, & gratia, attenta ejusdem inte-

integritate, nefas esset dubitare) nullo modo
probarur, cum tamen perspicuis, & unde-
5 quaque concludentibus probationibus con-
vincenda sit, *Grat. discept. forens. cap.125. num.4., & 11., Staiban. Jun. d. result.89. numero 14., Rota in Romana Multiplicorum 25. Junii 1700. §. Et quoniam cor. Rmo D. meo Decano*.

Et sane non probatur ex eo, quod d. Capitale scutorum 700. investitum fuerit in d. domo ad rationem scutorum 4 pro centenario, quando facilis admodum, ac tutissimus suppetebat modus complendi investimentum in locis montium non vacabilium, quæ tunc temporis pares reddidissent fructus immunes omnino à quocumque diminutionis, & eventualitatis discrimine, cui obnoxiæ sunt pensiones domorum, tum ob continuas earum reaptationes, tum ob frequentem dislocationem, tum demum ob consueta evictionum pericula.

Nam quamvis loca montium reputentur
6 investimenta tutissima, ut advertit *Rota in Romana locorum montium 28. Novembris 1703. §. finali coram R.P.D. meo Ansaldo, et in Romana, seu Tusculana immissionis 13. Iunii 1710. §. Altera vero coram Reverendissimo D. meo Decano*, attamen ipsa etiam sua patiuntur discrimina, quemadmodum
7 testatur *R.P.D. meus Ansaldus de commerc., et mercat. disc. 95. n. 44. cum pluribus seqq., Rot. post Modern. Asculan. ad stat. Urbis dec. 85., et 89. per tot.*, cum concordan. plene adductis *in d. dec. bujus causæ super liberatione à molestiis 17. Iunii 1709 §. Certius quia coram eodem R.P.D. meo Ansaldo*, &
8 obnoxia sunt vicissitudinibus extractionum, & reductionum, de quibus *Card. de Luca de loc. montium cap. 4. per tot.*

Et de facto post breve temporis intervallum à die emptionis d. domus, anno 1680 sequuta fuit montium reductio, anno scilicet
9 1684., ut observat *Modernus Asculanus de Loc. montium disc. unico num. 196.*, adeout admodum verisimile sit, quod providus, &
10 accuratus Tutor timens d. imminentem reductionem, satius duxerit investimentum explere super d. domo, ut ita pinguius pupilli commodo, ac utilitati consultum esset.
11 Maxime quia præcedenter perspicuam, & notabilem quantitatem scutorum 3921. in Locis Montium investire non omiserat.

Nec obstare posse visum est DD., quod paulo post annum d. domus evicta fuerit pro
12 tribus ex septem partibus, inde inferendo inexcusabilem culpam Tutoris, qui tenebatur investigare naturam, & qualitatem investimenti, ac statum venditoris, vel saltem
13 sollicitus esse, ut pretium vincularetur pro securitate evictionis. Quoad primam enim objecti partem satisfacit responsio, quod
14 præsumendum sit à Tutore adhibitas fuisse debitas diligentias super conditione, & idoneitate venditoris, nec hujusmodi præsumptio elidi potest ex facto, & eventualitatibus, quę postea subsequuntur, nam nimis frequēter
15 in dies erumpunt latentes hypothecæ, quas diligentissimus quilibet emptor nunquam satis prævidere valet. proindeque merito in
16 jure cautum est, ut sufficiat inspecto principio negocium utiliter gestum, ac lucrosum esse pupillo, nec attendatur quid postmodum contingat, *ad text. expressum in l. sed ultio §. Primo, ibique DD. ff. de negoc. gest., Surd. de aliment. tit. 9. qu. 40. n. 38., & 39., Gratian. discept. forens. d. cap. 125. n. 42., & sequen., Staiban. d. resolut. 89. n. 16., & 17., Rot. d. dec. 662 nu. 10., & seqq. cor. Emerix jun.*

Quo vero ad alteram, cessat omnis difficultas animadvertendo, quod nulla prorsus
17 instabat necessitas vinculandi pretium dictæ domus, nam tantum abest, ut de tempore contractus probetur venditorem fuisse non solvendo, ut nec hodie nullo modo ostendatur ejusdem incapacitas reparandi evictionem. Et quamvis certum sit, quod præter hanc necessitatem non raro adhiberi soleat prædicta superabbundans cauthela,
18 attamen æque verum est, mejorem hujusmodi securitatem per augumentum pretii proportionabiliter ad valorem vinculi comparandam esse, ad firmata *per Card. de Luc. de credit. disc. 53. n. 26., & 27., Rota dec. 126. in principio, & n. 41. p. 14., & in Romana census 13. Aprilis 1693. §. Nec obstare cor. cla. me. Card Caprara*, cum cæteris relatis in *dicta dec. super redditione rationis §. Ex opposito cor. R P D. meo Ansaldo*.

Eandemque irrelevantiam præsefert novissima Periti attestatio, ubi exagerantur imperfectiones, ac infelix status d. domus, in quorum comprobationem adducitur tenuitas pensionum, quæ ab eadem retrahuntur. Respectu siquidem ad attestationem hæc uti-
19 que quidquam concludere non potest; nam ex statu præsenti domus, perperam infertur ad antiquum de tempore emptionis - *Ciriac. cont. forens. 61. n. 4., Pacion. de locat. & conduct. cap. 19. nn. 70., & 71, Rota post Postb. de subast. dec. 53. n. 4., & 5., & dec. 532. n. 15., & 16 p. 5., & dec. 548. n. 17. p. 19. rec.* Tenuitas vero pensionum procedere potuit, vel ex quo omissæ fuerint ne-
20 cessariæ reaptationes, vel ex communi domorum Urbis infortunio, quarum affictus notabilem in dies patiuntur diminutionem, semperque recurrit responsio, quod cum de tempore emptionis domus locaretur pro
21 annua summa scutorum 28, hoc sufficit ad excusandum tutorem, ex authoritatibus in §. *Nec obstare* superius adductis.

Atque hæc eo libentius admittenda esse censuerunt DD., quia Joannes Antonius per spatium viginti, & ultra annorum contro-
22 versę domus pensiones exegit, nunquam tam longo temporis decursu de hujusmodi investimento conquæstus fuit, solumque ultimo loco hanc prætensionem excitavit, ut testatur Peritus in secunda peritia, ex quibus omnibus utique inducta censetur approbatio contractus, adeout illum amplius im-

pugnare non valeat, *Gabr. conf. 20. nu. 35. vol. 2., Gratian. discept. forens cap. 488. n. 4., & seq., Rota cor. Cerro dec. 178. n. 3., & cor. Bich. dec. 30. n. 28., & 31. cum seqq., & in rec. dec. 306. n. 53., & dec. 93. n. 31. p. 10.*

Deveniendo ad alteram partitam scut. 300.
quam solvisse prætendit Joannes Petrus ad
effectum transferendi in sui faciem Loca
Montium supposita Primogenituræ, quę ad
ipsius favorem purificata jam fuerat, cum
perperam Tutor illa describi permiserit
etiam in faciem sororis ejusdem pupilli, &
ulterius tam sortem, quam fructus dd. loco-
rum Montium ad liberam sui dispositionem
reservaverit. Nulla pariter actio compete-
re posse visa est: quidquid enim sit de hujus-
23 modi damno, illud profecto dici non potest
provenisse ex dolo, & culpa Tutoris, nam
cum Joannes Baptista à S. Petro obiisset ab
intestato, relictis d. Jo. Antonio, ejusque
sorore, quæ erat dotanda, credere potuit Tu-
tor, vel potius Secretarius Montium, quod
dd. loca describenda essent in faciem utrius-
que. Reservatio vero sortis, & fructuum
adiecta fuit, ut Tutor liberam haberet admi-
nistrationem, eosdemque fructus exigere
posset, quod evidenter desumitur, ex quo in
d. reservatione expressa extitit qualitas offi-
cii Tutoris, & Curatoris, nullumque ex
hac expressione damnum passus est pupillus,
cui finita tutela omnia loca Montium absque
ulla diminutione restituta fuerunt.

Cæterum non adeo rigidum exposcunt
censorem tenues hujusmodi partitæ, quando
24 à toto genere constat, prout in hypothesi,
Tutorem ad instar providi Patris familias ni-
hil intentatum reliquisse, ut pupilli patrimo-
nium augeretur, prout notabiliter auctum
fuit: hoc etenim casu, nisi positiva ejus cul-
pa concludenter justificetur, nullo modo
condemnandus est, juxta monitum *Staiban. Jun. d. resolut. 89. n. 15., Rota coram Emerix Jan. dec. 1313 n. 9., & 10., & in Romana multiplicorum 2. Julii 1700. §. In præsenti cor. Rm̃o D. meo Decano.*

Et ita utraque &c.

ROMANA LIBERATIONIS A MOLESTIIS.

Veneris 26. Junii 1701.

ARGUMENTUM.

Tutor an de evictione rei pupillaris teneatur, & quasnam diligentias, & cautelas adhibere debeat pecunias pupilli investiendo in stabilibus, & quasnam cum pro eorum pretio census, & loca montium Pupilli traduntur. Et quænam scientia, & culpa requiratur, ut de proprio damna reficere condemnetur, & qua actione tunc conveniendus sit?

In hac causa est quoque proximè superior dec.

SUMMARIUM.

1 *Tutor non tenetur de evictione in contractibus nomine pupilli gestis?*

2 *Nec molestias Pupillo illatas subire cogitur.*

3 *Tutor si malè contraxit conveniri potest actione tutelæ.*

4 *Vel utili negociorum gestorum judicio pro refectione omnium damnorum, quæ ex ejus dolo, & culpa pupillus passus fuit.*

5 *Adversus sententiam acceptatam, amplius reclamare non licet.*

6 *Molestiæ jam extinctæ revivescere non possunt.*

7 *Tutor, qui neque per sordes, neque per gratiam in emptione stabilium favore Pupilli contraxit, tenetur solum de lata culpa.*

8 *Lata negligentia explicatur lata culpa.*

9 *Lata culpa dolus est, vel proxima dolo.*

10 *Et concludenter est probanda.*

11 *Tutor ex quibus cautelas, & diligentias providi Patris familias adhibuisse convincitur.*

12 *In Tutore negligentię, & culpa umbrę abest, cum adhibuit in investimento diligentias providi Patris familias.*

13 *Tutoris culpæ imputandum est damnum proveniens Pupillis in investimento ab ipso facto, cum illius prius notitiam habuit.*

14 *Tutor relevationem convenire tenetur in casu evictionis, quem præscrvit rerum cum pupillari pecunia emptarum.*

15 *Conclusionem declara procedere cum specifica, & individua scientia causæ evictionis in Tutore probetur.*

16 *Limita cum causa d. provenit ex fideicommisso, quod maximas patiebatur difficultates.*

17 *Investimentum a Tutore pro Pupillo benè fit, cum de tempore initi contractus fuit obtentum breve Pontificium derogans quibuscumque fideicommissis, & hypothecis, licet postea executioni demandari non potuerit.*

18 *Tutori sufficit ab initio contractus satis consuluisse pupillo, ne postea ipse ad aliquid teneatur.*

19 *Culpa vix levissima dicitur Tutoris, qui post investimentum sollicitus non fuit, ut venditor promissa impleret.*

20 *Pupilli melior conditio fit, si in excomputatione pretii rei ejus nomine a tutore emptæ, datur census, qui per multos annos ante exigi nequivit.*

21 *Investimenta in stabilibus optima censentur quando debitæ adhibentur cauthelæ.*

22 *Tutor dans pro parte pretii in investimento pro Pupillo facto loca montium ejusdem, an sufficiat, quod conveniat illa in stabilibus subrogari non posse sine scientia emptoris, vel requiratur, quod paciscatur cum clausula* -- de consensu --

23 *Et quando huic clausulę suppleatur a Judicis Religione.*

DECISIO DCLXXX.

VIgore particularis fideicommissi a Victoria de Leis ordinati, Judicium immissionis ad domum prope Capitolium intentaverant coram A. C. illius heredes fideicommissa-

sarii adversus Joannem Antonium a S. Petro ejusdem possessorem titulo emptionis factæ à Commendatario Carolo Antonio à Puteo ejus Tutore.

Quamobrem idem Jo. Antonius molestias intimavit Commendatario Cosmo à Puteo præfati Tutoris hæredi, à quo licet causę defensio acriter promota fuerit, nihilominus prodiit favore actorum sententia, quam solemniter mediante speciali mandato Procurę acceptavit prędictus Jo. Antonius frustraque deinde restitutionem in integrum expostulavit.

Immemor tamen hujusmodi acceptationis, instetit contra prędictumCosmum coram eodem A. C. pro liberatione a molestiis, sed contrariam sententiam passus fuit: hinc devoluta per appellationem causa ad nostrum Tribunal, disputatoque dubio cor. R. P. D. meo Ansaldo die 17. Junii 1709. -- *An esset locus liberationi a molestiis* -- negativa emanavit resolutio, ad cujus normam subindè lata fuit sententia, quam in gradu ulterioris appellationis coram me DD. attenta validitate, & Justitia confirmandam esse censuerunt.

Justitia quidem, cum validitas in dubium non revocetur, clare emergit ex incongruitate actionis per Jo. Petrum intentatæ. Que-
1 madmodum enim Tutor nullatenus tenetur de evictione in Contractibus nomine Pupilli gestis, *per text. in l. post mortem §. Tutor ff. quoad ex fact. tutor*, *L. prima ibique Bald.*, *& Salicet. C. eod.*, cum cæteris apud *Mangil. de evict. qu.* 188. *num. primo*, *& seqq.*, *Boer. dec.* 80. *n. primo cum pluribus sequen.*
2 ita nullo jure cogitur subire molestias Pupil-
3 lo illatas, solùmque conveniri potest actione Tutelę, si male contraxerit, juxta *text. in l. tutor, qui repertorium §. Competet ff. de administr.*, *& pericul. tutor.*, *& Cur.*, vel utili negociorum gestorum judicio pro refectio-
4 ne omnium damnorum, quę ex ejus dolo, aut culpa Pupillus passus est, *L quidquid C. arbitr. tutelę*, ut latè animadvertit, & probat *dec. præcedentis instantię §. Omisso etenim cum seqq. cor. R. P. D. meo Ansaldo.*

Agnoverunt efficaciam assumpti Scribentes pro Jo. Antonio, proindeque illam declinare satagebant, supponendo, quod eorum instantia directa non fuerit ad liberationem à molestiis, sed ad refectionem damnorum. Contrarium tamen manifestè præseferunt tam geminæ sententiæ in præcedentibus instantiis latę, quam dubium unice tunc restrictum ad liberationem à molestiis, adeout hujusmodi veritas controverti amplius non possit.

Cæterum Iustitia sententiæ latæ ab R. P. D. meo Ansaldo clarius refulget, ex quo ut in facto animadversum fuit, Jo. Antonius sententiam immissionis ab A. C. prolatam favore hæredum fideicommissariorum positive acceptando, non solum approbavit quidquid
5 inde postmodum sequutum fuit, itaut adversus hujusmodi acceptationem amplius reclamare non valeat, per ea, quæ tradit *Ro-*

ta coram Cels. dec. 323. *n.* 8. *dec.* 626. *n.* 11. *p.* 18., *& dec.* 209. *n.* 28. *p.* 9., *& in Romana. Cambii* 11. *Aprilis* 1707. *§. At superfluum cor. R. P. D. meo Scotto.*

Verum etiam præfato Tutoris hæredi quamcumque substuit facultatem assumendi in se litem ex ipsius facto de medio sublatam, & consequenter eumdem liberandi à molestiis, quæ jam extinctæ remanserant, nec ul-
6 lo modo reviviscere poterant, ut præter adductos in decisione R. P. D. mei Ansaldi §. finali, tradunt *Thesaur q. forens.* 33 *n.* 10., *Ciriac. contr.* 619. *n.* 3. *cum seqq.*, & in fortioribus terminis *Rota cor. Dunoz. jun. decis.* 738. *n.* 8.

Subsistunt etiam cętera fundamenta decisionis, non obstantibus exceptionibus, quas adversus illa inutiliter repetebantur. In-
7 concussa enim est regula, quod Tutor, si neque per sordes, nec per gratiam in emptione stabilium favore pupilli contraxerit, tenetur solum de lata culpa juxta litteram *text. in d. L. tutor qui repertorium §. Competet vers. quid ergo-ibi- quid ergo sit, nec sordidè, neque gratiosè, sed non bonam conditionem elegerint, rectè quis dixerit solam latam negligentiam eos præstare in hac parte debere*, *ff. de administr.*, *& pericul. tu-*
8 *tor.*, *ubi Gloss. in verb. latam negligentiam* explicat latam culpam, & notat *Bart. ibi -- Specialis casus est hic, quando emit prædia, ut non tenetur, nisi de lata culpa* - cum concordan. adductis in *alterà dec. inter has partes super reservatis* 22. *Junii currentis §. Etenim cor. me.*

Cum autem lata culpa dolus sit, vel saltem
9 proxima dolo, *L. lata culpa ff. de verb. signific.*, ibique *Alciat. in princip.*, *Caguol. in l. Contractus* 22. *ff. de regul. jur. §. No-*
10 *ta primo*, concludenter probari debet ex authoritatibus adductis in *d. dec. super reservatis §. Profectò cor. me.*

Tantum vero abest, ut hujusmodi probationes in hypothesi concurrant, quin potius patenter appareant, in emptione Domus controversę adhibitas fuisse omnes cautelas, & diligentias, quibus providi Patres familias
11 in contractibus uti solent. Interposita enim fuit authoritas Judicis, interfuit ipsemet Jo. Antonius cum consilio curialis notariæ probitatis, præcessit extimatio domus, in cujus pretii partem Tutor excomputavit censum, cujus fructus per quatuor annos exigere non potuerat, & pro residuo consignavit nonnulla loca Montium vinculata pro evictione ejusdem Domus; in quibus terminis quamcumque abesse negligentiæ, & culpæ
12 umbram, nemo est qui dubitet, ad tradita *Alciat. in d. l. lata culpa loco supracitato ff. de verb. signific.*, *Staiban. Jun. result.* 89. *num.* 6. *cum seqq.*, *Rota cor. Emerix jun. dec.* 662. *num.* 14., *& in Bononien. redditionis rationis §. Minus redarguendus est Tutor cor. bo. me. Rondanino impress. ad cons. Ramon. tom.* 4. *dec.* 35. *num.* 7., quam laudat, & sequitur *decis. R. P. D. mei Ansaldi §. Nemo dixerit.*

Non obstat, quod Tutori notum esset, prę-
dictam Domũ obnoxiam esse fideicommisso,
13 proindeque ejus culpæ adscribenda sit ne-
dum immissio ab hęredibus fideicommissa-
riis postmodum reportata, verum etiam
omissa relevationis spe, ex quo de ea specia-
14 liter convenire omisit, prout opus erat,
juxta censuram *Text. in l. si fundum sciens C. de evict.*, cum concordan. relatis *in Rom. liberationis à molestiis* 12 *Maii* 1710. §. *respectu siquidem cor. Me, & 5. Decembris ejusdem anni* §. *validitas cor. R. P. D. Aldovrando*.

Ultra quod enim non probatur in Tutore
specifica, & individua scientia d. fideicom-
15 missi, quæ omninò requiritur, ad effectum
admittendi beneficium reparandæ evictionis, ex latè deductis in *dec. R. P. D. mei Ansaldi* §. *Quoad quartam*; ad removendam
quamcumque Tutoris culpam sufficit respon-
sio, quod prędictum fideicomissum maximas
16 patiebatur difficultates, prout docuit diu-
turna litis substentatio, ut optime ad rem
ponderat *Rota d. dec.* 692. *num.* 9. *& decis.* 678. *num.* 5. *cor. Emerix jun.*

Omnemque sustulit DD. difficultatem
animadversio, quod de tempore initi con-
17 tractus obtentum fuerat Breve Pontificium
derogans quibuscumque fideicommissis, &
hypotecis super dicta domo existentibus: &
quamvis postea commissio revalidationis
iisdem xequi non potuerit, ex quo Cit-
tadinus Venditor non reportaverat consen-
sum omnium filiorum Victoriæ ad fideicom-
missum vocatorum, adhuc tamen inde dolus,
aut lata culpa Tutoris inferri valet, tum quia
dictus consensus in dies supervenire, & per
consequens revalidatio Brevis executioni
demandari poterat, tum quia ab initio con-
tractus patenter constabat satis superque
18 consultum esse pupillo, quod sufficit ad
Text. in l. sed an ultro §. 1. *ff. de negoc. gest.*,
cum cæteris plenè cumulatis *in d. dec. super*
reservatis §. *Nec obstare cor. Me*, tum demum
quia si quæ negligentia excogitari potest,
19 ex quo Tutor sollicitus deinde non fuerit,
ut Venditor promissa impleret, hæc utique
vix levissima dici potest, ex contotatis in
supradicta decis. præcedentis instantiæ §. *Posito igitur, & seqq.*

Minusque refragatur altera exceptio, quod
Tutor culpabiliter excomputaverit in par-
tem prætii supradictæ Domus censum una
cum fructibus decursis, dum nullo modo
20 probatur illius inexigibilitas; cum enim
per spatium quatuor annorum impossibile
fuerit ejus fructus exigere, negari non potest
conditionem Pupilli melioratã fuisse median-
te dicta excomputatione, ut etiam animad-
vertit *dec. R. P. D. mei Ansaldi super redditione rationis* §. *Quo verò*.

Ejusdem tandem irrevelantiæ detegitur
postremum objectum deductum ex eo, quod
pro residuo pretii ejusdem Domus, tradita
fuerint loca Montium, superaddita facultate
eadem subrogandi in stabilibus cum sola scien-
tia emptoris, & absque clausula de consensu,
inde inferendo, quod notabiliter deteriora-
ta, ac læsa remansit pupilli conditio, tum
quia tutissimum erat investimentum super
dictis locis Montium, tum quia posito, quod
pupilli consensus nequaquam requirebatur,
subrogari poterant in stabilibus, vinculis, &
hypotecis, ut plurimum obnoxiis.

Siquidem investimenta in stabilibus com-
muniter optima censentur, quando debitæ
21 adhibentur cauthelæ, ad hoc autem, ut sub-
rogatio locorum Montium fieret in tutis sta-
bilibus, satis superque provisum fuit median-
te cauthela illam nõ explendi absque scientia
22 Emptoris, cui semper sese opponere datum
erat, quatenus investimentum minus tutum
extitisset, & è contra etiam stante clausula
de consensu, iste de facili Judicis Religione
23 suppleri, si moraliter constabat de securitate
subrogationis investimenti, ut quotidiana
edocet praxis, & plenè comprobant auctori-
tates in *decis. R. P. D. mei Ansaldi* §. *Cadente cumulatæ*.

Et ita, ex his, aliisque fundamentis in dicta decisione præcedentis instantiæ latè adductis, responsum fuit, utraque &c.

NULLIUS, SEU SUBLACEN. DONATIONIS.

Veneris 26 Junii 1711.

ARGUMENTUM.

Præceptum paternum in Testamento factum quod filius usque ad 25. ætatis annum existat sub cura Matris non obligat, nec impedit, quin filius major factus de rebus suis disponat: & latè examinatur quando hoc præceptum propter illius mentis imbecillitatem factum excludatur, & circumventionem propter blanditias nullam dispositionem non reddere,

SUMMARIUM.

1 *Major quicumque potest de rebus suis de jure disponere.*
2 *Et donare.*
Nec potest actum irrevocabilem retractare.
3 *Potestas voluntatem moderatur.*
4 *Minor liberam rerum suarum administrationem, absque curatoris consensu, de jure non habet.*
5 *Contractus gestus à majore juxta statutum, nulli non sunt, ex quo eidem fuerit datus rator ultra illud tempus à statuto præfinitum.*
6 *Et quid tunc datio ista curatoris operetur.*
7 *Pater, ut filio jam facto majori administrationem interdicere possit, justa causa requiritur, & quænam esse possit enumeratur.*
8 *Administrationis prohibitio à Patre demandata filio, absque justa causa non sustinetur.*
9 *Et causa ista à Patre est nominatim exprimenda.*

10 *Fi-*

10 *Filium sanæ mentis pater habuisse dicitur, nec ex mentis imbecillitate administratione rerum suarum privasse: cum demandavit, quod si matrimonium contraxisset, liberam haberet administrationem.*

11 *Et cum Pater judicio, & prudentiæ filii, dotem, & curam sororum comisit, omissa, Matre, quam usque ad certum tempus curatricem filii reliquerat: & cum morienti liberam facultatem de rebus suis disponendi reliquit.* num. 14.

12 *Pater qui committit filio rem magni momenti, eum non imbecilla mente existimat, alias ipse imprudens foret,*

13 *Pater timens nè imbecillitas filii dotantis decipiatur immitando statutum potest ordinare, quod dotium constitutio cum illius solemnitatibus fiat.*

15 *Testibus attenta qualitate, & conditione est deferendum.*

16 *Testibus concivibus deponentibus de sanitate mentis concivis est credendum, cum in formati præsumantur.*

17 *Mentis imbecillitas obici ei non potest, qui negocia, & contractus ab ipsomet opponente approbatos gessit.*

18 *Testium simplices depositiones super infirmitate mentis alicujus contra judicium paternum, & alia contraria argumenta ab istis eliduntur.*

19 *Declarationes factæ post expletam donationem a donatario, quod fuerit circumventus, non attenduntur, & quare?*

20 *Blanditiæ, & preces, aliique modi permittuntur, dummodo ex falsa causa, & fraudolenter non adhibeantur, ad sibi parandam donationem.*

21 *Circumventio exulare dicitur in donatione, quæ summa cum prudentia, & circumspectione facta apparet.*

22 *Prohibitio administrationis facta filio usque ad certam ętatem, tamquam facta ne ille propria substantia improvido consilio abutatur, locum non habet, quand oagitur de actibus honestis, laudabilibus, & provido consilio gestis.*

23 *Donantem non sani judicii, vel circumventum fuisse tempore donationis, non verò quando illum paulo post revocavit, dur um est credere,*

DECISIO DCLXXXI.

REServatis sibi usufructu, & certa summa ad effectum testandi Franciscus Xaverius de Antoniis fere completa ætate 22. annorũ, donavit (excepta supervenientia in filiorũ) irrevocabiliter inter vivos õnia sua bona presentia, & futura Josepho Antonio de Noha filio Mariæ Angelæ illius sororis, vocatis insuper illius descendentibus ex eo nascituris ordine Primogenituræ, iisque injuncto onere assumendi cognomen, & insignia familiæ de Antoniis, substituendo quoque eodem ordine, & modo alios filios masculos prædictę Marię Angelæ, quoties contigisset donatarium absque filiis decedere, verum pænitentia ductus instetit adhuc vivens pro nullitate donationis, atque in contumaciam sententiam favorabilem reportavit, sed in gradu appellationis commissa mihi causa, ac interim defuncto eodem Francisco Xaverio sine filiis, ac prosequente instantiam Persia Matre, una cum Victoria Lucia filia innupta, quam heredem instituerat, proposui dubium — *An donatio substineatur, itaut sit danda manu tentio, vel potius immissio in casu &c.* quod in audientia diei 9. Martii proximi pręteriti ob suffragiorũ discrepantiã resolvi nõ potuerit, in hodierna tamen pro validitate donationis, & pro manutentione fuit à DD. resolutum.

Cum enim donantis ætas ea fuerit, quæ sive attento statuto Urbis, sive statuto sublacensi sufficiens reputari debet ad hoc, ut quis major esse dicatur, DD. existimarunt con-
1 troverti non posse liberam ei fuisse rerum
suarum dispositionem, quæ á jure communi
quibuscunque in majori ætate constitutis tribuitur, ut advertit *Saminiat. contr.* 143. *n* 1. *& seq.* & consequenter bene potuisse Franciscũ
2 Xaverium supradictã donationem explere,
nec illi permissum esse actum irrevocabilem
retractare, *ad Text. in L. perfecta C. de donat.*

Non attenta responsione, quod donans illa
facere nequiverit, tum attento defectu potestatis, tum voluntatis, sive consensus: quo-
3 niam si respicimus potestatem voluntatis
etiam moderatricem, censuerunt illius defectum minime desumi posse ex dispositione
paterna, qua ordinatum fuit, Franciscum
Xaverium usque ad ætatem viginti quinque
annorum sub Tutela & cura matris stare debere; ac intra dictum tempus in administratione sese ingerere non posse, quasi quod
tempus majoris ętatis redactum fuerit ad terminos juris civilis, juxta cujus sanctiones mi-
4 nor liberam rerum suarum administrationem
absque consensu curatoris non habet, *toto tit. ff. de minor. 25. annis, & C. de in integr. restit. minor 25. annis,*

Quandoquidem cum extra controversiam
sit, statutum majorem ętatem reduxisse ad annos 20., utique visum fuit, contractus gestos
5 per istum majorem nullitatis vitio laborare
non posse, ex eo solum, quod ipsi fuerit à
Patre datus Curator ultra illud tempus à statuto præfinitum: quia datio curatoris in isto
6 casu præsefert dumtaxat quandam subordinationem inter Adultum, & Curatorem, non
autem operatur ex hoc capite actus esse invalidandos, ut in puncto dixit *Rota Lucana relat. post. contr.* 143. *Saminat.* §. *Et quamvis*, & sequitur idem *Saminiat. contr.* 145. *num* 9. *cum pluribus seqq.*, & consonat *Spad. cons.* 32. *num.* 12., *& cons.* 33. *vers. superest. lib.* 1.

Maxime quando, ut hic verificatur, nulla
est adjecta justa causa, ex qua Pater inductus
7 dici valeat interdicere administrationem filio, veluti si ipse esset prodigus, imbecillis,
& in re familiari administranda dissolutus,
prout requiri probant *de Luc. ad Gratian. discept.* 488. *num.* 1., *& seqq.*, *Ciryac. contr.* 134. *nu,*

134. num.1., & 16., Rota Lucen.penes Palm.
dec.301. nu.25. vers. & ad premissorum,com-
probat. Rota Romana coram Seraphin.decis.
1244. num.9. quoniam aliàs, nulla accedente
causa, similes prohibitiones haud quaqum at-
8 tenduntur, juxta celebre consilium Castrens.
il 131.per tot., ac tradunt Fusar. de substit.
quest.692.num.11.,Grat. discept. 488. num.1.
& seqq.,ibique de Luc., & alter de Luc. de
9 fideicom. discept.127. num.9. adeut ubi cau-
sa subest, debeat nominatiin xprimi àPatre,
Sard. cons.77. num. 39., Menoch.. cons. 57.
num.12., Cyriac. contr.148. nu.19., & seq.,
Merlin. de legit. lib.3.tit.2.quest.11.num.12.,
ubi alii concordantes, & Rot. Lucen. penes
Palm. d. dec.301. num. 23.

Quod expresè noo fecir Pater: quia in
testamento non legitur, nec racitè colligi
valet ex illis verbis -- E perchè considero,
chè il detto Francesco dà me nominato erede
abbia bisogno di Tutore e Curatore fino
all' età di 25. anni -- nam tantum abest dd.
verba involvere justam causam arcendi filium
ab administratione, quasi quod fuerit decla-
ratus mente imbecillis, quin potius colliga-
tur ex toto testamenti tenore, ad alium effe-
ctum prolata fuisse, non enim bene compa-
tiuntur cum imbecillirate mentis subsequen-
tia verba Testatoris, quibus demandavit, fi-
lium ante annum 25. liberum Patrimonii ad-
ministratorem, & á cura solutum esse debe-
re, quoties intra dictam ætatem matrimo-
nium iniret ibi -- purchè il detto mio Erede
dentrò il detto tempo. ed'età di anni 25. non
pigliasse moglie, nel qual caso voglio, che sia
libero Padrone di detta mia Eredità con la
piena, e totale amministratione, la quale
voglio, che in questo caso cessi nella persona
della Sig. Persia -- quis namqne dubitare
10 poterit, Franciscum Xaverium non fuisse
in opinione Patris habitum sanæ mentis Juve-
nem, si eidem intra ætatem 25. annorum
matrimonium contrahenti liberas concessit
habenas.

Plura ulterius concurrebant, ex quibus
DD. movebantur ad excludendam Franci-
sci Xaverii imbecillitatem, nam testator,
qui plures filias progenuerat, duabus jam
numptui tradiris, cæteras, & circa modum
solvendi, ac constituendi dotem, & circa il-
11 larum curam habendam, ommissa matre,
judicio, atque prudentia Francisci Xaverii
commissit, ut exinde magis semper appareat
nullam mentis imbecillitatem in filio fuisse
consideratam, alioquin nimis inprudens pa-
12 ter ipse extitisset, rem tanti momenti filio
infirmi judicii demandate, ut arguit Rota
Luc. penes Palm. dec.302. num.26. vers.4.
demum,etiamsi imitando statuentespotuissent
13 saltem ordinare, quod dotium constitutio
facienda in stabilibus cum interventu solem-
nitatum expleretur, ne imbecillitas dotan-
tis decepta remaneret, Rota coram Coccin.
dec.1647. num.4. cum seq.

Aliud argumentum præmaximè conclu-
dens firmitatem judicii in illo suppeditabat
ejusdem patris dispositio, uti post exclusio-
nem fœminarum,& substitutionem masculo-
rum filii sui, considerans casum contingibi-
lem, quod decedere posset dict. Franciscua
hæres institutus sine filiis, ipsi liberam de
rebus suis facultatem disponendi permisit his
verbis -- E morendo detto mio Erede senza
figli maschi legitimi, e naturali, in sal caso
voglio, che esso Francesco mio Erede sia li-
bero, & assoluto padrone di detta eredità con
disporne à suo beneplacito, & arbitrio; quam
absolutam, & liberam facultatem disponen-
14 di, utique pater non concessisset, nisi ha-
buisset cognitionem de recta mente, & in-
regritate judicii filii sui, qui si talis non fuis-
set, potuisset bona ad extraneos transmitte-
re in præjudicium sororum, quas vel in ma-
rrimonio cullocatas, vel etiam adhuc innup-
tas habebat tunc remporis.

Accedunt in supradictam comprobatio-
nem testes, etiam sacerdorali caractere insig-
niti, qui adhibiti fuerunt in eodem instru-
mento, deponentes, Franciscum Xaverium
fuisse boni judicii, ac sanę mentis, quibus
15 profecto attenta qualitate, & conditione
eorundem venit de ferendum, Rota dec.6.
n.26., & dec.14. n.18. ad ornat.Card.de Lu-
ca de Testam., & cor. Cels. dec.166. num.14.;
pręcipue,quia non desunt alii plures concivea
16 donantis hoc ipsum testantes, ac omnem
fidem merentes,cum ob illam familiaritatem,
quam cum ipso habebant, sint præsumendi
optimè informati de illius indole, animo, &
gestir quibuscumque, Rota coram Duran.
dec.178. num.14., & coram Dunoz. sen. de-
cis.191. n.12., & in rec. dec.729. n.9. vers.
hinc posita par.18. tom.2.

Nec desunt facta saris convincentia fir-
mum judicium Francisci Xaverii: nam de
anno 1704. una cum Dominico de Sanctis
conduxit plura molendina à PP. Cassinensi-
bus pro pensione scut.415., adjecta inter cæ-
teras conditione, quod contractus durare
deberet, ad triennium, & deinde ad bene-
placitum,istiusque contractus utilitatē, atque
ex hoc Francisci prudentia nimis emicat,
attenta approbatione ipsius matris, quæ do-
tata d' ogni prudenza, e talento (sunt verba
Testaroris) adhuc in contractu perdurat, ut
17 perinde filio male objici dignoscatur mentia
imbecillitas, quoties similia negocia, & hu-
jusmodi contractus gerere consueverit, ut
prosequitur Rota d. dec.191. num.12. coram
Dunoz. sen., & ponderat dec.305. n.19. cor.
Bich., & dec.157. nu.9. post Constantin. ad
Statut. Urbit.

Exclusa ex prædd. mentis imbecillirate
Francisci Xaverii,non meruerunt attendi de-
positiones aliorum testium asserentium illum
non fuisse sanæ mentis, & fuisse subornatum,
ac variis machinationibus inductum ad do-
nationem controversam, quia plures patiun-
tur exceptiones per informātes cumulatas,&
deponunt per simplices fides, lite pendente,
18 expiscatas, & quod magis est contra judi-
cium paternum, aliaque supra ponderata,
adeo-

adeout in supradictorum conversu, semper illorum depositiones elidantur, & nihil relevent, *R. P. D. meus Ausaldus in annot. ad dec* 44. *nu.*34., *Rota in rec. dec.*265.*nu.*22. *par.*9.

Sicuti etiam nullius ponderis visa fuit dedeclaratio ejusdem Francisci, quod variis suasionibus fuerit inductus ad donandum, & & contrahendum matrimonium, quoniam ultra quod, post expletam donationem non
19 attenduntur hujusmodi declarationes, quæ non dolum à principio sed pœnitentiam ex post ostendunt, cessare visa fuit difficultas, tum quia in jure non reperitur cautum
20 blanditias, preces, aliosque modos adhiberi haud quaquam posse ad sibi parandam donationem, quinimmo illæ permittuntur, & quodam modo censentur necessariæ, dummodo ex falsa causa, ac fraudolenter non adhibeantur, ut dictum fuit in *dec.*77. *nu.*2. *coram R. P. D meo Ausaldo, & in Romana, seu Reatina Testamentorum* 13. *Junii* 1710. §. *Nulla autem coram R. P. D. meo Crispo*.

Tum etiam, quia in casu de quo agitur, constat, Franciscum Xaverium prudenter, ac laudabiliter se gessisse, ex quo donatio non fuit facta favore extranei, sed favore nepotis ex sorore, fuit consultum conservationi agnationis, fuerunt expresse præservata jura supervenientium filiorum, præter cætera, quæ in instrumento donationis leguntur,
21 & supra in narratione facti exposita fuerunt, ut exinde ad sensum pateat, quanta circumspectione, & quanta animi firmitate, ac judicio, illum controversam donationem explevisse.

Adeout benè hic verificetur propositio, quod prohibitio administrationis facta filio usque ad certam ætatem, tamquam facta,
22 ne ille propria substantia improvido consilio abutatur, extendi non possit, nec locum habeat, quoties agitur de actibus honestis, laudabilibus, & provido consilio gestis, *Bald. cons.*83. *in fin. vers. aut est prohibita lib.*2., *Alex. cons.*155. *num.*7. *vers. benè facit lib.*2., *Mandell. Alb. cons.*109. *num.*1., *& seq. lib.*1., *Menoch. cons.*939. *in fin.*, aliisque cumulatis, *Merlin. de legit. lib.*3. *tit.*2. *q.*12.*n.*2., nimisque durum est credere, quod
23 non fuerit sani judicii quando donationem explevit, quodque ad illam fuerit malis artibus inductus, & è converso quando illam revocavit esset sanæ mentis, nec fuerit circumventus: cum tamen inter utrumque actum non multum temporis intercesserit, & non probetur, quod ille interim sanitatem, & prudentiam acquisiverit.

Et ita utraque &c.

BAREN. SPONSALIUM.

Veneris 26. *Junii* 1711.

ARGUMENTUM.

Sponsalia quomodo ex testibus intervenisse proventur, & quinam consensus requiratur ad effectum canonicæ coactionis, & ex quibus odii causis sint dissolvenda?

SUMMARIUM.

1 *Sponsalia concludenter probari debent, & cur?*
2 *Sponsalia etiam valida penitus dissolvuntur, si legitimæ supervenerint causæ.*
3 *Testes quando in dicto ad sponsalia concludenda non attendendi sint?*
4 *Sponsalia dari nequeunt, non constito de mutuo contrahensium consensu, licèt ex unica parte deficiat.*
5 *Pro sponsalibus requiruntur consensus & voluntas efficax & deliberata, nec probantur ex actibus æquivocis, & verificabilibus in velleitate sponsalium de futuro.*
6 *Sponsalia non concludunt depositiones testium* -- che la voleva sposare -- Basta l'hò da affidare -- *&* -- che ci andava a fine di matrimonio -- *& cur?*
7 *Consensus ad sponsalia requiritur de præsenti.*
8 *Obligatio sponsalium ad effectum coactionis non oritur à desiderio sponsalia contrahendi.*
9 *Promissio desponsandi, & ipsa sponsalia maximè inter se differunt.*
10 *Sponsalia non probant verba meticulosè, & ad alium effectum prolata.*
11 *Repromissio & consensus mulieris in sponsalibus, præter expressum, desumitur re, litteris, & signis.*
12 *Repromissionem sponsæ non probant munuscula ad aliud referibilia.*
13 *Nec sola domestica conversatio.*
14 *Effectuationi sponsalium locus non est, cum concurrunt causæ odii, quæ enunciantur.*
15 *Coactioni canonicæ locus non est, cum sponsalia vel non sunt probata, vel dissolvi debent, & quomodo contra.*

DECISIO DCLXXXII.

Vitus Dominicus Italianus, qui adversùs Antoniam Stallonam à Vicario Generali Baren. sententiam favorabilem super exclusione sponsalium reportaverat dicta Stallona appellante contrariam ejus revocatoriam hic in Curia ab R. P. D. Bernino passus fuit cum præfixione quoque termini ad contrahendum sub pæna censurarum, qui ideo minimè acquiescens huic secundo judicato, causa in ulteriori instantia ad nostrum Tribunal devoluta, & mihi commissa, curavit disputari dubium -- *An constet de sponsalibus, & sit locus canonicæ coactioni* - illoque per me proposito in hodierna audientia, negativum in omnibus responsum à Dominis habui.

Existimarunt etenim, quod sponsalia in
1 casu de quo agitur, careant illa concludenti probatione necessaria in hac causa status, & tollente nativam hominum libertatem, ut ex *Text. in cap.*1., *ibique Gloss. de clandest. desponsat.*, *Rot. dec.*374.*n.*1.*cor. Cels.*, & quod

2 in

2 in omnem casum tales supervenerint causæ, ex quibus, data etiam sponsalium existentia, censenda sint penitùs dissoluta, ex novissimè firmatis per *Rot. in Albanen. sponsalium super censuris* 15. *Decembris* 1710. §. *Applicando cum seqq. cor. R. P. D. meo Ansaldo, confirmata* 22. *Junii proximè præteriti cor. R. P. D. meo Falconerio.*

Constituit autem Dominis, testes inductos sponsalia non probare; nam præter exceptiones personales ab informantibus cumulatas, alias plures patiuntur in dicto, utpote
3 quia deponunt inverisimilia, per eumdem præmeditatum sermonem, vocant in contestes alios, qui illos excludunt, & loquuntur de auditu, in quibus casibus haud est ambigendum testibus nullam fidem esse præstandam, *Rota dec.* 297. *n.* 7. *p.* 19. *rec., & in Pisauren. Molendinorum super manutentione* 17. *Junii* 1707. §. *Nec relevant coram Rmo Kaunitz Episcopo Lubaren.*

Advertendo signanter, quod neque depo-
4 nunt de mutuo, ac reciproco contrahentium consensu, sine quo impossibile est sponsalia admittere, licèt ex unica tantum parte deficiat *de Luc. de matrim. disc.* 8 *n.* 8. *& seqq, Rota cor. Zaratt. dec.* 108. *n.* 21., *& dec.* 142. *n.* 4. *cum seqq. p.* 15. *rec.*

Et licèt deponant de aliquibus actibus, ex quibus videretur posse inferri ad probatio-
5 nem sponsalium, tamen cum sint equivoci, & possint verificari in quadam velleitate sponsalium de futuro, non sufficiunt ad hunc effectum, pro quo requiritur consensus, & voluntas efficax, ac deliberata, pluribus cumulatis *Rota in Luceorien. matrimonii* 30. *Aprilis* 1708. §. *Et ratio est cor. R. P. D. meo Scotto.*

Sicut minùs efficacem voluntatem secum-
6 ferunt verba, de quibus iidem testes deponunt -- *Che la voleva sposare -- Basta l'hò da affidare -- Che ci andava a fine di matrimo-*
7 *nio* --, eo quia non indicant illum consensum volitum de præsenti, sed solùm osten-
8 dunt quoddam desiderium sponsalia contrahendi, adeout ex isto præcisa obligatio ad effectum coactionis nullatenùs orta dici possit, ad tradita per *Sperell. dec.* 95. *n.* 10., *Panimoll. dec.* 23. *n.* 6., *Rota dec.* 267. *n.* 5. *p.* 18. *rec.*,
9 ea solida ratione, quia maximum intercedit discrimen inter promissionem desponsandi, & ipsamet sponsalia, *Sanchez de matrim. lib.* 1. *disput.* 18. *n.* 13., *Rota dicta dec.* 267. *n.* 5. *p.* 18. *rec.*

Fortiùs quia præfata verba, ut prosequuntur in eorum depositione dicti testes, emissa fuerunt occasione minorum, quæ ei inferebantur de periculo vitæ, si ad notitiam parentum Antoniæ actus præcedenter expres-
10 si devenissent, & sic uti meticulosè, atque ad alium effectum prolata ad intentum nullo modo inservire, *Parif. consf.* 58. *num.* 56., *& seqq. lib.* 4, latè *Sperell. dec.* 5. *per tot.*

At non solùm probatus non remanet ex prædictis consensus Viti Dominici, sed nec etiam constat de repromissione, & consensu Antoniæ, cum de eo testes non deponant,
11 & quamvis vera sit conclusio, illum desumi posse etiam aliundè, nempe re, litteris, & signis, *Rota in Colonien. matrimonii* 21. *Junii* 1709. §. *Etiam si consensus cor. R. P. D. meo Falconeria*, tamen in præsentibus circumstantiis nihil de istis habetur.

Non re, quia quædam munuscula, maxi-
12 mè dum referri possunt ad aliam causam, ut in hypothesi, consensum non probant, *Rota dicta dec.* 267. *nu.* 15. *p.* 18. *rec.* Non epistolis, nec signis, quia illæ non dantur, ista non
13 probantur, & sola domestica conversatio ad hunc effectum attendi non valet, *Rota in Lunen. Sarzanen. sponsalium* 28 *Junii* 1694. §. *Neque sufficientior cor. bo. me. Pio.*

Quibus addi posse videbatur, quod in
14 omnem casum tales concurrunt causæ odii inter partes, ut locus esse nequeat effectuationi sponsalium quatenus adessent; concurrunt enim querela data ab Antonia in Curia Baren. contra Vitum Dominicum, & converso carceratio patris, & fratris Antoniæ facta ad instantiam Viti, dissensus parentum ejusdem Viti quo ad hoc matrimonium, ac tandem subsecutio hujus litis per plures annos, quæ omnia profectò simul juncta ad effectum de quo res est, sufficiunt, ut in durioribus terminis firmavit *Rota coram Buratt. dec.* 311., *& in rec. dec.* 185. *utrobique n.* 3. *p.* 14.

Consilito igitur ex hucusque dictis, quod
15 vel sponsalia non sunt probata, vel dissolvi debent, necessaria resultabat consequentia, non esse scilicet locum canonicæ coactioni, quæ solùm conceditur, quoties de sponsalium existentia dubitari non possit, ex latè deductis in citata *Albanen. sponsalium super censuris* 10. *Decembris* 1710. *cor. R. P. D. meo Ansaldo.*

Et ita, unica tantùm &c.

LAURETANA LEGATI.

Veneris 26. *Junii* 1711.

ARGUMENTUM.

Legatum quod testator cum fructibus jussit investiri, est integrum, & quoad capitale, & quoad fructus solvendum tam legatario, quàm facto loco subtituto, & contra cujus bona pro illo mandatum sit exequendum: ubi incidenter agitur quod obtinens restitutum in integrum adversùs inconsulto aditam hæreditatem, illa non juvatur, nisi inventarium confecerit, & nisi rationem reddiderit hæreditatis. Et quando hæreditas simpliciter adita dicatur, quinam ejus effectus & repudiatio hæreditatis intra quod tempus fieri debeat, vel ex quibus eidem dicatur renunciatum.

SUMMARIUM.

1 *Res judicata promanat ex tribus conformibus judicatis.*

2 *Et*

2 *Et cum acta intra biennium non sunt transportata.*
3 *Legatum alicujus summæ, quam testator jussit investiri, & successive etiam fructus, non dicitur creditum pecuniarium, sed habetur tamquam legatum speciei fructiferum.*
4 *Proprium, & auctorum factum nequit impugnari.*
5 *Legatum relictum pro dote mulieris cum præcepto investiendi, cui alter fuit substitutus, dato casu substitutionis, substitutus succedit in legatum investitum & fructiferum, & si investimentum fuerit omissum ab hærede est solvendum.*
6 *Substitutus indistinctè ac institutus invitatus consequi debet illud omnes, quod instituto fuit destinatum.*
7 *Mandatum pro legato relaxari potest contra bona illud sibi accollantium.*
8 *Obtinens restitutionem in integrum adversùs inconsulto aditam hæreditatem cum onere conficiendi inventarium, si illud non confecit eadem non juvatur.*
9 *Inventarii vices non supplet descriptio bonorum facta in processu, occasione obtinendi restitutionem in integrum, quæ non exhibetur.*
10 *Restitutio in integrum, & inventarium non prosunt, nisi reddita sit ratio bonorum hæreditariorum.*
11 *Adiens simpliciter hæreditatem in propriis bonis tenetur creditoribus defuncti, & cur?*
12 *Hæreditaria qualitas ex quibus probetur?*
13 *Hæres simplex se tueri nequit fideicommisso, & propriis creditis contra defuncti creditores, & cur?*
14 *Paterna hæreditas intra tres menses tantùm potest repudiari.*
15 *Repudiatio hæreditatis revocata censetur ex actibus, qui citra nomen hæredis fieri non possent.*
16 *Legitimæ detractio nullum onus potest recipere.*

DECISIO DCLXXXIII.

IN testamento, cum quo decessit de anno 1618. Simon Thomasinus, institutis hæredibus Augustino Thomasino, ac Scipione ejus fratribus, legata fuerunt Valeriæ filiæ dicti Augustini scut. 100., hac tamen addita lege, ut statim mortuo testatore deberent investiri in censu perpetuo, & illius fructus, statim ac conflassent summam scut. 50. pariter essent investiendi; idemque servandum successivis temporibus, quousque Valeria matrimonium iniret, qua deficiente sine filiis, substitui fuerunt in præfato legato filii masculi Augustini.

Enunciata particularis dispositio ineffectuata remansit usque ad annum 1628., quo tempore fratres devenientes ad divisionem bonorum testatoris, calculando fructus legati in scut. 65. 10., constituerunt creditum Valeriæ in summa scut. 165. 10., quod in se accollavit Scipio alter ex hæredibus cum obligatione persolvendi quot annis scut. 11. 55. pro fructibus ad rationem videlicet septem pro centenario, sed anno sequenti ob mortem Valeriæ nullis relictis liberis factus fuit locus substitutioni favore Caroli, aliorumque filiorum Augustini, qui de anno 1645. instituerunt judicium pro sorte & fructibus usque tunc decursis contra hæreditatem Scipionis jam defuncti, citato Ludovico illius filio, & hærede, contra quem cum urgeret exequutio, iste accollationem factam à patre ratificavit, seque constituit principalem debitorem, tam capitalis, quàm fructuum sæpè dicti legati.

Mortuis subinde Carolo, & aliis fratribus filiis Augustini, novum fuit introductum judicium de anno 1680. à Carolo Francisco, & Augustino junioribus, uti hæredibus filiorum Augustini sen. adversùs Nicolaum Scipionem filium, & hæredem Ludovici ultimi accollatarii, ad effectum consequendi solutionem legati cum fructibus decursis, & per contradictas, calculatis sorte, & fructibus, reportarunt mandatum exequutivum contra eorum bona pro scut. 845., in cujus exequutionem Judex pronunciavit, procedendum esse ad ulteriora pro capitali, ac fructibus annorum 29., reservatis juribus quoad reliquos fructus in judicio ordinario; & licèt ad impediendam exequutionem fuerit allegata cauthela Angeli, sub fundamento cujusdam fideicommissi Ludovici senioris, tamen illam non afficere cognitum fuit.

In sequelam illorum mandatorum devenerunt actores ad exequutionem pro scut. 249. 93. sine præjudicio residui super fructibus duorum prædiorum; verùm ad retardandam subhastationem provocavit Nicolaus Scipio ad Signaturam, à qua obtinuit rescriptum -- *Alteri qui ad legitimam* -- cujus vigore commissa causa R. P. D. Cremonæ Valdinæ, iste mandavit procedi ad exequutionem mandati; sed Carolus Franciscus etiam uti hæres Augustini fratris hoc medio tempore defuncti, primæ exequutioni jam factæ renunciavit, & novam fieri curavit super duobus prædiis, altero in vocabulo *Traversa*, alio verò in vocabulo *Monte Cacco.*

Adita denuo Signatura, quia ex parte Nicolai prætendebatur retentio vigore luorum creditorum, rescriptum fuit -- *S. P. quoad scut. 367., in reliquis alteri qui ad legitimam* --. Undè obtemperando dictæ resolutioni deliberatum extitit unum ex dd. prædiis favore Caroli pro scut. 367., & commissa causa R. P. D. Cerro, iste sub die 14 Aprilis 1706. confirmavit judicatum R. P. D. Valdinæ quoad 367., & in reliquis mandavit procedi ad exequutionem mandati relaxati ab A. C. in prima instantia, & ab R. P. D. Valdina in secunda: ast reclamans adhuc Nicolaus ad Signaturam deducendo, quod creditum Caroli calculatis fructibus annorum 29., ex capitali scut. 165., non constituebatur nisi in summa scut. 500., impetravit à Signatura rescribi

rescribi -- *S. P. rei judicatæ quoad summam scut.133., in reliquis alteri qui ad ulteriorem legitimam.*

Instaurato verò hoc interim novo judicio coram A. C. pro fructibus pendente lite decursis, instantia ad provocationem Nicolai fuit per Signaturam remissa Judici ad *Quem*, undè commissa mihi causa, & prævia renunciatione facta à Carolo quoad summam excedentem scut. 500 in precedentibus judicatis petitam, fuit subscriptum dubium -- *An constet de re judicata quoad scut. 500. tantùm, seu potiùs de causis restitutionis in integrum, & an sit relaxandum novum mandatum pro fructibus legati lite pendente decursis, & contra quæ bona in casu &c.* -- quod cum in hodierna Audientia unica parte informante fuerit per me Dominis examinandum propositum, resolutum fuit in omnibus favore Caroli informantis.

Quantum enim attinet ad rem judicatam (nulla controversia cadente super validitate ex revolutione Actorum comprobata) illa
1 la satis emergere visa fuit, tum ex tribus judicatis conformibus *cap.Tua nobis 65. de appellat. lib. 1. Cod. ne liceat in una eamdemque cauf. tert. provoc.*; tum etiam quia
2 acta fuerunt transportata post biennium completum, *Rota in Pampilonen. decimarum 11. Maii 1703. §. Etenim cum seqq. cor. bo.me. Muto, & passim alibi.*

Concurrente maxime earumdem sententiarum justitia, quoniam certum est, quod testator legavit scut. 100. cum onere inve-
3 stiendi in censu fructifero, & successivi investimenti quoad fructus decurrendos: in his enim terminis creditum non dicitur merè pecuniarium, sed habetur tamquam legatum speciei, & quidem fructiferum, ac si testator tot census à principio reliquisset, *Gratian. discept. forens.579.n.3., Rota cor. Dunozet. jun. dec.627. n. 1.cum seq., & coram Ottoboni dec.81.n.22.*

Quod, & agnovit non solùm Scipio unus ex cohæredibus legantis, verùm etiam Ludovicus filius Scipionis, dum in se accollarunt dictum debitum cum obligatione persolvendi fructus ad rationem scut.7. pro cen-
4 tenario ut supra in facti expositione dictum fuit; ac proinde nec ipsi proprium factum, nec illorum heredes factum Authorum valent impugnare, *Rota dec.537.n.12.p.19.rec. tom.2.*

Nec obstare visum fuit, quod prędictum legatum, tamquam relictum Valerię titulo
5 dotis, per ejus mortem naturam fructiferam amiserit: quandoquidem statim constito, quod si tempore debito legatum fuisset investitum in censibus; utique dato casu substitutionis, prout evenit favore filiorum Augustini, difficultas esse non posset, illos successisse in dictum legatum investitum, & fru-
6 ctiferum, quia indistinctè fuerunt à testatore considerati Valeria, & filii Augustini; ac per consequens jure substitutionis isti consequi debent illud omne, quod Valeriæ fuerat destinatum, *de Luc.de fideic. disc.78.n.5. & 6., & disc.79.n.5., atque disc.89.n.17.*

Firmato ex prædictis, quod legatum sit fructiferum, non ambigerunt Domini determinare esse relaxandum novum mandatum pro fructibus decursis lite pendente, nempe ab anno 1686., quo fuit expeditum primum mandatum, usque ad annum 1706., licèt de eo tempore fuerint à Nicolao Scipione soluta scut.133. in vim mandati de anno 1686. ab A.C. relaxati pro sorte & fructibus, usque ad prædictum annum 1686. decursis.

Quo verò ad bona, contra quæ mandatum venit relaxandum, dictum fuit relaxari posse contra bona hæreditaria Scipionis, qui
7 primus in se accollavit hoc debitum, & contra bona propria Ludovici illius filii, qui pariter ratificando accollationem factam à patre, se obligavit ad solutionem sortis, & fructuum in forma Cameræ, ita ut quoad ista, res vacet omni difficultate, non attento objecto quoad bona Ludovici, quod ille adversùs inconsulto aditam hereditatem Scipionis sui patris obtinuerit restitutionem in inte-
7 grum: quodque se obligaverit ad solutionem sine prajudicio dictæ restitutionis, quoniam cum in dicta sententia fuerit eidem demandatum, ut conficeret inventarium, dum illud nunquam confecit, cessat effectus præfatę sententiæ, & sibi impuiare debet, quod non confecerit inventarium, ex quo potuisset indemnis pręservari, per *Text. in l. fin. §.Et si præfatam Cod.de jur. deliberan., Rota dec.409.n.4.p.19., & dec.90.num.17. p.19. rec. tom.1.*

Neque vices inventarii supplere potuit quædam descriptio bonorum facta in processu confecto occasione obtinendi præfatam
9 in integrum restitutionem; quia præter quam quod nec processus, nec descriptio unquam fuit in actis producta, nimis clara suppere-
10 rat responsio, quod scilicet nulla hucusque fuerit reddita ratio bonorum hæreditariorum, sine qua hæres non juvatur beneficio inventarii, & restitutio in integrum ad nihilum valet deservire, ut dixit *Rota in Sabinen.bonorum 16.Januarii 1705. §. Additur cor. Rmo Kaunitz, & in Perusina Pecuniaria 8. Februarii 1706. §. Etiam non exhibetur, & §. Ultra defectum cor. R.P. D. meo Priolo.*

Ulterius Domini responderunt pro relaxatione mandati etiam contra bona propria
11 Nicolai Scipionis moderni contradictoris, ex quo simpliciter adiverit hęreditatem Ludovici patris, in quibus terminis censetur quasi contraxisse cum creditoribus, & bona propria obligasse, *Rota dec.576. n.25. coram Dunoz.jun., & dec.366.n.1., & sequentibus p.18.rec. tom.1.*

Quod Nicolaus fuerit hæres Ludovici constitit ex venditione domus paternæ, ex solu-
12 tione debitorum, & exactione creditorum hæreditariorum, ac denique quia ipse egit uti filius & hęres, atque fuit condemnatus cum expressione dictæ qualitatis, *Rota coram* Cava-

Cavaler. dec.100. n.5.& seqq., & cor. Ludovis.dec.98. per tot., & dec.110.n.7. & 8. cor. Ottobon., & in Romana, seu Sabinen. Bonorum 7.Martii 1704. §.*Qualitas autem cor. bon.me. Muto*; & hinc de per se corruebat exceptio, quod scilicet Nicolaus omnia bona possideret vel jure propriorum creditorū, vel
13 ex titulo fideicommissi ordinati à Ludovico seniore; nam cum ex supra probatis, ipse fuerit hæres simplex Ludovici junioris patris, se tueri non potest dicto fideicommisso, & prætensis creditis, quando in hisce circumstantiis de proprio indistinctè satisfacere tenetur, ut dictum fuit in §. *Ulterius*.

Quin obstare possit quędam asserta repudiatio facta ab eodem de hæreditate paterna reum omissis aliis per informantes deductis, illa vel uti expleta post 10. menses à die
14 obitus patris attendi non debeat, quia jura tempus dumtaxat trium mensium indulgent, ex firmatis per *Rot. in Perusina dotis* 20. *Junii* 1701. §.*Nedum quia cor.clar.me. Card. Caprara*, vel uti habens post se plures alios
15 actus citra nomen hæredis nullo modo perficiendos revocata censenda sit, *Rota coram Cerro dec.97.n.7.&* 8., atque cum aliis prosequitur in *dicta Perusina dotis* §. *Verùm etiam.*

Tandem dixerunt Domini, mandatum esse relaxandum etiam contra bona fideicommissaria Ludovici senioris, quia super istis bonis Scipioni primario debitori controversi legati competit non solùm quoddam prælegatum scut.500. eidem à fideicommittente liberè
16 relictum pro restitutione dotis Diambræ suę matris, verùm etiam detractio legitimæ,
17 quę nullum onus recipere potest, vulgat.*text. in l.quoniam in prioribus, ubi Bartol., cæterique Repetentes Cod.de inoffic.testam.*

Et ita, unica tantum &c.

ROMANA REDDITIONIS RATIONIS.

Veneris 3. *Julii* 1711.

ARGUMENTUM.

Tutor in investimento pecuniæ Pupilli debet investigare conditionem recipientis, requirere fidejussorem, & debet esse diligens in exigendo, & se gerere ad instar aliorum creditorū, nè condamnetur de proprio: ceterum laudatur in impensis necessariis, & factis pro reparatione honoris alicujus familiæ, nec rigidè contra eum proceditur, quando aliàs est persona notoriæ integritatis.

Est in hac Causa superior dec.679., & 680.

SUMMARIUM.

1 *Tutor tenetur investigare conditionem ejus, cui credit pecuniam Pupilli.*
2 *Tutor nequit creare cambium ad favorem Pupilli absque fidejussore.*
3 *Idoneitas excluditur eo ipso, quod à fidejussore nequiverunt exigi fructus cambii.*
4 *Tutori imputandum est, si neglexit exactionem fructuum.*
5 *Tutor est in culpa, & condemnandus est, si à debitore, qui postea decoxit poterat exigere, & non exegit.*
6 *Acquisitio Domus an sit facta ad usum* di *Lavoratoio nec ne, dignoscitur ab Instrumento emptionis.*
7 *Tutor rectè se gessit, si pro redimendo censu à debitore, qui in dies depauperabatur, illi condonavit aliquam partem fructuum ad exemplum aliorum creditorum. Amplia.* num.14.
8 *Quinimò redarguendus esset, si exempla aliorum creditorum sequi neglexisset.*
9 *Contractus initus cum Tutore absque consensu, & interventu Pupilli majoris* 13.*annis est nullus ab initio.*
10 *Tutor si non potuit exigere fructus Locorum Montium ob insufficientiam Depositarii eorumdem, nequit condemnari.*
11 *Tutor quoad credita inexacta non tenetur, nisi de dolo, aut lata culpa.*
12 *Impensum pro habenda notitia, & modo recuperandi aliquod creditum Pupilli, repetitur à Tutore.*
13 *Quia dicitur impensa necessaria.*
15 *Solutio facta à Tutore pro debito alicujus tertii ex justa, & rationabili causa prospiciendi honori alicujus familiæ, cujus nomen ex motivis ipsi Tutori notis, expressum non fuit, admittitur absque ulteriori justificatione.*
16 *Non datur major probatio, quam proprii oris confessio.*
17 *Debitores cessi Tutori in extinctione census, satis est, quod fuerint idonei da tempore initi contractus.*
18 *Argenta, & anuli ad usum mundi muliebris præsumuntur, quod secum asportaverit Soror Pupilli occasione Nuptiarum à se contractarum,* & num.19.
20 *Stante notoria Tutoris integritate minus rigidè procedendum est in ejus redditione rationis.*

DECISIO DCLXXXIV.

Absoluta Tutela, quam Commendatarius Carolus Antonius à Puteo administraverat, illicò Joan:Antonius à S. Petro pupillus (quemadmodum animadversum fuit in præcedentibus Decisionibus inter has partes editis coram Me) judicium redditionis rationis contra illum coram A.C. excitavit, editisque subinde plurium Peritorum relationibus, tandem sententiam absolutoriam reportavit Commendatarius Cosinus à Puteo Tutoris hæres, præterquam quoad tres partitas, quas Pupillo idem A.C. reficiendas esse censuit.

Eandemque ferè sortem expertæ fuerunt Partes in nostro Tribunali coram R.P.D. meo Ansaldo, qui prævia Decisione edita 17. Junii 1709. relictis in suspenso geminis partitis (de quibus actum fuit in Decisione *super reservatis* 22.*Jun.proxime præteriti cor.Me*) sententiam protulit, in qua canonizatæ fuerunt favore Pupilli præfatæ tres partitæ, in reliquis Tutoris hæres absolutus extitit.

Cum autem neuter ex collitigantibus adhuc acquiesceret, instaurata per ulteriorem appellationem Causa coram me, disputatoque hodie consueto Dubio -- *Sententiam totalem confirmandam esse* responsum fuit, prout ejus validitas, & justitia expostulabant.

Validitas non controvertitur, & justitia patenter resultat ex adductis in Decisione præcedentis instantiæ. Et sanè quoad primam partitam scut.725. provenientem ex pluribus Cambiis cum Equite Cardano à Tutore initis, evidens est ejus culpa; Cardanus enim erat notoriè substantiis destitutus, nunquam dictorum Cambiorum sortem, nec fructus persolvit, ut testatur etiam Peritus, & tandem obiit decoctus, proindeque inexcusabilis est Tutor, tum quia in hoc casu ejus con-
1 ditionem omnino investigare tenebatur, ut præter adductos in *dict. Decis. R.P.D. mei Ansaldi §. Ut que inevitabilia*, tradunt *Manoz. de ratiocin. cap.14 n 20., Rota dec.321. nu.9. par.15. rec.*, tum quia hujusmodi Cam-
2 biorum contractus nullo modo absque fidejussore inire poterat, quemadmodum præcisè animadvertit *Rota dec.370.n.20.par.15., & dec.105. num.19. par.16. rec.*

Nec relevat, quod in altero ex eis reportaverit fidejussorem, quia cum neque ab isto
3 fructus nunquam exigi potuerint, optime datur intelligi, quod & ipse minime idoneus esset, ad firmata per *Rot. dec. 370. num.13, & 14, & 18. part.17. recent., & decis.105. nu.19. par.16. rec.*, vel in omnem casum sibi imputet Tutor si fructuum exactionem ne-
4 glexit, ad quam omninò tenebatur, juxtà *Text. in l. si Tutor 15.ff.de administr. Tutor.*, cum concordantibus cumulatis *in decisione præcedentis instantiæ, §. Tum & evidentius.*

Quo verò ad alteram partitam scut.625., quæ à Gherardo debitore commodè recuperari poterant, adeo patens dignoscitur culpa
5 Tutoris, ex connotatis in *d.decis.§.Quatenus pariter*, ut nec amplius in contrarium ejus excusatio promoveatur.

Tandem super tertia partita scut.6., quæ pariter favore Pupilli bonificata extitit operæ prætium non est immorari, cum & Partes ipsæ ob ejus tenuitatem quoad illam disserere dedignentur.

Constabilita ex his justitia sententiæ quoad partitas ad commodum Pupilli admissas, pari etiam facilitate ea demonstratur respectu ad alios, à quibus jure merito Tutor absolutus fuit.

Perperam enim iterum prætenditur prima scut.492., quæ erogata fuerunt in emptionem Domus, eo sub fundamento, quod ista comparata fuerit ad usum *di Lavatojo*, & tamen aqua desiderabatur, quod in partem pretii non sine evidenti pupilli damno excomputatus fuerit census scut.200. cum condonatione scut.44. pro fructibus decursis, quodque tandem in hujusmodi contractu adhibitus non fuerit consensus, & præsentia pupilli, qui tunc temporis ætatem annorum 13. egressus fuerat.

Objectum namque undequaque corruere visum est, animadvertendo, quod acquisitio dictæ Domus nequaquam facta fuit ad usum *di Lavatojo*, cum Instrumentum exemptionis, in quo nulla penitus aquæ mentio habetur, tale quid non præseferat, nec simplex
6 expressio ac aquæductuum assumptum concludere valeat, ut probat *Decisio R. P. D. mei Ansaldi §. At his minime refragantibus.* Excomputatio vero Census, ac remissio fructuum in supradicta tenui quantitate, tantum abest, ut præjudicialis Pupillo fuerit, quin
7 potiùs in evidentem ejusdem utilitatem cesserit, cum enim debitor d. Census magis, magisque in dies ære alieno præmeretur, adeout imminens esset jactura totius crediti, satis superque pupilli substantiæ modo prædicto consultum extitit, quemadmodum etiam practicatum fuit ab aliis Creditoribus, qui similes excomputationes, & remissiones expleverunt, quamobrem in his terminis redarguendus potius esset Tutor, si provida cæterorum Creditorum exempla sequi negligexisset, *Becc. cons.105. num.26., Menoch. cons.1194. num.18., & 30., Pacion.de locat., & conduct. cap.29. num.55., Rota cor. Dunoz. Jun. dec 604. num.19., & cor. Bich. decis.648. num.24.*

Ex defectu demum consensus, & interventus, si Pupillus aliquod sibi præjudicium irrogatum esse prætendit, illud de facili repa-
9 rare potest agendo adversus venditorem pro rescissione contractus, qui tali casu ab initio nullus omnino fuit, ad *Text. expressum in L. Pupillus si furi ff. de acquir. hæred., & in L. final. §. Ubi autem in unum C. de bon. quæ liber, Castrens. in l.neque Tutores nu.1. C. de procurat., Rota coram Royas dec.173. num.6.* cum concordantibus plenè adductis *in dec.105. n.3., & seqq. par.16 rec.*

Eademque insubsistentiæ nota laborat prætensio quoad secundam partitam scut.200. pro fructibus Locorum Montium integraliter non exactis; Ultra quod enim hujusmodi summa conflatur ex tenuissimis partitis inexactis ab anno 1674. ad annum 1681., ad quas proinde si non advertit Tutor, nullo modo redargui potest, de dolo, aut lata culpa, inevitabili prorsus dilemmate tollitur difficultas, vel enim fructus prædicti exigi non potuerunt ob insufficientiam Depositarii Locorum Montium, & tunc Tutor nullatenus con-
10 demnari potest, ex plene congestis in dicta *Decisione præcedentis instantiæ §. Ejusdem frigiditatis*, vel exacti non fuerunt ex negligentia Exactoris, & hoc casu Tutor omnino immunis est, cum non probetur ejusdem do-
11 lus, aut lata culpa, de quibus solùm tenetur quoad inefacta, *l 2. C.arbitr. tutel., Gratian. discept. forens. d. cap.125. n.1., & seqq., & 49., Rot. cor. Merlin. dec.240. nu.1., & in rec. dec.260. num.5. par. 15., & in Romana Multiplicorum 25. Junii 1700. §. Imperturbabilis cum seqq.cor.Rmo D.meo Decano.*

Minus relevant exceptiones respectu ad tertiam partitam scut.112., quæ Tutor adno-

12 tavit solvisse in retributionem cuidam Personæ, à qua debita notitia, & modus insinuatus fuit recuperandi creditum Pupilli; neminem enim latet necessariam omnino esse hujusmodi liberalitatem, & quotidiana edocet
13 experientia, de qua præcisè testatur *R.P.D. meus Ansaldus de commerc., & mercat. disc.80. num.16., & aa.*, cæterique adducti *in ejus Decisione §. Quo vero.*

Omitti poterat censura super quarta partita modicæ quantitatis scut.43. quæ condo-
14 nata fuerunt Annæ Mariæ Guerre Census debitrici, attenta namque difficultate exigendi ejusdem fructus ob illius inopiam, ac periculo amittendi sortem, providè vindicatum fuit ab hujusmodi damnis creditum Pupilli mediante prædicta remissione, ex ponderatis superius in §. *Objectum namque.*

Deveniendo ad quintam partitam sc.135. resultantem ex solutione facta à Tutore pro debito Abbatis Baptistini, frustra iterum impugnatur sub obtentu, quod hactenus justificata non fuerit, cum etenim, ut refert Peritus, ac animadvertit *Decisio R.P.D.mei Ansaldi §. Omisimus*, ea processerit ex justa, ac
15 rationabili causa prospiciendi honori cujusdam familiæ, cujus nomen data opera ex motivis Tutoris animum impellentibus expressum non fuit, nihil ultra inquirendum est, sed admitti debet absque ulteriori justificatione,
Guttier. de tutel.par.3.cap.1.nu.151., Genua de script. privat. lib.4. tit.4. de libr. Tutor. num.7., & seq.

Subsequitur sexta profluens ab extinctione Cambii scut.3000. circa quam longo iterum ordine reassumuntur ea omnia, quæ vel in Peritorum relationibus, vel in *dec. R.P.D. mei Ansaldi à §. Perperamque cum pluribus seqq.* plenè confutata fuerunt. Et primo prætenduntur fructus, quos Tutor neglexit exigere in prima extinctione ratæ supradicti Cambii, secundo refectio damni, quod Pupillus passus est; ex quo descripta non fuerunt in libro tutelari loca 19. Montis Bentivoli, quæ eidem in supradicto extinctionis contractu resignata fuerunt, hæc tamen gemina objecta latè submoventur in dicta decisione loco supra citato, cujus fundamenta inutile prorsus est modo repetere.

Prætenditur tertio restitutio gemmarum, quæ Tutori à debitoribus dicti Cambii consignata fuerunt: hujusmodi tamen prætensio omitti poterat, quia ipsemet Jo: Antonius ingenuè fassus fuit coram Perito, prædictas gemmas sibi à Tutore restitutas fuisse, ut ex relatione data in *Summario Commendatarii præcedentis instantiæ num.9.*, qua quidem
16 confessione nulla major probatio desiderari valet, vulgata *L. cum Te C. de Transact., L. generaliter C. de non numer. pecun., Rot.cor. Emer. Jun. dec.1103. n.1.*

Frustra demum insistitur super eo, quod nonnulli censuum debitores, qui in prædicta extinctione cessi fuerunt modo non sint solvendo, quia sufficit, quod idonei fuerint de
17 tempore initi contractus, *Valenzuel. consf. 176. num.96., & seqq., Venturin. consf.12. num 153., Rota in Romana Multiplicorum 3. Aprilis 1699. cor. Rmo D. meo Decano*, cum concordantibus plenè congestis in *dicta decis. super reservatis §. Nec obstare coram Me.*

Quoad septimam partitam nonnullorum argentorum, quæ sibi restituta non fuisse asseris Jo: Antonius, plenè satisfacit postrema Periti relatio, ex qua resultat, quod ferè omnia restituta fuerunt, quodque aliquod æquivocum irrepsit ex diversitate denominationis, sub qua facta fuit eorum adnotatio in Inventario Tutelari, ac in restitutionis In-
18 strumento, ea vero quæ deficiunt cum appareant destinata fuisse ad usum Mundi muliebris, præsumendum omnino est, quod soror Pupilli secum asportaverit occasione nuptiarum, quemadmodum etiam ponderat *decis. R.P.D. mei Ansaldi §. Pro coronide.*

Eademque responsione detegitur insubsistentia prætensionis quo ad ultimam partitam respectu annuli, cujus restitutio impu-
19 gnatur, maxime quia Jo: Antonius de hujusmodi deficientia conquæstus non fuit in Instrumento restitutionis, ubi expresse fassus est se omnia jocalia recepisse.

Respectu tandem ad mobilia, quæ æstimata non fuerunt, fubtilissere visa sunt fundamenta *dict.decis. præcedentis instantiæ § Quæ autem ad æstimationem mobilium*, cum quibus DD. transierunt.

Non ommittentes iterum insinuare, quod cum tota Tutelæ serie perspecta apertè constet, pupilli substantiam perspicuè adauctas fuisse, nec de notoria Tutoris integritate ullo modo dubitari possit, assumendum pro-
20 fecto non est adeo rigorosum examen super unaquaque partita, ut monent DD. adducti in *d.mea Decis. super Reservatis, §.finali*, & in proximis terminis, *Rota in Romana Fideicommissi Mutii de Bubalo super Arte agraria 12. Maii 1702. cor. R.P.D.meo Ansaldo, & 2. Maii 1710. cor. Me.*

Et ita, utraque &c.

MACERATEN. LEGATORUM, ET FIDEICOMMISSI.

Veneris 3. Julii 1711.

ARGUMENTUM.

Voluntas Testatoris erui debet vel a verbis expressis, vel a concludentissimis circumstantiis, nec testator censetur dispofuisse de bonis, quæ alio titulo provenire debebant suo hæredi; ex eo quia illum instituit -- *in tutti gl'altri miei beni, & universa mia eredità* -- & aliis generalissimis verbis; ad ornatum *L.qui habeat 99.ff. de Legat.3.* potissimè ubi Testator discretivè loquutus fuit.

SUMMARIUM.

1 *Sacræ Rotæ Decanus subrogat alium auditorem in locum Auditoris adEpiscopatum promoti.* 2 Te-

2 *Testator potest disponere de re hæredis.*

3 *Voluntas Testatoris desumi debet vel a verbis expressis, vel a concludentissimis circumstantiis.*

4 *Discretivus modus loquendi arguit diversitatem dispositionis præsertim in juris perito.*

5 *Dictio* -- Alteri -- *præfefert similitudinem cedentium*, & n. 9.

6 *Hæres nequit condemnari, nisi jure repræsentativo testatoris.*

7 *Quomodo dignoscatur, quod testator noluerit gravare hæredem super re propria.*

8 *Ubi dispositio restricta est ad certas species, non trahitur ad alias.*

10 *Verba* -- e per qualunque altra prætensione *quantumvis generalia, nequeunt referri, nisi ad similia superius expressa, non vero ad separata, & distincta.*

11 *Amplia ubi congrua congruis referri, & verificari possunt.*

12 *Testator disponendo generalirer de omnibus bonis, non intelligitur disponere de rebus extra suum patrimonium, juxta text. in* L. qui habeat 99. ff. de Legat. 3.

13 *Possessio verè, & propriè prædicatur de illa cadente super rebus ad jus suum spectantibus, non vero de illa cadente super re fideicommissaria post obitum alteri devolvenda, &* n. 14.

15 *Ad hoc ut verificetur subrogatio facta a Testatore necessaria est conformitas unius dispositionis cum altera.*

Et excludit a qualitate Testatoris jurisperiti, qui cũ paucis dicere potuisset non expressit.

16 *Observantia positiva non educitur ab actu negativo.*

DECISIO DCLXXXV.

OCcasione testamentariæ dispositionis semper recolendæ memoriæ Gabrielis Philippucci, excitata fuit controversia à Flaminio ejus hærede adversus Zenobiam, aliosque de Vico, qua ille contendens bona fideicommissaria Josephi fratris Testatoris, effecta fuisse de patrimonio Gabrielis, ipsos de Vico, vel à legatis eisdem relictis, vel ab hæreditate Josephi arcendos esse expostulabat, verum cum contrariam sententiam concedentem nempe fideicommissum, & legata passus fuerit tàm coram A C., quàm coram R.P.D. meo Ansaldo prævia decisione coram eodem edita sub die 18. Junii anni proximè præteriti, interposita appellatione obtinuit in hac ulteriori instantia dirigi commissionem R.P.D. meo Falconerio, sed cum interim ad Episcopatum Labacen. promotus dignissimè fuerit R.P.D. meus Kaunirz, & hac occasione mutato juxta solitum turno, si causa penès eumdem Ponentem remansisset, suffragium tulissent ferè illi met, qui in præcedenti instantia suffragati fuerunt, ideo Reverendissimus D. meus Decanus consulendo
1 partium indemnitati, me in locum R. P. D. Falconerii subrogavit juxta suas facultates, de quibus in *adnotat. dec. Coccini* 258. *n.* 21., *&* 22., & prout passim in hisce, & similibus casibus practicari consuevit. In sequelam igitur hujusmodi subrogationis proposui Dominis meis consuetum dubium super confirmatione, vel infirmatione sententiæ, & pro confirmatione responsum accepi.

2 Supposita enim regula, quod Testator disponere valeat de re hæredis, super qua totum fundamentum constituebat Flaminius, ut posset impedire immissionem petitam per illos de Vico ad bona legata per eumdem R.P.D. Gabrielem, una cum aliis subiectis fideicommisso Josephi fratris, ad quæ Actores proprio jure vocati sunt, difficultas iterum stetit in voluntate, quæ vel debet ex
3 verbis expressis, vel ex aliis circumstantiis pernecesse concludentibus desumi, juxta deducta *in dec. R.P.D. mei Ansaldi §. Ex his erenim, & §. Verum.*

Quod autem verba expressa deficiant, manifestè dignoverunt Domini ex sola testamenti lectura, cujus tenorem percurrentes, ne verbum quidem hanc dispositionem præferens adinvenire potuerunt, quinimò totum oppositum ab ipso testamento desumi posse existimarunt, nam ultra quod Testator vir doctissimus, quando voluit subycere suo ordinato fideicommisso prædium *della Cimarella*, quod spectare putabat ad Flaminium hæredem titulo alterius fideicommissi, satis apertè dicere non ignoravit, ac per consequens ita se gessisset quoad bona fidei-
4 commissaria Josephi, inferentes exinde, quod ubi id expressè non dixit, noluisse censendum sit ex discretivo modo loquendi, hoc unum certum est, quod ipse in institutione hæredis dixit, *in tutti gli altri miei beni &c. universa mia hæredità &c.*, unde bene se explicavit quod tanquam non de bonis hæredis sed propriis disponere voluit, attentis illis verbis *tutti gli altri miei beni* ob similitudinem, quam involvunt cum præcedentibus ex
5 vi illius dictionis *altri, Barbos in l. quæ dotis n. 12. ff. solut. matrim., Rota dec. 544 n. 9. cor. San. me. Greg. XV., & dec. 167. n. 7. p. 14. rec.*

Prout etiam non levioris momenti dixerunt DD. habendum esse, quod Testator disponere volens de medietate prædiorum *di Taverna, e delle case nuove*, quorum erat condominus, fassus fuit cubitalibus literis, aliam medietatem spectare ad hæreditatem Josephi, & quod illis de Vico condonavit creditum à Josepho sibi debitum, ad
6 cujus solutionem profecto adstringi non poterant alio jure, quàm repræsentativo præfati Josephi, ac denique, quod Gabriel protestatus fuit *d'aver voluto soprabondare di molto erga Zenobiam, aliosque de Vico*, quam utique superabundantiam saltem esse in quæstione, non est dubitandum ex calculo hæreditatis dato per Flaminium, ut ex hisce omnibus semper magis, magisque convincatur, quam fuerit aliena voluntas Testatoris
7 gravandi illos de Vico super re ad ipsos titulo alieni fideicommissi spectante, ad latè notata *in d. dec. R.P.D. mei Ansaldi §. Cæterum cum seqq.*

Ne-

Neque contrariam voluntatem desumere sufficienter potuerunt DD. ex prohibitione molestiarum indefinitè facta, quoniam illa revera legitur restricta ad certas species expressas, videlicet reintegrationis statutariæ, promissionis scutorum 100. factæ occasione matrimonii initi ab Antonio Nepote cum
8 Comitissa Ubaldina, & jurium, ac creditorum provenientium à testamento Josephi, cujus vigore plura poterant prætendi, quæ hæreditatem Gabrielis utique extenuassent, ut per *text. in l.quæsitū §.primo ff.de leg primo,dixit Rot. dec.* 160. *n.* 5. *cor. Peutinger.*

Et licet subindè verba generalia *e per qualunque altra prætensione &c.* addita fuerint, tamen illa, *intelligi debent de similibus jam*
9 *expressis*, *Rota dec.* 200. *nu.* 14., *&* 15.*p.* 7. *rec.*, sicque nullatenus verificari possunt de fideicommisso Josephi non habente naturam crediti juris, & actionis, sed solum præseferente persequutionem patrimonii separati,
10 atque distincti ab illo adeuntis tàm ministerio legis, quàm voluntate hominis, *Rot. penes Balduccium ad Ramon. dec.*41. *n.* 7., *& seq.*, *& dec.* 49. *à nu.* 9. *ad fin.*, *& dec.* 47. *n.* 3. *cum seqq. tom.* 4., potissimum quia hic non agitur de fideicommisso involuto, & obscuro, vel in hypothesi, in qua prohibitio molestiarum nequeat in alio verificari, quam in adempta facultate persequendi rem suam,
11 ut explicando contrarias authoritates notat *Torr. de Primogen. Ital.p.* 2. *quæst.* 50.*n*:27. *cum seqq.*

Ejusdem pariter esse irrelevantię DD.constitit alia verba -- *al quale voglio, che passi intieramente il resto de' beni tanto stabili, che mobili doppo terminato l'usufrutto sudetto da me con qualsivoglia titolo posseduti* nam iterum approbarunt deducta in *allegata dec. R.P.D. mei Ansaldi* §. *Et quoad reliqua eum seq.* Quibus latè comprobatur hæc verba non esse independentia, sed respicere præcedentem causam prohibitarum molestiarum respectu hæreditatis Gabrielis, nec posse extendi ad aliena bona alterius fideicommisso obnoxia, non addito saltem tempore mortis, & attenta præcipuè sanctio-
12 ne *text. in l. qui habeat* 99. *ff. de legat.* 3., ubi Scævola Jurisconsultus respondit, quod etiamsi quis disposuerit de prædiis omnibus, quæcumque in Syria *possidebat &c.* nihilominus minimè videbantur relicta, quæ in patrimonium redacta non fuerant.

Cujus textus efficaciam evitari posse frustra conabantur scribentes pro Flaminio eo sub motivo, quod cum Jurisconsultus ibidem excipiat ea tantum, quæ jure pignoris Testator possidebat, non sit ejus dispositio applicabilis præsenti controversiæ, in qua Gabriel habebat non solum possessionem, verum etiam resolubile dominium bonorum fideicommissariorum, quoniam vis non stat in
13 dominio, sed in possessione, quæ verè, & propriè prædicatur de illa cadente super rebus ad jus suum spectantibus, ut ponderat *Rebuff. de verb. signific. l.*43. *vers. differentiam sol. mihi* 358. qualis profectò dici nequit hæreditas devolvenda post obitum ad hæredem gravatum, cum hæc nec Jure suo,
14 imo nec plenariè, sed dumtaxat quodam modo suspensivo possideri dicatur, punctualiter *Rot. dict. dec.* 46. *nu.* 12. *post. Balduccium ad Ramon.tom.* 4.

Ea quæ dicebantur de voluntate Gabrielis subrogandi legata cum bonis fideicommisso obnoxiis, corruere visa sunt tum ex qualitate Testatoris, qui utpote eximius in Juris prudentia vir, paucis, & apertis verbis suam voluntatem poterat patefacere, tùm etiam quia hæc subrogatio expostulasset omnimo-
15 dam conformitatem unius dispositionis cum altera, *Rota dec.* 544. *n.* 37., *& seq. coram Ludovis., & dec.* 58: *n.* 4. *cor. Peutinger.*, quæ conformitas, penitus exulare dignoscitur, cum legatorum leges, ac conditiones contrariæ sint illis fideicommissi, inane esse resultabat subrogationem allegare.

Illa denique, quæ desumebat ad sui favorem Flaminius ex epistola R. P. D de Vico, & cætera omnia per ipsum adducta in petitione novæ audientiæ, sublata prorsus remanent in *citata dec. R.P.D. mei Ansaldi*, *ac præsertim* §. *penultim. cum seq.*, ad quam proinde DD. ad inutilem repetitionem effugiendam se remissivè habuerunt, subdentea solummodo nullam vim fieri posse in eo, quod fratres de Vico adhuc possessionem controversorum bonorum adepti non fuerint quia illa dètinentur à Sor. Francisca Rita eo-
16 rum Matertera, & consequenter minime ex hoc actu negativo ulla valeat elici observantia.

Et ita unica tantum parte informante, altera sepius intimata jura sua deducere renuente resolutum fuit.

MACERATEN. LEGATORUM, ET FIDEICOMMISSI SUPER PRÆDIO DELLA CIMARELLA.

Veneris 3. *Julii* 1711.

ARGUMENTO

Non indiget.

SUMMARIUM.

1 *Alienationes Mobilium semoventium, nominum debitorum, aliorumque effectuum imputantur in legitimam.*

2 *Et saltem ex omnibus simul sumptis, donec ratio non reddatur, præsumitur consumpta legitima.*

3 *Detractiones quotitativæ compensatę censentur, cum de superabbundantibus bonis hæreditariis non redditur.*

4 *Debita communia de pecuniis, & bonis communibus soluta præsumuntur.*

DECISIO DCLXXXVI.

Dispositio cla. me. Gabrielis Philippuccii præbuit ansam Flaminio ejus hæredi plures excitandi controversias adversus Zenobiam, aliosque de Vico, nam discussa prius principali quæstione, an istis deberentur legata relicta a Gabriele una cum fideicommisso Josephi, atque illorum favore resoluta, ut

ut ex alia mea contemporanea decisione, aliam inter cæteras prætensionem promovit respicientem Prædium *della Cimarella*, quod ad se spectare asserebat, quia proveniret ab hæreditate Pauli sui Authoris, cum è contra Fratres de Vico contenderent sibi debitum esse, ex quo hæreditarium Francisci, & subinde Dominici probabatur, sed examinato dubio in nostro Auditorio præviis duabus decisionibus R.P.D. mei Ansaldi editis 23. Junii 1710., & 27. Martii proximè præteriti, fuit per sententiam pronunciatum, prædium *della Cimarella spectare ad hæreditatem Francisci, & deinde Dominici*, a qua interposita appellatione in vim commissionis mihi directæ, examinandum proposui DD. meis dubium, *An scilicet sententia Rotalis esset confirmanda, vel infirmanda*, qui pro confirmatione sententiæ responderunt.

Cum enim pro Flaminio Scribentes in ultima propositione istius causæ, ut habetur in principio secundæ decisionis, haud amplius insisterent super pertinentia hujus prædii ad hæreditatem Francisci, & super remissione fideicommissi ab illo venditi desumpta ex duabus divisionibus, de quibus plene actum fuit in prima decisione R.P.D. mei Ansaldi, hinc totum causæ momentum sterit circa examen detractionum, quas ex persona Pauli alterius filii Francisci fideicommittentis sibi competere asserebat.

Verum cessavit ex facto obiectum, quia si agitur de detractionibus quotitativis, certè respectu Trebellianicæ nulla cadere poterat difficultas, cum ex statutaria sanctione illa prohibita appareat; respectu verò legitimæ, illam jam fuisse satisfactam constitit ex alienatione mobilium, semoventium, nominum debitorum, & aliorum effectuum, quia
1 hæc omnia debent in legitimam imputari, *Gaill. observ. practic. lib. 2. observ. 133. n. 8., Adden. ad Ludovis. dec. 266. n. 16*, aliique cumulati in *decisionibus hujus causæ, & signanter in secunda §. Verum*.

Non attenta exceptione, quod mobilia, & semoventia cum usu consumantur, nequeant haberi in consideratione ad hunc effectum, quoniam obiectum non restringitur ad ista, sed ut mox dicebatur aderant plures societates officiorum, census, & alia nomina debitorum, præter jocalia, segetes, & similia, ex quibus omnibus simul junctis, donec saltem reddatur de omnibus ratio, præ-
2 sumitur consumpta legitima, *Peregrin. de fideicom. artic. 39. n. 14., Rota post Merlin. de legitim. dec. 140. n. 4.*

Si vero agitur de quantitativis, & constito ex prædictis de superabbundantia bono-
3 rum hæreditariorum Francisci, de quibus ratio non redditur, utique & istæ remanebant compensatæ: maxime quia urgebat alia præsumptio, quod nempe Paulus de pecu-
4 niis, & bonis communibus debita persolvisset, ut latius probatum fuit in decisionibus R.P.D. mei Ansaldi, quarum fundamenta DD. in omnibus confirmantes repetere noluerunt. Et ita &c., unica tantum &c.

SIGNINA IMMISSIONIS.

Veneris 3. Julii 1711.

ARGUMENTUM.

Immissio vigore L. fin. C. de Edict. Div. Adrian. tollen., & vigore Salviani nequit retardari per exeptionem altiorem indaginem requirentem: neque datur retentio vigore fideicommissi, non probata identitate bonorum, quę optimè excluditur a discrepantia confinium, non curata denominatione, & situatione loci.

SUMMARIUM.

1 *Identitas bonorum satis probatur ab instrumento divisionis.*
2 *Immissio tàm vigore L. fin., quam vigore utilis Salviani, datur desumenti jus suum ab instrumento donationis.*
3 *Immissio vigore tituli clari, & validi non retardatur per exceptionem altiorem indaginem requirentem.*
4 *Retentio vigore fideicommissi denegatur, non probata identitate bonorum.*
5 *Identitas bonorum optime excluditur a discrepantia confinium.*
6 *Identitas bonorum non probatur a sola denominatione, & situatione loci.*

DECISIO DCLXXXVII.

Donaverat inter vivos Evangelista Galeottus omnia bona sua Monasterio, & PP. S. Mariæ in Via lata Velterni Ordinis Sancti Basilii magni, & Ecclesię B. Mariæ Virginis Gratiarum Vallis Montanæ, reservato sibi donec viveret usufructu, nec non summa scutorum 50. ad effectum testandi, ac etiam portionem Domus, quam pro indiviso una cum fratribus possidebat.

Vigore hujusmodi donationis post obitum donantis prædicti PP. coram A. C. sententiam immissionis ad omnia bona donata adversus Curtium Galeottum illorum detentorem reportarunt, quæ in gradu appellationis ab *R. P. D. Gomez* confirmata fuit pro medietate tantum quoad dd. bona, cum altera medietas spectaret ad prædictam Ecclesiam B. Mariæ Virginis Gratiarum excepta ulterius favore Curtii, tum portione præfatæ domus, tum summa scutorum 50., quam sibi Evangelista ut supra reservaverat.

Devoluta postmodum per ulteriorem appellationem ab Antonio, aliisque filiis, & hæredibus d. Curtii interim defuncti interpositam causa ad nostrum Tribunal coram R.P.D. meo Ansaldo sub die 22. Aprilis 1709. ad limites d. sententiæ R.P.D. Gomez confirmatoriæ in parte, ut dictum est antecedentis, responsum fuit *Constare de re judicata*, quę successivè executioni demandata extitit, atque hodiè assumpta coram me in devolutivo causæ cognitio canonizzari obtinuit attenta validitate, & justitia præcedentium sententiarum, quibus innititur.

Et sane Justitia (cum validitatem pręseferat actorum revolutio) clare emergere vi-

sa est ex eo, quod cum favore prædictorum PP. concurreret publicum instrumentum donationis bonorum ab Evangelista possessorum, utique probata illorum identitate, quę satis superque resultabat ex instrumento divisionis initæ paulo post donationem inter ipsum donantem, & ejus fratres, *Rota cor. Peutinger. dec. 484. n. 3. & dec. 399. n.2. parte. 15.* ritè recteque concessa eisdem fuit immissio tàm vigore L. finalis C. de edict. D. Adriani toll., ut testatur *Card. de Luc.*
2 *de judic. disc. 44. n. 20.*, quam in vim utilis Salviani interdicti, *Rota coram Bich. decisione 136. n. 15., & cor. Sa. me. Alex. VIII. dec. 238. n. 2., & dec. 539. n.5. p. 4., & dec. 308. n. 4., & 5. parte 5. rec.*

Nec ad eam retinendam, attendi merebantur gemina fideicommissa, quorum alterum ordinatum fuerat à CæsareGaleotto usque ab anno 1599., & alterum à Maria Accursia Matre dd. fratrum condividentium anno 1678., ultra quod enim stante d. divisione, in qua adiectæ fuerunt consuetæ amplissimę clausulæ translativæ in perpetuum liberi dominii dubitari admodum poterat, an ea remissa fuerint, ut animadvertit decisio præcedentis instantiæ §. *In ordine siquidem*, hoc unum certum est, quod hujusmo-
3 di exceptio altiorem expostulabat indaginem quoad eorum purificationem favore fratrum de Galeottis, proindeque in hoc privilegiato judicio nullo modo promoveri poterat, ad possim tradita per *Rot. cor. Pamphil. dec. 35. n. 3., & 8., coramCerro decis. 740. n. 6., & in rec. dec. 456. n. 6. p. 2., et dec. 587. n. 5. p. 6.*

Eoque magis, quia fratres de Galeottis nullatenus probant bona de quibus agitur
4 reiicta fuisse in hæreditate fideicommittentium, ideoque ex hoc solum defectu probationis identitatis à prætensa retentione vigore fideicommissorum repelluntur, ex vulgatis juribus, de quibus *Rot. cor. Priolo decis. 392. n. 7., et dec. 429 n. primo, et in rec. dec. 480. n. primo p. 18.* cum cæteris in *d. dec. R.P.D. mei Ansaldi* §. *In omnem vero casum*.

Quemadmodum advertit enim Peritus usque ab initio causæ cor. A. C. eiectus bona, quæ in divisione sæpedict. Evangelistæ donanti obvenerunt, discrepant omnino in confinibus ab illis, quæ fideicommissis obnoxia prætenduntur, & per consequens nulla major probatio desiderari valet ad exclu-
5 dendam eorum identitatem, ad *text. in l. forma, ubi Glos. in verb. Vicinos ff. de cens., Rot. cor. Cels. dec. 170. n. 3., et cor. Bich. dec. 112. nn. 18., et in Camerinen. Cauthelę Angeli 16. Martii 1708. §. Non obstat coram me.*

Hinc nulla vis fieri potest super denominatione, ac situatione Territorii, in quibus non nulla ex dd. bonis inter se concordare videntur, quoties enim prout in hypothesi deficiunt aliæ urgentes probationes, simplex
6 denominatio, ac situatio loci inefficax omnino reputatur ad concludendam bonorum identitatem, *Bartol. in l. demonstratio falsa, ibique etiam Castrens. n. 6. ff. de condit., et demonstrat., Rota cor. Buratt. dec. 132. n 8. et cor. Peutinger dec. 42. n. 6., et 7., et decis. 49. n. 3. cor. Emerix. jun.*

Et ita unica tantum &c.

SIGNINA IMMISSIONIS.

Veneris 3. Iulii 1711.

ARGUMENTUM:

Et Summarium habes in precedenti decisione, ad quam totum se refert.

DECISIO DCLXXXVIII.

Quamvis Ecclesia B. Mariæ Virginis Gratiarum Vallis Montanæ Donataria pro medietate bonorum ab Evangelista Galeotto reiictorum, ut habetur in contextuali mea decisione, jura sua huc usque experiri neglexerit, attamen stimulo forsan Victoriæ, quam PP. Basiliani Condonatarii usque ad rem judicatam reportaverant, excitata novissimè ad causam sese admitti curavit coram me, disputatoque in hodierna audientia ad ejus instantiam dubio -- *An esset danda immissio affirmativa* prodiit resolutio.

Fundata est enim ejus actio in d. instru-
1 mento donationis, cujus vigore eidem denegari non potest immissio ad medietatem bonorum, tàm ex remedio *L. final. C. de edict. D. Adrian. toll.*, quam in vim utilis Salviani interdicti ex juribus in d. contextuali mea dec. §. *Et sane* cumulatis.

Non obstat exceptio fideicommissorum à fratribus de Galeottis promota, quia plenè submovetur, ex ponderatis in *d. contemporanea mea decisione* §. *Nec ad eam retardandam cum seqq.*

Et ita unica tantum &c.

MONASTERIEN. CAPELLANIÆ.

Mercurii 25. Novemb. 1711.

ARGUMENTUM.

Narrativa facta in Litteris Apostolicis, quando non agitur de facto ipsius Pontificis, vel de gestis coram eo, debet concludenter justificari coram Judice executore, qui ad ejus verificationem, etiam absque contradictore, debet procedere, alioquin gratia in forma -- *Dignum* -- dicitur obreptitia, & subreptitia ob expressionem falsæ causæ, & reticentiam ejus, quod difficiliorem reddidisset Pontificem ad elargiendam gratiam.

SUMMARIUM.

1 *Litteræ Apostolicæ quando justificantur, neque sunt obreptitiæ, vel subreptitiæ, celerem exposcunt executionem.*

Q 2 Li-

2 *Litteræ Apostoli. æ quando non justificantur, & laborant vitio obreptionis, & subreptionis, non exequuntur.*
3 *Obreptio, & subreptio promiscuè accipiuntur, & sunt sinonymæ.*
4 *Gratia non dicitur justificata, quando non probatur narrativa facta Papæ, super qua illa fundatur.*
5 *Narrativa aliundè non probata, Gratia concessa in forma* dignum *ipso facto vitiatur.*
6 *Et Judex executor debet procedere ad verificationem narratorum, quamvis nullus opponat,*
7 *Attestatio simplex magistratus subscripta à solo Secretario non probat.*
8 *Attestatio se referens ad actus descriptos in protocollis, non probat, quousque non exhibeantur eadem Protocolla.*
9 *Observantia contraria tenori fundationis Beneficii non inducitur ab unico actu.*
10 Solitum *dicitur tantùm illud, quod pluries juxta casuum contingentias fuit observatum, non quod semel.*
11 *Observantia interpretativa non admittitur in re clara.*
12 *Observantia præscriptiva debet esse uniformis, & non interrupta cum suis requisitis.*
13 *Narrativa non debet justificari, quando est emissa in Literis Apostolicis, & est fundata in attestatione Ordinarii.*
14 *De lara dictam conclusionem procedere quando narrativa expressa in Litteris Apostolicis est fundata in attestatione Ordinarii super idoneitate Provisi, secùs quando Ordinarius testatur contra expressam legem fundationis, quia tunc debet concludenter probari.*
15 *Fortius quando jus instituendi ad beneficium non spectat ad ipsum Ordinarium.*
16 *Narrativa Summi Pontificis in Litteris Apostolicis tunc solummodo justificari non debet, quando agitur de facto proprio ipsius Pontificis, sive etiam de facto alieno, sed gesto coram eo, & quare?*
17 *Litteræ Apostolicæ dicuntur obreptitiæ, & subreptitiæ, & nullo modo exequendæ, quando aliquid est reticitum, quod difficiliorem reddidissent Pontificem ad elargiendam gratiam.*
18 *Præsentatus tempore habili à Patronis dicitur jus habere ad beneficium.*

DECISIO DCLXXXIX.

PErpetuum Beneficium Vicaria nuncupatum, quod usque de anno 1407. cum Episcopi authoritate erectum fuit à Gherardo VVerink in Ecclesia Parochiali de Bocholt ad Altare Sanctorum XII. Apostolorum, vacavit de mense Decembris 1706. per obitum Gerhardi Steck illius ultimi possessoris, cumque in instrumento fundationis inter cætera Juspatronatus reservatum extitisset favore Consulis, & Scabinorum Civitatis Bocholdiensis pro tempore existentium, illi ad supradictum Beneficium Jo: Henricum Doynck in 18. ætatis suæ anno constitutum præsentarunt coràm Decano Monasteriensi præfati Loci etiam Archidiacono, ad quem institutionem spectare non controvertitur.

Verùm quia ex ipsa lege Fundationis nullus capax esse poterat Vicariæ, qui vel non esset actu Sacerdos, vel saltèm illam non ageret ætatem, ut infrà annum ad Sacerdotium valeret promoveri, præsentatio expleta fuerat à Patronis, ea apposita conditione, ut Doynck Apostolicam dispensationem super defectu ætatis impetrare teneretur, quamobrem ille sub narrativa dictæ conditionis, & quod pro adimplemento in S. Congreg. Concilii ejus nomine instantia promovebatur, pluriès obtinuit ab Archidiacono terminum quadrimestris à Sacris Canonibus laicis Patronis indultum prorogari, sed numquam reportata dispensatione, Consul, & Scabini jus suum amittere nolentes alium, videlicet Joannem Henricum Bruns actu Sacerdotem die 13. Augusti 1707 ad Vicariam nominarunt, atque coram Archidiacono institerunt pro illius institutione.

Interim verò ex parte Doynck, qui animo ceciderat obtinendi à Sac. Congregatione Concilii expetitam dispensationem, nulla facta mentione de hujusmodi recursu, & cum expressione, quod personalis non requirebatur in Beneficio residentia, quodque licèt tenor fundationis exigeret Præsentatum, vel actu Sacerdotem, vel in illa ætate, ut infrà annum ordine Sacerdotali initiari posset, tamen ob tenuitatem redditum ex Testimonio Ordinarii Monasterien., solitum erat Beneficium simplicibus Clericis, neque Sacerdotibus, neque in præscripta ætate constitutis conferri, supplicatum fuit SSm̃o, ut ipsi sæpedictum Beneficium conferre dignaretur, fueruntque subindè sub hac narrativa Litteræ Apostolicæ in forma dignum expeditæ, & pro executione directæ Officiali Monasterien., qui non obstante oppositione defectus suæ Jurisdictionis, quia lis inter hosce Præsentatos reperiebatur introducta in Tribunali Archidiaconi, protulit sententiam Doynck favorabilem, sed per Bruns adita Signatura Justitiæ, rescriptum fuit -- *Ad Rotam ex integro apposito sequestro* -- Undè in vim hujus rescripti remissa causa nostro Sac. Auditorio, & commissione mihi directa, proposui in hodierna audientia dubium -- *An Litteræ Apostolicæ sint exequendæ &c.*, & negativum à Dominis habui responsum.

1 Sicuti enim, quando Litteræ Apostolicæ justificantur; neque sunt obreptitiæ, vel subreptitiæ celerem exposcunt executionem, ut est notorium, & dictum fuit in *Leodien. Pastoratus, seù Vicariæ 15. Maii proximi præteriti §.1. in fin. coram R.P.D. meo Priolo*, ità è converso quotiescumque non apparent justificatæ, & laborant vitio obreptionis, vel subreptionis nullam executionem prome-
2 rentur, ex novissima firmatis per *Rot. in Farfen. Canonicatus 8. Junii 1711. §. Et converso coram Rm̃o D. meo Molines Decano*, ut propterea Domini istis juridicis innixi fun-
da-

damentis existimaverint in præsenti hypo-
thesi minimè locum esse posse Litterarum
Apostolicarum executioni, ex quo eædem
nec justificatæ dici valeant, quinimò obre-
ptionem, ac subreptionem involvant, cum
3 isti termini promiscui sint, & Sinonymi, ut
animadversum fuit in *Nepesina donationis
16. Iunii* 1710. §. *Hanc autem coram me*.

Defectum autem justificationis, (omisso
pro nunc examine circa qualitatem residen-
tialem) resultare visum fuit ex præfata ennun-
ciativa facta Summo Pontifici, quod licèt in
fundatione Beneficii requireretur Sacerdo-
rium actu, vel ætas sufficiens ad se promoven-
dum intrà annum, adhuc tamen solitum es-
set conferri similibus Clericis, qui nullam ex
qualitatibus à Fundatore volitis haberent, &
nihilominùs hujusmodi narrativa nullatenùs
fuit hucusque verificata, prout necessariò
requiritur, quotiès, ut hic, gratia fundatur
4 super supposito istius soliti, uti advertunt *Fe-
lin. in cap. ad aures* 8. *num.* 10. *in fin. de re-
script.*, *Ros. de execut.* Litter. *Apost. cap.*5.
*num.*13. 20., *& seqq.*, & firmatum fuit per
Rot. decis 880. *num.*2. *cor. Dunoz. Iun.*, *&
in recen. dec.*130. *num.*3., *& seqq. par.* 18., ac
alibi passim, adeout ea non probata, gratia
5 ipso facto vitietur ob defectum intentionis,
ex adductis per *Rosam ubi supra cap.*12.
*num.*12., ideoque jure meritò Judex execu-
tor talis gratiæ in forma dignum obtentæ te-
netur procedere ad judicialem, & quidem
rigorosam omnium narratorum verificatio-
6 nem, quantumvis nullus esset, qui contra-
diceret, *Rot. cor. Sa. Me. Alexand. VIII.
decis.*164. *num.* 10

Absque eo quod pro justificatione suffra-
getur quædam simplex attestatio nomine
Magistratus Scabinorum exhibita, in qua di-
citur, quod hujusmodi beneficium solitum
sit conferri etiam simplicibus Clericis, etiam-
si non sint constituti in ætate per legem fun-
dationis requisita: Quidquid enim sit de le-
galitate hujusce attestationis, cum sit à solo
7 Secretario subscripta, eo quod magis est ap-
pareat contraria Confessionibus ejusdem Ma-
gistratus, qui in præsentatione Doynck ap-
posuit conditionem obtinendi dispensatio-
nem super ætate, adeout Archidiaconus lo-
ci Ordinarius ob talem suspicionem, ac dis-
crepantiam, mandaverit Consuli, & Scabi-
nis, quod cathegoricam, & præcisam cape-
rent resolutionem, illamque propriis Cara-
cteribus, nominibus, necnon sigillo Civita-
tis communirent.

Utique Domini censuerunt ex hac atte-
statione nullam probationem istius soliti de-
sumi posse, non solùm quia illa est concepta
relativè ad acta nominationum existentium
in protocollis, ac per consequens quousque
8 protocolla exhibeantur, nullatenùs justifi-
catum dici valet assertum solitum, *Text in
authen. si quis in aliquo n.* 45. *vers. restrin-
gitur*, *Rot. in rec. decis.*569. *num.* 14. *par.* 19.
*tom.*2.: Verùm etiam quia solitum in attesta-
tione allegatum reducitur ad unicum dun-
taxat actum, qui nunquàm potest esse indu-
9 ctivum observantiæ contrariæ tenori fundatio-
nis, quinimò remansisset nullius roboris, &
efficaciæ, ex pleniè firmatis per *Rot. dec.*523.
num 35. *d. par.*19. *rec. tom.*2., cum solitum
illud tantùm dicatur, quod pluriès secundum
casuum contingentias fuit observatum, non
10 autem quod semel extitit practicatum, *Bon-
den. collect. legal.*19. *n.*36., *Ciarlin. contr.*40.
*num.*58. *lib.*1., *Rota dec.* 295. *n.* 10. *par.*19.
recent.

Et hæc eò fortiùs procedere dixerunt Do-
mini in casu de quo agitur, nam instrumen-
rum fundationis extrà ambiguitatem requi-
rit in præsentato, vel Sacerdotium actu, vel
ætatem, de qua suprà, ac propterea si capi
11 debet observantia in linea interpretativa,
utique nequit admitti in re clara, *Bich. de-
cis.*396. *num.*25., *& in Colonien. Canonica-
tus primæ gratiæ* 4. *Februarii* 1699. §. *Prout
neque*, *&* 15. *Junii ejusdem anni* §. *Accedit
insuper in fin. coram Illustrissimo Dom. meo
almæ Urbis Gubernatore*, si verò in Linea
præscriptiva, tunc necessariò illa debet in-
tervenire uniformis, non interrupta cum suis
12 requisitis, sicut notorium est, & habetur
penès *de Luc. de Benef. disc.*96. *num.*6., *Rot.
in Leodien. Canonicatus* 1. *Julii* 1707. §. *Le-
vioris momenti cor. eodem Illustrissimo Al-
mæ Urbis Gubernatore*, quæ omnia profectò
in præsenti hypothesi deficere cognoscuntur.

Minùs obstitit aliud objectum, quod in
præsenti non sit opus ulla justificatione di-
ctæ narrativæ, quia tanquàm emissa in litte-
ris Apostolicis veniat adscribenda Summo
Pontifici illam fundanti in attestatione Or-
13 dinarii, non autem Parti, *ut ex decis.*47.
*num.*5. *coram Dunoz. Sen*, quoniam licèt
prædicta admitti possit, ubi agitur de narra-
tiva summi Pontificis fundata in attestatione
Ordinarii super idoneitate provisi, de qua
Episcopi Pontificem certiorare consueve-
runt, & in quibus terminis procedit *decisio
coram Dunozet.*, tamen diversa res est in ca-
su controverso, dùm Ordinarius testatur
contrà expressam legem fundationis, ad cu-
jus eversionem non unicus Testis quantum-
vis qualificatus sufficiens reputari debet, sed
14 concludentes sunt afferendæ probationes,
ex juribus vulgatissimis, de quibus in *dicta
Leodien. Canonicatus* 1. *Julii* 1707 §. *Et hinc
patet coram præfato Illustrissimo Almæ Ur-
bis Gubernatore*, præsertim quia jus insti-
tuendi ad hanc Vicariam spectat ad Archi-
15 diaconum Bocholdiensem, non autem ad
Episcopum Monasteriensem, itaut tantò mi-
nùs iste censendus sit informatus de rebus ad
se non pertinentibus, ac per consequens ejus
testimonium minuatur, *Ludovis. decis.* 578.
*nu.*11., *Rot. dec.*16. *nu.*39. *par.*19. *recentior.
tom.*1.

Ulteriùs ponderatum fuit, quod tunc so-
lummodò narrativa Summi Pontificis eximit
ab onere justificandi narrata, quando agitur
16 de facto proprio ejusdem Pontificis, sive de
facto etiam alieno, sed coram eo gesto, quia

in litis circumstantiis à præsenti hypothesi extraneis, censetur Papa loqui dispositivè, secùs autem præter hos casus, nam tunc dicitur loqui suppositivè ad insinuationem Partis, quæ non valet effugere rigorosam justificationem juxtà distinctionem, quam frequentèr amplectitur nostrum Tribunal, ut videre est penès *Adden. ad Gregor. decis. 239. lit. B.*, & signantèr dictum fuit *coram Molinan. decis. 7. per tot. de probat., & in Salisburgien. juris metropolitici 13. Februarii 1693. §. Deveniendo cor. R. P. D. meo Priolo.*

Quibus omnibus accedit circumstantia, quod ultrà narrativam insubsistentem defecit Doynck in reticendo, quod ipse fuerat præsentatus sub conditione impetrandi dispensationem ætatis, quodque habuerit recursum ad Sacram Congregationem Concilii, à qua expetitam dispensationem reportare nequiverat, & tamen si ista fuissent Sanctissimo narrata, utiquè vel eumdem retraxissent à concessione, vel saltèm difficiliorem reddidissent ad elargiendam gratiam, quod satis est, ut litteræ Apostolicæ magis, magis-
17 que obreptitiæ, & subreptitiæ dicendæ sint, & consequentèr nullo modo exequendæ, *Rot. coram Pamphil. decis. 308 num. 3., & coram Pen. decis 385. num. fin., & in allegata Nepesina Donationis 18. Iunii 1710. §. Cum igitur cor. me.*

Ea tamdem, quæ dicebantur contra Bruns, quasi non legitimus esset in hoc judicio contradictor, nullius roboris habita sunt, nam si in præsenti, ex quo non agitur de adjudicando Beneficio eidem Bruns, sed solùm de executione litterarum Apostolicarum, illarum verificatio exquiri potest etiam sine contradictore, ut suprà dictum fuit *in §. Defectum autem in fin.*, multò magis opposita irrelevantia videbatur, ex quo semper ille à Doynck citatus, & etiam à Signatura Justitiæ pro tali habitus fuit, & ulteriùs ex quo uti
18 præsentatus tempore habili à Patronis jus habere ad Beneficium nequit impugnari, *Gonzalez ad regul. 8. Cancell. gloss. 15. §. 1. num. 1., Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 6. num. 36., Vivian. de Jurepatron. par. 2. lib. 8. cap. 8. num. 1., & seq.*

Et ita utraque &c.

INTERAMNEN. REINTEGRATIONIS.

Lune 7. Decembris 1711.

ARGUMENTUM.

Reconventio facta per Reum in eodem judicio executivo ab actore instructo, quamvis de sui natura esset ordinaria, evadit executiva. Solutio realitèr probatur per confessionem de recepto in Instrumento emissam a Tutore præsertim quando facta est ad formam præcedentis Instrumenti cum eodem Tutore inito, cujus vigore solutio legitimè fieri potuit eidem Tutori ex post, quamvis tutela finiverit.

SUMMARIUM.

1 *Reintegratio conceditur solummodo nulliter, & injustè spoliato.*

2 *Reconventio facta in eodem Iudicio executivo ab Actore instructo, quamvis intrinsecùs sit ordinaria, evadit executiva.*

3 *Cessionarius potitur via executiva, qua potiebantur cedentes.*

4 *Nullitas nequit opponi post longevam acquiescentiam, & rem judicatam.*

5 *Solutiones resultantes a publicis Instrumentis nequeunt in dubium revocari.*

6 *Solutio rectè probatur per confessionem de recepto, quando res non est cum personis prohibitis.*

7 *Amplia quando solutio facta est ad formam præcedentis Instrumenti.*

8 *Contractus bona fide initi cum tutore putativo substinentur.*

9 *Solutio facta eidem Tutori ex præcedenti contractu cum eodem inito, rectè facta est, quamvis de tempore solutionis tutelam reliquerit.*

10 *Realitas solutionis concludenter probatur ex littera Instrumenti.*

11 *Testes informes, & extrajudiciales non attenduntur, præsertim quando non sunt formiter examinati ex culpa Inducentis.*

12 *Amplia etiamsi Testes cum eadem depositione descesserint.*

13 *Solutio resultans a publico Instrumento non potest impugnari cum informibus attestationibus, & aliis æquivocis probationibus.*

DECISIO DCXC.

CUm hæreditas Martii de Dammis ingenti debitorum mole, ac præsertim censuum usuris premeretur. Hinc Modestilla de Schacchis, olim ejusdem Marii Uxor, ut filiorum substantiis consuleret, servatis omnibus solemnitatibus à jure requisitis, vendidit Martio Claranti Prædium hæreditarium in vocabulo *la Perticare*, prò summa scut. 5000., & quo ad solutionem hujus pretii, adjecta lege, quod in actu stipulationis Instrumenti, traderentur in solutum duo Prædia valoris scut. 1724. 25., quodque scuta 900. in numerata pecunia contestualiter persolverentur, solutio vero residualis summæ scut. 2375. 75. conventum extitit, ut tribus sequentibus annis proportionabiliter expleretur.

In executionem hujusmodi conventionum, illicò tradita fuerunt in solutum præfata Prædia, ac Venditoribus numerata fuerunt scuta 900. Et quamvis subindè punctualiter per Emptorem, etiam ultrà proprium debitum, cæteræ solutiones expletæ fuerint; attamen fratres de Dammis adversùs eumdem institerunt coram tùnc A.C. Bulgarino, prò solutione prætensæ residualis quantitatis scutorum 119.

Verum, cum ex relatione Periti judicialiter electi, apertè constitisset, Emptorem, ultra statutum pretium, persolvisse sc. 647. 40., novam prætensionem excitarunt Vendito-

ditores, quod scilicet d. solutio scut.900. apparenter tantùm, ac ut dicitur -- *per mostra* facta fuerit, quia tamen optime noverant assumptum nullatenùs concludi posse, ex informibus duorum Testium depositionibus; idcò litteras remissoriales obtinuerunt, ad effectum eosdem, aliosque Testes formitèr examinandi. Cum autem etiam post plures, & plures terminorum præfixiones, omissum exstitisset hujusmodi examen, relaxavit Judex favore d. Martii Emptoris mandatum, cujus vigore eidem deliberatum fuit Prędium *Dell' Aglione* -- pro d. sum. sc.647. 40.

Reclamarunt adversùs hanc deliberationem iidem fratres de Dammis coram cla.me. Cardinali Caprara tùoc A. C. Locumtenente, à quo tamen supradictus Martius sub die 12. Decembris 1679. sententiam absolutoriam reportavit. Interposita postmodum appellatione, mihique causa post lapsum triginta, & ultra annorum in gradu restitutionis in integrum commissa, disceptandum hodiè proposui consuetum dubium, & DD. *non constare de causis* responderunt.

Nulla enim considerari potest læsio in pręfata Sententia, quæ, utpotè valida, & justa, utique attento tàm diuturno temporis lapsu authoritatem rei judicatæ assumpsit, ex vulgatis Juribus; Et sanè Justitia, cum validitas non controvertatur, clarè emergit ex eo, quod prædium de quo agitur, legitime adjudicatum fuerat dicto Martio prò eius credito ex judiciali peritia resultante, ritè, recteque Actoribus denegata extitit manutentio, seù reintegratio ad illud, cum hujusmodi remedium nulliter, & injustè
1 spoliato tantùm indulgeri debeat, *Rota in Cæsenaten. Spolii 25. Junii 1700. §. Respectu enim coram bon. me. Muto, & in Romana reintegrationis 26. Martii 1703. §. Subsistit cor. Rmo D. Labacen.*

Neque subsistere visæ sunt nullitates, quæ adversùs prædictam deliberationem cumulabantur; Prima namque ducta, ex quo in Judiciu repetitionis indebiti processum fuerit exequutive, quando agendum erat via ordinaria, penitus corruit animadvertendo, quod indebiti repetitio promota extitit per viam reconventionis contra fratres de Dammis, qui exequutivè insistebant coram A. C. prò prætensa residuali solutione, atque ideò judicii proserto executivi naturam assumpsit; cum ea sit indoles reconventionis, ut si causa principalis sit summaria, exequutiva, prout in hypothesi, reconventio coram eodem Judice, simultaneo processu excitata,
2 quamvis intrinsecùs ordinaria sit, summaria tamen, & executiva avadat, ex firmatis per *Menoch. de arbitr. lib.1. cas.44. num.7., & seq. Cost. de remed. subsidiariis, remed. 120. n.35. Cancer. variar. resolut. cap.13. nu.9. & seq., & nu.51. lib.1.* cum concordan. apud *Giurb. dec. Sicil.3. n.2, & seq.*

Maximè, quia ex solutionibus ultra debitum per Clarantem Emptorem factis, dimissi fuerunt Creditores venditorum, prævia Juriun, & actionum cessione, ac propterea, quemadmodum iidem Creditores, utpotè propria credita desumentes ab Instrumentis Camerali obligatione vallatis, beneficio viæ exequutivæ potiebantur, ita hujusmodi pri-
3 vilegium in præfatum Emptorem Cessionarium translatum, extitisse dicendum venit, *Olea de cess. jur. tit.6. quæst.4. n.3. & seqq., Gratian. discept. forens. cap.459. nu.25., Rota post Zacch. de obligat. Camer. dec.9. n.1., & seq., & dec.35. n.9.*

Eademque insubsistentiæ nota laborat altera nullitas, quod scilicet de tempore moti judicii coram A.C. citatus non fuerit legitimus Defensor fratrum de Dammis, tunc minorum. Constat enim in facto, citatum fuisse Carolum Cencium eorum Patronum *Summ. Actoris num.9.*, qui ad instantiam eorumdem fratrum, prætensę residualis solutionem coram A. C. expostulavit, *dicto Summario num.10.*

Tertia tandem nullitas petita ex eo, quod idem A.C. mandatum relaxaverit, postquam peritiæ revisionem præcedenter demandaverat, tollitur pariter ex facto; quia subindè idem Judex prævia repositione à d. decreto, mandavit procedi ad ulteriora; Et quamvis hujusmodi decretum emanaverit perContradictas, indè tamen nihil omninò deduci potest ad intentum: cum enim obiisset tunc temporis supradictus Cencius, sibi imputare debent fratres de Dammis, si nouum Procuratorem constituere omiserunt.

Ceterùm omnes prædictæ nullitates frustra objiciuntur, postquam validitas controversæ deliberationis satis superque comprobata remanet ex tam longæva acquiescentia, & solemni re judicata, quibus attentis, omnia
4 profectò validè gesta fuisse præsumuntur, *Rota coram Cerr. dec.127. num.1., & seq. coram Priulo dec.196. n.5., & cor. Emerix jun. dec.61. n.4.*

Sublatis ex his nullitatibus, pari facilitate vindicatur à contrariis exceptionibus justitia d. deliberationis, & mandati, quæ impugnatur ex eò, quod in sæpedicta peritia perperam constitutæ fuerint ad creditum Clarantis tres partitæ solutionum; altera nempe scut.100., altera scut 150., & tertia sc.900. Hujusmodi enim solutiones, cum per-
5 spicuè resultent ex publicis Instrumentis, in dubium ampliùs revocari non possunt, *Rota decis.208. num.1., & 2. par.13., decis.277. n.10. par.19. rec., & cor. Emerix jun. dec.61. num.3.*

Nec relevat, quod primæ duæ partitæ justificeotur tantummodò per cooessiooem de recepto ab Euphrasia Matre, uti Tutrice, & Curatrice illorum de Dammis in præfatis Instrumentis emissam, adeòut per consequens illa inefficax omninò reputari debeat ad concludendam veram, & realem solutionem:
6 Quoniam quotiescumque, prout in hypothesi, res non est cum Personis prohibitis, confessio de recepto ad intentum superabundat, attento potissimùm præcedenti venditioola d.In-

Instrumento, ad cujus formam emissa fuit d. confessio, in quibus terminis de veritate solutionis nullo modo ambigi potest, per ea, quæ tradit *Rota dec.466. num.4., & seqq. par.13., dec.214 nu.7., & seq. par.18. tom.1. & dec.124. n 4., & 5. par.19. rec.*, prout de do e confessa præcedenti Instrumento promissionis, latè probat *Rot.cor. Cer.dec.55.n.1. cum seq., & dec.922. à n.1. cum pluribus seq.*

Levioris momenti visa est altera exceptio, quod de tempore secundi Instrumenti solutionis dicta Euphrasia non esset persona legitima ad quietandum, & liberandum Clarantem, ex quo per transitum ad secundas nuptias, filiorum tutelam, & curam amiserit: Illa namque, cum palam se gereret prò Tutrice, contractus cum ea gestus undequaque subsistit, nulla siquidem æquitatis, & Justitiæ ratio patitur, ut Contrahentes bona fide cum
8 Tutore putativo sub adeò fundata credulitate eludantur, *Rot. dec.47. n.2.par.2. rec., decis.344. n.20. cor. Burat., dec.204. n.15. cor. Royas, & dec.43. n.16. cor. R.P D. meo Ansaldo.* Eoque fortius, quia Clarantes d. emptionis contractum etiam cum d. Euphrasia inierat, ideoque (quamvis cura, & tutela terminasset (eidem legitimè solvere poterat,
9 ut appositè animadvertunt *Becc. cons.19. sub num.5., Thesaur. quæst. forens. lib.3. q.39. n.2. Afflict. dec.147. per tot., Ricc. collect. dec.2247.*

Irrito tandem conatu controvertebatur solutio tertiæ partitæ sc.900. instaurando rursus prætentionem, anno 1659. coram A.C. inutiliter excitatam, quod scilicet numeratio dictæ pecuniæ in actu stipulationis Instrumenti ad pompam solum intercesserit, quodque re vera Venditoribus d. summa soluta non fuerit. Hujusmodi namque assumpto apertissimè contrariatur littera ejusdem Instrumenti ibi -- *Il medemo Marzio avanti detto Giudice, me Notaro è Testimonj, manualmente, & in contanti in tanti paoli, testoni, e moneta d'oro pagò, e sborsò alli sopradetti Venditori scut.900., quali à se Hessi tirorno &c.* -- ex quibus fanè verbis concludenter probatam esse realitatem solutionis,
10 præcisè censuerunt *Angel. de confess. lib.2. quæst.5. num.16., Rota coram Pamphil. decis.637. num.2., & dec.687. num 1., & coram Bich dec.584. num.1., & in Perusina Census 6. Junii 1707. §. Minusque, & seqq. cor. Rmo Gieunen.*

Hinc nullatenus attendi merentur informes, ac exstrajudiciales duorum Testium depositiones in contrarium adductæ, præsertim quia, ut supra in facto animadversum
11 fuit, per illos de Damnis stetit, quominus formiter examinarentur, *Rota cor. Emerix jun. dec.555. num.5., & dec.1350. num.3., & in rec. dec.2 2. n.10. par.14.*

Nec quidquam suffragatur, quod iidem
12 Testes cum eadem depositione decesserint, quodque ab aliis conjecturis adminiculentur, semper enim urget responsio, quod cum dicta solutio aperte resultet ex publico Instrumento, utique ad arguendam ejusdem simulationem, nulla vis constitui valet super his æquivocis, ac imperfectis probationibus, *Rota coram Cavaler. dec.205. num.10., & & dec.206. num.3., & in rec. dec.65. num.5. par.1., & in Romana redditionis rationis 17. Junii 1709. §. Et ob id. coram R. P.D. meo Ansaldo*, & in his terminis *Rot. cor. Ludovis. dec.375. n.3., & seqq.*

Et ita utraque &c.

ROMANA DEPOSITI.

Veneris 11. Decembris 1711.

ARGUMENTUM.

Depositum illicò restitui debet deponenti, rejecta ad judicium ordinarium inspectione pertinentiæ dominii rei depositatæ, aliisque contradictionibus altiorem indaginem requirentibus, excepto deposito rei per malam artem subtractæ ad conciliationem *textuum in Auth. de deposit., & denunciat.* verbo *extrinsecus in fin.* & *Auth. sed jam cautum Cod. deposit.*, cum *L. Officium ff. de rei vindic.*, & *L. Bona fides ff. depos.* Testis consanguineus quàvis in magna diguitate constitutus non probat contra tertium, nec aliæ informes attellationes. Scriptura privata, quamvis producta cum clausulis -- *non pro fundamento intentionis, per compulsum, & in parte, & in partibus* -- probat debitum illicò satisfaciendum contra producentem, si verè tendit ad fundandam intentionem producentis.

SUMMARIUM.

1 *Depositum, à quo sit factum, & cujus nam sit, dignoscitur à declaratione depositarii, & ab inscriptione existente desuper re deposita, & n 18.*
2 *Depositum restitui debet deponenti postbabitis omnibus exceptionibus.*
3 *Rei depositatæ dominium cuinam spectet, rejicitur ad judicium ordinarium, & interim absque mora illud restituitur deponenti,*
4 *Domino competit rei vindicatio contra deponentem, juxta* Text. in L. officium ff. de rei vindic., *sed interim illa non impedit restitutionem favore deponentis.*
5 *Depositum rei furatæ restitui debet Domino, non deponenti, & n 7.*
6 *Declaratur* Text. in L. Bona fides 31. ff. Depositi, & n. 8.
7 *Latrones, & prædones, licèt fraternizent in scelere, differunt tamen in modo illud perpetrandi.*
9 *In deposito de æquitate potior est causa veri domini, quàm deponentis.*
10 *Limita, & dic, quod æquitas non procedat nisi in odium improbi depositionis.*
11 *Suffulto in litterali dispositione Legum, inaniter contrariatur cumulus aliarum auctoritatum.*
12 *Actio depositi tribuitur mandati, non autem ex mandato deponenti.*
13 *Fides informes, extrajudiciales, & pendente lite expiscatæ non attenduntur.*

14 *Te-*

14 *Testis consanguineus quamvis clarus sanguine, & animo candidus, repellitur à testificando contra tertium.*
15 *Amplia quamvis sit S.R.E.Cardinalis.*
16 *Testis de auditu nihil probat.*
17 *Clavis retentio non est signum perneceße concludens, & univocum identitatis rei, & multo minus dominii.*
19 *Contra publica documenta nil valent testium informes depositiones, aliaque æquivocæ probationes.*
20 *Epistola directa tertio non probat.*
21 *Creditum resultans à juribus à parte productis, dicitur approbatum, contra producentem, & illicò persolvi debet.*
22 *Producens scripturam assentiri debet omnibus in ea contentis, nec potest ea uti in favorabilibus tantùm.*
23 *Clausula* -- non pro fundamento intentionis -- *apposita in productione jurium, non attenditur, tanquam contraria facto.*
24 *Clausula* -- per compulsum, *& in* parte & partibus -- *in productione scripturæ apposita, nihil operatur, quando scriptura producta, est fundamentum intentionis producentis.*
25 *Productio scripturæ privatæ, quæ de jure non probat favore scribentis, non inducit confessionem contentorum in ea contra producentem.*
26 *Limita si productio fiat ad probandam principaliter intentionem producentis.*
27 *Melius est incumbere rei, quàm actioni.*
28 *Depositi judicium rejicit quascumque inspectiones altiorem indaginem requirentes.*

DECISIO DCXCI.

Deposuerat Emus D. Cardinalis de Aquaviva capsulam quamdam pluribus sigillis, & funiculis communitam, propriumque nomen in superiori posita inscriptione praeferentem penes Paulum Antonium Senepam Sac. Montis Pietatis Urbis Custodem.

Cum autem ejusdem capsulæ dominium ad se spectare contenderet D. Princeps de la Torella, tunc tam ipse, quàm Eminentissimus Deponens pro illius consignatione institerunt coram R.P.D.A.C. Gomez, qui semel atque iterum dictam capsulam consignari mandavit Eminentissimo Domino Cardinali reservatis tamen prætensis juribus post consignationem favore supradicti D. Principis.

Reclamavit iste ab hujusmodi Decretis; causaque appellationis mihi commissa cum clausula *S. Q.E.*, ideo juxta rescriptum in nostro Tribunali editum die 13. Maii 1709. gemina sub die 27. Aprilis proximè præteriti proposui dubia, alterum nempe *An mandatum A.C. esset exequendum* -- & alterum -- *An, cui, & quamodo consignanda foret capsula de qua agitur.* -- Cumque nulla tunc temporis ob suffragiorum scissuram capi potuerit resolutio, repropositа per me hodie sub iisdem dubiis causa, quemadmodum Domini pro executione mandati respondere non hæsitarunt, ita consequenter capsulam consignandam esse Eminentissimo Domino Cardinali juxta modum censuerunt, ut in altera mea contextuali decisione.

Et sanè executionem mandati manifestè exposcebat ejusdem justitia, cum validitas, quæ ex actis res habat nequaquam controverteretur. Depositum enim de quo res est expletum clarè apparet nomine Eminentissimi Domini Cardinalis, ut dilertè resultat tam ex declaratione unius ex Deputatis Sac. Montis, cujus opera, & cura usus fuerat Eminentissimus Deponens, quàm ipsiusmet Depositarii, nec non ulterius ex inscriptione
1 in sæpedicta capsula apposita ibi -- *Questa Cassetta è dell' Eminentissimo Aquaviva* -- proindeque clara inde emergit juris nostrі censura, ut in hoc privilegiato judicio depositi, posthabitis quibuscumque exceptioni-
2 bus, res deposita Deponenti restitui debeat, juxta litteralem *Text. in leg. si quis* 11. *Cod. Depositi*, ibique scribentes plenè relati per *August. Barbos. ibidem summar.* 1., & 6., *Mantica de tacit.*, & *ambig. lib.* 10, *tit.* 10, *n.*1.& *seq.*, *Leotard. de usur. q.*32. *n.*12.

Hinc nullatenus obstare posse visa est exceptio dominii à Principe ad impediendam Deponenti depositi consecutionem, cùm rejicienda sit ad judicium ordinarium rei vindicationis post expletam depositi restitutio-
3 nem à prætenso Domino intentandum, ad *Text. expressos in auth. de deposit.*, & *denunc. in princ.* ibi -- *& nulla omnino licentia, seu aliquibus extrinsecus interdictionibus uti, & retinere depositi restitutionem* - ubi egregiè explicat *Gloss. in verb. extrinsecus.* -- Et in *Auth. sed jam cautum Cod. deposit.* ibi -- *sed jam cautum est, ne quis extrinsecus depositario interdicat depositi restitutionem, quam subsequuta depositor possidens pulsari poterit ab eo, qui interdixit* -- ibique pariter optimè *Gloss.* sub illis verbis -- *interdixisti, quod ea ad te pertineret* -- iterumque in verbo extrinsecus ibi -- *id est præter deponentem* -- & consentaneè ad prælaudatos *Textus* probant *Zabarell. in cap. bona fides* §.2. *de deposit.*, *Ripa in cap. cum M.Ferrarien. n.*158. *de constitut.*, *Hostien. in summ. lib.*3. *tit. de depos. n.*5. *vers. hoc tamen fallit*, *Carroc. de deposit. par.*1. *tit. de casu n.*76., *Onuat. de Contract. tom.*2. *tit. de deposit. disput.*55. *sect.*5. *nu.*68., *Mozz. in eodem tract. tit. de deposit.* §. *Quomodo annulletur seu deficiat depositum n.*5., *Less. de just. & jur lib.*2 *cap.*27 *dub.*4. *n.*14.

Nec prædictis adversatur *Textus in l. officium ff. de rei vindic.*, quia non supponit Deponentem esse in causa, ac in concursu, sed firmat solùm competere Domino rei suæ vindicationem, dummodo possessor non proponat sufficientes exceptiones; nemo autem
4 non videt quantum distet, ac disparata omninò sit actio rei vindicationis contra Deponentem, ab interdictione restitutionis depositi, quotiescumque ipsemet Deponens est in causa, ut benè advertit *Gloss. in hac leg. officium* in verbo -- *peti posse in fine* -- & melius *in allegat. auth. de deposit. & denunciat.* sub verbo

,, verbo --*extrinsecus in fine ibi*--,& aliud est
,, velle agere rei vindicatione in judicio,
,, aliud facere hujusmodi interdictionem ,
,, quod non restituat.

Minusque applicabilis est præsenti hypo-
thesi censura alterius *Text.in l.bona fides* 31.
ff. depositi.Casus namque ab hac lege figurati
sunt toto Cælo diversi ; in his etenim agitur
de rebus dolose, & facto scelestissimo, prout
5 à latrone , fure , & prędone subtractis,quas à
Depositario restituendas esse Domino sanci-
tur ibi -- *mihi reddenda sunt* , *quæ facto sce-
lestissimo adempta sunt* , -- & inferius ibi ,
-- *Quod Marcellus in prædone* , *&* *fure scri-
bit*. -- De hujusmodi autem terminorum ap-
pellatione in hoc casu nefas esset excogitare.

Quin attendi mereatur replicatio ,
quod dispositio dictæ *Leg bona fides* non lo-
quatur taxative tantum de latrone , fure , &
prędone , sed exemplificativè per illa ver-
ba -- *Exempli loco*. -- *Latro spolia* , *quæ mihi
abstulit deposuit &c*., proindeque in assecu-
tione Depositi præponendus semper sit ve-
rus Dominus Deponenti ; quoniam *Text*.
6 quidquid exemplificativè dicit de latrone ,
statuit etiam subinde taxative in prædone ,
& fure , qui licèt fraternizent in scelere ,
7 differunt tamen in modo perpetrandi scelus
ex notatis per *Alberic. in dictionar. utriusq.
juris* sub verbo *Latro* , *&* *Prædo*. Cęterum
non ratio intrinseca dominii , sed ratio ex-
trinseca facti scelestissimi juxta litteram , &
spiritum dictæ Legis unice impedit restitu-
tionem Depositi concurrente Domino , ipsi
Deponenti , ut perspicue convincitur ex su-
pracitatis verbis ibi -- *mihi reddenda sunt
8 quæ facto scelestissimo adempta sunt* -- & no-
tant omnes scribentes ad ornatum , & intel-
ligentiam ejusdem *Textus* , ac præ cæteris ,
Hostien. ut supra *versic. Sic ergo* ibi -- *Non
loquitur de jure , in quo speciale est quod non
sibi , sed Domino reddatur* --, *Molin. de con-
tract. disput*,526. *versic tertius* ibi -- *Quando
simul fur* , *&* *proprius Dominus rei illam
repetunt* , *tunc enim in furti odium non est
furi restituenda*.

Constito ex his quod prælaudati Textus
nullo modo pręsentis quęstionis hypothesi
congruant , facilius sanè inapplicabiles vi-
sę sunt cæterę authoritates in contrarium
cumulatæ. Aliæ enim loquuntur in terminis
judicii rei vindicationis ad sensum *d. leg. offi-
cium ff.de rei vindicat*. Aliæ quando agitur
de latrone fure,& prædone,juxta dispositio-
nem *Text.in d.leg.bona fides ff.deposit*. Aliæ
9 demum generaliter asserunt , quod de æqui-
tate potior est causa veri Domini , quàm
Deponentis. Verùm cum hujusmodi æquitas
10 absoluta non sit , ac indefinita , sed tantùm
in odium improbi depositoris constituta (ut
mox probatum extitit) utique suos limites
prætergredi non potest. Et in omnem casum
cum jura Deponentis validissime tuta sint ex
litterali dispositione *dd.Text. in auth. de de-
11 posit. & denunciat.*, ac in *auth. sed jam can-
tum Cod.depositi* , irrito prorsùs conatu eis-
dem objiciuntur aliarum authoritatum
præsidia.

Agnoscebant difficultatem Provinciæ scri-
bentes pro Principe,ac propriam eidem De-
ponentis imaginem tribuere conabantur eo
sub fundamento , quod ipse capsulam con-
troversam transmiserit P.Eustachio Caraccio-
lo suo Germano fratri in Urbe tunc tempo-
ris commoranti ad effectum eam deponendi,
quodque subinde idem Pater pro explendo
hujusmodi deposito egerit cum Eminentissi-
mo D. Cardinali , adeout iste habendus sit
pro simplici benevolo mediatore , & conse-
12 quenter actio Depositi , in solum Princi-
pem mandantem translata extiterit per ea ,
quæ respondit *Ulpianus leg*. 1.§.*Si te rogave-
ro* , *&* §. *Non solum ff. depositi*. Hoc tamen
assumptum legitimo probationis robore de-
stitutum apparet , non enim aliunde proba-
tur , quam ex informibus , & extrajudiciali-
bus attestationibus pendente lite exaratis ,
quibus per consequens deferendum non ve-
13 nit, ex vulgatis juribus , de quibus *Rota co-
ram Priolo dec*.23.*n*.3. , *&* *dec*. 395. *n*.9. , *&*
cor.Emerix jun. dec.149. *num*.3., *&* *dec*.243.
n.7.

Præterea quoad depositionem d. P. Eusta-
chii occurrit animadversio , quod ratione
nimiæ affectionis repellitur à testificando fa-
14 vore fratris contra tertium, nec claritas san-
guinis , animique candor summam illam fi-
dem in hoc casu promereri possunt , quam in
aliis circumstantiis sibi vindicarent , ut pon-
derant *Alex.consl*.90.*n*.7.*lib*.2., *Bursat. consil*.
330.*n*.163., *Rota cor.Cerro dec*.774. *n*.8. *cor.
Bich. dec*.34.*nu*.4. *cor. R.P.D. meo Ansaldo
dec* 24. *n*.9., *&* *dec*.40.*n* 8., & inter collectas
adornat.*Card.deLuc.tom*.2.*lib*.14.*dec*.17.*n*.7.,
15 & loquendo de attestationibus EE. Cardi-
nalium ad rem animadvertunt *R.P.D. meus
Ansald.de commerc.*, *&* *mercat. disc*. 30 *nu*.
27.*&* 30., *Rota cor. Priol. dec*.387. *num*.6.*&*
seqq., *&* *in rec.dec*.171.*n*.3.*p*.4.*tom*.2., *&* *dec*.
260. *n*.9.*&* 10. *p*.18. *tom*.1.

Attestatio verò D.Principissæ di Cellama-
re generaliter tantùm præseferi consignatio-
nem cujusdam capsulæ D. Principis factam
prędicto P. Eustachio , quo verò ad subse-
quutum depositum , modumque deponendi
testatur tantummodo de auditu alieno, ideo-
16 que nullum probationis gradum constitue-
re potest,juxta satis notam regulam *Text. in
cap.licèt ex quadam*, ibique *Gloss. in verb.
notam de testib*., *&* *in l. testium Cod.eodem* ,
Rota cor.Emer.jun.dec.132.*n*.4 , *&* *dec*.1251.
n.16.

Neque ad assumpti comprobationem quid-
quam concludere possunt asserta existentia
clavis controversæ capsulæ penes Principem,
ac inventarium gemmarum per eundem
exhibitum , quod concordare supponitur
cum alio simili in eadem capsula existente ,
17 retentio siquidem clavis non est signum per-
necesse concludens , & univocum identitatis
rei , multoque minus dominii , quia novum
non est , quod clavis capsulę Titii aperire

valeat

valeat capsulam Seij, quodque ad familiaritatis, custodiæ, aliosque quamplures titulos referri possit, *Jas. in leg. 1. §. Si jusserim in fin. ff. de acquir. possess.*, *Cephal consil. 225. n.25., & seqq. lib.2.*, *Honded. cons. 100. n.52. lib.2.*, *Gratian. discept. forens. cap.502. n.3.*, *& seq*, *Afflict dec.299. n. 32.* Ex d. autem inventario gemmarum nihil omnino hic, & nunc argui potest, nam asserta ejusdem conformitas cum supposita notula existente in dicta capsula clausa, & sigillata est mera divinatio, ut de se patet.

Eoque clarius hujusmodi probationum irrelevantia refulget, quia ut sub initio dictum est, tum ex documento depositi, tum ex inscriptione super capsula de qua agitur
18 apposita, manifestè resultat Eminentissimum Dominum Cardinalem, Depositum uti proprium explevisse, adeout proinde attendi nullatenus mereantur in hoc judicio informes testium depositiones, aliæque similes
19 æquivocæ probationes ad concludendum id, de cujus contrario constat per publica, authenticaque documenta, *Bartol. in l.1. §. qui neget n.12 ff. quemadmodum testam. aper.*, *Rot. cor. Cavaler. dec.205. n.10.*, *& dec. 206. n.3.*, *& cor. R.P.D. meo Ansaldo dec.40. n.9.*, *& in Romana redditionis rationis 17. Junii 1709. §. Atque ob id cor. eodem.*

Unicum ergo probationis præsidium, & fundamentum Dominii Principis restringitur ad Epistolam familiariter scriptam ab Eminentiss. D. Cardinali supradicto P. Eustachio, in qua mentio habetur de quadam Capsula, cujus Dominium ex toto literæ contextu ad D. Principem spectare argui posse videbatur. Verum ultra quod ex hac generali designatione ad controversæ Capsulæ identitatem concludenter inferri non potest, cum nec verbum quidem quoad Depositum in dicta litiera contineatur, animadverterunt
20 DD., quod cum ea directa sit Tertio, non autem D. Principi de dominio excipienti, ad ejus favorem quidquam concludere nequit, juxta Theoricam *Felin. in cap. si cautio num.31. de fide Instrum.*, *Fulgos. in L. cum nec Cod. de confess.*, *Cyriac. contr. 91. nu.6.*, *& 7.*, *R.P.D. mens Ansaldus de commerc., & mercat. disc.93. n.33.*, *Rota Jan. dec.14. num.112.*, *Rota dec.717. num. 6. par.2. rec.*, cum concordantibus latè adductis per *Rub. in annotat. ad decis.282. num.23. cum pluribus seqq. par.9. tom.2.*, & licet contrarium de æquitate Canonica sentire videatur *Rot. cor. Bich. dec.6. n.10. & seqq.*, attamen subinde tamquam veriorem hanc sententiam comprobavit, ut videre est in *dec. 557. n.11. cor. eodem.*

Accedit, quod in prædicta Epistola ad fundandam propriam intentionem per Principem producta enunciatur contra ejusdem Fratrem Creditum Eminentissimi D. Cardinalis ex persona fratris, quod proinde aut in figura cohæredis fratris debitoris à Prin-
21 cipe per d productionem approbatum censetur, & illicò per eundem persolvi debet,

aut verò illud approbare non intendit, & tunc proprii dominii probationem nullatenus desumere valet ab eadem Epistola impugnata; producens enim scripturam assentiri debet omnibus in illa contentis, nec ea in fa-
22 vorabilibus tantum uti potest, ad notata per *DD. in cap. cum venerabilis de except.*, *Bald. in L. scripturæ 14. num. 2. Cod. de fid. instrum.*, *Surd. cons.151. num.16.*, *Honded. consil.78. num.80. lib.1.*, *Rota cor. Gregor. dec.298. num.5.*, *ibique Adden. num.15.*, *& in Romana Pecuniaria 3. Junii 1701. §. Nam quoad veritatem coram R.P.D. meo Priolo.*

Non obstat, quod productio consuetis præservativis clausulis munita appareat ibi: *Non pro fundamento intentionis, & per compulsum, ac in parte, & partibus &c.* Prima etenim clausula, utpote continens protestationem contrariam facto, ex quo re vera
23 Principi nihil melius suffragatur ad fundandam suam prætensionem, quam dicta Epistola, utique attendi non debet, ac habetur pro non apposita, *Rota dec.218. num.16. par. 10. rec.*, *dec.336. num.7*, *& dec. 1089. num.4. coram Emerix Iun.*, *& dec.66. num.17. coram R.P.D. meo Ansaldo.* Postremæ autem nullius prorsus roboris sunt, & quotiescumque, prout in hypothesi, scriptura producta
24 est fundamentum intentionis producentis, ut distinguendo tradunt *Posth. resol.68. nu.86.*, *& seqq.*, *Rota coram Bich. dec.164. num.12. cum concordan. in Med olanen. Prioratus 25. Iunii 1700 §. Nihil officiente coram R.P.D. meo Ansaldo*, *& in Romana fideicommissi Mutii de Bubalo super Arte Agraria 11. Maii 1710. §. Neque prædictis coram Me.*

Haud resistente replicatione, quod sicuti
25 de jure scriptura privata non probat favore scribentis, ita illi nullatenus vim, & authoritatem tribuere possit productio, *Paitell. expedit. 42. n 41. & seqq.*, *Angel. de confess. lib.2. quæst.5. num.47.*, cum aliis ad id allegatis, quoniam hoc procedit, quando scriptura privata, & uniformis non est principale fundamentum intentionis producentis, quo casu ex simplici productione induci nequit confessio, & approbatio omnium contentorum in illa; Secus autem est ubi scriptura per se non probans producitur ab Agente, vel excipiente ad probandam principaliter
26 propriam prætensionem, ex hoc enim assumit formam probantem, etiam ad commodum scribentis, quemadmodum advertunt idem *Angel. de confess. ubi supra n.51.*, *Rota cor. Bich. dec 556. num.4.*, *& dec. 361. n.2. par.4. tom.1. rec.*, *& in dict. Romana Fideicommissi Mutii de Bubalo super Arte Agraria §. Validitas enim coram Me.*

Agnita assumpti veritate, attergari curavit Princeps 12. Loca Montium favore Eminentissimi D. Cardinalis pro assecuratione dicti ejus crediti; hujusmodi tamen attergatio, sicuti rejecta fuit à nostro Tribunali sub die 4. Julii 1710., prout ex rescripto ad Memoriale tunc porrectum, ita hodie iterum suffra-

garì non posse visa est ad effectum impediendi Eminentissimo Deponenti Depositi restitutionem, talis quippe cauhtela examinanda erit in suo congruo Judicio, & interea cum
27 melius sit incumbere rei, quam actioni, nulla æquitas profectò patitur, ut Eminentissimus D. Cardinalis beneficio retentionis privetur. Et de facto si ipse loco deponendi Capsulam de qua agitur, eam penes se retinuisset, utique pendente, ac etiam absoluto Judicio rei vindicationis super dicta retentione insistere posset, ideoque à fortiori hoc ipsum admittendum venit in hoc exequutil-
28 vo, ac privilegiato Depositi Judicio, cujus indoles, & natura ab hujusmodi inspectionibus, & cauthelarum indagine abhorret.

Et ita in secunda Causæ propositione, Partibus acerrimè informantibus responsum fuit, &c.

ROMANA DEPOSITI SUPER CONSIGNATIONE.

Veneris 11. *Decembris* 1711.

ARGUMENTUM.

Restitutionem depositi Deponenti non impedit cognitio pertinentiæ Dominii, quæ remittenda est ad Judicium ordinarium rei vindicationis, instituendum prævio novo monitorio coram Judice ordinario, vel obtenta nova commissione coram Judice ad quem, qui vigore clausulæ - *Quam, & quas* - non potest judicare super novo Judicio, & diversa actione. Tamen traditur etiam in isto casu modus consulendi prætenso Domino rei depositæ.

SUMMARIUM.

1 *Pertinentia dominii circa depositum promovenda est in judicio rei vendicationis intentando postquam depositum restitutum fuerit deponenti*, & n.9.

2 *Judicium rei vindicationis est ordinarium*.

3 *Judicium ordinarium instituì debet vel prævio monitorio coram Judice ordinario, vel procedente commissione coram Judice ad quem*, & n 4.

5 *Judex ad quem non potest judicare super iis, de quibus actum non fuit in prima instantia absque commissione*.

6 *Clausula* - Quam, & quas - *apposita in commissione operatur, ut Judex ad quem judicare possit super connexis, & dependentibus à primo judicio, sed non protrahitur ad novam, & disparatam actionem*.

7 *Judex in judicio executivo restitutionis Depositi, debet cavere etiam alteri ex partibus impugnanti illius restitutionem*.

8 *Inanis circuitus non est, quando fit segregatio Judicii executivi cum ordinario*.

DECISIO DCLXCII.

Quemadmodum ex deductis in contextuali mea Decisione super primo dubio, DD. censuerunt mandatum A. C. decernens consignationem controversæ Capsulæ favore Emi D. Cardinalis de Acquaviva esse exequendum, ita per consequens quoad præsens Dubium respiciens d. consignationem, ejusque formam responderunt -- *Capsulam consignandam esse Emo D. Cardinali juxtà modum, apposito scilicet sigillo sacræ Rotæ, & deinde facta obligatione per D. Cardinalem de restituendo ad omne mandatum Sacræ Rotæ*.

Respectu siquidem ad primam Dubii partem, cum controverti nequeat, quod Capsula de qua agitur deposita fuerit per d. Eminentissimum D. Cardinalem, eidem propria consignanda venit, juxta auctoritates in d. mea contemporanea Decisione §. *Et sanè* cumulatis.

Non attenta toties repetita exceptione Dominii, quia hæc promovenda est à D. Principe in suo congruo Judicio rei vindicationis intentando postquam deponens ad pos-
1 sessionem Depositi reintegratus fuerit, ad *Tex apertos in auth. de depsit. & denunc.*, & *in auth sed jam cautum Cod. depositi cum concordan.* latè adductis *in d. dec. super primo Dubio §. Hinc nullatenus cum seqq.*, ad quam DD., ut inutilis evitetur repetitio, se remissivè habuerunt.

Nec suffragari posse visa est prætensio, quod præsens dubium respiciat Judicium rei vindicationis; Cum enim istud sit ordina-
2 rium, *L. cum reo Cod. de probat*, & *L. officium ff. de rei vindic.*, institui proinde de-
3 bet vel prævio monitorio coram Judice Ordinario, *Ridolph. in prax. par. 3. cap. 1. n. 171.*, *Card. de Luc. de Judic. disc 15. n. 14.*, *Add. ad Burtt. dec. 208. n. 11.*, *Rota dec. 30. n. 20.*
4 *par 5. rec.*, vel præcedente commissione, sine qua Judex ad *Quem* nullo modo cogno-
5 scere potest, ac Judicium proferre super iis, de quibus in prima instantia actum non fuit *Scacc. de appell lib. 3. cap. 2. qu. 11. num. 36.* latè *Rota dec. 231. à n. 10. cum pluribus seqq. par. 12. rec.*, & *in Bononien. fideicommissi 21. Aprilis 1690. §. Quod attinet & seqq. coram Rmo Hervault*.

Cum autem coram A. C. unicè actum fuerit de mandato exequutivo, & ab isto simpliciter appellatum extiterit, jam inde patet, quod à præsenti Judicio toto Cælo distant termini Judicii rei vindicationis, in quo onus erit Principis curandi subscriptionem congrui Dubii, aliaque necessaria ad illus disputationem.

Minime relevante clausula -- *Quam, & quas* -- in commissione appellationis dè more apposita, quoniam hæc complectitur qui-
6 dem connexa, ac dependentia à primo Judicio, nunquam tamen ad novam penitusque disparatam actionem protrahitur, *Barbos. de claus. 121. num. 26.*, & *29.*, *Ridolph. in prax. par. 1. cap. 12. nu. 39.*, *Rota cor. Cerdecis. 172. nu. 7.*, & *coram Emerix Jun. dec. 1349. in fin.*, & *dec. 654. n. 7. par. 19. tom. 2. recen.*

Quo verò ad alteram Dubii partem, licèt ex ponderatis in supradicta contemporanea mea decisione, probationes adductę per Principem

cipem non conferant ad plenam justificationem ejus dominii, quoad Capsulam controversam, (quod etiam perspicuè probatum in præsenti ad intentum non relevaret) attamen ad hoc, ut utrique Parti consulerent DD., amplexati sunt modum superius recensitum. Sic intactæ remanent Leges depositi,
7 quibus Judicis Religio impellitur ad demandandam celeriter ejus restitutionem Deponenti, ut inquit *Guttier. de compens. tom. 2. lib. 5 quæst. 1. à nu. 45. cum plur. seqq.*, ac satis superque cautum est prætenso Domino, casu, quo in opportuno Judicio rei vindicationis jura sua concludenter deducat.

Absque eo quod obiici valeat inutilis circuitus, si consignata hodie Capsula Emo Deponenti, ipse subinde cogeretur eam restituere Principi. Hujusmodi namque argumentum nimis probat, actumque esset de Judiciis executivis, ac privilegiatis, quæ omnia sub hoc prætextu vitandi inanes circuitus interverti possent: nullus ergo circuitus figurari valet, quotiescumque, prout in hypothesi, diversa Judiciorum natura concurrit. Fundata enim est intentio Eminentissimi D. Cardinalis pro obtinenda Depositi restitutione in hoc exequutivo, atque adeo
8 privilegiato Judicio, quo absoluto, Princeps in Judicio ordinario rei vindicationis, suas promovere poterit prætensiones, ut in consimilibus terminis apposite ponderat *Rota dec 215. n. 23. par. 11. rec., & in Ferrarien., seu Anconitana fideicommissi super fructibus 9. Iunii 1704. §. Cæterum coram R.P.D. meo Ansaldo, & in Signina donationis 22. Aprilis 1709. §. Tria namque coram eodem*: Et præcise in nostro casu determinat sæpe laudatus *Text. in auth. sed jam cautum*
9 *Cod. depositi* ibi; *quia subsequuta* (idest depositi restitutione) *Depositor possidens pulsari poterit ab eo, qui interdixit* --

Et ita, utraque &c.

ROMANA PRIMOGENITURÆ, ET FIDEICOMMISSORUM DE CORSINIS.

Lunæ 14. Decembris 1711.

ARGUMENTUM.

Contra contumacem proceditur ad subscriptionem Dubii, & non expectato Mense proponitur causa, quæ resolvitur favore Informantis. Judex impertitur officium suum dumtaxat implorantibus. Reintegratio ex causa rebanditionis non conceditur ad ea, quæ non ex sententia capitali, sed ex testatoris voluntate, & aliis sublata sunt.

SUMMARIUM.

1 *Dubium in Rota à Ponente subscribitur ad instantiam ejus Partis, cui expedit, etiamsi Pars citata non compareat.*
2 *Rota ob contumaciam Partis non comparentis resolvit favore Informantis.*
3 *Mensis decurrendus à die subscriptionis Dubii, ad causæ propositionem conceditur in causa non instructa, non secus.*
4 *Judex qui aliquid decrevit in contumaciam partis, illa comparente solet reponere.*
5 *Judex impertitur officium suum dumtaxat Petentibus in concernentibus privatam utilitatem.*
6 *Præsertim quando est in arbitrio Partis illud implorare.*
7 *Princeps non præsumitur in concessionibus præjudicare velle Tertio, quoties præjudicium non veniat in necessariam consequentiam.*
8 *Rebanditio ex gratia à Principe facta non reintegrat ad bona non ex sententia capitali immediate amissa, sed ex testamento, & obitu possessoris.*
9 *Reintegratio dari non potest ad ea, quæ sublata non fuerunt.*
10 *Succedendi capacitas necessaria est de tempore apertæ successionis, nec juvat si superveniat ex post.*
11 *Nec potest stare in suspenso.*
12 *Rebanditio non reintegrat ad ea bona, quæ testator noluit reacquiri.*
13 *Voluntas testatoris utpote individua in bonis ubique sitis est attendenda.*

DECISIO CDLXCIII.

Occasione plenariæ restitutionis, atque reintegrationis, quam SSmus D. Noster feliciter regnans summa Clementia indulserat March: Camillo, plures inter ipsum, ac March: Franciscum Mariam fratrem excitatæ fuerunt controversiæ, quæ cum haud quaquam potuerint transactionis fœdere de medio tolli, Nostri Sac. Tribunalis examini, sublata spe cujuscumque appellationis, extiterunt specialiter delegatæ pro Decisione habenda universo suffragante consessu, directaque commissione R.P.D. meo Aldrovando, fuit in primis coram eodem dubitatum, an vigore prefati Indulti restitutorii, March: Camillus esset reintegrandus, non solùm ad bona in genere, verum etiam ad illa per ipsum possessa ante Bannum, nec non ad alia delata pendente Banno, unde proposito congruo dubio sub die 16. Maii anni preteriti, in omnibus favore Marchionis Camilli resolutum fuit.

Sed re sub die 10. Decembris prædicti anni jam elapsi ad novam trutinam revocata, prout in hoc casu valde exemplari decebat, Domini maturius librantes fundamenta Decisionis, approbarunt quidem resolutionem in ea parte, quæ respicit reintegrationem ad Bona in genere, & ad Bona ante Bannum possessa, at in Bonis pendente Banno delatis, censuerunt recedendum esse à decisis, restrictive tamen ad Bona subiecta Primogenituræ, ac fideicommissis Bartolomei, & Philippi, ut colligitur ex principio secundæ Decisionis.

Verùm in hoc Decisionum conflictu neutra parte acquiescente pro tertia vice sub die 17. Aprilis proxime preteriti restricta prius per nostrum Auditorum difficultate ad unicum Articulum, Bonorum nempe pendente Banno delatorum, cum in reliquis Domini amplius audire noluerint March: Franciscum Ma-

Mariam, instauratoque super hac inspectio-
ne sedulo, & accurato examine utriusque
Decisionis, existimatum fuit solidioribus ful-
citam esse rationibus illam secundo loco edi-
tam, itaut rescriptum extiterit pro persi-
stentia in secundo loco decisis.

Expedita subinde causa, & prolata sen-
tentia ad normam Decisionum postremo lo-
co editarum nullus amplius erat locus Mar-
ch: Camillo quæstiones jam definitas via
ordinaria refricare: Quapropter implorato,
atque obtento a SSm̃o D.N. usque de Mense
Septembris remedio extraordinario restitu-
tionis in integrum, nova fuit signata Com-
missio, mihique directa, in cujus sequelam
subscripto dubio die 19. Novembris, institu-
tum fuit coram me pro parte March: Fran-
cisci Mariæ, ut præsens Causa ante Reges
1 proponeretur juxta continuam praxim, de
qua etiam testatur *Card. de Luca in Relat.
Romanæ Curiæ disc.32 n. 36.*, cujus instan-
tiæ cum altera Pars legitimè citata, nec ali-
quid opponere, nec coram Nostro Tribuna-
li comparere voluerit, ideo fuit porrectum
Memoriale pro destinatione Rotæ in Ter-
tiaria, & prodiit rescriptum, quod Ego pe-
titia annuerem; Unde in obsequium, præ-
viis pluribus aliis citationibus, ut faciendum
esse monet idem *Card. de Luca ubi supra
d. nu. 36. in fine*; Causam in hac ultima Au-
dientia proposui, & DD. facile fuit ob con-
2 tumaciam Partis pro informante resolvere
per ea, quæ habentur in *dec. 336. in princ.
part. 16. rec.*

Et licet re vera, ex quo nil in facto novi-
ter deducto, articulus de quo quæritur fuerit
satia superq; in tribus propositionibus præce-
dentis Instantiæ, tum à scribentibus totis vi-
ribus enucleatus, tunc a nostro supremo Tri-
bunali diligenter examinatus, concurrente
ulterius altera discussione coram R.P.D.Au-
ditore SSm̃i, ut exinde congruo tempore
defensiones parari potuissent, insubsistens,
& irrelevans habenda esset exceptio non
elapsi mensis à die subscriptionis dubii ob
defectum quatuor, vel quinque dierum,
quam exceptionem extra locum verbaliter
magnificatam DD. præsenserant, quia hoc
tempus in hisce circumstantiis necessarium
3 minime judicatur, illudque tantum ex be-
nignitate Tribunalis in causa non instructa
solet indulgeri; At nihilominus mitius ad-
huc DD. agere volentes mihi demandarunt,
ut alteri Parti insinuarem, sicuti factum fuit,
quod si dilationem petiisset mediante solito
Memoriali, quod in hisce casibus à renuen-
tibus informare porrigi consuevit, illa fuis-
set concessa; indies etenim practicatur, ut
4 Judex qui aliquid in contumaciam Partis de-
crevit, illa comparente à suo Decreto repo-
nat, *Rota dec.171. n. 8. par.18. rec. tom.1.*

Ista, & sane non trahenda in exemplum
tanti Tribunalis indulgentia non curata,
neque in hac die propositionis Causæ, quam
omnino esse faciendum in ultima Audientia
communicaveram, & altera Pars aliis pluri-
bus citationibus intimaverat, renuit com-
parere, nec ullam dilationem petere voluit,
sed in sua persistit contumacia; Ac proinde
sapientissimi Judices, qui in concernentibus
5 utilitatem privatam officium suum petenti-
bus dumtaxat impartiuntur, ut per *Text.in
L. 4. §. Hoc autem Iudicium ff. de damn. in-
fert*, advertunt *Scacc. de Iudic. cap.32. n.12.
Gaill. lib. 1. pract. observ. cap.50, nu. 6., &
seqq., Rota dec. 297. n. 2. par. 3. recen.*; ma-
xime quando ut hic residet in arbitrio Partis
6 illud implorare, ex animadversis per *Man-
tua in suo glossar. Iuris fol. mihi* 179., nul-
latenus hæsitarunt consueto dubio per me
proposito, respondere ; *non constare de
Causis*.

Cum etenim extra difficultatem esset, quod
Indultū rebamnitionis concessū à Sum. Pon-
tifice March: Camillo, neque ex capite Inno-
centiæ neq; ex motivo publicæ utilitatis, sed
ex mera ejus benignitate ob privatum inte-
resse Imperrantis fuisset elargitum, nec non
animadverso, quod Marchio Franciscus Maria
actualem possessionem Bonorum, ad quæ fuit
restricta præsens quæstio apprehendisset,
utique DD. iterum solidissima visa sunt ea
omnia, quæ, non obstante plenaria restitu-
tione, tam in puncto Juris, quam inspecta
voluntate Testatoris pro deneganda eidem
Camillo reintegratione ad Bona pendente
Banno delata, fuerunt latissimè in decisioni-
bus præcedentis Instantiæ ponderata.

Siquidem quantum attinet ad ea, quæ in
Jure firmata fuerunt, existimarunt DD. illa
in præsenti hypothesi undequaque subsiste-
re, sive attendatur generalis regula, qua ex-
cluditur in Principe voluntas præjudicandi
Tertio, qui perfecte Jus in re acquisivit,
7 quoties præjudicium in necessariam conse-
quentiam (ut hic verificatur) non veniat, ex
late firmatis per *Rot. dec.27. n.28. post Mer-
lin. de legitim.*, cum aliis plena manu, &
optime de more adductis in secunda Deci-
sione §. 23., *& in ejus confirmatoria* §.4. *&
seqq.* ubi rejiciuntur, & respective explican-
tur auctoritates in contrarium allatæ; Præ-
8 sertim quia in Bonis, de quibus res est, Cau-
sa immediata successionis dici nequit sen-
tentia capitalis, sed ipsum Testamentum, &
obitum possessoris, ut firmatur in dd. De-
cisionibus, & signanter in confirmatoria §.22.
cum seqq.

Sive pariter attendantur alia duo æque
generalia, ac certa principia, in quorum
primo cautum habetur, quod restitutio de
9 sui natura ad nil aliud extendi potest, quam
ad ea, quæ sublata reperit, ut proinde si im-
mediata causa successionis profluit à Testa-
tore, non autem à Banno ex supra insinua-
tis, istud Jus de novo superventum, & nun-
quam à Camillo habitum reintegratio
comprehendere non valeat, *Hodiern. in L.
hac edictali quæst.15.n.34., Rota post Merlin.
de legitim. d. decis.28. num.10.*, & ex altero
principio statuitur, quod capacitas succe-
dendi sit necessaria de tempore apertæ suc-
10 ces-

10 cessionis, adeout si ex post superveniat, nul-
lo modo possit retrotrahi in præjudicium il-
lius legitimi successoris, in quo irrevocabi-
liter cognoscitur constabilita, & radicata:
absque eo quod ullatenus admitti debeat, suc-
cessionem in istis circumstantiis potuisse sta-
11 re in suspenso, & per Franciscum Mariam
revocabiliter acquiri, ut pleno calamo de his
omnibus dictum fuit in prima Decisione
§. 30., *& seqq.*, *& in confirmatoria* §. 29.
cum duobus seqq.

Quibus omnibus legalibus, & Juridicis
fundamentis adiungebatur ulterius volun-
tas Testatoris, quam Domini nunc etiam ita
sunt interpetrati, ut reintegratio Banniti ab
12 eodem volita, Principis gratia interveniente,
te, illa bona solum præseferat, quæ tempo-
re Banni à delinquente possidebantur, neque
denuo dimmoveri potuerunt ab animadver-
sione divisionis Primogeniture, quippe quia
unicè præ oculis habentes ipsam met Testa-
13 toris voluntatem, illam uti individuam in
omnibus Bonis ubique locorum sitis atten-
dendam esse, juxta omnia Juris nostri ele-
menta, definire minimè dubitarunt, ut re-
solutum fuit in antecedentibus decisionibus,
ad quas de cætero pro effugienda inutili re-
petitione se remissivè, & approbativè habe-
re voluerunt, satis futurum fore putantes,
unica tantum Parte informante, hæc strictè,
breviterque delibasse.

Et ita unica tantum parte &c.

ROMANA LUCRI DOTALIS.

Lunæ 11. Januarii 1712.

ARGUMENTUM.

Lucrum dotale debetur Coniugi superstiti, licet Matrimonium non fuerit consumptum, quando non petitus in vim statutariæ dispositionis in capitulo 131. libro primo, sed in vim pacti appositi in capitulis matrimonialibus, vel dotali instrumento, cum satis sit Matrimonium fuisse ratum, & quando ex culpa alterius ex Coniugibus stetit, quin fuerit consumptum.

SUMMARIUM.

1 *Coniux habet intentionem fundatam ad petendum lucrum, quando de eo partes contrahentes convenerunt in capitulis.*

2 *Lucrum dotale non debetur, nisi matrimonium fuerit consumptum juxta dispositionem Statuti.*

3 *Dispositio ista non operatur, quando petitur in vim pacti conventi in capitulis, quo casu sufficit fuisse ratum.*

4 *Et quando Sponsi contraxerunt sic, & sic, adeout sese Statuto non retulerint, quo casu actio favore superstiti oritur ex pacto.*

5 *Quando per superstitem ex Coniugibus non steterit quin Matrimonium fuerit consumptum, Statuti conditio semper intelligitur adimpleta, & quartum illi omnino debetur.*

6 *Præsumptio, quod Matrimonium non fuerit consumptum ob aversionem viri oritur ex illius discessu à Loco, ubi Sponsa moratur, atque ex penitentia in salutanda Sponsa per epistolas.*

7 *Dictum unius testis confunditur in dicto plurium præponderante.*

8 *Renitentia viri in accessu ad thalamum uxoris exasperat mulierem.*

9 *Continuatio mulieris in Monasterio etiam postquam declaratum fuerit validum matrimonium non inducit culpam in ipsa, si non fuerit consumptum, quoties aliqualem patientiam habuit in expectanda accessum proprii viri.*

10 *Triennalis cohabitatio requiritur ad dissolutionem Matrimonii ex impotentia coheundi tantum.*

11 *Pro consequutione lucri sat est per Uxorem non stetisse, quin Matrimonium fuerit consumptum, & viri accessum se aliquibus diebus expectasse.*

12 *Ex coheundi impotentia Matrimonium est nullum ab initio, & ex quo tale: quartum non debetur.*

13 *Quando vir præces porrexit Papæ, qua dissolutione Matrimonii, ad effectum illud cum altera contrahendi, tunc coheundi impotentia evanescit, etiamsi medelas ad vires recuperandas suscepisset.*

14 *Mulier non est in culpa si Matrimonium non consumpserit cum viro, quando eum aliquas noctes expectavit.*

15 *Mandatum de manutenendo in possessione obsequiorum Matrimonialium, quoties mulieri non fuit præsentatum, nec interpellatus animus promptus viri ad eam recipiendam non inducit culpa in muliere, sin fuerit consumptum.*

16 *Similiter in his terminis nec erit in culpa, si vir in absentia continuaverit.*

17 *Vir non sustinens onera Matrimonii non habet actionem ad fructus dotales.*

18 *Semper ista actio efficitur turbida, quando mulieri alimenta debentur.*

19 *Creditum liquidum cum illiquido compensationem non patitur.*

DECISIO DCLXCIV.

CEnsuerunt DD. exequendum esse manda-
tum, quod R. P. D. Ansideus Judex ab
A.C. deputatus relaxaverat favore Silviæ de
Argulis pro solutione lucri dotalis adversus
hereditatem jacentem Joseph de Cruce, fun-
1 data enim apparuit Mulieris intentio in ca-
pitulis matrimonialibus initis cum Joanne
Luca de Cruce, in quibus accedente solida-
li obligatione præfati Josephi fratris, conven-
tum extitit, quod Coniux superstes quartum
dotale correspectivè ad ratam dotis scuto-
rum 8. m. superlucraretur. Quamobrem
cum d. D. Joannes Luca decesserit, utique
hujusmodi pactum utpotè validum, omnique
Jure permissum ad comodum Silviæ superstiti-
tis executioni demandandum venit, *Roland.
de lucro dot. qu. 39. n. 20., & seqq., Card.
de Luca de Dot. disc. 68. n. 2., Rota dec. 86.
n. 12. p. prima rec.*

Nec obstare visa est exceptio desumpta ex notissima dispositione Statuti Urbis cap. 131. libro primo, cui contrahentes sese conforma-

mare voluisse præsumendũ est, quod scilicet
2 lucrum dotale non debeatur, nisi post consu-
mationem Matrimonii, quæ in hypothesi
nunquam sequuta fuit, quemadmodum inter
partes non controvertitur.
Etenim quidquid sit, an ubi, prout hic
3 lucrum dotale non petitur in vim censuræ
statutariæ, sed ex efficacia pacti specialiter
initi, sufficit Matrimonium ratum fuisse, li-
cet non consumatum, per ea, quæ latè tra-
dunt juxta *text. in l. Deo nobis C. de Episc.
& Cleric.*, *Natt. cons.* 282. *n.* 7., *& seqq.*,
Peregr. cons. 85. *n.* 8., *& seqq. tom. primo*,
Mantic. de tacit., *& ambig. convent. lib.*
12 *tit* 23. *n.* 24., *et* 25. *R. P. D. Zauli ad
statut. Favent. rubr.* 25. *n.* 20., *et seqq.*
Præcipuè quia tantum abest, quod Partes
respectu lucri dotalis sese referre voluerint
4 ad Statutum, ut potius ab illius dispositio-
ne expressè recessisse videantur, ex quo con-
venerunt illud solvendum esse pro rata tan-
tum scutor. 8. m., quando à statuto defertur
pro tota dote, ut animadvertit *Rota cor. Du-
nozett. jun. dec.* 937. *n.* 20. *et in rec. dec.* 169.
n. 8., *et seqq. p.* 12.
Hoc unum certum est, quod quotiescum-
5 que per petentem quartum dotale non stetit,
quominus Matrimonium consumaretur, con-
ditioni statutariæ satisfactum esse censetur,
adeout lucrum dotale omnino debeatur, jux-
ta limitationem communiter apud DD. recep-
tam, de qua *Roland. de lucro. dot. qu.* 106.
n 41., *Gail. obser.* 80 *n.* 11. *lib.* 2, *Card. de Luc.
dot. disc.* 135. *sub n.* 10., *Modernus Ascu-
lan. ad Stat Urbis tom.* 2. *annot.* 33. *n.* 11.,
Rota cor. Greg. dec. 5. *n.* 6., *& coram Du-
noz. jun. dec.* 320. *n.* 5., *& dec.* 361. *n.* 9.
Quod autem in hypothesi Matrimonium
6 consumatum non fuerit ex culpa Viri perspi-
cue convincitur, animadvertendo, quod Joan-
nes Lucas, usque ab initio animi sui aversio-
nem à contrahendo Matrimonio cum Silvia
expresse patefecerat, quemadmodum enim
deponunt testes illius mediatores, postquam
subscripta fuere capitula matrimonialia, sta-
tim insalutata Sponsa ab Urbe in Patriam re-
cessit, ibique quinque mensium spatio mo-
ram trahens, urbanitatis etiam legibus post-
habitis, ne litterulam quidem ad Silviam
transmisit. Celebrato subindè post ejus re-
ditum infaustis Avibus Matrimonio in faciem
Ecclesiæ per quinque noctes continuas ad
Uxoria thorum accedere detrectavit, &
quamvis postmodum monitus, ac increpatus
ad eum invitus accesserit, attamen assiduo
octo noctium intervallo tenax semper sui
propositi, & consilii, pertinaci in stupidita-
te permansit, neque voluit Matrimonium
consumare. Post hæc rursus discessit ab Ur-
be, ad quam reversus, non mulieris preci-
bus, non amicorum, & consanguineorum
suasionibus, ac PP. Spiritualium monitis im-
pelli potuit, ut rediret ad thalamum, sed
Uxorem iterum reliquit, ac lo Patria depo-
sita prorsus omni memoria hujus Matrimonii
usque ad obitum moratus est, in quibus ter-
minis in dubium sanè revocari non potest,
quin per Virum steterit, quod Matrimonium
consumatum non fuerit, ut longè levioribus
circumstantiis perpensis ponderant *Bald.
cons.* 199. *n.* 3. *in fin. lib.* 3., *Riminald. jun.
cons.* 388. *n.* 84. *tom.* 4., *Carol. Ant. de
Luc. obser. ad dec.* 503. *de Frauch. n.* 6., *op-
time Rota dec.* 101. *per tot. p.* 2. *divers.*
Absque eo, quod attendi mereatur unius
7 testis depositio asserentis, quod quandoque
dum Jo. Lucas Uxoris Cubiculum ingredie-
batur, ipsa fugam accipiebat, eumque inju-
riosis verbis prosequebatur; tum quia ex
mox deductis alii testes numero, & ponde-
re præstantiores bene concludunt, Silviam
continuam præstitisse patientiam, & assiduè
de pertinaci Viri aversione conquæstam
fuisse, quorum proinde depositionibus sin-
gulare hujus testis dictum penitus confundi-
tur, *Rota cor. Bich. dec.* 8. *n.* 12., *& decis.*
447. *n.* 6., *& cor. Emerix. jun. dec.* 31. *n.* 3.
& dec. 1167. *nu.* 4., *& in rec. dec.* 431. *n.* 13.
8 *p.* 19. *tom.* 2, tum quia diuturna legum con-
nubialium violatio, ac spretæ injuria formæ
juste exasperare potuit mulierem, cujus
patientia diu læsa fit furor, ut appositè no-
tat *Pont. de Matrim. lib.* 7. *cap.* 6. *nu.* 2. *in
fine*.
Atque hinc non relevat, quod Silvia su-
9 binde in Monasterium sese receperit, ac in
eo permanserit etiam post sententiam decla-
rantem Matrimonium dissolvi non posse, et
concedentem Jo. Lucæ manutentionem in
quasi possessione obsequiorum matrimonia-
lium; immo etiam post expeditionem man-
dati de manutenendo in eadem quasi posses-
sione, inde inferendo, quod inexcusabilis
sit mulieris culpa, ex quo successivam pa-
tientiam non præstiterit, nec cum viro trien-
nalem cohabitationem expleverit, juxta *de-
cis.* 389. *cor. Dunoz. jun.*
Cohabitatio siquidem triennalis requiri-
10 tur solum ad effectum dissolvendi Matrimo-
nium ob Impotentiam coeundi, quia tunc
cum agatur de causa spirituali, ac publica
nequaquam sufficit unius, vel alterius diei
experientia, sed omnino necessaria est trien-
nalis, in quibus terminis loquuntur *text. in
cap. laudabilem, & in cap. fin. de frigid.*, *&
malefic.*, *ceteræque authoritates in præfa-
ta decisione Dunozet laudatæ*. Quando verò
res est de consecutione lucri dotalis, & con-
sequenter de jure simpliciter privato, satis
est, quod Mulier per aliquod tempus pa-
tientiam præstiterit, & Vir Matrimonii
consumationem omiserit, ut distinguendo
tradunt *Jason. cons.* 68. *n.* 12. *vers. non ob-
stat lib. primo*, *Phanac. de luc. dot. glos.* 3.
n. 4., *&* 5., *Rot. d. dec.* 101. *n.* 9 *p.* 2. *divers.*
Ea convincenti ratione, quia si pro con-
secutione lucri dotalis necessaria foret expe-
rientia triennalis, inanis, ac superflua esset
questio -- *An matrimonio non consumato ex
culpa alterius ex Conjugibus, superstes quar-
tum dotale consequi valeat*; postquam enim
sequuta fuisset & habitatio triennalis, proba-

ta

12 ta profectò remaneret impotentia perpetua, qua stante, eum matrimonium usque ab initio esset nullum, lucrum dotale nullatenus deberetur, *Phanuc. de lucr. dot. glos.* 3. *n.* 6., *Modern. Asculan. ad Stat. Urb. tomo* 2. *dicta annot.* 33. *art.* 2. *n.* 115., *& seq.*, *Rota cor. Dunozzett. jun. d. dec.* 320. *n.* 6., *et seqq.*

Præterea licet ex depositione nonnullo-
13 rum restium habeatur, Jo. Lucam medicamina adhibuisse ad effectum recuperandi vires, & Silvia ipsa quandoque eumdem tamquam impotentem redarguerit, hujusmodi tamen impotentia exclusa remanet, tum ex aliis restibus asserentibus ipsum in Patria filios illegitimos suscepisse, tum ex implicita ipsius confessione resultante ex eo, quod à Sanctissimo dissolutionem præsentis Matrimonii, etiam ad effectum illum contrahendi cum alia muliere expostulavit, tum & fortius, quia intentato judicio super nullitate Matrimonii ex hoc capite, prodiit sententia Eminentissimi D. Cardinalis de Carpineo de voto trium aliorum Cardinalium, qua declaratum extitit non constare de non consumatione Matrimonii, quæ quidem sententia potentiam coeundi præsupponens, cum transitum fecerit in rem judicatam, & à Jo. Luca etiam per expeditionem mandati acceptata fuerit, utique amplius controverti, & impugnari non potest, *Rota dec.* 209. *numero* 28. *p.* 19. *rec.*, *et in Romana cambii* 11. *Aprilis* 1707. §. *At superstinum coram R.P.D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore, et in Gerunden. distributionum de Olot. super negoc io principali* 30. *Aprilis* 1711. §. *Fundamentum cor. me.*

His positis, culpabilis profectò esset ingres-
14 sus Silviæ in monasterium, si nulla præcedente patientia, ac Viro reluctante ab ejus consortio sese subtraxisset, quando vero per plures, & plures noctes, ut dictum est, assiduam patientiam præstitit, omniaque tentavit pro consumatione Matrimonii, nulla prorsus culpa notari potest ut in fortioribus terminis, in quibus mulier per tres tantum noctes dormierat cum viro, & deinde in Monasterium secesserat, dixit *Rota d. dec.* 101. *p.* 2. *divers.*

Prout etiam nullatenus suffragari potest ad intentum successiva permanentia mulieris in Monasterio, postquam expeditum fuerat à Viro mandatum de manutenendo in quasi possessione obsequiorum matrimonia-
15 lium: etenim d. mandatum præsentatum non fuit Silviæ, nec unquam Jo. Lucas se promptum, ac paratum exibuit ad recipiendam mulierem, eaque omnia adimplenda, quæ in capitulis matrimonialibus constabilita fuerunt, proindeque attento hujusmodi interpellationis defectu, mulier constituta dici non potest in mora, quæ culpam redoleat, ut optimè probant *Barbos. in l. Si ab hostibus* 11. §. *fin. n.* 38. *ff. solut. matrimon.*, *Soccin. sen. conf.* 8. *n.* 9., *et seqq. tom.* 3., *Phanucc. de lucr. dot. glos.* 2. *n.* 53.

Cessatque omnis prorsus difficultas, quia
16 post latam sententiam, ac expeditionem mandati de manutenendo eo magis induratus apparuit animus Jo. Lucæ in primævo proposito non coabitandi cum Uxore, & Matrimonium consumandi, nam continuo moram traxit in Patria, nec amplius ad Urbem reversus est, ubi ad formam prædictorum Capitulorum figendi erant perpetuò lares. Quamobrem quemadmodum optimè datur intelligi, quòd inanis, ac improvidus extitisset egressus Uxoris à Monasterio, ita perspicuum fit, Matrimonium ex culpa Viri consumari non potuisse, *Bald. de conf.* 199. *n.* 3. *lib.* 3., *Roland. de lucr. dot. qu.* 106. *n.* 45., *Carol. Anton. de Luc. in observ. ad d. dec. de Franch.* 603. *n.* 6.

Constito ex præmissis, quod lucrum dotale mulieri debeatur, frustra opponebatur exceptio compensationis cum fructibus dotalibus, quos Silvia toto tempore, quo in Monasterio commorata est perceperat, ad
17 hoc enim, ut Maritus superlucrari valeat fructus dotales, sustentare tenetur onera matrimonialia, ideoque cum ea subire semper detrectaverit, & ex ejus culpa uxor seorsim ab ipso habitare coacta fuerit, inanis omnino est Viri prætensio, quoad fructus dotis, *ad text. in l. si ante ff. de solut. matrim.*, *et in lege dotis fructus ff. de jur. dot.*, *Rot. cor. Buratt. dec* 159. *n.* 8., *et cor. Dunoz. jun. dec.* 893. *n.* 3., *et seqq.*, *et dec.* 280. *p.* 6., *et dec.* 239. *n.* 13. *p.* 10. *rec.*

Et in omnem casum cum Silviæ debita essent alimenta, & quidem juxta conventiones per Virum in Capitulis matrimonialibus initas, utique prorsus turbidum, ac illiquidum remaneret prætensum creditum fructuum, quod proindè cum credito lucri, undequaque claro, & certo compensari non posset, juxta regulam *text. l fin. Cod. de compensat.*, quam in his terminis exornat *Rota cor. Seraph. dec.* 1455. *n.* 4., *et in rec. dicta dec.* 239. *n.* 13., *et* 15. *p.* 10.

Et ita utraque &c.

ABOGUNTINA DECANATUS.

Veneris 15. *Januarii* 1712.

ARGUMENTUM.

Collatio Beneficiorum manualium erectorum in Ecclesia Regularis, quæ postea ex authoritate Pontificis suppressa remansit, & fuit in secularem conversa, eveniente casu vacationis in mensibus S. Sedi reservatis, ubi prius spectabat ad Archiepiscopum ratione originariæ regularitatis Ecclesiæ prædictæ, non amplius pertinet ad eundem, neque ad Capitulum de novo erectum, sed tantum ad d. Sanctam Sedem, ratione ejusdem transitus de regulari ad secularem, licet in dicta suppressione fuerint reservata favore ejusdem Ecclesiæ antiqui status privilegia, quia inter hæc numquam censetur comprahensa dicta

dicta reservatio competens S. Sedi, cum ad hoc specialis mentio in Brevi ejusdem novæ erectionis requiratur. Et ita Archiepiscopus Moguntinus non potest conferre beneficia, quæ vacarunt in dd. mensibus S. Sedi reservatis, ex concordantis Germaniæ.

S V M M A R I V M.

1 *Judicis arbitrium regulatur à Jure.*

2 *Arbitrium non intrat, quando litteræ Apostolicæ verificentur, nec illud exequtio retardari potest.*

3 *Mensis Novembris est perpetuo reservatus S. Sedi in collatione beneficiorum, etiamsi agatur dignitatibus electionis.*

4 *Quando agitur de collatione beneficiorum vacatorum in mensibus reservatis, erectorum in Ecclesiis regularibus, regula subrorogatorum non operatur per transitum ejusdem Ecclesiæ de regulari ad secularem ad effectum ea ab Apostolicis reservationibus præservandi.*

5 *regularitas tantum Ecclesiæ arcet præservationes favore S. Sedis in beneficiis manualibus.*

6 *Status secularis Ecclesiæ de novo superventus perimet omnia dependentia à primævo statu regulari.*

7 *Sub reservatione privilegiorum antiquorum concessa in actu suppressionis Ecclesiæ regularis, & in secularem conversæ, nunquam cecidisse præsumitur jus conferendi beneficii in mensibus reservatas S. Sedi.*

8 *Præservatio privilegiorum intelligitur tantum de illis totaliter independentibus ab antiquo statu Ecclesiæ, qui suppressus remansit, ex quo suppressio, omnes primevi status reliquias de medio tollit.*

9 *Regula subrogatorum non intrat, quando natura status suppressi incompatibilis efficitur cum illa status de novo erecti.*

10 *Beneficium manuale habens originem à fundatore laico potest aliquando, accedentibus circumstantiis, supponi fuisse exemptum à reservationibus per ipsum Papam in actu suppressionis Ecclesiæ, ubi erat ordinatum, non vero quando provenit ex redditibus Ecclesiasticis, quo casu, adhoc ut ab Apostolicis reservationibus dicatur exemptum, expressa mentio requiritur.*

11 *Quævis verba, scilicet -* hac prima vice, *& similia numquam inducunt derogationem factam Apostolicis reservationibus, cum expressa verba effectivam derogationem secumferentia requirantur.*

12 *Præpositura, uti prima dignitas reservationibus subjacet, si vacet in mensibus S. Sedi reservatis.*

13 *Privilegium cum sint stricti juris, ideo non ampliantur.*

14 *Regula prima Cancellariæ derogat omnibus privilegiis.*

15 *Jus confirmandi dignitates, quod Papa Archiepiscopo Concessit, si iste illud idem retrocesserit Capitulo, vel alteri, semper substinetur in mensibus tantum favore dicti Episcopi reservatis numquam vero in illis S. Sedis affectis.*

16 *Archiepiscopus Moguntinus, juxta concordata Germaniæ, non habet facultatem conferendi beneficia in mensibus S. Sedi reservatis.*

17 *Prosiatio deducta ex privatis scripturis Actoris nihilprobat.*

18 *Electiones dignitatis Ecclesiasticæ factæ à Capitulo, vel alio non effectuatæ, nec probatæ, quod vacaverint in mensibus S. Sedi reservatis statum non faciunt.*

19 *Unicus actus observationem interrupit.*

20 *Observantia contra reservationes S. Sedis affectus, in eam adducentibus semper malam fidem inducit, ac destruitur à decreto irritanti.*

DECISIO DCXCV.

VAcante de Mense Novembris anni 1719. per obitum Willelmi Emerice Decanatu (quæ tamen principalis dignitas non existit) Equestris Ecclesiæ Collegiatæ S. Ferrutii, Archiepiscopus Moguntinus vigore indulti Apostolici eidem elargiri consueti, illud contulit Canonico Othono, ac subinde juxta formam in præfato induito præscriptam, lite novam provisionem à Santissimo impetravit, expediendo desuper litteras Apostolicas, quarum etiam executionem obtinuit à Judice Executore demandatam, sed advesus illam habito recursu ad Signaturā Justitiæ per Capitulum dictæ Collegiatæ, prętendens collationem sibi competere, causa extitit mihi commissa cum clausula parito litteris arbitrio Rotę, unde proposui in hodierna audientia examinandum dubium *An intret arbitrium pro retardatione litterarum &c.*, & Dōni non intrare responderunt.

Existimarunt etenim arbitrium, quod ex
1 Notoriis principiis regulatur à Jure, nullo modo in hoc casu locum habere posse pro
2 retardanda executione litterarum Apostolicarum, eo quia istæ superlative apparent verificatę in narrativa reservationis. cui principaliter nituntur, quæ citra difficultatem resultat ex vacatione superventa de Mense Novembris Sedi Apostolicæ perpetuo reservato, etiam attentis concordatis Germaniæ, de quibus in constitutione prima san. mem. Nicolai V. §.4. *vers. quoties vero*, & tradit *Gonzal. ad regul.8. cancellar. Gloss.* 25. *num.*4. *vers. in cæteris*. quę procedunt etiamsi res esset de dignitatibus electivis, ut præter alias auctoritates, novissimè firmatum fuit per *Rotam in Monasterion. Decanatus* 26. *Aprilis* 1709. §. *Siquidem cofirmata* 13. *Junii* 1710. *cor. bo. me. Cassarello*.

Neque prædictis obstare posse visum fuit Dominis Indultum san. mem. Alexandri VI. quod primo loco in contrarium deducebatur pro excludenda reservatione; Quoniam licet ex dicto Indulto habeatur, Summum Pontificem de anno 1495. extinxisse regularitatem Ecclesiæ, & Monasterii S. Ferrutii

tii Ordinis S. Benedicti, atque ex ejus proventibus illud erexisse in secularem Ecclesiam Collegiatam sub eadem invocatione, tamen non exinde inferri potest, sæpedictam Ecclesiam Secularizatam ex regula subrogatorum præservatam ab Apostolicis reservationibus remansisse.

Quandoquidem non eadem ratio manualitatis militat in beneficiis Ecclesiæ Secularis
5 effectæ, quæ vigebat in illis de tempore quo erat in statu regularitatis, & quæ sola impediebat reservationes, *Rota in Virdunen. Abbatiæ* 26. *Junii* 1699. §. *Præterea*, *&* 3. *Aprilis* 1702. §. *Aliarum coram Rmo D. meo Molines Decano*, ut propterea jure
6 merito incongruum habitum fuerit, à primo statu regulari arguere velle ad secundum, & omnino novum statum Secularem, pertinentem ipso jure omnia primævi status consecutiva, *Gratian. discept.* 458. *num.*7., *& seqq.*, *Rota cor. Emer. Jun. dec.*1029. *n.*5. *cum seq.*, *& in Tyrasonen. Prioratus relata apud moder. Rom. discept. Eccles.* 25. *sub n.*36.

Non attento, quod in allegato Indulto
7 erectionis fuerit addita amplissima præservativa Privilegiorum, quibus antea Monasterium perfruebatur, nam ista præservatio nunquam potest verificari de jure conferendi beneficia manualia, quod Monasterio, & Abbati competebat, cum id haud quaquam esset Privilegium, sed jus commune ex natura status regularis excipiens ob manualitatem regularia beneficia à reservationibus, ut mox dictum fuit.

Ponderando ulterius, quod data extinctione primævi status, prout extra difficultatem est, utique ne admittatur incompatibilitas dispositionis, enunciata præservativa in-
8 telligi debet de omnibus iis, quæ non dependent à statu regulari jam suppresso, alias non bene dici potest, factam fuisse mutationem antiqui status per Secularizationem Ecclesiæ, quoties adhuc vigeret effectus illius, qui semper accedente mutatione dicitur extinctus, & mutatus, *Carl. Anton. de Luca ad Gratian. discept.*578. *n.*6., *& seq.*, *de Luc. de præeminent. disc.*9. *n.*5., *R. P. D. Petra ad Constit. Apost. tom.*3. *Constit.*5. *Innocen. IV. Sect. unica n.*22., *Rot. cor. Cerr. dec.* 685. *n.*8. *cum seq.*

Atque hinc etiam putarunt Domini, cef-
9 sare regulam subrogatorum; Quippe quia si extincta regularitate, sublatoque quolibet ejus vestigio mediante erectione Ecclesiæ in Secularem, nullæ qualitates esse poterant, quæ præservarent, resistente Philosophico, & legali principio, de quo *Rota dec.*22. *num.*4. *par.*18. *rec tom.*1., ita quoque subrogatio irrelevans dignoscebatur, quæ non procedit in incompatibilibus, ac penitus diversæ, ac disparatæ naturæ, ad notata per *Robles de repræsentat. lib.*1. *capitol.*12. *nu.*69., *Barbos. axiom.*213. *nu.*2. *à S. Ubaldo quod libet regular.*13. *dub.*9. *num.*1052. *Rot. dec.*177. *num.*8. *par.*12. *rec.*

Eamdem pariter insubsistentiam arbitrati sunt Domini adesse in opposita derogatione concordatorum Germaniæ, prout Capitulum conabatur probare ex prædicto indulto Alexandri VI.; quoniam cum voluntas expressa Summi Pontificis ex lectura non ha-
10 beatur, tacitam, ac virtualem (quidquid sit, an adesse dici possit) in præsenti hypothesi minime sufficere dixerunt, ex quo non agitur de fundatore laico ex suis bonis Ecclesiam fundante, in quibus terminis si apposita essent talia verba, quæ importare valerent exclusionem reservationum Apostolicarum, mitius agendo admitti posset tacita, & virtualis derogatio, sed agitur de erectione Ecclesiæ facta de redditibus Ecclesiasticis, quo casu magis rigorosè procedendum est, itaut non satis sint quæcumque verba, & clausulæ tametsi prægnantes atque, effrenatæ, cum tunc requiratur specialis mentio, ac expressa derogatio reservationum, & concordatorum, juxta distinctionem, quam amplexum fuit nostrum Tribunal in allegata *Monasterien* 26. *Aprilis* 1709. §. *Qui tamen, confirmata* 13. *Junii* 1710. *coram bo. me. Caffarello*, *& prius in Tyrasonen. Prioratus* 19. *Novembris* 1691. §. *Quoniam coram Rmo D. meo Molines Decano*, *& in confirmatoria* 29. *Aprilis* 1697. §. *Et revera coram bo. me. Ursino*, *& in Aprutina beneficii* 19. *Junii* 1705. §. *visum cum seqq. coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*, *ac in Ortonen. beneficii* 23. *Martii* 1708. §. *probata coram Eodem*.

Nihilque prodesse posse ad eruendam
11 concordatorum derogationem authumarunt Domini illa verba *hac prima vice dumtaxat excepta*, *ad Præpositum*, *& Capitulum perpetuo pertineat &c.* quoniam interpretationem recipiunt cessantibus reservationibus Apostolicis per ea, quæ de similibus verbis in fortiori casu factæ erectionis Ecclesiæ Secularis in Collegiatam antequam emanarent concordata, firmata fuerunt in sæpius allegata *Monasterien. Decanatus* 26. *Aprilis* 1709., *&* 13. *Junii* 1710. *coram bo. me. Caffarello*, parvi pensa animadversione, quod in indulto Alexandrino contineatur facultas tributa Capitulo eli-
12 gendi Præpositum, quæ est prima dignitas semper reservata, quia satisfecit responsio, ex hoc ad summum dici posse fuisse derogatum concordatis quoad istam dignitatem,
13 non autem quoad alia privilegia, siquidem sunt stricti juris, nec sunt amplianda, *cap. sane de*, *privil.*, *Surd. dec.*274. *num.*8.

Quin immo si procedendum esset cum supposito, quod indultum Alexandri VI. Deberet considerari in linea Privilegii, nec caderet sub concordatis, tunc profecto putarunt Domini illud remansisse sublatum per
14 regulam 8. Cancellariæ de mensibus, quæ revocat omnia privilegia, etiam in limine erectionis concessa, *Rota coram Durand. dec.*406. *num.*10., *& coram Gregor. dec.*240. *num.*6., *ibique adden. num.*20., *& in allegata Virdunen. Abbatiæ* 26. *Junii* 1699. § *Et vo-*

Et voluntat, & 3 *Aprilis* 1702. §. *Minusque cor. R.mo Domino meo Molines Decano*; Sicque Decanatus vigore indulti Apostolici potuisset conferri ab Archiepiscopo cum, vacaverit in mense à prædicta regula 8. Cancellariæ reservato, ut patet ad sensum.

Nec usque dicta de indulto Alexandrino contra derogationem Concordatorum censuerunt Domini subministrare intelligentiam etiam Constitutionis sive induiti san. mem. Leoni X., quod secundo loco pro parte Capituii opponebatur, & in quo nil aliud peregit Summus Pontifex, quam supprimere dignitatem Præpositturæ, & ordinare, quod Decanatus controversiis remaneret dignitas non principalis ad electionem Capituli, atque confirmationem Ordinariis
15 quod jus confirmandi, quamquam Archiepiscopus usque de anno 1538. cesserit favore Capituli Metropolitanę Ecclesię Moguntinę, tamen ex hac cessione solum inferri potest Jus Archiepiscopi in mensibus ordinariis sibi competens suisse translatum in Capitulum, nunquam autem, quod tangat menses
16 reservatos, in quibus ipse, juxta concordata Germanię nullum Jus habere poterat, *Rota in Romana Pecuniaria, seu reintegrationis Depositorum* 17. *Decembris* 1708. §. *alterum verò cor. R.mo D. meo Molinet Decano*.

Nec sepradicta tolluntur ex supposito, quod adsit observantia in contractum; ultra quod enim ad illius probationem affe-
17 runtur scripturæ estractę ex privato Archivio Capituli absque ulla compulsoria, & citatione partis, quo casu fidem non merentur, *Rota coram Emerix Jun. dec.* 14. *nu.* 5., & *in Cremonen. Beneficii* 11. *Maii* 1705. §. *respectu coram R.mo Kaunitz Episcopo Labacen.*; prȩsertim contra Datariam, in cujus prȩjudicium prius quoque essent perquirendi ejus libri, ex firmatis per *Rotam in Monasterien. Vicariæ* 6. *Junii* 1707. §. *fin. coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*.

Cessat difficultas, quia electiones Deca-
18 natus factę à Capitulo, nec probantur effectuatę, ut requiritur ad vulgatum *Conf.* 12. *Calderin. de jurepatronat.*, & *dixit Rota in dicta Monasterien. Decanatus* 26. *Aprilis* 1709. §. *Non obstat coram bo. me. Caffarello*, nec expletę propter vacationes sequutas in mensibus reservatis, *Rota in Placentina Jurispatronatus* 10. *Martii* 1704. §. *Minusque*, & *sequen. coram R.mo D. meo Molinet Decano*, & 1. *Decembris ejusdem anni* §. *Neque in hoc casu coram Reverendissimo Omanna*, & quod magis urgere visum fuit, plures datæ sunt in summario Canonici provisiones Archiepiscoporum prædecessorum, qui contulerunt vigore indulti Apostolici in mensibus reservatis, non solum Decanatum, & quidem etiam contradicente, ac postmodum expressè approbante Capituio, ut ex ejusdem *Summ. num.* 16., verum etiam alios Canonicatus, & beneficia Collegiatæ, quæ uti provenientia ab eodem fonte indulti Alexandrini, debuissent ȩqualiter determinari, *Rota in dicta Virdunen. Abbatiæ* 1702. §. *ex qua, vers. inverisimile*
19 *coram R.mo D. meo Molines*, ut proinde tanto fortius assertam observantiam corruere fuerit in comperto, quando unicus actus in contradictione sufficiens reputari soleat, uti habetur in *Gerunden. Capituli* 9. *Martii* 1703. §. *finali coram R.mo Omanna*, & *in Computaquen. Jurisdictionis* 1. *Julii* 1707. *itidem* §. *finali coram bo. me. Caffarella*, & argumentum recte desumitur à qualitate aliorum beneficiorum, *Rota in Melevitana Jurispatronatus* 13. *Jannarii* 1708. §. *Neque obstat cor. Reverendiss. Omanna*.

Maxime quia agitur de observantia con-
20 tra reservationem contentam in concordatis, quę non inducitur, neque suffragatur stante decreto irritanti, per quod ipsa destruitur, constituendo in mala fide perscribere volentes, ut omissis aliis, punctualiter *Rota in dicta Monasterien. Decanatus* 29. *Aprilis* 1709. §. *non obstat*, & 13. *Iunii* 1710. §. *finali coram bo. me. Caffarello*, nisi unico contextu doceatur, Collationes suisse approbatas à Sede Apostolica, juxta Constitutionem 41. san. mem. Clementis Septimi, de qua in sæpedicta *Monasterien Decanatus* 26. *Aprilis* 1709. §. *Non obstat coram bo. me. Caffarello*.

Et ita, utraque Parte &c.

NOVARIEN PECUNIARIA.

Mercurii 20. *Ianuarii* 1712.

ARGUMENTUM.

Prȩscriptio nisi sit quatrigenaria non potest opponi adversus Ecclesias, sinmique via executiva usque ad quatrigesimum annum progreditur, imò tam istius incompetentia, quam præscriptio, nisi anni quatrigenta fuerint elapsi, nequeunt allegari à reo convento vigore publici Instrumenti.

Pacta hinc inde concordata sunt omninò servanda.

SUMMARIUM.

1 *Instrumentum publicum secum fert viam executivum usque ad quatrigesimum annum.*

2 *Quousque crediti validitas in suo robore permanet, actori via competit executiva, præcipuè si actor sit locus Pius, & hæc est opinio Rotæ.*

3 *Obligatio correspectiva, & onerosa omnino est ab obligato exequenda.*

4 *Obligatio unius, licet conditionalis in Instrumento apposita, & concepta sub gerundio,* pagando, promettendo, *& similibus verbis, quotiẽs effectiva, & actualis obligatio alterius ex contrahentibus ei correspondeat, in positivam, & omninò adimplendam obligationem resolvitur.*

5 *Inter contrahentes uno, & eodem Instrumen-*

to

toligatos non præsumitur, quod unus in eos conventa adimplere teneatur, & alter non, cum una & eadem debeat eorum esse conditio.

6 *Præsertim quando unus agendo illis dedit exequtionem.*

7 *Inexigibilitas crediti cessi contractum non solvit, quoties de illius constiterit realitate, & à cedente non fuerit promissa.*

8 *Pacta resolutiva contractus non operantur, quando per unum ex contrahentibus non fiat, quin ille exequibilis reddatur,*

10 *Obligato vel ad hoc, vel ad illud faciendum alternative, competit electio, ut potius uni, qua alteri exequtionem det.*

11 *In contractu correspectivo obligatus ad aliquid observandum, non potest hac suscepta obligatione se expoliare, eamque refundere in illam rem, quæ ex eodem contractu ei esset obligata pro evictione.*

13 *Obligatus ad extinguenda debita fructifera, ex quo rem fructiferam receperit, & suæ obligationi non satisfaciens tenetur ad fructus, licet requisita currentia ei non fuerint interpellata.*

13 *Fructus in ea rata taxantur, cui, ob non adimplementum unius ex contrahentibus, alter ex iis succubuit.*

DECISIO DCXCVI.

CUM Domini in hodierna audientia me in gradu appellationis consuetum dubium proponente assumpserint examen sententiæ prolatæ ab R. P. D. meo Ansaldo, in qua prævia decisione ædita sub die 26 Junii proximè preteriti condemnati fuerunt Aloysius, & Michael ex persona Joannis Baptistæ sui authoris ad solvendas lib. 2 mil., una cum interusuriis ad rationem quinque pro centenario, & anno, censuerunt illam uti validam, & justam confirmationem promæreri.

Validitas enim, quæ solum impugnaba-
1 tur sub motivo incompetentiæ viæ exequutivæ ob lapsum plusquam 30. annorum, aperte resultabat, tum quia agitur vigore Instrumenti jurati, in quibus terminis viæ exequutivæ præscriptio minori spatio 40. annorum compleri nequit, *Rot. cor. Dunoz. Jun. dec.725. num.21. & in rec. dec. 717. n.11. & seqq. par. 18. tom.2.*, tum etiam quia hodie
2 est opinio in nostro Sac. Tribunali recepta, viam exequutivam minime tolli, nisi præscriptum sit & ipsum creditum, cum hujusmodi præscriptiones pari passu ambulent, ut dictum fuit, & signanter in *dec. 24.n.2.,& 3. inter recollect. ad Card. de Luc. lib. 7. & decis.5. nu. 9. lib. 11. inter easdem*, ac propterea si adversus creditum controversum nulla brevior potest obstare præscriptio, quam illa itidem 40. annorum, utpotè quia agitur contra Ecclesiam, *Cyriac. controv. 300. n. 9. tom.2., Mantic.dec.48.n.6., Pamphil.dec.134. n. 1. ibique Add. n. 7.*, ita nec ipsa via exequutiva dici potest præscripta ab an. 1668. ad annum 1717., quo tempore lis introducta fuit, dum terminus 40. annorum completus non est, ut calculanti patet.

Quo veró ad justitiam, DD. de hac satis constare sunt arbitrati ex Instrumento transactionis celebrato de anno 1668. inter Joannem Baptistam, & Capitulum, in quo pre-
3 dictus Joannes ex causa correspectiva, & onerosa cessionis reportatæ à Capitulo, ut late habetur in citato Instrumento, suscepit obligationem solvendi eidem Capitulo cedenti lib. 2. mil., vel extinguendi tot illius debita pro d. summa, & consequenter cum defecerit in adimplenda sua obligatione, utique tam contra ipsum, quam contra Aloysium, & Michaelem ejus hæredes (nulla amplius super qualitate hereditaria cadente controversia) omni Jure poterat exequutivum mandatum relaxari, ex plena manu congestis in *d. dec. R. P.D. mei Ansaldi §. Ommissa, quibus adstipulatur Ridolphin. in prax. par. 1. cap. 8. nu.253. , & seq.*, ubi hanc quoque esse praxim nostri Sac. Auditorii testatur.

In nihilo adversante, quod obligatio Jo: Baptistæ non fuerit pura, & absoluta, sed
4 conditionalis concepta cum gerundio - *pagando, ò promettendo di rilevare &c.* exindeque fuerit repositum in ejus arbitrio, ac voluntate, solvere, & relevare Capitulum pro enunciata summa, & facere contractum resolvibilem ex neglecto adimplemento. Etenim quidquid dici posset in abstracto, hodie in concreto casus, de quo agitur, apparuit omnino inapplicabilis conclusio, cum in continenti apposita fuerint talia verba, procul dubio importantia, quod deventum fuerat ad actuale adimplementum pro parte Capituli de facto cedentis videlicet, *come hanno ceduto, e cedeno*, unde vis suspensiva, & conditionalis resultans ab illis verbis *pagando, o promettendo &c.* tollebatur ex verbis subsequentibus, quæ inducunt præcisam, & positivam obligationem prędicto Jo: Baptistæ, *Rot. dec.293. n.13. par. 5. tom. 1. rec., & aliis relat. in allegata dec. R. P. D. mei Ansaldi §. Etenim.*

Nimis namque inverisimile habitum fuit,
5 quod Capitulum de facto cesserit quamplura credita excedentia summam lib. 14. mil. favore Jo: Baptistæ, quodque permiserit istum obligatum in tenui summa lib. 2. mil. gaudere omnimoda libertate observandi, vel non observandi contractum, à quo ipsi met Capitulo non licebat resilire, ut proinde veniat rejicienda, nec unquam supponenda hujusmodi inter contrahentes inęqualitas, quotum conditio æqualis esse debet, ad vulgata Jura, de quibus *Palm. alleg. 9. num. 15., ac alibi passim.*

Accedente potissimum observantia Con-
6 tractus, quoniam Jo: Baptista utendo Juribus cessionis ad sui favorem expletæ per Capitulum, egit contra debitores cessos, à quibus quantumvis nil exactum fuisse probaretur, adhuc tamen non remaneret sublata illa correspectivitas insita contractui usque

 ab

ab initio, & quæ sola illum perfectum red-
7 dit, cum ad hunc effectum sufficiat credita cessa esse vera, quoties non intervenit obligatio Capituli super exigibilitate, *Rot. cor. fa. mem. Gregor. XV. dec. 579. n. 3., & coram Duran. dec. 404. n. 5., & aliis cumulatis in d dec. R. P. D. mei Ansaldi §. Fortius, cum seqq.*, tantoque magis, ex quo imputari potest inexigibilitas eidem Jo: Baptistæ, qui diu distulit agere contra Julium Cæsarem debitorem lib. 14. mil., solumque cum illo transegit de anno 1676., etiam si Capitulum fecerit cessionem de anno 1668., ex latè deductis in predicta decisione alterius Instantiæ §. *In nostra autem*.

Minusque visum fuit obstare, quod Aloysio, & Michaeli liceat redire ad primæva Jura propter irritationem transactionis voli-
8 tam à transigentibus — *In caso, che da dd. Parti fosse messo in controversia cosa alcuna &c., e che non habbiano à sortire il suo effetto &c.* -- quoniam cum Capitulum nihil controvertat de quo est conventum in Instrumento, nec inexigibilitas crediti cessi ex facto ipsius Capituli proveniat, sed potius ex negligentia alterius transigentis, utique Capitulum non incidit in commissum requires contraventionem in pactis appositis, *Rot. dec. 27. n. 13., & seqq., & dec. 290. n. 2. par. 19 rec. tom 1.*

Absque eo quod ullatenus DD. dimoveri potuerint à supradictis, ex quo Capitulum insteterit, tam in Curia Novarien., quam in Metropolitana Mediolanen pro irritatione,
9 seu resolutione contractus, quandoquidem in primis hæc habita fuit nimis serotina exceptio, quia opponitur post binas sententias comprobantes translationem, nulla præsertim concurrente præcedenti protestatione, vel acceptatione partiti oblati; ast quod tollit omnem difficultatem, constitit instantiam non fuisse promotam restrictivè ad resolutionem translationis, sed cumulativè coram Ordinario, attentis clausulis in libello salvo Jure agendi alia quacumque via, & non se adstringentes &c., atque alternativè coram Metropolitano, itaut hodie nequeat post sententias acceptatas à Capitulo irritatio admitti ad petitionem aliorum Collliti-
10 gantium, cum non agatur de alternativa ortum desumente ab obligatione debitoris, in quibus terminis tantum electio in illius arbitrio residet, ut nota sunt Jura, & bene *Rot. cor. Bich. dec. 468. n. 27.*

Levioris autem momenti existimarunt DD. exceptionem, quod obligatio esset restricta ad bona Altaris, exinde inferendo, actionem dirigi non posse contra Joannem Baptistam, nam statim incomperto fuit, bo-
11 na Altaris fuisse obligata pro iis, quæ ejus interesse concernebant, & de quo etiam in transactione actum fuerat, non autem pro interesse, & quidem principali Jo: Baptistæ, qui in sui favorem cessionem reportavit, omnia gerendo nomine proprio, ac propriè iste, non autem Altare obligationi satisfacere tenetur mediante solutione lib. 2. mil., ut pluribus congest. *Rot. dec. 377. num. 2. par. 15. recent.*

Tandem quoad fructus, quos altera sententiæ pars condemnat Aloysium, & Michaelem solvere Capitulo ad rationem sc. 5.
12 pro centenario, & anno, DD. arbitrati sunt, illos ob inadimplementum summo Jure deberi, sive ex æquitate *L. curabit C. de act. empt.*, ex quo Capitulum cessit Jo: Baptistæ credita fructifera, & signanter cambium sc. 700., *Rot. in Rom. Fideicommissi de Maximis super quarti subrogatione quoad dotem Lauræ 9. Decembris 1709. §. Ex his cor. R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*, sive ex damno emergente, quia Capitulum plura debita habebat sub interusuriis, proindeque si ex facto, & culpa d. Jo: Baptistæ qui promiserat solvere lib. 2. mil. in extinctionem debitorum, ab hujusmodi onere pro intranti quantitate se liberare non potuit, utique promissor damnum passum refundere tenetur, etiam citra interventum requisitorum, *C fir. in lib. 2. §. Fin. ff. de eo quod certum locum, ex firmatis in Vercellen. Decimarum super fructibus, & expensis 23. Junii 1710. §. Minime coram Rm̃o D. meo Molines Decano, & latè dictum fuit in supradicta decisione R. P. D. mei Ansaldi §. Demonstrata usque ad finem*, ad quam de cætero DD. in omnibus se re-
13 missive habuerunt, non attentis quæ dicebant scribentes circa defectum probationis damnorũ, adquem dumtaxat non impugnando mox insinuatam Theoricam se restringebant, quia ex supra deductis damna illata fuisse Capitulo ob neglectam solutionem evidenter dignoscebatur.

Et ita utraque &c.

LEODIEN. PASTORATUS, SEU VICARIÆ SUPER DECLARATORIA.

Veneris 22. Januarii 1712.

ARGUMENTUM.

Contra renuentes Apostolicis litteris obedire, ritè censuris proceditur.

SUMMARIUM.

1 *Censuræ postquam pertransierunt quatuor termini præfixi ad docendum de paritione, sunt adversùs inobedientem relaxandæ.*

2 *Personæ Ecclesiasticæ, plus quàm sæculares, Apostolicis litteris obedire tenentur.*

3 *Mora in illis obediendo magis culposa efficitur, quando sequitur in ea versari inobediens, postquam illis parcendum esse, fuit judicatum.*

4 *Ultra quatuor terminos, alium solet Rota de equitate concedere illi, qui non exequitur Apostolicas litteras antequam ad excommunicationem deveniat.*

DECI-

DECISIO DCXCVII.

Resolutum fuerat die 6. Februarii 1711. coram bon. mem. Caffarello favore Matthiæ esser Resignatarii Pastoratus, seu Vicariæ perpetuæ S.Jacobi Aquisgrani -- *non intrare arbitrium pro retardatione litterarum Apostolicarum.* --

Expeditæ subinde fuerunt litteræ executoriales Rotales cum speciali censurarum comminatione, ac personaliter intimatæ extiterunt, tam Nicolao Feibus Archipresbitero Aquisgrani, qui nominationem ad dictum Pastoratum, seu Vicariam ad se spectare contendebat, quam Petro Born Oeconomo alias deputato, ac in eadem intruso

1 per mortem Resignantis, verùm quia postquam etiam citati fuerant prędicti Nicolaus, & Petrus ad docendum de paritione, tantùm abest, ut obtemperaverint, quin potiùs dictus Archipresbiter suspectum allegaverit Judicem executorem, ac plura pertinaciter opposuerit adversùs Judicatum Rotale ad retardandam illius executionem: propterea prodrctis in nostris actis litteris executorialibus, servatisque de more quatuor terminis ad docendum de paritione, dedi dubium super declaratoria, quam Domini, præfixo novo termino, relaxandam esse censuerunt.

Constitit enim ex prædictis de contumacia, ac inobedientia Nicolai, & Petri, qui mandatis Rotalibus, seu verius Apostolicis obtemperare detrectarunt, proindeque contra illos relaxanda venit declaratoria, ad hoc, ut spirituali censurarum gladio territi, à sua contumacia resipiscant, ut loquit *Text. in cap. Venerabilibus §. Porrò de sent. excom. in 6, Rota in Leodien. Canonicatus super declaratoria 7. Maii 1710. §. Quoties enim cor. R.P.D. meo Aldrovando, & in altera Leodien. Canonicatus super declaratoria 24. Novembris 1710. §. Nam sicuti cor. R.P.D. meo Falconerio.*

Eoque magis, quia eorum inobedientia

2 gravior efficitur, ex quo utpotè Personæ Ecclesiasticę mandata Apostolica revereoter suscipere, ac celeriter eisdem parere tenebantur, *Rota cor. fa. me. Alexandro VIII. dec. 75. n. 3. & 4., & in dicta Leodien. Canonicatus super declaratoria 7. Maii 1710. §. Contumacia namque coram R.P.D. meo Aldrovando.*

Adaugetur Archipresbyteri culpa, tum

3 quia adversùs Judicatum Rotale inanes, ac insubsistentes exceptiones pluries allegavit, *Rota dec. 227. n. 7. & 8. p. 10. rec., & dec. 129. n. 2. cor. Emerix jun.*, tum quia agnoscens illarum insubsistentiam hodie non comparet, ut prosequitur *Rota in dicta Leodien. Canonicatus super declaratoria 24. Novembr. 1710. §. ult. cor. R.P.D. meo Falconerio*

Mitius tamen procedentes Domini, novam termini præfixionem demandarunt, quemadmodùm ad excitandos contumaces, ut per paritionem intra illum, ab excommunicationis pęna omnium maxima se se subtrahant, practicari solet nostrum Tribunal, teste *Rota dicta dec. 129. n. 4. cor. Emer. jun., & in Baren. testamenti super declaratoria 4. Junii 1708. §. Potuisset coram R. P. D. meo Ansaldo, & in d. Leodien. Canonicatus super declaratoria 7. Maii 1710. §. finali coram R.P.D. meo Aldrovando.*

Et ita Matthia tantum informante, responsum fuit &c.

LEODIEN. ATTENTATORUM SUPER DECLARATORIA.

Veneris 22. Januarii 1712.

ARGUMENTUM.

Institutio & præsentatio facta in personam unius ad aliquod beneficium à prætenso patrono, non obstantibus Apostolicis litteris favore alterius expeditis, illi intimatis, est per viam attentatorum circumscribenda.

SUMMARIUM.

1 *Et si quatuor termini ad docendum de paritione expiraverint, attamen de æquitate solet alium Rota concedere, ante declaratoriam de incursu in censuras Ecclesiasticas.*

2 *Litteræ exequutoriales favore alterius expeditę, & prætenso patrono, qui alium præsentavit, intimatę, in illo attentatum inducunt, nisi elapsis quatuor terminis, eisdem obederit.*

3 *Graviora efficiuntur eadem attentata, si ex hoc animarum cura detrimentum patiatur.*

DECISIO DCXCVIII.

Contextualiter ad decisionem editam 6. Februarii 1711. coram bo.me. Caffarello, in qua responsum fuerat favore Matthiæ, *non intrare arbitrium pro retardatione litterarum Apostolicarum* -- prodiit etiam resolutio -- *constare de attentatis purgandis mediante circumscriptione omnium gestorum ab Archipresbytero in præsentatione, & institutione ad Pastoratum, seu Vicariam, de qua agitur attentatè facta in personam Petri Born.*

Expeditis proinde litteris exequutorialibus, eisque legitimè intimatis, Petrus relicta

1 Vicaria discessit, Archipresbyter verò positivè suam contumaciam in non parendo patefecit; quamobrem proposito per me hodie dubio -- *An sit danda declaratoria, Domini affirmativè, præfixo novo termino*, responderunt.

Quotiescumque enim pro purgatione at-

2 tentatorum expeditæ, ac personaliter intimatæ fuerunt litterę exequutoriales, utique in actis eisdem reproductis, solitisque quatuor terminis servatis, adversùs contumaces relaxanda est declaratoria, *Rota in Leodien. Canonicatus super declaratoria 7. Maii 1710. §. Quoties enim cor. R.P.D. meo Aldrovando*, cum concordan. adductis in contemporanea

poranea mea decisione §. *Constitit enim.*

Præsertim in hypothesi, quia ultra ea, quæ ponderata fuerunt in dicta contextuali mea
3 decisione, adstipulatur etiam, quod Vicaria controversa ob discessum Petri Born intrusi, in gravissimam animarum perniciem nemine regitur, ipsiusque fructus ab Archipresbytero indebitè percipiuntur, quæ omnia, quemadmodum graviorem reddunt inobedientium culpam, eo magis censurarum pœnam contra illos provocant, *Rota coram Cels. dec.49.n.7.,& dec.82.n.6.& 7.cor.R.P D.meo Ansaldo.*

Et ita Matthia, tantum informante resolutum fuit &c.

EUGUBINA TRANSACTIONIS SUPER MANDATO.

Mercurii 27. Januarii 1712.

ARGUMENTUM.

Transactio est in omnibus suis partibus exequenda, viamque etiam tribuit exequutivam pro iis rebus, quæ in ea non fuerunt expressæ, & pro quarum vindicatione, illa remota, via ordinaria agendum esset, quoties sub generalitate verborum, & virtualiter eæ res in transactione fuerint contentæ.

SUMMARIUM.

1 *Contraria peritorum relatio satis est ad excludendam læsionem, quæ in transactione sequuta fuisse prætenditur, eaque exclusa, transactio est omninò exequenda.*

2 *Res judicata orta ex non prosequutione appellationis, ad Judicem à quo causam remittit.*

3 *Promissa in transactione sunt consignanda in ea quantitate, quæ in illa fuerunt enunciata.*

4 *Lapsus temporis allegari nequit ad comprobandam traditionem rei promissæ, cum sit quid facti.*

5 *Traditio rei, quæ necessariò fieri debet per actum publicum, & perpetuò reperibilem, numquam effectuata præsumitur, nisi omninò sequutam fuisse probetur.*

6 *Constitutio Procuratoris ad exigendum fructus locorum montium minimè præsumere facit, quin constituens alia loca sub dicta procura non comprahensa potuerit possidere.*

7 *Qualibet probabilitas in contrarium confessionem propriam excludit.*

8 *Errorem allegans de sequuta enunciatione quantitatis locorum montium, vel alterius rei fidem non meretur, quoties recusset litteras patentes seu tales exhibere scripturas, ex quarum inspectione allegatus error illicò possit recognosci.*

9 *Relatio peritorum circa numerum locorum montium, seu rerum hæreditariarum parte non reclamante emanata, quemlibet prætensum errorem de eo ex post allegatum excludit.*

10 *Judicatum acceptans, in quo rei petitæ quantitas specificetur, de errore nequit eam ampliùs arguere.*

11 *Compensationem opponens, debitum perunctesse fatetur.*

12 *Hæres gravatus distrahens bona fideicommissaria, ad illorum reintegrationem tenetur.*

13 *Transactio non solùm amplectitur ea omnia, quæ in ea fuerunt expressa, sed etiam cetera, ad quæ se virtualiter extendit, uti connexa cum re, super qua fuit transactum.*

14 *Via executiva semper competit pro vindicatione rei sub transactione virtualiter contentæ.*

DECISIO DCXCIX.

AD dirimendas quamplures controversias, quæ exortæ fuerunt inter Isabellam Ursinam, & Orintinam de Gabrielis uti substitutas in fideicommisso Nicolai de Biliis, nec non Juliam Biscacciantem, quæ in hæreditatem Horatii hæredis gravati successerat, deventum extitit ad transactionem, in qua dicta Julia se se obligavit tradere prædictis hæredibus fideicommissariis loca 40. montium cum dimidio, reservata tamen sibi facultate docendi de errore, quatenùs in expressione enunciatæ quantitatis irrepsisset.

In executionem hujusmodi obligationis, consignata fuerunt 35. loca montium cum dimidio. Instantibus subinde Andreenibus, & Gabriellis à dictis hæredibus fideicommissariis causam habentibus pro totali transactio-
1 nis adimplemento, fratres de Raphaelibus heredes mediati Juliæ, nullitatem ex capite læsionis adversùs illam excitarunt. Verùm rejecta post peritorum relationem eorum prætensione, R.P.D. meus Aldrovandus tunc A.C. meritissimè Locumtenens, censuit transactionem in omnibus suis partibus nondum
2 adimpletis esse exequendam. Cumque ejus sententia ob omissam in nostro Tribunali Appellationis prosequutionem transitum fecisset in rem judicatam, R. P. D. meus Prioius moderatus fuit inhibitionem Rotalem, causamque ad Judicem à quo remisit.

Quamobrem R. P. D. A. C. Cerrus mandatum relaxavit, tam pro residuali restitutione quinque locorum montium, quàm pro solutione scutorum 100. ex causa societatis officii ad fideicommissum pariter Nicolai spectantis, quoad reliquas verò prætensiones fratres de Raphaelibus sententiam absolutoriam reportarunt.

Devoluta per appellationem causa ad nostrum Tribunal, mihique commissa, gemina Dominis disceptanda proposui dubia; alterum super restitutione fructuum dictorum quinque locorum montium, & societatis officii, nec non adimplemento transactionis, de quo in contextuali mea decisione, & alterum respiciens dictum mandatum, quod attenta validitate, & justitia exequendum esse existimarunt.

Respectu

Respectu siquidem ad dicta loca montium
3 fundata apparuit actorum intentio in supra-
dicta transactione, in qua promissa fuit eo-
rum Authoribus consignatio 40. locorum
montium cum dimidio ad Fideicommissum
Nicolai spectantium; cum autem hujusmodi
conventio integraliter adhuc effectuata non
fuerit, plenariè profectò executioni deman-
danda venit, *Rot. cor. Rembold. dec.22. n.2.,
& cor. Priol. dec.396. n.5. & seqq.*

Nec ad præsumendum totale dictæ obli-
4 gationis implementum suffragari potest diu-
turnus temporis lapsus, quia cum consigna-
tio sit quid facti, sola negatione excluditur,
& ab allegante concludenter probanda est,
*L.1. C.de probat., Nat. cons.569. n 4., Ber.
cons.125.n.ta., Surd.dec.64.n.29, & 30. Rot.
cor. Bich. dec.144 n.13., & dec.188.n* 10.

Eoque fortius, quia agitur de locis mon-
5 tium, quorum consignatio indiget ulteriori
facto Secretarii, proindeque cum nullatenus
doceatur de illorum descriptione, & trans-
latione in faciem vocatorum, perspicuè datur
intelligi, quod promissa tradirio nunquam
plenarium effectum sortita fuerit, ad tradita
in his terminis per *Rot. coram Cerr dec.417.
n.7., & dec. 112.n.10.cor. Zarat., & dec.773.
n.8. vers.quod autem p.3.rec.*

Insubsistentiam præsumptæ hujus consi-
gnationis agnoscentes scribentes pro Ra-
phaelibus, novum defensionis monumen-
tum constituere conabantur in ipsamet tran-
sactione, in qua, ut præmisimus reservata
fuerat Juliæ facultas docendi de errore cir-
ca expressam quantitatem locorum 40. mon-
6 tium. Ad probandum autem hujusmodi erro-
rem afferebatur constitutio Procuratoris facta
à Nicolao, & Horatio ad effectum exigendi
fructus nonnullorum locorum montium, suc-
cessiva eorundem exactio, & tandem acqui-
sitio trium locorum Estensium, & duorum
Columnensium facta per Horatium, una
cum illorum translatione in faciem Juliæ,
non obstante oppositione hæredum fidei-
commissariorum.

Verum hæc omnia nihil prorsùs ad inten-
tùm concludere visa sunt. Potuit enim Ho-
ratius possidere plura loca montium de pro-
prio, perperam tamen inde infertur, quod
præterea non possederit loca 40. ad fideicom-
missum Nicolai spectantia, quemadmodum
subinde enunciatum fuit in sæpedicta transa-
7 ctine: ad excludendum enim errorem con-
fessionis, sufficit quæcumque possibilitas in
contrarium, *Rot.cor.Bich. dec.220.n.27., &
dec.243. n.12. & 13., & cor. Priol. dec.256.
n.4, & 6., & in rec. dec.482. n.1. & 6.p.4.,
& dec.128.n.13.p.6.*

Immò claré cessat pretensus error, ex quo
8 tam Julia, quàm ejus successores semper de-
trectarunt exhibere litteras patentes dd. lo-
corum montium ad fideicommissum spectan-
rium, quamvis ad hanc exhibitionem ea-
dem Julia sese expresse in transactione obli-
gaverit, atque ideo ex hac repugnantia ad
evidentiam usque depræhenditur, quod nul-
lus omnino irrepserit error in supradicta
obligatione, nam facili negotio per exhibi-
tionem litterarum, ex quibus præcisa quan-
titas eorundem locorum montium resulta-
bat, convinci poterat, juxta ea, quæ ponde-
rant *Ruin. cons.182. n.43. lib.2., Peregrin.
de fideicom. art.39. n.14., Rot.cor. Cerr. dec.
439. n.4., & dec.644. n.9., & cor. Priol. dec.
294. n.21.*

Eandemque assumpti veritatem apprimè
9 comprobant relationes peritorum, qui con-
corditer semper calcularunt in fideicom-
misso Nicolai prædicta loca 40. montium,
adeout de hac quantitate ambigi amplius
non possit, præsertim quia ab ultimi periti
relatione appellatum non fuit, *Rot. dec.183.
n.4.p.15., & in Romana fideicommissi 17. Ju-
nii 1701. §. Incontinenti cor. R. P. D. meo An-
saldo, & in Romana Dotis super mandato
scut. 1850., eorumque fructibus 17. Junii
1710. §. Quin suffragetur cor. me.*

Demum quamcumque sustulit Dominis
difficultatem factum ipsum illorum de Ra-
10 phaelibus, qui Judicatum A. C., ubi ad
restitutionem dd. 5. locorum montium con-
demnati fuerant, expresse in actis acceptan-
11 do, opposuerunt simpliciter compensatio-
nem, & per consequens hujusmodi debitum
indubitanter agnoverunt, & ratificarunt,
juxta vulgata juris principia, de quibus *Ro-
ta cor. Merlin. dec.574. n.3., & cor. Peutin-
ger. dec.362.n.2. & cor. Bich. dec.166. n.2.*

Deveniendo ad societatem officii scu.100.,
ultra quod recurrit eadem animadversio,
quod scilicet etiam illius respectu opposita
fuerit compensatio, expedita pariter res est,
favore actorum. Cum enim in dubium revo-
cari nequeat, quod d. societas fideicommisso
12 Nicolai obnoxia extiterit, quodque post-
modum Horatius eam distraxerit, utique ejus
hæreditas ad pretii restitutionem tenetur,
*L.quidem §.final.ff. ad Trebell. L.final. §.ul-
timo ff.de legat.2., Rot.cor. Cels.dec.235. n.2.
& 3., & cor.Merlin. dec.831. n.1., & in rec.
dec.503.n.12.p.19.*

Absque eo quod obsistere valeat animad-
versio, quod in transactione nulla prorsùs
facta fuerit mentio prędictæ societatis offi-
cii, atque ideo pro illius repetitione compe-
tere non possit via executiva, cum agendum
sit in suo congruo judicio pro fideicommissi
reintegratione.

Ex littera namque transactionis sublata re-
13 manet vis objecti, dum in ea expressè cau-
tum extitit, ut hæredes fideicommissarii
consequi possent omnia alia bona, quæ post-
modum fideicommisso Nicolai subjecta esse
comperirentur, quocirca, cum dicta societas,
ut præmisimus, sit fideicommissaria, ac
Julia sub obligatione Camerali promiserit
observantiam omnium contentorum in dicto
14 transactionis instrumento, inde sequitur,
quod etiam pro hac societate, utpote impli-
citè, & virtualiter in eo contenta exequuti-
vè procedi possit, quemadmodum appositè
animadvertit *Rot. post Zach. de obligat. Ca-
mer.*

mer. dec.5.n.10.,& dec.270.n.17.,& cor.Cerr. dec.34.n.16., & seqq.
Et ita utraque &c.

EUGUBINA TRANSACTIONIS.

Mercurii 27. Januarii 1712.

ARGUMENTUM.

Possessor malæ fidei ultra restitutionem capitalis, tenetur quoque ad restitutionem fructuum ex illo perceptorum.
Mala fides per simplicem credulitatem de legitimo titulo possidendi non excluditur.

SUMMARIUM.

1 *Obligatus ad locorum montium restitutionem, tenetur etiam ad fructus decursos à die contractæ obligationis, usque ad illorum extractionem, si fuerint extracta.*
2 *Possessor malæ fidei non potest suos fructus facere.*
3 *Quando fructus petuntur ex pacto, quæstio de bona, vel mala fide removetur.*
4 *Ex observantia in una parte bene infertur, quod sic fuerit in consimili, & reliqua practicatum.*
5 *Bona fides de re possessa inferri nequit ex reservatione facultatis cognoscendi de errore, circa illius pertinentiam, quam possessor sui favore reportavit in actu, quo se de illa expoliavit.*
6 *Bona fides salvari non potest sub prætextu credulitatis de legitima possessione rei controversæ.*
7 *Fructus loco damnorum, & interesse non debentur ab hærede gravato alienante titulo necessario, bene verò titulo voluntario.*
8 *Hæres gravatus, Gravantis dispositione seposita, non tenetur esse sollicitus de investimento pecuniarum ad fideicommissum spectantium.*
9 *Sententia in judicatum transacta, & nixa formali tertium examini pro ipsa veritate rei, & probatione probata habetur, præsertim unita temporis lapsui.*
10 *Argenta veniunt sub appellatione mobilium,*
11 *Sententia habens relationem ad acta, comprehendit omnia in litem deducta.*
12 *Quando petuntur fructus rei, & principaliter de perceptione quæstio est, hoc extremum concludenter probari debet, juxta opinionem* Baldi in leg. prima nu.21. Cod. de fruct. & lit. expen.
13 *Sequestrum super fructibus bonorum obtentum, præsumere facit sequestrantem ea bona non possidere, cum actio simul & passio in eodem subjecto dari nequeat.*
14 *Legatum in majori parte solutum lapsu temporis accedente, quo nulla legatariorum molestiæ supervenerint, præsumi debet in minori parte solutum.*
15 *Exigibilitas de credito cesso ex promissa cessionarium obligat ad diligentias contra cessum nomen debitoris, quæ si fuerint per eum omissæ, nequit contra eundem cedentem actionem retorquere.*
16 *Exigibilitatis obligatio non debet trahi ad perpetuitatem.*
17 *Partitæ Catastri prædiorum dominium, & traditionem probant.*
18 *Cantbela Angeli allegata super prædio, & illius venditio, actuale dominium in allegante, & venditore probant.*
19 *Emptio rei facta à Caio cum pecuniis Sei ex Instrumento scatens, ut res sit Seii, & non Caj operatur.*
20 *Quilibet diligens in exigendo præsumitur.*
21 *Acquiescentia sexaginta annorum a die secutæ transactionis presumptionem claram secum fert, ut omnia in ea conventa, & contenta per transigentes dicantur omnino adimpleta.*

DECISIO DCC.

Juxta facti seriem in contextuali mea decisione expositam, quemadmodum DD. favore illorum de Andreonis, & Gabriellibus censuerunt mandatum A. C. esse exequendum pro restitutione scut. 100. ex causa societatis officii, nec 000 pro residuali consignatione locorum quinque Montium, ita per conse-
1 quens illorum fructus restituendos esse à die transactionis, usque ad diem extractionis, in reliquis vero constare de adimplemento transactionis responderunt.

Et sanè cum Julia in transactione sese expresè obligaverit tradere hæredibus fideicommissariis 40. loca Montium, utpote obnoxia fideicommisso Nicolai, utique eo ipso, quod plenarium hujus obligationis adimplementum omisit, tenetur ad fructuum restitutionē, quos ratione malæ fidei suos facere
2 non potuit, *l. item veniunt §. Petitam ff. de petit.hæred, Surd. dec.25. num.24., Rot. cor. Duran. dec.250. num.4., & cor. Bich. decis. 256. num.8., & dec.263. num.2. & seqq. cor. Priolo.*

Tantoque magis, quia hujusmodi fructuum restitutio præcisè conventa extitit in transactione, quo casu extranei prorsus sunt termi-
3 ni bonę fidei quoad illorum perceptionem, & jure actionis omnino repeti possunt, ut prosequuntur *Cancer. var. resol. par. 3. cap.16. num.97. & seqq., Rota dec.3. num.7. par.7., dec.605. num.1. & seqq. p.12. rec.*

Et de facto hoc ipsum comprobavit successiva observantia, oam Julia subinde consi-
4 gnavit 30. loca Montium, una cum illorum fructibus, quos profectò restituere detrectasset, si aliquo modo suam malam fidem excusare, ac conventionem in transactione unitam evadere potuisset, *Rot. cor. Dunoz jun. dec.829. num.9., & cor. Emerix jun. dec.180. num.6., & in rec. dec.92. num.7., et dec.210. num.5. par. 10., & dec.416. num.3. par.19.*

Nec obstat, quod Julia dd. locorum Montium restitutionē promiserit sub preservativa
5 docendi de errore, inde in ferendo ad exclusionem ejus malæ fidei, ex quo dubitare poterat

terat,an eadem loca Montium spectarent to-
taliter ad fideicommissum Nicolai, vel po-
tius ad Horatium Virum; etenim cum ex de-
ductis in dicta contemporanea mea decisio-
ne perspicuè constet, quod nec ipsa, nec
ejus successores unquam hujusmodi errorem
6 comprobarunt, perperam ejus mala fides
sub insubsistenti prorsus prætextu, & credu-
litate salvari contenditur, ad tradita *per Me-
noch. cons.595. n.14., Card. de Luc. de credit.
& debit. disc. 131. num.23. Rota d. decis.3. à
nu.25. cum pluribus seqq. par.7. rec., & dec.
131. num.3, & seqq. cor. Emerix jun.*

Atque hæc, quę militant pro fructibus lo-
corum Montium, procedere visa non sunt
quoad fructus societatis officii; illa enim ex-
tincta fuit in manibus Horatii longe ante obi-
tum,& per consequens fructus, qui ex ea nul-
latenus percepti fuerunt frusta pretendun-
7 tur, absque eo quod obstet replicatio, quod
isti debeantur saltem ratione damnorum, &
interesse, quia per Horatium illius sortis in-
vestimentum omissum fuit. Onus namque in-
vestiendi demandatū extitit à Testatore solū
in casu alienationis voluntariæ, non autem
necessariæ, prout in hypothesi; Sepolita ve-
8 rò dispositione hominis, nullo prorsus jure-
cautum reperitur, ut hæres gravatus sollici-
tus sit de Investimentis capitalium ad com-
modum fideicommissi, *Peregr. de fideicom.
art.44. nu.28. & 29., Card. de Luc. eod. tract.
disc.177. num.4. et 5., Rota cor. Priolo decis.
294. n.22., et seq., et in rec. dec.308. n.4. et 5.
par.11.*, cum concordan. adductis in *Bono-
nien. fideic: de Bavosiis super reintegratione
21. Junii 1709. §. Rursus cor. R. P. D. meo
Aldrovando, et 4. Maii 1711. §. Objectum si-
quidem coram Me.*

Absoluta ex his prima Dubii parte, & as-
sumentibus DD. inspectionem alterius res-
picientis quamplures partitas, visum est con-
stare in omnibus de adimplemento transa-
ctionis: Et sanè non subsistit, quod Julia nun-
quam consignaverit hæredibus fideicommis-
sariis mobilia prætiosa, & præsertim argen-
9 ta, quia cum hujusmodi exceptio in Judicium
delata fuerit usque ab anno 1652., Testes
tunc temporis formiter examinati deposue-
runt de consignatione omnium mobilium, &
signanter argentorum, proditque favore
Juliæ sententia absolutoria, à qua nemo ad
hæc usque tempora reclamavit, adeout dd.
argentorum restitutio satis superque per rem
judicatam comprobata in dubium amplius
revocari non possit, ut vulgata sunt Jura, de
quibus *Rota cor. Emerix jun. dec.915. num.
2., et dec.104. num.8. par 19. rec.*

Quidquam non relevante, quod dicta sen-
tentia loquatur simpliciter de mobilibus,
non autem de argentis; ultra quod enim sub
10 appellatione mobilium comprehendun-
tur etiam Argenta, ex adductis per *Dec. cons.
472. nu.5., Paris. cons.67. num.2. lib. 2., Rot.
dec. 261. num.1. par.2. divers., et cor. Pam-
phil. dec.728. num.3., ibique Adden. num.15.*,
cessat penitus difficultas, ex quo in eo judicio
expressè actum fuit de argentorum restitu-
11 tione quoque, proindeque cum sententia
relationem habeat ad acta, profecto compre-
hendit omnia in litem deducta, *Bart. in L. si
quis ad exiben. num.2. ff. de except. rei judic.,
Felin. in cap. Significaver. num.7. de Testib.,
Menoch. cons.100. num.5., Rota dec.500. nu.
9. par.5. rec., et dec.370. num.3. cor. Bich.*

Eademque insubsistentia laborat altera
prætensio quoad fructus stabilium, & cen-
12 suum, qui per Juliam supponebantur perce-
pti à die 10. Martii 1646., quo facta fuit
transactio, usque ad diem 2. Septembris
1647., quo expleta extitit divisio inter co-
hæres fideicommissarios; hujusmodi namque
assumptum tantum abest, ut concludenter
probetur prout opus esset, cum quæstio non
versetur super liquidatione fructuum perce-
ptorum, sed super ipsamet perceptione,
*Bald. in l.1. num. 21. C. de fruct., et lit. ex-
pens., adden. ad Buratt. dec.173. nu 9. et 10.,
Rot. cor. Bich. decis. 465. num.101, et seqq.*,
quin potius cæteris omissis contrarium evi-
denter resultet, ex quo d. Julia utpote cre-
ditrix Caroli Maggi alterius ex hæredibus
fideicommissariis, de Mense Julii 1649. se-
questrum obtinuit super fructibus bonorum
omnium adhuc non divisorum pro rata ad
eundem Maggium spectante; quamobrem
apertè constat, quod ipsa tunc temporis bo-
norum possessionem dimiserat, nec fructus
perceperat, alias enim superfluum, ac in-
compatibile fuisset prædictum sequestrum,
ut patet ad sensum, juxta regulā, de qua *Rot.
cor. Bich. dec.528. num.19 et dec.629. n.16.,
et 17. par.17. recen.*

Subsequebatur tertia partita respiciens
alienationes factas ab Horatio, pro quarum
reintegratione inutiliter impugnabatur ad-
implementum. Legata enim Nicolai, quæ
ascendunt ad scut. 695, quæque Julia in tran-
sactione asseruit dimissa fuisse cum pecuniis
Horatii, probantur soluta pro summa sc.680.,
14 cumque nulla post tam diuturnum temporis
intervallum assignabilis sit Legatariorum ur-
gentia, præsumitur effectiva solutio etiam res-
pectu ad exiguam residualem quantitatem,
*Menoch. de præsumpt. lib.3. presumpt.135. n.
3., et seqq., Rot cor. Priolo dec.452. num.11.,
et in rec. dec.36. num.5. par.15., et in Ari-
minen. fideicommissi Bandi de Bandis super re-
integratione quoad Prædium S. Mariæ in
Cerreto 21. Martii 1710. §. Accedit coram
Me.*

Quo verò ad Censum scut. 100., cujus res-
pectu Julia promisit exigibilitatem, inanis
pariter est actorū prætensio, tum quia nulla-
tenus constat adhibitas fuisse per hæredes fi-
deicommissarios debitas diligentias, quemad-
modum opus esset, *l. si mandaverò tibi 2. §. in-
terdum ff. Mand., Bec. cons.105. nu.25., Rota
dec.143. la 2. num.12. par.11., & dec.302. nu.*
16 *3. par.19. recen.*, tum quia promissio exigi-
bilitatis tamquam pura, & simplex, multo
fortius ad perpetuitatem trahi non potest, ut
ponderant *Bec. cons.105. num.32. lib.1., Ton-*

dut. resol.civil. cap.49. nu.41., et seqq, Rota post Cenc. de Cens. dec.476. num.6., dec.506. num.4., et decis.507.num. 2.

Consignatio prædiorum *di Lugliano*, &
17 *Nogna* evidenter resultat nedum ex par-
titis Castri, in quibus illa post divisionem
inter hæredes fideicommissarios initam, in
eorum faciem traslata exiterunt, verum
etiam ex quo super illis allegarunt cautelam
18 Angeli, & ulterius etiam ad illorum ven-
ditionem devenerunt, ex quibus omnibus
profecto de Prædiorum traditione ambigi
nequit, *Rota cor. Celso dec.173. num.52., et seq., et in rec. dec.407. num.2., et seqq., et dec. 323. num,1., et seqq. p.18., et decis.270. num.1., et seqq. par.19.*

Perperam tamen vindicare satagunt Acto-
res Prata *di Costacciaro* sub obtentu, quod
licet tamquam libera Horatii dimissa fuerint
19 favore Juliæ in transactione, attamen cum
empta appareant per Nicolaum, ideo in exe-
quutionem ejusdem transactionis restitui de-
beant. Hujusmodi enim emptio expleta fuit
à dicto Nicolao nomine Horatii ejus Nepo-
tis, ac cum pecuniis ejusdem, ut litteraliter
præsefert emptionis Instrumentum, & ideo
ritè, recteque in transactione ad commodum
Juliæ relaxata exiterunt.

Tandem frustra petuntur fructus nonnullo-
rum Locorum Montium, supponendo, quod
exacti non fuerint vivente Horatio; assum-
20 ptum namque nullo modo justificatur, om-
nesque præsumptiones militant in contra-
rium, cum quilibet censeatur diligens in exi-
gendo, & votis semper ipsasmet celeres præ-
veniat Kalendas, ad notata *per Paris. cons. 137. nu.13., et seqq.. Surd. dec.105. num.20., et seqq., Rot.dec.111. num.9. et 10. par.17, et dec.117. num.8. par.19. rec.*

Cæterum eo libentius quo ad omnes præ-
dictas partitas censuerunt DD. consiare de
adimplemento transactionis, attenta adeo
21 longeva taciturnitate 60., & ultra annorum,
quibus sanè hæredes fideicommissarii non
acquievissent, si Julia plenarium transactio-
nis adimplementum omisisset, *Paris. cons. 137.num.12. lib.4., Cephal. cons.240 num.8. & 9., Surd.d. dec.105. num.4., Rota dec.241. num.18.par.15., & dec.150. num.14., & 15. par.19. recen.*

Et ita utraque &c.

EUGUBINA FRUCTUUM.

Veneris 29 Januarii 1712.

ARGUMENTUM.

Non reddens rationem de bonis hæreditariis, ad hæreditaria debita etiam in bonis propriis tenetur.

Qualitas hæreditaria ex exactione creditorum hæreditariorum, venditione bonorum, & contractibus cum debitoribus hæreditariis initis inducitur.

SUMMARIUM.

1 *Defectus redditionis rationis de bonis hæreditariis hæreditariam qualitatem inducit.*

2 *Condemnatus in bonis propriis ad solutionem debitorum hæreditariorum in contradictorio Judicio, non potest de hæreditaria qualitate amplius excipere?*

3 *Qualitas hæreditaria inducitur in transigente cum creditoribus hæreditariis.*

4 *Qualitas hæreditaria inducitur ex exactione creditorum hæreditariorum, & alienatione bonorum.*

5 *Repudiatio hæreditatis post expiratos terminos à Iure præfixos non attenditur.*

6 *Repudiatio hereditatis expleta postquam hæres in talibus actis versatus fuit, ad quos citra jus, & nomen hæredis non poterat devenire, fraudolenta reputatur, & non attenditur.*

7 *Repudiatio hæreditatis eo fortiùs non attenditur, quando post ipsam hæres denuò devenit ad actus hereditariam qualitatem omninò inducentes.*

8 *Allegatio hæredis modo de uno, modo de altero possessionis titulo, creditorum præjudicium non attenditur.*

9 *Intentionis fundamentum est omninò probandum,*

10 *Testamenti apertitio facta ad Instantiam interesse habentis, seù illud se habere prætendentis, qui pretensum hæredem omninò citare debuit, præsumptionem inducit, quod dictus heres de testamento notitiam habuerit.*

11 *Testamenti scientia presumitur in illo, qui se in tutorem à Judice confirmari postulabat.*

12 *Tutor in testamento scriptus, Judicis confirmatione non indiget, bene verò quando testator extensam voluntatem commutavit.*

DECISIO DCCI.

IN executionem transactionis initæ inter Juliam Biscacciantem, & hæredes fideicommissarios Horatii de Bilis, de qua in geminis decisionibus coram me editis sub die 27. currentis, prolatum fuerat à Judice Compromissario Laudum, cujus vigore Laurentius, & Leoncilus de Andreonibus non liquidatis partitis favore dictæ Juliæ admissis, obtentoque à Judice incompetenti mandato exequutivo, occuparunt omnia bona Michaelis Angeli ejusdem Juliæ hæredis.

Hinc in gradu appellationis prodiit sententia decernens reintegrationem ad possessionem eorundem bonorum, nec non restitutionem fructuum interim perceptorum, qua subinde ab A.C. confirmata, ac per Signaturam canonizata cum clausula S.P., Laura de Raphaellibus prædicti Michaelis Angeli hæres dd. bonorum possessionem recuperavit.

Reassumptaque postmodum per ejus successores disputatione cor. R.P.D. tunc A.C.

Petra

Petra super restitutione fructuum, Mandatum pro summa scut 2714. reportarunt, una cum exequatur pro scut. 2500. sine præjudicio residui contra personas, & bona propria Andreoni, & Pauli de Andreonibus hæredum dd. Laurentii, & Leonelli.

Devoluta per appellationem Causa ad nostrum Tribunal, eaque satis superque discussa in tribus decisionibus coram R.P.D. meo Priolo, responsum fuit, *procedendum esse ad legitimam executionem dd. Mandati, & exequatur*; quibus omnibus adhuc non acquiescentes Paulus de Andreonibus, ac Sorores de Caccia causam habentes à prædicto Leonello, novam commissionem mihi directam reportarunt cum clausula *S. P. quoad Mandatum contra bona hæreditaria Leonelli, in reliquis alteri qui ad ulteriorem legitimam*; ad ejus normam proposito per me hodie consueto dubio, DD. procedendum esse ad ulteriorem legitimam responderunt.

Posita enim subsistentia Crediti illorum de Raphaellibus, quæ in dubium amplius revocari non potest, utpote plenè emergens ex deductis in præfatis decisionibus, & canonizata per Signaturam cum clausula S. P.,
1 eo ipso, quod Rei conventi sunt hæredes Leonelli, nec de ejus bonis rationem reddunt, utique evitare non possunt executionem adversus Personas, & bona propria, ex firmatis in Decisionibus præcedentis instantiæ 6. *Maii §. Iustitia, & 5. Decemb.* 1707. §. *Confisto itaque cor. R.P.D. meo Priolo*.

Et sane defectus redditionis rationis nunquàm fuit in controversiam deductus, solumque qualitas hæreditaria Andreoni, & Pauli
2 respectu Leonelli impugnabatur, hæc tamen patenter resultat, ex quo idem Andreonus tam nomine proprio, quam uti Tutor, & Curator Pauli (ambo enim in utroque Testamento à Leonello condito hæredes scripti fuerant) judicialiter condemnatus extitit ad solutionem debitorum hæreditariorum, *Bartol. in L. gerit num. 4. ff. de acquir. hæredit., Rota coram Pamphil. dec. 574 nu. 4., & in Eugubina Fideicommissi 23. Aprilis* 1706. § *Quarto probatur cor. Rmo D. meo*
3 *Decano*, successivè cum altero ex Creditoribus hæreditatis renunciando beneficio legis, & inventarii transegit, eumque dimisit, *L. eum debitum Cod. de Jur. delib., Sard. cons. 12. num. 46., Rota cor. Pamphil. dict. dec. 574. num. 1., & 11., dec. 655. nu. 4. cor. Emerix Iun.*, credita ad illam spectantia exe-
4 git, *L. pro herede §. Papinianus ff. de acquir. hæredit., Mans. consult. 624. num. 21.*, ac demum plura corpora hæreditaria alienavit, ut per *Text. in d. L. pro hærede vers. servos hereditarios ff. de acquiren. hered*, probant *Mantic. de conjecturis ult. volunt. lib. 12. tit. 12. num. 9., Cyriac. controv. 244. num. 14., Rot. cor. Bich. decis. 66. num. 1., & 19., & cor. Buratt. dec. 523. num. 3.*

Non obstat, quod hujusmodi hæreditas postmodum repudiata fuerit per Andreonum mediante protestatione ab ipso anno
5 1678. emissa; Ultra quod ea enim attendi nullatenus meretur utpote facta longe post terminum à Jure sancitum pro repudiandis hæreditatibus *in L. fin. §. 1., vers. cum igitur C. de jur. delib.* Cessat penitus difficultas,
6 tum quia prædicta protestatio præcisè expleta fuit ad eludendas urgentis Creditoris molestias, prout quotidie fieri solet, & per consequens atteutis dd. actibus præcedentibus qualitatem hæreditariam perspicuè importantibus, inefficax omnino reputari debet ad inducendum ejusdem hæreditatis repudiationem, ad tradita per *Rot. in Perusina Dotis 20. Iunii 1701. §. Quoad actus cor. cla. me. Card. Caprara, & in Viterbien Salviani 18. Iunii 1708. §. Nec demum coram Rmo D. meo Decano*, cum concordantibus relatis in *Romana Cappellaniæ 3. Iunii 1711. §. Secundo validius cor. R.P.D. meo Ansaldo.*

Tum & fortius, quia etiam post dictam pro-
7 testationem, Andreonus, & Paulus quamplures actus gesserunt, qui citra Jus, & nomen hæredis fieri non poterant, proindeque data etiam subsistentia repudiationis, ab ea ex actibus subsequentibus recessisse dicendum est, ad *Text. in L. si Paterna C. de repud., Rot. cor. Cerr. dec. 97. num. 7., & 8., & decis. 48. num. 6., & 7. par. 9. rec., & in dicta Perusina Dotis 20. Iunii 1701. § Verum cor. cla. me. Card Caprara, & in dicta Viterbien. Salviani 18. Iunii 1708. §. final. coram Rmo D. meo Decano.*

Absque eo quod quidquam suffragari valeat replicatio, quæ novissimè in Signatura Justitiæ promota fuit, quod scilicet omnes præfati actus processerint ex supposito, quod vigeret primum testamentum Leonelli, adeout tamquam erronei ex defectu consensus subsistere nequeant. Semper enim in anteactis Causæ propositionibus Rei conventi mordicus sustinere conati sunt, quod habita notitia secundi Testamenti, hæreditatem Leonelli repudiaverint, quemadmodum
8 videre est in *decis. edita 5. Decembris 1707. §. Non impugnatur coram R.P.D. meo Priolo*, atque ideo variando, & destruendo ad libitum defensionis præsidia, perperam modo confugere satagunt ad ignorantiam secundi Testamenti.

Eoque potissimum, quia tantum abest, ut
9 ista concludenter probetur, prout opus esset, cum sit fundamentum eorum intentionis, *Mascard. de probat. conclus. 879. n. 39., Cyriac. controv. forens. 128. num. 112., Rota dec. 283. num. 10. part. 13. recen.*, quin potius penitus exclusa remaneat, ponderando, quod
10 secundum Testamentum apertum fuit ad Instantiam Commissarii Rev. Fabricæ, ad effectum cogendi hæredes ad legatorum piorum adimplementum, & consequenter præsumendum est, quod postmodum pro eodem adimplemento citati fuerint, & in omnem casum scientiam Testamenti publicè, & palam aperti dissimulare non possunt, *Roman. cons. 350. num. 20., Mascard. de probat. conclus. 349. n. 16., Rot. dec. 265. n. 2. p. 10. rec.*

Et sanè hoc ipsum clarè convincitur, ex
11 quo idem Andreonus, cui in primo testamento commissa fuerat Tutela, & Cura Pauli nepotis, post aperitionem secundi expostulavit, & obtinuit à Judice in Tutorem confirmari; hujusmodi enim confirmatio superflua extitisset, nisi habuisset scientiam se-
12 cundi testamenti. Tutor namque ab ascendente in testamento designatus, Pupilli bona administrare potest absque Judicis confirmatione, quæ tunc solùm requiritur cùm Testamentum minus legitimè factum, seu revocatum fuit juxta censuram *Text. in l. qui à Patre ff. de confirmat. Tutor, vel Curat. ibique Glosf.*, *Bart.*, cæterique Doctores.

Firmata ex his qualitate hæreditaria Andreoni, & Pauli respectu Leonelli, altera ejusdem Pauli, & Sororum de Caccia quoad Andreonum in dubium non revocatur, ut advertit ultima decisio præcedentis instantiæ §. *Et quamvis cum seq. cor. R.P.D. meo Priolo.*

Et ita unica tantum Parte informante, altera verò dilationem petente responsum fuit &c.

TARRACONEN. BENEFICII.

Veneris 29. Januarii 1712.

ARGUMENTUM.

Quando agitur de collatione Beneficii facienda ex dispositione hominis in personam Sacerdotis actu celebrantis, litteræ Apostolicæ dicuntur verificatæ, & si Papæ fuerit reticitum per actualem Sacerdotem à majori parte Patronorum præsentatum, quod aderat Clericus fundatori consanguineus à Compatronibus similitèr nominatus, cum attenta istius incapacitate, satis sit, quod in reliquis litteræ verificentur.

SUMMARIUM.

1 *Litteræ Apostolicæ dicuntur verificatæ, si agatur de beneficio, quod Sacerdotem actu, & de linea fundatoris primò requirat, etiam si fuerit reticitum à Præsentato adesse Clericum fundatori conjunctum, & pariter nominatum*, & num 11.

2 *Testator vocans ad beneficium Sacerdotem actu, vel saltem in Sacris Ordinibus constitutum, simplicem Clericum semper excludit.*

3 *Sacerdotis nomen potius prædicatur de actu celebrante, quam de Clerico.*

4 *Testator vocans ad beneficium à se erectum aliquem Sacerdotem cum additione qualitatis actu celebrandi, Clericum semper excludit.*

5 *Testator, etiam si in una tantum suæ dispositionis parte qualitatem Sacerdotalem expresserit, eam tamen semper voluisse præsumitur.*

6 *Dictio* -- ut prædictum est -- *est præcedentium, & cum omnibus suis qualitatibus repetitiva.*

7 *Testator eas conditiones, quas in parte narrativa dispositionis expressit, præsumitur voluisse in sua dispositiva.*

8 *Litteræ Apostolicæ à Præsentato ad Beneficium expeditæ, dicuntur verificatæ, etiam si in eis fuerit reticitus concursus Clerici fundatori conjuncti, & primò vocati, cum Beneficium actu celebrantem requirat.*

9 *Litteræ Apostolicæ verificatæ dicuntur, etiam si Patronus se ipsum nominaverit, & expresserit se fuisse à majori parte Patronorum, quando non adsit æquè vocatus capax beneficii.*

10 *Clericus, ex quo intra annum ad Sacros possit Ordines promoveri in concursu ad Beneficium, quod actualem celebrationem requirat, cum Sacerdote actu celebrante, huic præferri non potest.*

DECISIO DCCII.

Beneficium, quod fuerat fundatum usque de anno 1383. à Berengario, & Espunia Conjugibus in Ecclesia Sancti Petri Villæ de Reus. vacavit ultimo loco per obitum Pauli; & quoniam fundatores reservaverant sibi donec viverent Juspatronatus activum, & post eorum mortem declaraverant, quod spectare deberet ad manumissores electos in suis tabulis, una cum Sacristis dictæ Ecclesiæ, & duobus probis Viris de genere suo, videlicet uno pro quolibet ex præfatis Conjugibus, ideo fuit ab uno ex Sacristis, & duobus aliis Compatronis præsentatus Joseph Presbyter.

Verùm quia alter Sacrista, & alter ex Compatronis postmodum præsentarunt Balthassarem Clericum, qui etiam uti Compatronus adhæsit nominationi, supplicando pro ipsiusmet admissione: quamobrem prædictus Joseph Jura Juribus addere cupiens, provisionem Apostolicam ejusdem Beneficii impetravit, expeditque desuper litteras, iisque verificatis coram Ordinario, possessionem nactus fuit, à quibus omnibus reclamante ad Signaturam Balthassare, ex quo nõ fuerat citatus in verificatione litterarum, rescriptum fuit -- *Ad Rotam ex integro apposito sequestro*- Unde causa mihi commissa, proposui dubium -- *An litteræ Apostolicæ sint exequendæ, vel potius an, & cui sit danda Institutio &c.*, & DD. pro executione litterarum Apostolicarum responderunt attenta illarum justificatione.

Cum enim fuerit expositum Summo Pon-
1 tifici, quod Joseph fuerat præsentatus à majori parte Patronorum, quodque nullus aderat de genere fundatorum, qui esset Presbyter, vel in Sacris Ordinibus constitutus, pro narrativæ verificatione adverterunt DD., quod hic agitur de Beneficio qualitatem Sacerdotalem habente, eo quia in Testamento legitur, ut præsentetur qui inventus fuerit Presbyter, vel in Sacris Ordinibus constitutus, quæ omnia undique justificata apparent ex ipsa littera fundationis.

Ibi namque disponitur, quod præsentari debeat aliquis de genere Fundatorum, qui in-

Inventus fuerit *Presbyter*, *vel in Sacris Ordinibus, ita quod perpetuo conferatur Presbytero, vel in sacris Ordinibus constituto de genere Berengarii, si reperiatur Presbyter, & si non fuerit de dicto genere repertus Presbyter, vel in sacris Ordinibus constitutus, tunc præsentetur de genere Esfuniæ Presbyter celebrans, vel in sacris Ordinibus constitutus, ut prædictum est, & in casu, quod de utriusque Fundatoris genere Presbyter celebrans, vel in sacris Ordinibus constitutus, ut prædictum est non fuerit repertus, tunc detur Beneficium aliis idoneis Presbyteris in sacris Ordinibus constitutis loci de Reus &c.* superaddito tandem onere, quod semper teneatur *Presbyter, & in sac. Ordinibus constitutus esse omnibus horis diurnis, pariterque nocturnis in Ecclesia de Reus, & etiam celebrare tribus diebus in qualibet septimana perpetuo in Altare &c.*

Ex qua sanè dispositione aperta, & clara resultat voluntas Fundatorum circa actuali-
2 tatem Presbyteri, vel saltem Ordinis Sacri; certum quippe est, quod in circumstantiis præsentis hypothesis *Presbyter* intelligi debet de actu Sacerdote, quia Fundatores dum prius demandaverant esse præsentandū Presbyterum per modum augmentativum, atque extensivum tribuerunt Patronis facultatem præsentandi, *vel alium in Sacris Ordinibus constitutum*, prout est de natura dictionis, *vel*, quę juxta subjectam materiam sumitur pro *saltem*, ad notata per *Rebuff. in L. verbum oportere 37. §. final. ff. de verbor. significat.*, aliaque relat. per *Barbos. dict. 414.*
3 *num. 7.*, sicque de necessitate verbum *Presbyter* accipiendum est in sensu rigoroso actualis Sacerdotis, alioquin extensio, & augumentatio facultatis non verificaretur, ut ad sensum patet.

Eoque fortius prædicta procedere dixe-
4 runt DD. omittentes leviora, quia verbo *Presbyteri* addita fuit qualitas celebrantis, quæ profecto solis actu Sacerdotibus convenit, *Rocc. disput. Jur. capital. 190. num. 3, Amostaz. de Caus. piis lib. 3. cap 5. num. 3., & seqq., aliisque congest., Rota in Regien. Jurispatron. 16. Januarii 1707. §. Eoque evidentius coram Reverendiss. D. meo Molines Decano.* Non attento, quod prædicta
5 qualitas reperiatur adjecta solum Presbytero de genere Esfuniæ, non autem Presbytero de genere Berengarii, cujus est Balthassar, quoniam in primis deprehenditur ex toto contextu fundationis, conjunges æqualitatem voluisse, illamque in omnibus servasse, ac præterea etiam hanc qualitatem communem esse omnibus utriusque fundatoris descendentibus.

Verum ulterius ex duplici, & quidem
6 valida circumstantia censuerunt DD. carere difficultate, quod verbum *celebrans* qualificet utriusque descendentes, quarum prima est, qualitatem celebrantis superadditam quoad proximiores Esfuniæ fuisse relativam ad præcedenter disposita, ut denotant illa verba, *ut prædictum est*, *Rota coram Coccin. dec. 1616. num. 9., & in rec. dec. 322. num. 5. par. 15.*, & per consequens referri etiam ad Proximiores Viri.

Altera vero magis stringens elicitur ex
7 parte conditionali, in qua pariformiter qualificantur Descendentes Fundatorum ibi, *Et in casu, quod de utriusque Fundatoris genere Presbyter celebrans, vel in sacris Ordinibus constitutus, ut prædictum est non fuerit repertus, tunc detur Beneficium aliis idoneis Presbyteris in Sacris Ordinibus constitutis &c.*, proindeque asserendum venit in parte dispositiva eodem modo fuisse qualificatos, cum benè pars conditionalis inservire valeat ad declarationem dispositivæ, *Rota in Aquitana Beneficii 2. Julii 1708. §. Omnem difficultatem cor. R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore.*

Firmata itaque ex prædictis verificatione
8 litterarum in narrativa qualitatis Sacerdotalis insitæ Beneficio, remanet consecutivè verificata altera expressio, quod nempe nullus alius aderat de genere Fundatorum, qui esset Presbyter, vel in Sacris Ordinibus constitutus, cum non controvertatur Balthassarem esse simplicem Clericum.

Prout etiam satis videbantur justificatę lit-
9 teræ in alia parte, in qua expositum fuit, Joseph præsentatum fuisse à majori parte Patronorum; quoniam prætermissa disputatione qualitatis Patronalis hinc inde excitata) si Balthassar fuit nulliter præsentatus, ex quo reperitur in simplici statu Clericali, quando Lex fundationis requirit actu Præsbyterum, vel in Sacris Ordinibus initiatum, ex traditis per *Lambertin. de Jurepatr. lib. 2. quæst. 10. art. 4. num. 17. cum seq.*, *Rota cor. Cavaler dec. 231., & coram Buratt. dec. 680. utrobique num. 1.*, utique Iuspatronatus hac vice remansit consolidatum in Patronis legitimam, & ad tenorem erectionis præsentationem explentibus, *Rota in Compostellana Parochialis 8. Junii 1696. §. Eoque facilius coram Reverendiss. D. meo Molines Decano, & in Leodien. Beneficii 25. Februarii 1707. §. Et nihilominus coram R. P. D meo Ansaldo*, itaut pro verificato haberi debeat, Josephum fuisse præsentatum à majori parte Patronorum, juxta deducta in *Veliterrana Beneficii 7. Decembris 1708. §. Nulla siquidem cor. R. P. D. meo Crispo.*

Absque eo quod ullam mereatur animadversionem, quod Balthassar valeat promoveri ad Sacros Ordines intra annum, nam si
10 in præsentato requiritur actu, vel Sacerdotium, vel saltem, quod Sacris Ordinibus sit insignitus, profecto qualitas adjecta verbo præsentationis debet concurrere de illo tempore, *Rota cor. Emerix Jun. dec. 248., 278., & 312., & in Rom. Cappellaniarum 20. Aprilis 1711. coram R. P. D. meo Trio-*
11 *lo*, ac consequenter nullo modo adstringebatur Joseph narrare Summo Pontifici adesse simplicem Clericum de Parentela Fundatorum, quando iste minimè capax esse pote-

pnterat ob tinendi Beneficium, ex huc usque firmatis.

Et ita utraque &c.

ROMANA IMMISSIONIS.

Lunæ prima Februarii 1712.

ARGUMENTUM

Generalis hypotheca, quam habet creditor etiã super nominibus debitorum sui debitoris, si nulla interveniente vel legis, vel hominis inhibitione, ea à d. debitore exigantur, illicò super illis cessabit.

Census extingui potest etiam per dationem insolutum unius rei.

SUMMARIUM.

1 *Restitutio in integrum semper datur adversus rem judicatam injustam.*

2 *Immissio nunquam competit, quando deest hypotheca super re, ad quam petitur.*

3 *Titulus, sub quo res aliqua judicialiter postulatur, designat, an eadem res sit, vel non sit in dominio petentis.*

4 *Commoditas percipiendi fructus ex fundo, illius possessionem, & dominium in eos percipientem non transfert.*

5 *Dominium rei non satis probatur ex illius locatione à detentore facta ex legato de illa scripto, ac ex illius descriptione in inventario, cum hæc omnia ad nudam detentationem referantur.*

6 *Tituli mutationem allegans, eam tenetur concludenter probare.*

7 *Creditor census ad effectum se de fructibus satisfaciendi, potest petere nomine sui debitoris, & uti illius creditor illum met alteram immissionem, ad illud aliud fundum, quam pro altero censu activo sui favore creato idem debitor adversus alterum suum debitorem petere posset*, & n. 8.

9 *Census extingui potest mediante datione in solutum alicujus rei, cum hæc sit actus retrosimilis, & necessaria non sint numeratio pecuniæ, eaque secuta, qualibet etiam hypotheca cessabit*, & n. 16.

10 *Solutio debiti hæreditarii facta sub figura hæredis ab eo, qui hæreditatem adivit, & inventarium confecit, licet postquam inscio creditore hæreditatem repudiaverit, attenta istius bona fide sustinetur.*

11 *Hypotheca super nomine debitoris tamdiù durat, quamdiù ejus debitum.*

12 *Solutio facta à debitore suo creditori licet debitis involuto, quoties tamen adhuc suorum bonorum administrationem habeat sustinetur.*

13 *Creditor de nullitate, & collusione redarguens, uti sibi præjudicialem dationem in solutum pro extinctione census omni libertate sequtam, inter suum debitorem, & alterum debitorem istius, dicitur exceptio de jure tertii, & in suo congruo judicio deducenda.*

14 *Census extinctio facta à Curatore hæreditatis illo gravatæ, citatis ad valvas omnibus interesse habere prætendentibus, valida reputatur, & si adessent filii, & hæredes debitoris, qui specialiter non fuissent citati.*

15 *Census sine numeratis pecuniis nequit creari.*

17 *Creditor certus exigens à suo debitore creditum sine molestiis concreditoris, licet anterioris, vel scientia de isto, nequit de collusione redargui.*

DECISIO DCCIII.

Censum in forte scutorum 900. impositum anno 1601. per Octavianum Petit super Vinea extra Portam Flaminiam existente, Fulvia Ruiz cesserat Juliæ Trinciæ Uxori Ruggerii Sen de Saldonis.

Subinde anno 1618. Saldonius filius, ac hæres d. Juliæ in Uxorem duxit Juniperam Sabbatinam, & pro illius dotis in summa scutorum 10. m. constitutæ securitate omnia sua bona hypothecavit.

Alienavit postmodum prædictus Octavianus Petit d. Vineam favore Cæsaris Carabellæ, qui ad prætii computum, censum, quo ea gravabatur in sese accollavit: Cum autem tam ipse, quam ejus hæredes essent morosi in solutione fructuum, hinc d. Junipera, ac eius filius associationem obtinuerunt ad d. Vineam, ejusque fructus perceperunt usque ad annum 1685.

Post hæc eadem Junipera insolidum cum Ruggerio jun. filio anno 1671. censum in sorte scurorum 1000. favore Æquitis Nicolai Sylvæ imposuerunt, & pro illius fructibus assignarunt nonnulla loca montium.

Tandem sæpedicta Junipera, & Ruggerius accedente etiam solidali obligatione Margaritæ Moriconæ ejus Uxoris, alium censum scutorum 625. ad favorem Petri Antonii Delphici constituerunt. Cumque deinde fundum censitum pluribus hypothecis obnoxium esse compertum extitisset, ad evitandam mandatorum executionem, quæ tam pro traditione fundi liberi, quam pro fructuum decursorum solutione expedita fuerunt, debitores assignarunt, ac in solutum dederunt creditori supradictum censum scutorum 900., qui successivè extrictus fuit à Curatore hæreditatis d. Cæsaris Carabellæ mediante traditione d. Vineæ fundi censiti.

In hoc rerum anfractu supradictus Æquea Nicolaus Sylva judicium immissionis ad dictam Vineam in vim utilis Salviani Interdicti coram A. C. intentavit ad effectum sese satisfaciendi de fructibus census usque ab anno 1671. per Juniperam, ejusque filium impositi, in cujus quidem judicii prosecutione R.P.D. Odoardus, cæterique fratres de Sylva Nicolai hæredes sententiam favorabilem reportarunt, à qua in gradu restitutionis in integrum commissa mihi causa ad instantiam Conventus, & PP. Beatæ Mariæ de Monte Sancto Urbis à prædicto Delphico causam ha-

habentium, propositoque consueto dubio, DD. *constare de causis* responderunt.

Iniustitia enim Sententię A. C., quæ viam
1 sternit in integrum restitutioni, ac rem judicatam semper excludit, ut vulgata sunt Jura, de quibus *Rot. cor. Emerix. jun. dec.* 103. *n.* 2., *& dec.* 633. *n. primo*, clarè resultat ex eo, quod Vinea controversa nunquam fuit in bonis debitorum d. census, &
2 per consequens deficiente hypotheca, quæ Mater Salviani dicitur, immissio ad illam nullatenus concedi poterat, *Rot. cor. Bich. dec.* 561. *n. primo*, *& cor. Cerro dec.* 34. *numero primo*, *& in rec. dec.* 26. *n.* 11. *p.* 19.

Et sane quod possessio, & dominium dictę
3 Vineæ ad prædictos debitores Sylvæ non spectaret, apertè convincitur ex ipsomet titulo, qui ad hunc effectum in contrarium adducebatur; Junipera enim, & Ruggerius associationem ad illam obtinuerant ad hoc, ut de fructibus census scutor 900. à Carabella Accollatario debitis satisfieret, & proinde
4 cum nuda detentatio tantum, ac commoditas percipiendi fructus in eos translata fuerit, corruit exindè fundamentum eorum possessionis, & dominii, ad tradita per *Baratt. in L. ab emptione n.*8. *ff. de pact.*, *Card. de Luc. de Judic. disc.* 44. *n.* 27., *Rot. cor. Merlin. dec.* 487. *n.* 5., *& in rec. dec.* 643. *n.* 14., *et seqq. p.* 18., *dec.* 381. *n. primo*, *et dec.* 568. *n.* 9. *p.* 19.

Atque hinc nihil penitus ad intentum suf-
5 fragatur, quod dict. Vinea usque ad obitum per Ruggerium retenta appareret ex ejus inventario, quandoque locata per eum fuerit, & ulterius etiam ab ipso legata extiterit; etenim locationes, & legata cómodè referri possunt ad jus percipiendi fructus, quo utpote Salvianista fruebatur, *Ruin. cons.* 48. *n.*6., *et* 10. *lib. primo*, *Postb. resol. Civil.* 43. *n.* 8. *et seqq.*, *Rota dec.* 700. *nu.* 5. *p.* 18., *dec.* 119. *n.* 4. *p.* 19. *rec.*, *et dec.* 794. *nu.* 3., *et seqq. cor. Emerix jun.*

Vel in omnem casum data clara eius de-
6 tentione in Salviano, altius profectò per probationes undequaque concludentes probanda esset hujusmodi tituli mutatio, ac interversio, *Rota dec.* 264. *n. primo p.* 56., *et dec.* 354. *n.* 42. *p.* 19., & præcise in his terminis *d. dec.* 700. *n.* 2. *p.* 18. *tom.* 2. *rec.*

Agnita assumpti veritate Scribentes pro fratribus de Sylva, novum defensionis præsidium adstruere satagebant ex eo, quod isti tamquam creditores Juniperæ, & Ruggerii, uti possent omnibus juribus eidem compe-
7 tentibus, & proinde quemadmodum dd. debitores vigore census scutor. 900. immissionem obtinere poterant ad Vineam de qua est quæstio, ita eadem actio prædictis actoribus suffragari debeat.

Verum ultra quod eisdem obstat proprium factum, quia immissionem ab A. C. obtinuerunt ad effectum consequendi fructus census scutorum 1000. ad eorum favorem impositi, non autem alterius scutorum 900. ad suos debitores spectantis, ideoque locum sibi vindicaret vulgatum adagium, *quod potui nolui &c.*, cessat penitus vis obiecti, ex quo sępedictus census scutor. 900. mediante
9 datione in solutum pro solutione alterius debiti extinctus fuit, & per consequens resoluta, ac perempta extitit quævis hypotheca, quam illius vigore fratres de Sylva experiri poterant, *Conciol. allegat.*61. *sub n.*9., *Rota dec.* 425. *n.*6., *et* 7. *p.* 5., *et dec.* 345. *n.*4. *p.* 18. *rec.*

Non attenta duplici replicatione; altera quod alienatio d. census pro rata scut. 275. subsistere nequeat, quia expleta extitit à
10 Guidone, & Margarita, postquam ille Legatum, et ista hæreditatem Ruggerii repudiaverat; & altera quod d. census in præjudicium anterioris hypothecę favore illorum de Sylva contractæ nullatenus extingui poterat.

Etenim respectu primę, cum in Delphico Cessionario nullo modo probetur scientia prædictæ repudiationis à cedentibus iactæ, & e contra ejus bona fides satis superque resultet, ex quo Margarita hæreditatem Ruggerii adiverat, ac inventarium confecerat, utique hujusmodi contractus sub adeo fundata credulitate gessus, undequaque subsistit, ex firmatis per *Rot. cor. Baratt. decis.* 344. *n.* 20., *& cor. Vbald. dec.* 773. *num.* 11., *et dec.* 43. *n.* 16. *cor. R.P.D. meo Ansaldo*, *et in Interamnen. reintegrationis* 7. *Decembris* 1711. §. *levioris momenti coram me*.

Quo vero ad secundam, animadvetterunt
11 DD., quod hypotheca super nomine debitoris tamdiù durat, quamdiù viger idem no-
12 men, quotiescumque tamen nulla intercedente inhibitione legis, vel hominis solvitur Creditori adhuc integro, suorumque bonorum administrationem habenti, ut in hypothesi, per hujusmodi profectò solutionem ita extincta remanet præcedens hypotheca, ut ea exerceri amplius nequeat adversus posteriorem creditorem legitime dimissum, ad *text. in l. nomen debitoris C. quæ res pign. oblig. poss.*, *Salgad. in Labyr. cred. p.* 2. *cap.*28. *n.* 11., *et p.* 3. *cap. primo n.* 128., *et seqq.*, *Conciol. d. alleg.* 51. *n.*9., *Card. de Luca de cred.*, *et debit. disc.* 14. *num.* 11., *et disc.* 40. *n.* 15., *Adden. ad Baratt. dec.* 793. *nu.* 13., *Rota dec.* 357. *n.*29., *et seqq. p.* 9. *rec.*, & in terminis census, late probant *Roderic. de annu. reddit. lib. primo qu.* 18. *n.* 45., *Cenc. de cens. qu.* 72. *n.* 6, *et seq.*

Perperam vero ad effugiendam hanc difficultatem obyciebant fratres de Sylva, quod
13 extinctio d. census mediante datione in solutum fuerit nulla, & collusiva; omisso enim, quod hæc est exceptio de jure tertii, quodque in omnem casum discutienda esset in suo congruo judicio, adhuc impictæ nullitates nullo modo subsistunt. Prima namque
14 ducta, ex quo datio in solutum facta fuerit per Curatorem deputatum hæreditati jacenti Cæsaris Carabellæ, quando aderant Lucia, & Maria filiæ, & hæredes Matthei prædicti Cæsaris filii, corruit ex facto, dum non pro-

probatur, quod tunc temporis essent in humanis prędictæ filiæ Matthei, quodque Avi hæreditatem adiverint, & ulterius ex documento deputationis constat, citatos fuisse per affixionem omnes interesse habentes, ac hęredes sese esse prætendentes. Quapropter nemine uti hærede Cæsaris comparente, ritè, rectèque deputatus extitit Curator ejusdem hęreditati jacenti, juxta quotidianam praxim, de qua *Ridolph. in prax. p. prima cap. 5. n. 12., et 13.*

Eademque insubsistentiæ nota laborat altera nullitas, quæ ex defectu actus retrosimilis per numerationem pecuniæ desume-
15 batur. Actualis enim pecuniæ numeratio re-
16 quiritur quidem in creatione census, non autem in illius extinctione, immo ex datione in solutum resultat valida extinctio census per actum retrosimile, ut animadvertuot *Genc. de cens. qu. 107. n. 17., Rota post eumdem dec. 290. n. primo, et dec. 84. n. 2. post Modern. Asculan. ad Stat. Vrbis.*

Collusio tandem adversus d. dationem in solutum excitata nullo modo probatur. Ete-
17 nim non constat, quod tunc adessent alii Creditores Cæsaris, qui urgerent, multoque minus convincitur in Delphico illorum scientia; cumque ipse ceteroquin esset indubitatus creditor Cęsaris ex causa d. census scutor. 900., utique absque ulla collusionis, & fraudis nota sui crediti satisfactionem consequi potuit. *per text. in L. qui autem §. apud labeonem ff. quæ in fraud.*, cum concordan. relatis per *Bardellon. cons. 183. n. 7., et sequen., et per Gobb. consult. 89 n. 8., et seq.*

Atque ex his superfluum existimarunt DD. improbo labore assumere examen crediti dotalis Juniperę, & Margaritæ, quarum altera favore fratrum de Sylva, & altera ad commodum Delphici obligationem contraxerat, utraque enim Dos suas patitur difficultates, & huc usque dicta satis superque exuberant ad causæ resolutionem.

Et ita utraque &c.

AUXIMANA, SEU CAMERINEN. FIDEICOMMISSORUM.

Lunæ 15. Februarii 1712.

ARGUMENTUM.

Maximè utilis, ac in foro frequens hic deciditur casus, quando sub filiorum nomine veniant nepotes, & quando non. In transversalibus fideicommissis repræsentatio inter collaterales non datur.

SUMMARIUM.

1 *Immissio competit hæredibus scriptis ad bona defuncti.*
2 *Hæres potest libere disponere de bonis suis liberis.*
3 *Substitutio reciproca, quam ordinavit testator inter primo institutos, nisi fuerit inter ulteriores descendentes per eum repetita, extinctionem fideicommissi super istor non secumfert.*
4 *Amplia si testator sit usus dictione illa* – di loro – *quę ad primos tantum institutos referibilis reputatur.*
5 *Coniectura in contrarium non remittuntur, etiamsi ageretur de fideicommisso ascendentali.*
6 *Amplia quando testator agnationem, et perpetuitatem non contemplavit.*
7 *Clausula* in llitpes, & non in capita *secumfert modum succedendi in fideicommissis, non vero illud de gradu ad gradum extendit.*
8 *Reciproca inter institutos ad diversum gradum non se extendit.*
9 *Repræsentatio non juvat nepotes, quando filii in conditione positi non sunt distinctæ personæ à primo vocatis.*
10 *Proximitas gravati, et non gravantis attendenda est.*
11 *Representatio non se extendit ad transversales, presertim quando testator transitum de una ad aliam lineam non expressit.*
12 *Observantia, quam gravati instituti inter sese usi fuit, multum operatur pro interpretatione fideicommissi, illiusque purificatione.*

DECISIO DCCIV.

Licet per duas sententias Rotales R. P. D. mei Ansaldi, præviis de more decisionibus pronunciatum fuerit, dandam esse immissionem Canonico Pelleono, & Razzanti hęredibus testamentarii Octavii Cimæ ad bona libera ejusdem, nec non ad illa provenientia ab Octavio Batzio, ex quo in personam prędicti Octavii Cimę ordinatum fideicommissum ab eodem Batzio expiraverat, tamen hisce judicatis minimè acquiescentes Cajetanus, & Benutinus, qui succubuerant, appellatione interposita, curarunt in hac tertia instantia causam mihi committi: Unde in hodierna audientia proposito consueto dubio, DD. pro confirmatione sententię responderunt.

Cum enim nulla caderet difficultas super validitate, ac super Jullitia quoad bona libera Octavii, sed totius causę momentum redigeretur ad bona provenientia ab Octavio Barzio, DD etiā quoad ista existimarunt, sententiam R.P.D. mei Ansaldi confirmatoriam alterius R.P.D. mei Crispi undequaque subsistere, quia satis notum est hæredibus
1 scriptis in testamento ritè, & rectè condito, prout hic verificatur, concedendam esse immissionem ad omnia bona libera defuncti in vim *Leg. fin. C. de edict. Divi Adrian tollen.*, qualia profectò dicenda sunt illa, quæ à sepedicto Octavio Barzio proveniunt.

Quod autem non obstante istius fideicommisso hæc bona fuerint effecta libera in Octa-
2 vio, adeout potuerit de ipsis disponere favore cujuscumque, ad regulam *text. in §. disponat Auth. de Napt., & l. in re mandata C. mandat.* evidenter desumebatur ex testamen-

3 mento, in quo Barzius institutis filiis, iisque invicem substitutis, in casu obitus sine filiis, aut filiabus, considerans, casum quod omnes substituti decederent sine filiis vocavit suas filias supervenientes, *e se non li loro figli, ò figlie &c.* ut latius habetur in testamento, & decisionibus hujus causę, atque signanter in illa R.P.D. mei Ansaldi 16. *Junii* 1710. §. *Respectu vero*, ac per consequēs si purificato primo casu, quia omnes instituti decesserant sine filiis, factus fuit locus alteri substitutioni, quo tempore jam premortua Francisca solus Octavius ejus filius, & Caietanus, ac Benutinus ex Thoma altero filio nepotes superstite erant, utique favore Octavii dumtaxat, non autem
4 aliorum nepotum purificatum fideicommissum est asserendum, nec est permittenda extensio ad ulteriorem gradum, videlicet ad Nepotes, ex celebri *Text. in L. Gallus* §. *Idem credendum ff. de liber.*, *& posthum.*, & aliis de quibus in decisionibus, accedente potissimum illa dictione personalissima *di loro*, quæ immediatam præsefert relationem.

Neque à prædictis recessum suadere po-
5 tuerunt conjecturæ afferri solitæ, quandoquidem illæ habitæ fuerunt debiles, atque insufficientes ad inducendam limitationem mox insinuatæ regulæ, etiamsi agatur de successione ascendentis, præsertim quia urgentiores militabant in contrarium, & deficiebat contemplatio agnationis, & quę-
6 cumque nota perpetuitatis, ut optimè animadversum fuit in præcitatis decisionibus, ac præcipuè in prima edita *coram R.P.D. meo Crispo* §. *Remissaque*, *usque ad* §. *Cum ex supra deductis*.

Prout nec etiam ullam vim fieri posse pu-
7 tarunt DD. in clausula *in stirpes*, *& non in capita*, quam adhibuit Testator, quia illa deprehenditur apposita ad regulandam successionem, non ad extendendum fideicommissum, quod pariter excludebat extensio-
8 nem in præsentibus circumstantiis, quantumvis inter primos Institutos adesset reciproca substitutio, quæ non valet comprehendere gradum diversum, *Menoch. consil.* 982. *n.*4., *aliique relati in secunda decisione R.P.D. meo Ansaldi* §. *Si vero*.

Irrelevans quoque visum fuit quidquid di-
9 cebatur de filiis filiarum positis in conditione, nam isti non sunt personę distinctæ ab illis, quæ fuerunt vocatę in institutione, ac propterea nullum potest desumi argumentum pro comprehensione Nepotum; absque eo quod recurri valeat ad repræsentationem, per quam Cajetanus, & Benutinus reponantur in pari
10 gradu cum Octavio; quoniam cum certa sit conclusio, quod proximitas gravati, & non gravantis attenditur, nullo modo in istis
11 terminis locum sibi vindicare poterat repræsentatio inter Collaterales, quæ ad hoc gradus haud quaquam extenditur; potissimum quia non verificabitur hic fieri transitum de una linea ad aliam, ex latissimè firmatis in decisionibus utriusque præcedentis Instantiæ, & benè in postrema §. *Ex his cū seq.*

Quam sane intelligentiam fideicommisso Barsii dederunt ipsimet Cajetanus, & Benutinus, dum permiserunt, quod mortuo Constantio, Octavius pacifice omnia controversa bona, usque ad ejus obitum possideret,
12 ut tanto magis ex hoc facto observantiam summopere attendendam inducente, declarata fuerit Testatoris voluntas, quatenus aliquam ambiguitatem involueret, *Decian. respons.* 1. *num.* 31 t., *& seq. lib* t., *Rota decis.* 342. *num.* 9. *par.* 18. *rec. tom.* t., & ponderant decisiones editæ in antecedentibus instantiis, ad quas DD. ad inutilem repetionem evitandam se remissivè habuerunt.

Et ita unica parte tantum informante, cum altera pars pluribus lacessita intimationibus conparere noluerit.

REATINA FIDEICOMMISSI DE SEVERIS SUPER EXPENSIS.

Ven. 19. *Februarii* 1712.

ARGUMENTUM.

In hac decisione disponitur, quod expensæ Judiciales reficiendæ sint usque ad obulum per succumbentem, & in qua summa taxentur extrajudiciales declaratur.

SUMMARIUM.

1 *Rota non solet recognoscere substantiam expensarum, quando Signatura causam ei commisit cum clausula* ab excessiva.

2 *Expensæ sunt dupplicis generis, judiciales, & extrajudiciales.*

3 *Expensarum quantitas fere probatur ex fide Notariorum.*

4 *Expensæ coram A. C. taxantur in scutis tribus prò qualibet Instantia, & in Rota in scutis decem.*

DECISIO DCCV.

IMpetrata ab Archidiacono Joanne Baptista, & aliis de Severis vigore fideicommissi Joānis Baptistę Senioris in pluribus Instantiis etiam in gradu restitutionis in integrum promotis Immissione ad Tenutam di Selva Rotonda possessam à Bartholomeo, aliisque de Vecchiarellis, deventum fuit ad taxationem expensarum, verum illi tot sententiis, tum A.C., tum nostri S. Auditorii minimè acquiescentes reclamarunt ad Signaturam, quæ rescripsit cum clausula -- *Parito Judicato*, *& ab excessiva tantum*, *& amplius* -- Unde commissa mihi hac postrema disceptatione, proposui in hodierna audientia Dubium -- *An constet de excessiva Taxatione expensarum* --, & Negativum à DD. responsum habui.

Omisso siquidem examine super expensarum substantia stante rescripto Signaturæ, de
1 quo supra, in quibus terminis S. Rot. nunquam hujusmodi inspectionem assumere consuevit, & semper protestata est, & signanter in *Theatina Jurisdiction. super expensis* 28. *Martii* 1710.

1710. §. *Tantominus cor. R. P. D. meo Cri-
spo*, existimarunt DD in casu controverso nul-
latenus considerari posse excessum, quoniam
2 cum duplicis generis sint expensæ per suc-
cumbentem Victori reficiendæ, videlicet Ju-
diciales, & extrajudiciales, ex notissimis,
utique primæ usque ad obolum sunt persol-
vendę, ad *Text. in L. properandum §. Quin au-*
3 *tem C. de Judic.* nullum excessum præsefere-
bant, quia de illarum quantitate legitima, satis
constabat ex notula, & attestatione Nota-
riorum, necnon ex actis Causæ, *Rota in
Vercellen. Decimarum super fructibus, &
expensis 23. Junii 1710. §. Pariformiter co-
ram Reverendissimo D. meo Molines De-
cano.*

Quovero ad extrajudiciales, & istas arbi-
trati sunt DD. omni Jure debitas esse in ta-
4 xata quantitate, nam fuit in illarum taxatio-
ne servatus stylus, tam Tribunalis A.C., quam
expensas inibi factas calculando ipsas in scu-
tis 3., quam nostri S. Auditorii, taxando istas
in scut. 10. pro qualibet Instantia, ut dictum
fuit in *Majoricen. Collegiaturæ super expen-
sis 11. Januarii 1709. §. Omnes cor. R. P. D.
meo Crispo, & alibi passim.*

Et ita unica tantum Parte &c.

NOVARIEN. BENEFICII.

Lunæ 22. Februarii 1712.

ARGUMENTUM.

Quando beneficium sub falsa narrativa fuit à Papa impetratum, litteræ Apostolicę exequendæ non sunt.

SUMMARIUM.

1 *Arbitrium regulatur à Iure.*
2 *Litteræ Apostolicæ subreptionis, & obreptionis vitio laborantes nullæ sunt.*
3 *Expediens litteras, quod Papæ enarravit, debet concludenter probare, & verificari facere.*
4 *Jus Patronatus sub bonorum universalitate comprębenditur.*
5 *Narrativa, quod tale jus est controversum inter Compatronos, quando lis principaliter versatur in tota hæreditate, sub qua illud comprębendatur, dicitur non verificata, & Papæ consensum removet.*
6 *Patroni dicuntur in possessione præsentandi, & si lis sit inter eos de pertinentia primogenituræ, sub qua beneficium de Jurepatronatus comprehenditur.*
7 *Beneficium dicitur letigiosum si lis sit inter præsentatos; non verò si res sit inter prætendentes hæreditatem illius comprehensivam sub titulo universalitatis bonorum.*
8 *Beneficium dicitur subreptitiè obtentum, si Pontifici non fuerit Patronorum possessio demonstrata.*
9 *Beneficium cum clausula* dummodo *concessum, semper favore legitimi illius Patroni possessionem reservat.*
10 *Patroni licet in possessione percipiendi fructus hæreditatis non sint, sub qua Beneficium de Jurepatronatus comprehenditur, uti de bonorum universalitate, Jus præsentandi tamen ad illud sese possidere dicuntur.*
11 *Verificatio generica litis Pontifici enarratæ, & non distinctè individuatæ, ac reticitia possessio Patronorum de jure præsentandi, gratiam tamquam ex falsa causa obtentam inficit.*

DECISIO DCCVI.

PEndente pluribus ab hinc annis in Senatu Mediolanensi controversia inter Dominicum, & Aloysium super pertinentia Primogenituræ ordinatæ ab Ambrosio Caccia Episcopo Castrensi secumferentis Juspatronatus ad plura Beneficia, & signanter ad illud sub invocatione B. M. V. Lauretanæ, quoties medio tempore istius Beneficii casus vacationis evenerit, iidem Collitigantes convenerunt in pręsentando, nam de anno 1695. Dominicum, eoque ab humanis erepto de anno 1710. Jacobum præsentarunt.

Hac nihilominus minimè attenta præsentatione, Joannes Antonius sub narrativa, quod cor. Judice competente Patroni contendebant de pertinentia Jurispatronatus, impetravit à S. Sede pręfatum Beneficium cum derogatione ejusdem Jurispatronatus, expedivitque desuper litteras Apostolicas, ad quarum etiam exequutionem Vicarius Generalis Judex deputatus inaudita Parte devenit. Sed habito per Jacobum recursu ad Signaturam, rescriptum fuit - *Parito litteris arbitrio Rotæ, apposito sequestro, & subinde Causa extitit commissa bo. me. Cassarello, in cujus locum subrogatus proposui DD. examinandum dubium* -- an intret arbitrium pro retardatione, & mihi -- *affirmative responderunt.*

Tritę namque sunt regulę, quod arbitrium
1 regulatur à Jure, quodque Jus ipsum denegat exequutionem litterarum Apostolica-
2 rum, quatenus illæ vitio obreptionis, & subreptionis laborent, ut exinde DD. visum
fuerit litteras de quibus agitur nullo modo
exequutionem promereri posse, cum ob narrativam falsi, necnon ob reticentiam veri,
evidenter utrumque vitium, obreptionis scilicet, & subreptionis involuant, *Rot. dec. 55.
n. 9. coram Buratt, & in rec. dec. 24. num. 5.
par. 5. tom. 1., & dec. 179. nu. 12. cum seqq.
par. 12.*

Fuit siquidem narratum falsum Summo
Pontifici, dum fuit eidem expositum, litem
pendere super pertinentia Jurispatronatus
coram Judice competente, quando tamen
3 nulla lis indicatur, quæ valet hujusmodi narrativam verificare, prout agens ad justificationem litterarum probare tenetur, ad vulgata Jura, de quibus in *Monasterien. Cappellaniæ 25. Novembris 1711. §. Defectum autem coram Me.*

Neque prędicta obreptio evitari potest ex
eo quod

eo quod lis revera in Senatu Mediolanensi agitetur inter præsentantes super pertinentia primogenituræ, cui jus patronatus est an-
4 nexum, quandoquidem etiam si jus patronatus una cum adjudicatione primogenituræ venire debeat, quia transit cum universitate bonorum, *Vivian. de jurepatron. lib.4.cap.2. num.1.& seqq., de Luc. eodem tract.disc.19. n.14., Rosa dec.615. n.2 p.19.rec. tom.2.*, ta-
5 men hoc tantum fit dependenter, & accessoriè, adeout ad effectum de quo res est, minimè dici possit controversiam præcipuè versari super istius pertinentia, ut firmavit *Rot. dec.1. de jurepatr. in nov.*, & aliis allegatis *dec.558. n.17. cor. Bichio*, ubi latissimè, ac propterea dubitari non poterat de obreptione removente consilium necessarium in summo Pontifice, qui ad gratiæ concessionem inductus dignoscitur ex credulitate, quod narrativa principaliter respiceret quæstionem pertinentiæ jurispatronatus, *Rot.cor. Cassad. dec.3. n.4. nt lit. pendent., & coram Bich d.dec.558.n.18., & seqq.*

Reticuit etiam veritatem Joannes Antonius, quia Summo Pontifici non exposuit,
6 quod patroni erant in possessione, vel quasi præsentandi, non obstante, quod inter se de primogenitura disceptarent, quam sanè possessionem præsentandi acquirere potuerunt, *Natt. conf.145. n.15., de Luc.de jurepatron. disc.61.n.6., Rot. cor. Rembold. dec. 591 per tot., & signanter n.20., & benè cor. Bich. d.dec.558. n.22.*, cum contentio non esset super Beneficio adjudicando certitudinariè uni ex iisdem primogenituram præten-
7 dentibus, in quibus terminis Beneficium dici nequibat litigiosum, quia requiritur ad hunc effectum lis inter præsentatos promota, ex adductis in sæpedicta *dec.558. num.21. cor.Bich., & in Januen. Abbatiæ 27. Junii 1707. §. Posita coram Rmo D. meo Molines Decano.*

De qua patronorum possessione, si non ex-
8 titit certioratus Summus Pontifex, utique dicendum est gratiam esse subreptitiam: nam sine dubio concurrente hac narrativa, vel non fuisset concessa, vel saltem cum majori difficultate, *Modern. Roman. discept 4. n 55., Rot. dec.311. n.7. cor. Cels*, & potissi-
9 mum ex quo superaddita fuit clausula, *dummodo de tempore Datæ præsentium non sit in eo alicui specialiter jus quæsitum*, quæ satis clarè demonstrat voluntatem Pontificis non fuisse præjudicandi patronis existentibus in possessione, vel quasi præsentandi, *Rota cor. Rembold. d.dec.591.n.12., & seqq., & cor.sa me. Alexand.VIII. dec.263. n.18., & in rec.dec.97.n.3.p.3.*

Absque eo quod ullam mereatur animad-
10 versionem, quod patroni non sunt in possessione perceptionis fructuum primogenituræ, & consequenter nec quoque juris præsentandi inter fructus connumerari soliti: quoniam quidquid sit circa alios fructus primogenituræ apud DD. certum fuit, patronis acquisitum fuisse jus præsentandi ex ultimo statu, licèt alios fructus percipere non potuerint, quod satis est, ut dicatur mentem concedentis fuisse alienam à privando possessores jure præsentandi, quod notum est ultimo statui adhærere, ex vulgato *Text. in cap. consultationibus de jurepatr.*

Ex quibus omnibus in universum firmatis,
11 insuper constitit nequaquam sufficere verificationem litis eo modo, quo fuit narrata. Etenim conclusio locum sibi vindicare posset, si summo Pontifici ex narratis distinctè innotescere potuisset verus litis status, ac etiam, quod patroni erant in possessione, vel quasi præsentandi, secus autem quando, ut in præsenti hypothesi narratio facta fuit genericè, & confusè, ac sub silentio prætermissa quasi possessio patronorum, in qua reperiebantur, non obstante lite pendente, in quibus sanè circumstantiis cum agatur de præjudicio tam eorundem patronorum, quam præsentati, Summus Pontifex censetur inductus ad derogandum juripatronatui ex falsa causa gratiam penitus inficiente, juxta distinctionem, de qua *Rot. cor. Coccin. dec. 2079.n.12. & seq., atque in rec. dec.187.n.5. p.2., & dec.97. n 4.p.3.*

Et ita, utraque &c.

FIRMANA COMMENDÆ.

Lunæ 29. Februarii 1712.

ARGUMENTUM.

Judicium possessorium intentans, sibi non præjudicat, si ad aliud remedium pro recuperanda possessione convolaverit:

Disputatur an, & in quibus casibus competat hæredi hæredis gravati probare consumptionem detractionum à suo auctore factam, & quando similis probatio ad hæredem fideicommissarium pertineat. nec non etiam, in quo casu inventarii defectus valeat per æquipollens suppleri.

SUMMARIUM.

1 *Clausula* Constituti *possessionem civilem, & naturalem causat, eundemque parit effectum, quem vera traditio rei.*
2 *Clausula* Constituti *spoliato reintegrationem concedit.*
3 *Associatio, & immissio tamquam remedia possessoria postulatæ, præsumere faciunt rem, ad quam petuntur penes tertios existere.*
4 *In judiciis possessoriis petitio cujuscumque mandati, omne remedium possessionis recuperativum amplectitur.*
5 *Commenda erecta ab hærede gravato de bonis fideicommissariis, semper sustinetur pro ea rata, ad quam detractiones sibi competentes ascendunt.*
6 *Dos quæ ab hærede gravato fuit Commendæ assignata, semper in similibus detractionibus ab ipso prælecta præsumitur.*
7 *Detractiones non competunt, quando deest* inven-

inventarium, & lis est inter hæredem fideicommissarium, & hæredem hæredis gravati.

8 *Hæres fideicommissarius tenetur probare consumptionem detractionum factam à suo authore, firmando statum hæreditarium, quando agitur de anihilatione contractus initi ab isto cum tertio, & ultro citroque obligatorii.*

9 *Alienationes non æquare detractiones, est probandum à tertio possessore, quando ex parte hæredum non adducuntur alienationes cospicuæ, secus nec quando constet de modicis, quo casu hoc onus in hæredem fideicommissarium refunditur.*

10 *Processus circa quantitatem patrimonii semper peritorum relationibus compilatus, ac testium examine, supplet per æquipollens inventarii defectum.*

11 *Inventarium rigorosè factum, quando agitur inter tertium, & hæredem fideicommissarium non est necessarium, secus verò, quando res est cum creditoribus hæreditatis.*

12 *Alienationes factæ ab hærede gravato post dotationem Commendæ, & actus substantiam non tangentes, eidem Commendæ non præjudicant, ut se habent etiam alienationes ex causa necessaria sequutę, quæ in legitimam non imputantur.*

13 *Alienationes scut. 700. modicę reputantur, quando impugnatur contractus factu ab hęrede gravato, cujus legitima sit scut. 8000.*

14 *Transactio inita inter hęredem hęredis gravati, qui gravatus Commendam fundavit cum religione, ejus erectionem magis confirmat, non obstante exceptione alienationum precedentium in causam detractionum ab eodem fundatore factarum, & n. 20.*

15 *Retentio in causam legitimę per viam exceptionis opposita, adversus tertium immissionem petentem non admittitur.*

16 *Amplia, si dictus legitimarius cum petente immissionem transegerit, quod factum pręcedens inter eos sequntam confirmat.*

17 *Hæres factum sui authoris non valet impugnare.*

18 *Constitutio sa. me. Pii V. prohibens detractiones bonorum in forenses, non habet locum in erectionibus Commendarum S. Stephani.*

19 *Constitutiones Apostolicę Commendarum erectiones prohibentes de bonis in statu Ecclesiastico sitis, non habent oculos retrò, hoc est ad eas præcedenter peractas.*

20 *Ratificatio actus pręcedenter facti, novus non dicitur actus, sed dèpendens à primo, & supra n.6.& 14.*

21 *Scntentia privans Equitem gestatione Crucis, similibusque honoribus propter malos mores illius, Commendę fundationi non prejudicat, adeout bona illi assignata numquam libera remancant.*

DECISIO DCCVII.

PRonunciaverat A. C. sententiam favorablem, & adjudicativam possessionis illis de Adamis, & Guerreriis, non obstante, quod bona controversa fuissent assignata pro erectione Commendæ Sac. Religionis S. Stephani cum clausula *Constituti*, attenta nullitate, atque ineffectuatione prædictæ assignationis, quæ sententia non solum ob lapsum fataliuni transitum fecerat in rem judicatam, sed etiam subinde devoluta controversia ad nostrum sac. Tribunal, & causa commissa R. P. D. meo Priolo, disputatoque in Audientia 16. Januarii 1697. consueto dubio, -- *An constaret de re judicata, seu potius de causis restitutionis in integrum &c.* confirmationem habuerat, nam resolutum fuit -- *Constare de re judicata*, ex iisdem fundamentis, quæ animum prioris judicantis ad rejiciendam dictæ sac. Religionis, illiusque moderni Commendatarii March. Philippi de Nicolinis possessionem, impulerant.

Verum maturiori reassumpto quæstionis examine coram eodem R.P.D. meo Ponente, sub die 17. Aprilis anni proximè præteriti, Domini arbitrati sunt præcedentis resolutionis fundamenta esse undique insubsistentia, adeout responderint -- *recedendum esse à decisis* -- sed stante hoc decisionum conflictu, re hodie iterum per me tamquam subrogatum in locum R.P.D. mei Prioli proposita, & ad novam trutinam revocatis rationibus hinc inde deductis, solidiores habitæ sunt illæ posterioris decisionis, & consequenter responsum fuit pro persistentia in secundo loco decisis.

Nulla siquidem adesse poterat difficultas,
1 quod clausula *Constituti* de sui natura transferat possessionem civilem, & naturalem, *Rota in Romana redditionis rationis 1. Martii 1709. §. Verùm quia cor. R. P. D. meo Priolo*, quodque eosdem pariat effectus, quos parit vera & realis traditio, ex firmatis per *Rot. in Romana restitutionis dotis 20. Martii 1711. §. Profectò in fin.cor. R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*, ac
2 propterea vigore præfatæ clausulæ reintegratio prædicta sac. Religioni de possessione spoliata, veniat concedenda, *Rot. in Fanen. bonorum, seu transactionis 28. Martii 1707. §. Quo siquidem cor. Rmo Omanna*, cum aliis adductis *in 2. decis. hujus causæ §.1.*

Absque eo quod obstare possit instantia
3 promota à sac. Religione super associatione, & quatenus opus sit immissione; cum hæc remedia possessoria contraria appareant concessæ reintegrationi, ad quam Religio convolavit, & quæ præsupponit possessionem penes tertios existere; quandoquidem ceteris omissis, satisfecit responsio, quod sac Re-
4 ligio non se adstrinxit potius uni, quàm alteri actioni, sed pręter immissionem, & associationem petiit quodcumque aliud mandatum magis opportunum, ut exinde comprahensum dicatur omne remedium in progressu causæ deductum, per ea, quæ in puncto

ctu notant *Posth. de manut. observ 57. n.89.*,
& *Rot. apud eundem dec. 317. n.1.*, & *in Novarien. pecuniaria* 20. *Januarii* 1712. §. *Absque eo quod cor. me.*

Quibus positis censuerunt Domini, minimè attendendam esse oppositam ineffectuationem, ac nullitatem fundationis desumptam tum ex quo bona pro rata valoris scut. 6677. assignata in dotem ab Attilio essent fideicommissaria Vincentii Patris, tum etiam ex quo hujusmodi erectionibus obstarent
5 Constitutiones Apostolicæ; quoniam respectu qualitatis bonorum, etiam si non fuerit à sac. Religione impugnatum fideicommissum Vincentii, nihilominus statim Dominis constitit, Attilio competiisse detractiones legitimæ, Trebellianicæ, nec non Dotis maternæ excedentes medietatem hæreditatis, & longè superantes valorem bonorum pro dote Commendæ assignatorum, itaut pro mensura istarum detractionum, liberum eidem esset de bonis ad sui libitum disponere, ex juribus
6 vulgatissimis, exindeque dos constituta in fundatione presumi debeat prælecta in casum detractionum, ad *Text. satis notum in L. Marcellus §. Res quæ ff. ad Trebell.*, *de quo in Vasionen. fideicommissi* 21. *Martii* 1708. §. *Detractiones cor. Rmo Omanna*, & cum aliis pluribus cumulatis in allegata 2. *decis.* §. *Funditus.*

Non attenta replicatione, quod stantibus alienationibus præcedentibus, & defectu inventarii, locus amplius esse non poterat detractionibus, vel quod in omnem casum sac. Religioni ex juribus Attilii incumberet onus concludenter probandi, detractiones haud quaquam fuisse consumptas. Etenim
7 tunc solum tollitur facultas detrahendi ex præsumpta consumptione propter alienationes, & defectuum inventarii, quoties agitur inter fideicommissarium, & hæredem hære-
8 dis gravati, non autem quando, ut hic quęstio est cum tertio ex contractu ultro citroque obligatorio possidente, quia in hac secunda hypothesi non concurrentibus alienationibus conspicuis, hæres fideicommissarius tenetur prævia firmatione status hæreditarii probare alienationes expletas absorbere competentes detractiones, *Rota in Bononien. fideicommissi de Barzanis* 16. *Januarii* 1697. *fere per tot.*, & *signanter* §. *Quoniam pro omnimoda cum* §. *seq. coram Rmo D. meo Molines Decano*, & in illius confirmatoria 4. *Decemb.* 1699. §. *Et sanè cor. bo. me. Pio*, *in Ariminen.*, *seu Anconitana fideicommiss.* 18. *Junii* 1710. §. *Repetebat enim cor. Rmo Lacacen.*, & aliis plena mano congestis in 2. *decis.* §. *Funditus.* Præsertim ponderato maximo præjudicio, quod filio infertur in sua legitima, ut prosequitur eadem 2. *decisio ibidem.*

Et licèt quandoque tertius etiam possessor
9 gravetur onere probandi alienationes non ascendere ad quantitatem detractionum, tamen ut mox quoque insinuatum fuit, conclusio dumtaxat procedere posset, si adducerentur ex parte hæredum fideicommissariorum alienationes conspicuæ, secus autem, si è converso constet solummodo de modicis distractionibus, nam hoc casu probationis onus non transfunditur in tertium, juxta distinctionem quam conciliando Decisiones, & Doctores, frequenter amplexum fuit nostrum sac. Auditorium, & signanter in *dec.* 123. *n.*15 & *seqq. p.*16. *rec.*, *atq. in Eugubina Cautbelę Angeli* 23. *Martii* 1703. §. *Non attento cor. Rmo Omanna*, & *in d. Ariminen.*, *seu Anconitana fideicommissi* §. *Prevaluit coram Rmo Labacen*, & *in Narnien. ususfructus* 24. *Novembris* 1710. §. *Urgentius cor. Rmo D. meo Molines Decano*, & novissimè *in alia Eugubina fideicommissi super detractionibus*, & *melioramentis* 16. *Martii* 1711. §. *Sed cessare cor. R. P. D. meo Scotto Almę Urbis Gubernatore*, ut exinde semper resultare dignoverint Domini, hoc onere probationis nullo modo sac. Religionem esse gravandam.

Eoque libentius favore S. Religionis responderunt Domini, quia etiam si ex prædictis theoricis nullatenus status hæreditarius ab eadem esset firmandus, nihilominus ad
10 exaberantiam exibuit processum non multo post obitum Vincentii fideicommittentis prævio testium, & peritorum examine compilatum, occasione assignandi bona promissa pro dote Commendæ, ex quo sufficienter colligebatur, patrimonium d. Vincentii calculatum fuisse in scut. 16477., qui sanè status hæreditarius est attendendus, cum defectus inventarii per æquipollens valeat suppleri, ex deductis in sæpius allegata 2. *decis.* §. *Non*
11 *attento.* Potissimum, quia controversia non est cum creditoribus, sed cum hæredibus fideicommissariis, quorum respectu gravatus nec tenetur rigorosum inventarium conficere, *Gratian. discept.* 822. *n.*14. & *seqq*, *Rot. cor. Coccin. dec.* 1886. *n.*12., & *in Romana fideicommissi de Porta* 21. *Aprilis* 1704. §. *Non relevante cor. Rmo D. meo Molines Decano.*

Procedentes igitur Domini cum supradicto calculo firmare hæreditatem in scut. 16477., nequaquam ambigerunt determina-
12 re, quod alienationes pro parte illorum de Adamis, & Guerreriis deductæ, non essent habendæ in consideratione ad effectum ex illis deducendi consumptionem detractionum, utpote quia rejectis omnibus, quæ nequeunt inducere in casu præsenti consumptionis præsumptionem, nam vel non importarunt distractionem substantiæ rei, vel fuerunt posteriores erectioni Commendæ, vel tandem expletæ ex causa necessaria, ut sunt retrovenditiones censuum, nec non aliæ pro solvendis debitis testatoris, legatis, expensis ultimæ infirmitatis, ac funeris, ad evidentiam comprobatur, alienationes imputabiles ante fundationem Commendę non constituere summam scut. 700., ut in
13 *sum. additionali n.*5., ac proinde easdem è conspectu detractionum competentium in
longè

longè majori quantitate, scutorum scilicet plusquam 8000. modicas reputandas esse manibus palpabatur, clariorque validitas exceptionis Commendæ resultabat ex supradeductis § *Quibus positis*.

Accedentibus potissimum duabus transa-
14 ctionibus initis cum sac. Religione, prima nempe de anno 1620. à Doralice, altera verò de anno 1659. à Lucretia ejus nepote, & ab eadem Doralice ratificata, in quibus quantumvis celebratis de tempore magis proximo fundationi nulla ratio habita fuit de assertis alienationibus, sed viceversa erectio Commendæ extitit confirmata, ut propterea tanto minus post longissimi temporis lapsum, re non amplius integra, rigorosè veniat procedendum, cum si aliqualis dubietas ab initio potuisset forsan considerari, per istos actus subinde adeo solemniter gestos sublata remanserit, *Rot. in Basilien. Parochialis* 26 *Junii* 1702 §. *Periculo cor. R.P. D. meo Ansaldo, & in Firmana legitimæ* 27. *Junii* 1707. §. *Transactio cor. eodem.*

Neque promerebatur animadversionem
15 allegata retentio bonorum Commendæ pro creditis legitimæ Doralicis debitæ in bonis Attilii patris, & dotis Marphisæ uxoris ejusdem, pro qua ipse omnia sua bona hypotecaverat; nam præterquam quod Domini sunt arbitrati, has exceptiones non esse præsentis inspectionis, sed in suo congruo, & particulari judicio adversùs hæreditatem
16 Attilii promovendas, in promptu erat responsio, quod tam Doralix, quàm Lucretia, ut mox dictum fuit transigentes, consensum præstando confirmationi Commendæ, censentur quoad hæc bona assignata in dotem juribus sibi competentibus renunciasse, &
17 consequenter, quod Adami, & Guerrerii uti earundem hæredes contra sac. Religionem impugnando factum illarum, quas in Auctrices recognoscunt, ullam excitare prætensionem nequaquam valent, ad *Text. in L. cum à matre C. de rei vindic., & observat. 2. decis.* §. *Objectum namque.*

Sublata nullitate tangente qualitatem bonorum assignatorum, facilior evasit exclusio alterius nullitatis desumptæ à resistentia
18 Constitutionum Apostolicarum. Constitutio enim fa. me. Sixti V. prohibens alienationem bonorum stabilium in Forenses absque beneplacito Apostolico, non comprehendit erectionem Commendarum, ut resolutum fuit in *Forolivien Commendæ cor. R. P D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*, & bene advertit *2. decis.* §. *Vindicata.*

Reliquæ autem Constitutiones aliorum
19 Pontificum expressè vetantes etiam erectionem Commendarum super bonis in Statu Ecclesiastico, istæ non respiciunt Commendas præcedenter erectas, prout verificatur in præsentibus circumstantiis; minimè attento, quod fundatio Commendæ dicenda sit posterior Constitutionibus. eo quia transactiones expletæ de anno 1620., & 1659. spe-
20 ciem novæ erectionis præseferant; nam actus ratificativus, & confirmativus præcedentis, numquam dicitur omninò novus, atque independens à primo, ex firmatis in sæpedicta *2. decis.* §. *Non obstantibus cum seqq.*, & signanter ubi prima erectio quantum attinet ad assignationem bonorum valida deprehenditur, quia constat ex alibi deductis fuisse factam de propriis bonis fundatoris.

Nullius tandem relevantiæ esse crediderunt Domini ea, quæ circa ineffectuationem
21 deducebantur; quoniam sententia privationis contra Attilium lata, non est referenda ad defectum libertatis bonorum, sed ad mores parum decentes prædicti Attilii, quibus ordinem equestrem dehonestabat, & si ex post ipse, nec non alii continuarunt in possessione bonorum, jus suum metiebantur à lege fundationis, & à statutis sac. Religionis, quæ proinde non remansit præjudicata in suo primævo titulo, quem ex fundatione acquisierat, ad firmata in dicta 2. *decis.* §. *Nec plus cum seqq.*

Et ita, utraque &c.

ROMANA TESTAMENTI SUPER EXPENSIS.

Veneris 4. *Martii* 1712.

ARGUMENTUM.

In hac decisione explicatur quomodo liti debeat renunciari pro evitandis ulterioribus expensis, & quomodo illæ taxentur.

SUMMARIUM.

1 *Expensæ judiciales, usque ad obulum reficiuntur.*

2 *Extrajudiciales in Rota taxantur in scutis decem pro qualitate instantia, & ex fide Notariorum justificantur.*

3 *Renunciatio conditionatè facta, & non purè, ac simpliciter non attenditur.*

4 *Renunciatio, ut valida dicatur, debet in se liberam de solvendis expensis obligationem continere, ac Julii unius depositum ei debet præcessisse.*

DECISIO DCCVIII.

Marchio Pompeius de Mutis, qui tam nomine proprio, quam administrario suorum filiorum tres Rotales sententias sibi contrarias super validitate testamenti Marchionissæ Lauræ Cussidiæ de Maximis, nec non duo alia judicata pariter Rotalia super præstatione legatorum passus fuerat, praviis de more pluribus decisionibus, liti renunciavit, dum jam fuerat demandata causæ expeditio in tertia instantia, sed Abbas Franceuccius hac renunciatione non obstante curavit expeditionem, subindeque obtinuit taxationem expensarum, à qua interposita appellatione, illaque admissa à sola excessiva, proposui consuetum dubium, juxta

juxta quod à DD. respoosum fuit -- *non constare de excessiva*.

Quippe quia, sive considerentur expensæ
1 judiciales usque ad obolum persolvendæ, si-
2 ve extrajudiciales de stylo importantes scut. 10. pro qualibet instantia, censuerunt Domini omnces esse legitimè justificatas ex actis causę, atque ex nntula, & attestatione Notariorum, ut aliàs omissis, novissimè dictum fuit in *Reatina fideicommissi de Severis super expensis 19 Februarii mox elapsi cor.me.*

Neque ullam animadversionem promere-
3 batur renunciatio emissa io actis ante expeditionem causæ in tertia instantia, quoniam hujusmodi renuociatio, utpote facta sub conditiooe tum compensandi expensas cum quodam credito ipsius renunciantis, tum consequendi residuum, utique dici non poterat pura, simplex, & absoluta, qualis requiritur à nota *Constitutione fa. me. Innocentii XII. registratu in ejus Bullario in ordine la* 34., §. 43., & consequenter non inducebat excessivitatem expeosarum ex post solutarum, ad
4 quas evitandas debet iotervenire præcisa, & libera obligatio solvendi expensas, una cum deposito unius julii, ex latè firmatis in *Lucana præeminentię super expensis* 4. *Maii* 1705. *cor. R.mo Omanna*, ac prę seri im quia allegata compensatio respiciebat creditum, à quo prædictus Abbas Francuccius absolutionem in Tribunali A.C. reportavit.

Et ita, unica tantùm &c.

TUSCULANA SALVIANI.

Ven. 4. *Martii* 1712.

ARGUMENTUM.

Immissio nequit creditori concedi, nisi prius ille creditum liquidaverit, & adducitur ratio.

SUMMARIUM.

1 *Constitutio Ægidiana in Judicii possessoriis super re laicali inter mere laicor versatur.*
2 *Non habet locum, quando Sententia est injusta.*
3 *Immissio in Salviano ad hoc, ut possit concedi, non solum necesse est, quod creditum sit certum, sed alterius liquidum esse debet.*
4 *Explicatur ratio.*
5 *Creditum non potest liquidari juste, nisi omnia, quæ in eo compræhenduntur fuerint æstimata.*
6 *Estimatio rei in suspenso relicta in aliquo contractu, & delata ad tempus præsumi facit, ut eudem rei valorem in se contineat, & nequeat dici, quod pro nihilo fuerit habita.*
7 *Debitor tradens fundum prò solutione sui debiti, semper præsumitur fuisse accuratus circa illius extimationem, deque omnibus suis annexis, seu nil creditori donasse.*
8 *Judex, anteqnam immissionem concedat, debet esse tutus, non solum de realitate crediti illam à se postulantes, sed etiam de certa summa ab eo specificanda.*

DECISIO DCCIX.

Rancifcus Antonius sub fundamento asserti crediti in summa scut. 1034. provenientis à venditione Vineæ experta à suis Auctoribus usque de anno 1674. favore illorum de Uris, qui adhuc pro residuo pretii conventi, & respective fructuum recompensativorum allegabantur in dicta summa debitores, reportavit in Judicio Salviani ab A.C. immissionem ad Domum olim propriam prętensorum Debitorum, nunc autem possessam à Com: Maffeo, sed adversus hoc Judicatum habito recursu à succumbente ad Signaturam, Causa mihi commissa fuit cum clausula -- *conflito, quod sit locus Ægidianæ* -- Undè in sequelam proposui in hodierna audientia dubium -- *An sit locus Ægidianæ, vel potius sit danda immissio*, & DD. negativè in omnibus responderunt.

Licet enim respectu naturæ Judicii, Litigaotium, oecnoo rei controversæ, difficultas cadere nequeat, quod Ægidiana locum
1 sibi vendicare posset, cum quæstio agitetur in mero possessorio inter laicos super re laicali, *Rota dec.*63. *num.*2., & *dec.*561. *num.*7. *coram Cerr.*, & *dec.*5. *num.*5. *post. Pacif. de Salvian. interdict.*, tamen in casu de quo agi-
2 tur nihil ipsam operare posse dixerunt DD., quia ipsis constitit de injustitia sententiæ, ut sunt nota Jura, de quibus *Rota dec.*499. *n.*1. *par.*9., & *decis.*322. *ibique num.*1. *part.*19. *recent.*

Injustitia siquidem resultare dignoscebatur
3 ex eo, quod creditum Francisci Antonii illiquidum apparebat, quando tritæ sunt theoricæ, immissionem in Salviano tunc solum concedi posse, quoties creditum est undique certum, atque iodubitatum, noo tantum in genere, sed etiam io præcisa, & determinata quantitate, *Pacif. de Salvian. interd. inspect.* 1. *cap.*5. *num.*2., *Rota coram Bich. dec.* 183. *num.*4, & *in rec. dec.*191. *nu.*7. *par.* 18., ob
4 illam pręcipuam rationem, non adimeodi scilicet tertio possessori facultatem se se liberandi mediante dimissione Creditoris, *Rot. dict. dec.*191. *dicto num.*7. *par.*18. *rec.*, & *in Bononien. legati* 1. *Julii* 1709. §. *Ratio cor. R.P.D. meo Ansaldo.*

Hæc autem certa, & determioata quantitas nullo modo in præsenti hypothesi verificari posse visum fuit, quandoquidem (omissis omnibus circa dationem in solutum deductis) in facto adverterunt DD, quod Vinea vendita fuit de anno 1674. pro pretio sc.852., ad cujus computum anno sequenti fuerunt exbursata scut.300., sicque residuale creditum remanserat in scut.552., quæ pariter redacta fuerunt ad sola scut.94; nam de anno 1691. ipsimet venditores habuerunt penès se eandem Vineam tunc æstimatam in scut.458. non compræhensa tamen Crypta, & mu-

& muris, adeout calculatis etiam fructibus
recompensativis, qui stante quietantia exa-
rata de anno 1686. ab inde citra, usque ad di-
ctum annum 1691. non excedunt quantita-
tem scut. 106., totum creditum Francisci An-
tonii scut. 200. dumtaxat constitueret, pro-
5 indeque non firmato prius valore Gryptæ, &
murorum, utique non poterat in aliqua sum-
ma liquidari creditum, quod forsan facta
prædictorum æstimatione, & respective
contrapositione, penitus consumptum appa-
rebat.

Absque, eo quod animadversionem pro-
meruerit pretensio, quod nempe ex illis
verbis appositis, in Apoca -- *e li muri prin-
cipiati, e Grotta non sono stati valutati per
niente* -- arguendum sit, muros, & Gryptam,
vel nullius esse valoris, vel ea omnia fuisse
donata; nam istum intellectum crediderunt
DD. repugnare ipsis verbis quæ præseferre
6 constat exceptuationem harum rerum à va-
lutatione Vineę, & maxime in præsentibus
circumstantiis, in quibus agitur de debito-
7 re exsolvente proprium debitum, quem
semper præsumi debet accurate voluisse
Gryptam quoque, & muros æstimari ad sui
favorem pro diminuendo debito, & nun-
quam habuisse animum donandi suo Credi-
tori, *Rot. dec. 557. n. 21. par. 19 rec. tom. 2.*,
prout etiam quamvis ordine inverso Judex
prioris instantiæ admisit, eo quia in sententia
demandavit Gryptæ, & murorum, æstima-
tionem, & illorum pretii bonificationem,
sed postquam in eadem Sententia concesse-
rat immissionem, cum tamen è converso prius
8 debuisset fieri liquidatio dicti pretii, &
postea pro certa quantitate concedi immissio,
ut necessarium esse, ex supra deductis proba-
tum fuit.

Et ita utraque &c.

VADEN. CANONICATUS.

Lunæ 14. *Martii* 1712.

ARGUMENTUM.

In hac decisione disponitur, quod fœmina probans suam originem à fundatore Jurispatronatus, licet sit ad illius jus nominandi in masculorum defectu vocata, attamen præfertur illi, qui licet cognomen testatoris conservet; suam tamen descendentiam ab illo non probet.

SUMMARIUM.

1 *Præsentatus ad Juspatronatus, ultimum statum, fundationis Instrumentum, & nominationem in sui personam factam ab eo, qui est in quasi possessione præsentandi pro se habent, dicitur omnia necessaria se fovere requisita.*

2 *Institutio ad beneficium de Jurepatronatus debetur illi, qui à Patrono fuit nominatus.*

3 *Descendentia ex fide Baptismatis, fidibus testium, & Instrumentorum enunciativis concludenter probatur.*

4 *Præsentatio ad Beneficium in concursu plurium præsentatorum illa subsistinebitur institutio, quę promanavit à Patrono distincte suam originem à Fundatore probante ad cęterarum exclusionem, quæ promanarunt ab iis, simili probatione non gaudentibus*, & num. 6.

5 *Defectus probationis descendentiæ quoad unum gradum tantum, totam confundit descendentiam.*

6 *Jus præsentandi ad Beneficium inter compatronos controversum, illius subsistinebitur institutio, qui suam descendentiam à fundatore distincte probaverit, etiamsi iste suos descendentes à tali probatione liberasset, & refertur in quo casu.*

7 *Amplia si Fundator voluerit illud in sua familia versari.*

8 *Descendentia nequit ex cognomine probari, nisi alia requisita concurrant.*

9 *Verba fundationis à judice non sunt inteprętanda contra verisimilem mentem testatoris.*

DECISIO DCCX.

EX dotatione Cappellæ sub invocatione S. Spiritus in Ecclesia S. Angeli in Vado existentis, reservatum fuerat Juspatronatus activum favore descendentium Pauli Bartholucci, semper tamen cum prælatione masculorum, quos etiam quatenus idonei reperirentur, Fundator ad dictam Cappellaniam præsentari mandavit, & in eorum defectum voluit, quod Juspatronatus spectaret ad Laurentium Martellum, & ejusdem descendentes masculos. Et insuper adjecta lege, ut si aliquando prædicta Ecclesia in Collegiatam erigeretur (prout evenit) dicta Dos convertenda esset in Præbendam Canonicalem, firma remanente reservatione d. Jurispatronatus, ut supra.

Cum autem anno 1709. vacasset hujusmodi Canonicatus per obitum Marci Martelli quià Jo: Baptista de Martellis pręsentatus fuerat, hinc licet Dominicus Dini, utpote præsentatus à Maria Francisca de Barthnluccis, favorabile institutionis decretum ab Ordinario reportasset ad exclusionem Ubaldi Curtis, qui à Petro Martello præsentationem obtinuerat, attamen comparente subinde Sebastiano Francisco de Batholuccis ab Antonio Patere præsentato, Ordinarius eundem instituendum esse censuit.

Post interpositam ab hoc decreto appellationem, cum præsentatus à dicta Maria Francisca liti, & præsentationi renunciasset, ideo prædictus Ubaldus etiam ab eadem pręsentari obtinuit, disputatoque iterum hodie ad ejus instantiam consueto Dubio corme, DD. pro informante respnnderunt.

Clarè enim pro obtinenda institutione militare visa sunt ad ejus favorem tam ultimus status, quam & fortius Instrumentum fundationis. Et sane cum præsentatus fuerit à Pe-

rro

tro Martello, cujus familia est in quasi possessione præsentandi, quemadmodum convincitur ex ultima præsentatione facta à Jo: Baptista de Martellis anno 1686., quæ cum fuerit effectuata, satis superque exuberat ad hunc effectum, ad tradita per *Rotam coram Arguell. dec.87. num.6., & in Melevitana Jurispatronatus 31. Martii 1702. §. Ex hac igitur, & in confirmatoria 25. Junii 1703. §. Potissima autem ratio coram R.P D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore, & in Januen. Abbatiæ 27. Junii 1707. §. Quod autem coram Rmo D. meo Decano*, utique eidem assistit ultimus status, & per consequens denegari non potest institutio, juxta famigeratam Censuram *Text. in cap. consultationibus de Jurepatr., & cap. querelam de elect., de qua Rot. cor. Emerix Jun. decis.357. num.1., & in Mediolanen. Jurispatronatus 15. Februarii 1700. §. Ad patefaciendam coram Rmo D. meo Decano, & in Spoletana Jurispatronatus 19. Junii 1705. §. Momenti igitur cum seqq. coram Rmo Giennen.*

Fortius vero prædicto Ubaldo suffraga-
tur fundationis Instrumentum, in quo Jus-
patronatus reservatum fuit favore descen-
2 dentium utriusque sexus Pauli de Bartholuc-
cis, cumque ille præsentationem reportave-
rit à dicta Maria Francisca Pronepte Pauli,
ideo tamquam præsentatus á vero Patrono
juxta tenorem fundationis instituendus venit,
*Vivian. de Jurepatr. lib.12. cap.7. num.1.,
Rota coram Emerix Jun. dec.803. nu.1., &
in rec. dec.156. num.14. par.17., & dec.768.
num.1. par.18.*

Descendentia autem dictæ Mariæ à Paulo perspicue resultat per gradus distinctos ex fidibus Baptismatis, quæ cum ab Instrumentorum enunciativis, ac Testium depositionibus adminiculentur, plenam descendentiæ probationem constituunt, *Surd. cons.1. n.45. tom.7., Bonden. collect. legal.34. num.144., & seq. tom.1., Rota coram Arguell. dec.58. n.18., & cor. Zarat. dec.39. num.5., & coram Cavaler. dec.128. num.2., & dec.251. num.1., & seq. coram sanct. mem. Alexandro VIII.*

Atque hinc non obstat, quod Sebastianus
Bartholuccius præsentatus fuerit ab Antonio
Patre, & proinde ejus præsentatio sit præ-
ferenda, ex quo Fundator in subsidium tan-
tum, & per posterius fœminas ad hujusmodi
Juspatronatus admiserit. Etenim deficit salu-
4 taris probatio eorum descendentiæ à dicto
Paulo, cum tantum absit, ut constet, Bartho-
lomeum Avum esse filium ejusdem Pauli,
quin potius Sebastianus expresse fassus fuerit,
se hujusmodi gradum probare non posse;
quamobrem dicta præsentatio attendi non
meretur in concursu alterius factæ à Franci-
sca Maria, quæ distincte comprobat se de-
5 scendere á Paulo; defectus namque proba-
tionis quoad unum gradum, totam descen-
dentiæ probationem inficit, ac destruit, *cap.
licet ex quadam de Testib., & attestat., Ma-*

rescott. var. resol. lib.1. cap.70. num.1., Rota coram Duran. dec.8. num.4., & in Romana Fideicommissi 18. Junii 1700. fere per tot. coram Rmo D. meo Decano, & in Foroliven. loci Consilii 3. Julii 1711. §. Exclusa ex his coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore.

Nec relevat, quod in instrumento funda-
6 tionis cautum extiterit -- *quod Posteri, &
descendentes à d. familia de Bartholuccis non
teneantur probare eorum descendentiam, sed
ipsis sufficiat, quod non constet de contrario,
& hoc cum reputentur de d. familia ad effec-
tum consequendi Juspatronatus* -- Unde in-
ferri poterat, quod Antonius utpote de fa-
milia Barhtoluccia, non teneatur probare des-
cendentiam à Paulo. Hujusmodi enim illa-
tio procedere posset, quoticumque quæstio
esset super libertate Beneficii cum Ordina-
rio, vel ageretur inter illos de familia, &
extraneum, secus tamen, quando prout in
hypothesi, res est cum ea, quæ suam origi-
nem à Paulo per gradus distinctos demon-
strat, dum in his terminis alienum prorsus est
à verisimili fundatoris mente, quod fœminæ
indubitanter à se descendenti præferri vo-
luerit alium, qui nudum, & simplex co-
gnomen de Bartholuccis præsefert, ut distin-
guendo tradunt *Ciarlin. controv. forens. cap.
107. n. 67., & seqq., Card. de Luc. de Ju-
repatr. disc. 63. n. 39., Rota cor. Bich. deci-
sione 232. n. 16., & cor. Ninot. dec. 22. nu-
mero primo, & dec. 37. n. 5. p. 6., & deci-
sione 372. n. 8. p. 17. rec.*

Præterea si Fundator reservare voluit jus-
patronatus de quo agitur favore suorum
descendentium, non possunt profecto verba
superius recensita -- *Posteri, & descenden-
tes à d. Familia* -- sumi in adeo lata, & uni-
versali amplitudine, ut ad effectum in eo
succedendi sufficiat identitas cognominis de
8 Barhtoluccis. Cum enim nominis, & cogno-
minis assumptio unicuique libera sit, *per text.
in L. unica C. de mutat. nom., ibique Gloss.,
& DD.* Hujusmodi demonstratio non concur-
rentibus aliis univocis probationibus ineffi-
cax omnino semper reputari consuevit ad
concludendam familiæ identitatem, *Signo-
rell. de Homod. cons. 81. n.5., Ciriac. contr.
281. n. 29., & 30., Card. de Luca de fidei-
com. disc. 50. n. 15., Rota cor. Carill. deci-
sione 190. n.14., et 15., et in Tusculana im-
missionis 18. Martii 1695. §. Deficiunt cor.
bo. me. Muto.*

Et hoc ipsum de facto agnoverunt Anto-
nius & Sebastianus, qui proinde assumpse-
runt provinciam justificandi descendentiam
9 per gradus distinctos: cum autem hoc assum-
ptum se concludere non posse ingenuè fassi
fuerint, nullo modo confugere possunt ad dd.
verba fundationis, nec concurrere cum
Francisca, quæ distinctè suam originem à
Fundatore designat, ex auctoritatibus supra
allegatis.

Et ita unica tantum &c.

TARRACONEN. BENEFICII.

Lunæ 11. Aprilis 1712.

ARGUMENTUM.

Testaror, qui in fundando Beneficium de jurepatr onatus Ecclesiastico jussit cum expresso, atque pruries repetito verbo *semper*, quod eveniente vacationis casu, rector illius Ecclesiæ, sive superior, ubi fuit ordinatum, infra quindecim dies debeat præsentare, ac cum ista dispositione considerata longirudine loci à S. Sede, etiamsi vacaverit in mensibus reservatis, attamen à reservationibus illud omnino liberare noluisse idem Fundator præsumitur.

SUMMARIUM.

1 *Arbitrium regulatur à Jure:*

2 *Arbitrium intrat pro retardatione litterarum Apostolicarum, si illæ nullitate, et injustitia laborent.*

3 *Exclusio tacita à regula reservotionis eruitur ex verbis testatoris, quando disposuit, ut vacante beneficio, illico Patronus à se in tabulis vocatus debeat presentare noviter institutum.*

4 *Regula reservationis Apostolicæ implicat cum fundatoris mente, quæ ferat, ut eveniente vacatione, statim debeat Patronus nominatus alterum præsentare, illiusque recessum à Juris Canonici regulis præsefert*, et n. 6.

5 *Beneficium sub Apostolica reservatione cadens, termino limitato ad illius collationem non afficitur, presertim si sit ultra montes.*

7 *Præsentatio ad Beneficium, quando Fundator jussit fieri cum consilio, & assensu alterius, seu Superioris pro tempore illius Ecclesiæ, ubi fuit ordinatum, de sui natura immunis à reservationibus efficitur.*

8 *Presertim si concurrant circumstantie etiam leves.*

9 *Istæ circumstantiæ multum operantur, quando beneficium fuit à Laico erectum de bonis laicalibus. Secus si de bonis Ecclesiasticis, quo casu graviores requiruntur.*

10 *Dictio* in perpetuum *circa jus præsentandi ad Beneficium, quod resideat penes unum, licet sufficiens non sit ad eximendum à reservationibus Beneficium, juxta sensum Rotæ, attamen secundum casuum contingentias est interpretanda.*

11 *Rota pluries dubitavit circa tempus, quo fuit publicata Regula reservationis.*

12 *Regula reservotionis, quod remanserit exclusa à Beneficii Fundatore desumitur non tantum ab ejus animo, sed ab incompatibilitate dispositionis cum illa.*

13 *Beneficium in dubio, ut dicatur à reservationibus exemptum, observantiæ multum defertur, præcipuè si in suis mensibus S. Sedes de eo non provisit.*

14 *Collatio Beneficii titulo devolutivo facta ab Apostolico Nuncio, diversa est ab illa, quæ fit titulo reservationis.*

15 *Collatio Beneficii facta titulo devolutivo, dicitur fundatoris menti favorabilis.*

16 *E contra facta titulo reservationis, quando adest Patronus à Fundatore electus, illius voluntati contraria præsumitur.*

17 *Decretum irritans destruit observantiam in contrarium circa collationem beneficiorum, quando observantia est injusta, secus quando uniformis menti Fundatoris.*

DECISIO DCCXI.

VAcaverat de Mense Novembris anni 1709. Beneficium sub invocatione S. Jacobi in Ecclesia Parochiali Villæ de Tamarito Tarraconen. Diæcesis, ad quod Arnoldus fundator præsentari mandaverat à Rectore d. Ecclesiæ infra spatium quindecim dierum (sunt verba d. fundationis) *Præsbyterum bonum, et sufficientem cum consilio, et assensu Prioris Frotrū Prædicatorum, et Guardiani Fratrum minorum Tarraconæ, qui Præsbyter celebret semper ibi pro Anima mea &c., et intersit omnibus horis Dominicis, et necessariis, quę in d. Ecclesia celebrabuntur, et Missæ semper mortuo Præsbytero prædicti Altaris Rector Ecclesiæ de Tamarito conferat d. Altare infra spatium quindecim dierum, juxta formam superius huc usque comprehensam* -- hinc Franciscus Gasso juxta præscriptam fundationis legem ad illud præsentari obtinuit, & successive institutionem, ac possessionem ab Ordinario reportavit.

E' contra vero Joannes Forgada d. Beneficium à S. Sede impetravit, eo sub fundamento, quod utpote de Jurepatronatus Ecclesiastico obnoxium esset regulæ reservatoriæ Mensium, & A. C. litteras Apostolicas exequendas esse censuit. Quamobrem commissa mihi appellationis causa cum clausula -- *Parito litteris arbitrio Rotæ apposito sequestro* -- propositoque consueto dubio, DD. *instrore arbitrium* responderunt.

Constitit enim, litteras Apostolicas non
esse verificatas, præcipuè quoad reservatio-
nem controversi Beneficii in eis expressam,
1 proindeque arbitrium, quod iuxta Juris cen-
2 suram regulari debet, non patitur, ut illæ
executioni demandentur, ex vulgaris Juri-
bus, de quibus *Rota cor. Emerix jun. deci-
sione 469. nu. primo, & dec. 148. num. 4.
p. 19. rec.*

Exclusio aotem expressa reservationis,
quamvis non concurrat in hypothesi, tacita
3 tamen perspicuè desumitur ex littera funda-
tionis superius recensita. Fundator namque
semel, atque iterum anxiè demandavit, quod
d. beneficium semper conferendum esset ad
presentationem Rectoris Ecclesiæ Parochia-
lis, eamdemque perpetuitatis notam in om-
nibus dispositionis partibus adhibuit, atque
ideo attenta indole d. dictionis -- *semper* --
cujuscumque temporis, & casus complexivę,
quemadmodum designata apparet continua-
ta facultas Patroni absque interuptione, at-
que impedimento, ita per consequens re-
sultat

fultat incompatibilitas rcfervationis, ad firmata per *Pacion. de locat., & conduct. cap. 14. §. 6. n. 19., Modern. Roman. discept. Eccles. 25. n. 15., Adden. ad Pamphil. dec. 169. n. 17., Rot. cor. Rojas dec. 274. n. 8., & 9., & dec. 476. n. 10. p. 19. rec., & in Parmen. Benef. 16. Junii 1702. §. Evidentius cor. R. P. D. meo Ansaldo.*

Potissimum quia Fundator præscripsit Patrono terminum 15. dierum ad præsentandum. Cum enim hujusmodi limitata temporis præfixio expressum præseferat Fundatoris recessum à dispositione Juris Canonici in *cap. unic. §. Verum de Jurepatr. in 6.*, juxta quam terminus sex mensium ad explendam præsentationem Patrono competiisset, multo magis convincit incompatibilitatem cum
5 regula reservatoria, quæ nullo prorsus ad conferendum termino limitatur, nec profecto respectu controversi Beneficii in remotis Hispaniarum Regionibus existentis ad angustum quindecim dierum spatium coarctari poterat, ut præcisè animadvertit *Modern. Roman. d. discept. 25. nu. 16., & 26., Rota in d. Parmen. Benef. 16. Januarii 1702. §. Utique, & seqq. cor. R. P. D meo Ansaldo, & 27. Junii 1703. §. Ejusdem cor. Rmo D. meo Decano, & in Gerunden. Beneficii 12. Junii 1702. §. Responsum enim fuit cor. eodem.*

Ponderando signanter, quod eatenus Fun-
6 dator collationis tempus limitando, à d. Juris sanctione recessit, quatenus enixe voluit, quod Beneficiatus semper pro ejus Animæ suffragio celebraret, atque ideo nullo modo cum ejus voluntate compatibilis est reservatio, cujus vigore per plures, & plures menses differri poterat collatio, & interim pia Fundatoris vota defraudata extitissent, ut prosequuntur auctoritates mox adductæ, & signanter *Rota in dicta Parmen. Beneficii 16. Januarii 1702. §. Magis autem cor. R. P. D. meo Ansaldo.*

Tandem adstipulatur, quod præsentatio
7 ad sæpedictum Beneficium semper explenda est cum consilio, & assensu Prioris Fratrum Prædicatorum, & Guardiani Fratrum Minorum Tarraconæ ad effectum eligendi Presbyterum magis idoneum, & sufficientem. Quapropter licet Summus Pontifex quoties intraret reservatio, prædictum consensum superlativè supplere posset, utpote apprimè instructus de qualitatibus, & idoneitate illorum, quibus Beneficia confert. Attamen ex hac etiam circumstantia, quæ præcedentes roborat, atque confirmat magis magisque deprehenditur voluntas Fundatoris aliena prorsus à reservatione, atque unicè directa ad consilium, & assensum à prædictis Regularibus reportandum, ex firmatis per *Modern. Roman. d. discept. 25. nu. 25. in fin., Rota cor. Dunoz. jun. dec. 769. nu. 4., & cor. Rojas d. dec. 274. n. 11., & seqq., & in dict. Parmen. Beneficii 28. Ianuarii 1701. §. Quam quidem cor. R. P D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore.*

Quibus ita constabilitis, obstare visæ non sunt authoritates, quæ ad comprobanda incompatibilitatem fundationis cum reservatione Apostolica cumulabantur. Aliæ enim loquuntur in simplici casu, quo Juspatronatus reservatum fuerat cum clausula -- *toties quoties Beneficium vacare contingeret*, prout videre est in *Barchinonen. Beneficii 5. Decembris 1685., et in altera Barchinonen. Benef. 16. Ianuarii, & 12. Iunii 1686. cor. cl. me. Card. Matthejo, ac in Novarien. Canonicatus 1. Decembris 1690. cor. bo. me. Manuel.*, quarum proinde resolutionum termi-
8 ni nullatenus applicantur præsenti hypothesi, in qua concurrunt tot circumstantiæ pro exclusione reservationis, & ulterius legitur adiecta dictio -- *semper* -- quæ ex firmatis in *§. Exclusio autem*, restringi, & limitari non potest ad solum tempus vacationis in mense ordinario, & ad differentiam præfatæ clausulæ *toties quoties*, ut bene notat *Modern. Roman. sæpedict. discept. 25. num. 26. §. Hinc patet, & n. 27.*

Aliæ procedunt in terminis fundationis Beneficii factæ ex bonis Ecclesiasticis, ut in *Tirasonen. Prioratus 19. Novembris 1691. cor. Rmo D. meo Decano, & 29. Aprilis 1697. cor. bo. me. Ursino*, quo casu ad exclusionem reservationis requiruntur verba
9 adeo ampla, & prægnantia, ut nullum alium intellectum comodè patiantur. Hic autem agitur dè Beneficio erecto à Laico ex bonis laicalibus, & ideo ad inducendam incompatibilitatem reservationis sufficiunt leviores coniecturæ, quemadmodum admittunt *dd. decisiones in Tirasonen. Prioratus*, & distinguendo tradunt *Card. de Luc. de Iurepatr. disc. 59. n. 16., Rota in d. Parmen. Beneficii 26. Ianuarii 1701. §. Et hinc cor. R. P D. meo Scotto, & 26. Ianuarii 1702. §. Verù, & §. altera cor. R. P. D. meo Ansaldo.*

Decisio demum in Aprutina Beneficii 19. Junii 1705. cor. R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore, quamvis admittat locum esse reservationi non obstante dictione
10 in perpetuum in fundatione apposita: Inapplicabilis tamen redditur, tum quia hujusmodi dictio adiecta fuit circa pertinentiam Jurispatronatus, non autem circa modum conferendi, tum quia ibi desiderabantur coniecturæ, quæ in hac hypothesi militant ad excludendam reservationem. Quamobrem quæcumque auctoritatum antinomia facilè negotio conciliatur, si juxta casuum contingentiam, prout par est intelligantur.

Minus obstat, quod fundatio controversi Beneficii, utpote facta anno 1283. longe præcesserit publicationem d. regulæ reservatoriæ Mensium, de cujus proinde exclusione Fundator cogitare non poterat. Nam quid-
11 quid sit de tempore publicationis hujus regulæ, circa quod pluries dubitavit nostrum Tribunal, hoc unum certum est, & ad intentum superabbundat, quod scilicet vis non
12 stat in animo fundatoris excludendi reservationes Mensium, sed in ipsius dispositionis incompatibilitate cum d. reservatione, quæ

quæ sane incompatibilitas, sivè dispositio præcesserit d. regulam, sivè non, semper ejus exclusionem operatur, ut huic obiecto respondendo firmavit *Rota in d. Parmen. Beneficii 28. Ianuarii 1701. §. Quoniam, & seq., & §. Quibus tamen cor. R. P. D. meo Scotto, & in d. Gerunden. Beneficii 12. Iunii 1702. §. Responsum enim fuit coram. Rmo D. meo Decano.*

Cæterum in hunc sensum eo facilius inclinarunt DD. ex quo Beneficium, de quo agitur, semper juxta legem fundationis collatum fuit prævia præsentatione Rectoris d. Ecclesiæ, & assensu prædictorum Regularium,
13 quamvis aliquando ejus vacatio contigerit in Mensibus reservatis, & è contra in tam diuturno temporis decursu nulla omnino exhibetur provisio Apostolica, adeout in his terminis perspicua resultet observantia tàm interpretativa, quàm negativa ad exclusionem reservationis, *Modern. Roman. d. discept. 25. n. 15. in fin., Rota in d. Parmen. Beneficii 16. Ianuarii 1702. §. fin. cor. R. P. D. meo Ansaldo, & 27. Iunii 1703. pariter §. fin. coram Rmo D. meo Decano*, Maxime quia judicialiter etiam cannonizzata extitit, *Rota cor. Arguell. dec. 58. n. 3. cum seqq., & in Mediolanen. Optionis 29. Aprilis 1711. §. Robur inquam cor. R. P. D. meo Falconerio:*

Absque eo quod ad illam elidendam attendi mereatur duplex exceptio, altera, nempe, quod interrupta fuerit per collationem hujus Beneficii, quod vacaverat in mense Octobris reservato factam à Nuncio Hispaniarum, & altera, quod suffragari minime possit attento decreto irritanti, quo munita est regula reservatoria mensium.

Etenim quoad primã animadverterunt DD. quod in provisione Nuncii Apostolici nulla omnino reservationis mentio facta fuit, immo ex designatione temporis, quod intercessit inter vacationem, quæ sequuta extitit anno 1624., & collationem expletam anno 1626. clarè resultat, ipsum contulisse jure devoluto ob negligentiam Patroni in præsentando, non autem ex capite reservationis vigore regulæ Mensium.

Perperam tamen inde inferebatur, quod d. Beneficium non esset exemptum à reservationibus eo sub obtentu, quod idem sit con-
14 ferre jure devoluto, ac jure reservato. Nemo namque non videt, quantum inter se distent termini utriusque collationis, illa
15 namque, fit ex capite devolutionis, quę favorabilis omnino est, ac consentanea voluntati Fundatorum, ne Beneficia ex Patronorum negligentia diutius vacare contingant, *Modern. Roman. sæpecit. discept. 25. nu. 25. §. Præsertim*. Collatio vero in vim reservationis illorum potius votis adversatur, dum per eam adeptum remanet Patronis exercitium facultatis, ad quam à Fundatoribus assumpti, & præelecti fuerant, juxta ea, quæ ponderant *Lotter. de re benefic. lib. 2. qu. 32. n. 101., & seqq., Card. de Luca de Benef. disc. 6. n. 4., Rota dec. 43. n. 3. p. prima rec., et in d. Parmen. Beneficii 16. Ianuarii 1702. §. Altera vero cor. R. P. D. meo Ansaldo.*

Respectu autem alterius exceptionis, pla
17 cuit responsio, quod decretum irritans tunc solum inficere valeat observantiam, quando absque ulla hæsitatione locum sibi vindicat sępedicta regula reservatoria mensium. Quapropter cum ex huc usque ponderatis satis superque elucescat ejus incompatibilitas cum lege fundationis, nihil omnino operari potest hujusmodi decretum, ad tradita per *Rotam dec. 341. num. 3. p. prima rec., & decisione 769. n. 2. coram Dunozet. jun., & in d. Parmen. Beneficii 28. Ianuarii 1701. §. Et hinc nullatenus in fine coram. R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore.*

Et ita utraque &c.

ROMANA IMMISSIONIS.

Veneris 15. Aprilis 1712.

ARGUMENTUM.

Renunciatio liti facta à succumbente non obstat successori, neque ipsi renuncianti, quotiescumque ex novorum jurium supervenientium, quæ prius latebant, læsiva detegitur. Exceptio detractionum usufructuario competens, hæredi fideicommissario immissionem non retardat.

SUMMARIUM.

1 *Restitutio in integrum semper datur ab injusta re judicata, etiam si fuerit liti cessum.*
2 *Renunciatio non operatur etiam contra renunciantes, si facta fuerit sub supposito, quod sententię fuerint justæ, quando tales non reperiuntur.*
3 *Renunciatio facta ab antecessore, heredi gravato succedentem jure proprio non afficit.*
4 *Communis possessio rei ex assertiva in locationibus emissa probatur.*
5 *Factum proprii authoris nemo potest impugnare, præsertim si in talem recognoscitur.*
6 *Successio ab intestato in bonis filii, qui patrem, & sororem habeat, ad illos pro virili spectat.*
7 *Fidei ommissum institutum à fratre super re communiter cum altero possessum, pro illius medietate tantum sustineri potest.*
8 *Res, quæ liberè exit de fideicommisso, in illum amplius non reincidet, & novo fideicommisso uti libera evasa, è nexibus primi potest ligari.*
9 *Fraterna dissidia sæpe sepius malum sortiuntur finem.*
10 *Scientia de fideicommisso in transigentibus desumitur ex narratione litium de illo peractarum in transactionis instrumento exposita.*
11 *Res, quæ liberè in divisione alteri fratri conceditur in contrapositionem alterius rei li-*

liberæ, semper à fideicommissi nexibus liberata censetur.

12 *Existentia fideicommissi, sicuti ex confessionibus initis ab hæredibus in transactionum, dotationum, aliisque similibus instrumentis satis probatur, ita è converso ex simili probationum genere excluditur.*

13 *Alienatio de aliqua re facta mediante facultate à fideicommittente concessa, & ob id liberè ex fideicommisso extracta, numquam amplius in illud reincidit.*

14 *Bona, licet obnoxia fideicommisso ab initio fuerint, si in contrapositionem rei liberę à condividente alteri bona fide assignantur, & cum vocatorum utilitate, tutè, & liberè pertranseunt; hoc sensit Rota in casu divisionis inter fratres.*

15 *Amplia, si super illis à transigentibus fuerit novum & reciprocum fideicommissum ordinatum.*

16 *Subamplia, si in divisione alia bona libera contraponenda non adfuerint.*

17 *Alienationes à gravato factæ in detractionibus imputantur.*

18 *Inventarii confectione egit, qui prætendit detractiones in bonis sui authoris adversus legatarios, seu creditores, secus quando quæstio versatur in consuccessoribus, quo casu necessaria non est.*

19 *Prætendens, quod hæres gravatus alienationes, quas fecit, in suas detractiones imputet, debet probare extremum istud, quod iste in talem causam eas fecerit.*

20 *Amplia si qui detraxit, ex jure posterioris fideicommissi successerit.*

21 *Æstimatio bonorum, quę in dotem tradita fuerant, semper excessiva præsumitur.*

22 *Detractionum consumptio non potest opponi adversus mulierem, ex quo ista majorem dotem prima secundo viro tradiderit, quando probatur, quod ad ipsam alia bona aliundè devenerint.*

23 *Amplia, has exceptiones non obstare ad retardandam immissionem.*

24 *Exceptio detractionum, quando istæ sunt modicæ respectu pinguis patrimonii ad quod immissio postulatur, istam non retardant.*

25 *Amplia, si qui petit detractiones, rationem non reddat de mobilibus hæreditariis, ex quo detractionum consumptionis gravior oritur presumptio.*

26 *Detractiones redduntur illiquidæ, si illæ cui competunt, diù fructus hereditarios exegerit, & quia tales, immissionem vocati ad fideicommissum non retardant.*

27 *Fructus vitalisii non cadunt sub usufructu, cum natura capitalis sortiantur, sintque ad commodum fideicommissi investiendi, hujusmodique investimenti fructus tantum potest usufructuarius percipere.*

28 *Bona fides in tali perceptione, ut supra vetita, ab usufructuario non est allegabilis.*

29 *Fructus maturati in vita fideicommittenti, capitalis fideicommissarii naturam sortiuntur, & sub usufructu non cadunt.*

30 *Solutio debitorum hereditariorum facta ab hærede usufructuario, non constito de vera pecuniarum emissione ex propria crumena in hac causam de fructibus hæreditariis facta presumetur, & non de propriis usufructuarii pecuniis.*

51 *Amplia si talis usufructuarius aliundè bona non habeat.*

32 *Deliberatio unius ex corporibus hereditariis sequuta ob ęs alienum contractum ab illo cui competunt detractiones, ad istarum computum adscribenda est.*

33 *Factam Judicis dicitur factum partis.*

34 *Trebellianica non detrahitur, si testator ad totam sui hereditatem descendentes vocaverit.*

35 *Amplia si agatur de fideicommisso reciproco, quod fuerit etiam in concordia inter fratres per actum ordinatum.*

DECISIO DCCXII.

IMmissio, quæ non tantum quoad tenutam di Ponte Mammolo, verum etiam quoad nonnulla alia bona Jo.Baptistæ, & aliis fratribus de Gottifredis denegata fuit ab R. P. D. meo Aldrovando tunc subsellia A.C: merito implente, & quæ neque in nostro sac. Tribunali obtineri potuit, ut habetur ex decisionibus editis coram bo.me. Caffarello, adeout succumbentes satis duxerint liti renunciare, hodie prævia commissione restitutionis in integrum mihi directa. disputato consueto dubio concessa fuit Francisco juniori præfati Jo.Baptistæ filio, nam Domini responderunt -- *Constare de causa*.

Cum enim neque tunc temporis ulla fuerit apud DD. dubitatio de vocatione Francisci, & de identitate bonorum strictè accedentes ad motiva resolutionis, dixerunt in hanc devenire sententiam, ex eo quod illa duo fundamenta antiquioris scilicet fideicommissi Alexandri Podii respectu Tenutæ di Ponte Mammolo, & detractionum competentium Gaspari Auctori Marchionistæ, respectu aliorum bonorum hæreditariorum Bruti patris. quibus decisiones, & judicata nitebantur, comperta fuerunt ex noviter in facto deductis in præsenti dispu-
1 tatione insubsistentia; ut proindè cognita injustitia rei judicatæ locus esse debeat petitæ in integrum restitutioni, ad vulgatum *Text. in cap. 1. de restit. in integrum*, non obstante supra enunciata renunciatione, quo-
2 niam sicuti illa, utpote facta sub credulitate justitiæ sententiarum, consilio illas elaudicare, in nulla habenda esset consideratione ex defectu consensus, licèt ageretur de ipsismet renuncianlibus, *Rota in Spoletana Legatorum* 16. *Decembris* 1707. §. *Resolutioni. cor. bo.me. Caffarello, & in Romana Censuum* 11. *Junii* 1709. §. *Quæ sententia*
3 *cum seqq., & §. nullus cor. eodem*, ita multo minus obstare potest Francisco Moderno Actori, qui venit jure proprio, ac independenter ab iisdem. *Urceol. de transact. qu.* 55. *n.* 20., *& seqq., R.P.D. meus Ansaldus dec.*

32.

32. *n.*20., *Rota in Romana Dotis* 28 *Januarii* 1709. §. *Præmissa cor. R. P. D. meo Aldrovando.*

Et sanè injustitia quoad primum fundamentum desumebatur, ex quo in antecedenti instantia processum fuit cum supposito, quod integra Tenuta di Ponte Mammolo spectaret ad fideicommissum Alexandri, quando è converso constitit in præsenti solum tres partes ipsius Tenutæ ad dictum fideicommitentem pertinuisse; illa siquidem à principio possidebatur in communi, ac pro indiviso à dicto Alexandro, & Phillppo ejus
4 fratre, sicque unusquisque medietatem habebat, ut comprobatur ex eademmet confessione Alexandri resultante à pluribus locationibus hujusmodi nomine peractis *summ.*
5 *n.*3., cui Marchionissa Lucretia recognoscens confitentem in suum Auctorem contraiere nequibat, *Rota in Romana jocalium super Margaritis* 4. *Aprilis* 1710. §. *Et sanè, et in illius confirmatoria* 27. *Aprilis* 1718. §. *Potissimè cor. Rmo D. meo Molines.*

Philippus verò fratri suo prædefunctus ex Asse instituit hæredem Archangelum ex prędicto Alexandro nepotem, unde sequitur aliam medietatem sæpedictæ Tenutæ ad ip-
6 sum devenisse, quo tamen ab intestato defuncto superstitibus eodem Alexandro patre, atque Hieronyma sorore, ejus hereditas inter illos æqualiter divisa fuit, ad normam *Text. in* §. *Si quis igitur auth. de hæred. ab intest. venient, & auth. defuncto vers. sed & si cum parentib. C. ad S.C. Tertulian.*, & sic Alexandro accrevit altera rata, rema-
7 nente quarta portione penes Hieronymam, quam transmisit in Franciscum seniorem filium, nec non universalem donatarium, ita ut illa omnino subducenda sit à fideicommisso Alexandri, exindeque respectu hujus quartæ partis injustitia rei judicatæ controverti non valeat.

Et quamvis super aliis tribus portionibus sibi tangentibus ille fideicommissum ordi-
8 naverit, nihilominus etiam istæ uti liberę, & immunes à præfato fideicommisso una cum altera portione libera Hieronymæ in Brutum dictæ Hieronymæ filium, & prędicti Francisci fratrem respectivè ex mox deducendis transierunt, itaut hic benè potuerit proprio, ac posteriori fideicommisso integram Tenutam supponere, subortis namque pluribus controversiis inter ipsos fratres nedum occasione bonorum liberorum, sed etiam fideicommissariorum, & signanter provenientium ab Alexandro, Brutus in Foro Capitulino obtinuit immissionem primo loco ad tertiam partem, & deinde ad residuum medietatis Tenutæ, quamobrem ad
9 tollendum fraterna dissidia, quæ sæpe sęplus infelices exitus habent, devenerunt ad concordiam, ac divisionem omnium & singulorum bonorum, in qua ordinato reciproco fi-
10 deicommisso, atque facta mentione litium inter ipsos vertentium, & assignatis Francisco bonis liberis, integra Tenuta di Ponte Mammolo, tanquam libera prę cęteris in contrapositionem Bruto concessa fuit, ut ex lectura instrumenti *summ. n.*2. *littera C.* ibi -- *Che il Casale di Ponte Mammolo fuori di Porta S. Lorenzo spetti liberamente al Signor Bruto, transferendoli detto Signor Francesco tutte le sue ragioni con la clausula del Costituto.*

Quibus stantibus, cum in dividentibus esset incontrovertibilis scientia fideicommissi Alexandri resultans, tum ex testamento continente fideicommissum, tum ex litibus ob dictam causam fideicommissi agitatis, at-
11 que apertè constaret, Franciscum in divisione Tenutam cum plenaria libertate Bruto pro sua portione assignasse, plana visa fuit consequentia, quod in ipsum prorsùs immunis, ac libera à quocumque fideicommisso devenerit, ut propterea potuerit de illa ad sui libitum disponere, ne alias admitteretur maxima inęqualitas inter fratres, cum Franciscus bona libera, Brutus è contra bona nexibus, & vinculis fideicommissi obstricta fuissent consequuti, *Rocc. disput. jur.* 21. *n.*28., *& seqq.*, *Urceol. de transact. q.* 87. *n.*27., *Card. de Luc. de fideicom. disc.* 178. *num.*8., *Rota post Constantin. ad statut. Urbis dec.* 31. *num.* 3. *cum duobus sequentibus, & in Ravennaten. fideicommissi Hieronymi de Abiosis* 7. *Aprilis* 1710. §. *Neque illa cor. R. P. D. meo Crispo*, & novissimè in *Camerinen. Bonorum* 17. *Aprilis* 1711. à §. *Et si adhuc, & per tot. cor. R. P. D. meo Ansaldo.*

Non attenta responsione, quod in portione Francisci compræhensa fuerint plura bona fideicommissaria non exigui valoris, quodque in divisione & concordia nequiverint dividentes inferre præjudicium Xaverio, & Gaspari filiis Bruti ex propria persona invitatis ad medietatem fideicommissi
12 Alexandri, nam quoad asserta bona fideicommissaria, quæ dicebantur pervenisse in Franciscum, ex facto objectum sublatum remanebat, quia & ex instrumento dotali Hieronymæ, & ex ipsamet concordia supra allegata colligebatur hanc solam Tenutam di Ponte Mammolo pertinuisse ad fideicommissum Alexandri, cætera verò bona, & jura alio titulo spectasse ad fratres condividentes.

Replicatio autem, quod Casale S. Anastasię esset fideicommissarium Alexandri, illudque assignatum fuerit Francisco, nullam
13 meruit animadversionem, quoniam Hieronyma supradicti Alexandri filia illud vendiderat vigore liberę facultatis sibi à Patre concessę alienandi bona pro intranti quantitate scut. 10. mil., sicque cum à fideicommisso exiisset, utique poterant hæredes substituti præfatum Casale propriis pecuniis ad proprium commodum, & tamquam tertii recuperare, absque eo quod reincideret amplius in antiquum fideicommissum, à quo exemptum ex voluntate ipsiusmet fideicommittentis semel evaserat, *Fusar. de substit. q.* 541. *n.* 23, *Rot. dec.* 273. *nu.* 6. *& seq. p.* 10., *& dec.* 147. *n.* 6. *&* 7. *p.* 17. *rec.*

Quo

Quo verò ad assertum præjudicium illa-
tum Xaverio, & Gaspari, hoc pariter cessa-
re dignoscebatur, dum quarta portio Tenu-
tę transierat uti libera ex juribus Hierony-
mæ in Franciscum seniorem authorem Fra-
14 cisci Actoris, & reliquæ tres portiones fi-
deicommisso Alexandri obnoxiæ per dictam
divisionem bona fide factam, & cum utilita-
te vocatorum; nam alias illi tenerentur re-
stituere tantundem de bonis liberis, quæ in
eos obvenerunt, remanserunt & ipsę à vincu-
15 lo fideicommissi liberatæ, ac præcipuè ad
hunc effectum reincidendi, nempe in no-
vum, atque reciprocum fideicommissum à
fratribus in divisione pro conservatione
agnationis constabilitum, *Rota in Romana,*
seu Verulana fideicommissi 10. *Maii* 1690.
§. *Nec eadem cor. cla. me. Card Caprara,*
& plenè *in Romana fideicommissi de Qua-*
dris 7. *Martii* 1701 §. *Recompilando coram*
16 *R.P.D. meo Ansaldo*. maximè quia nulla
alia aderant bona fideicommisso subiecta,
quæ in divisione possent contraponi, & si
17 aderant, cesserunt in causam plurium de-
detractionum competentium. unde ut su-
pra dictum fuit Brutus sine dubio valuerit
Tenutam uti propriam novo fideicommisso
subjicere, *Gratian. discept.*265. *n.*17., *Rot.*
*cor. Bich. dec.*62. *n.*3.*cum seqq.*, & *in Imolen.*
legitimæ, & *Trebellianicę* 6. *Martii* 1705.
§. *Sed insubsistens post med. cor.cla.me.Card.*
Caprara.

Non attento quod Hieronyma ante dona-
tionem factam favore Francisci consumpse-
rit facultatem disponendi de bonis pro sum-
ma scut 10.mil., & quod jus faciendi alias de-
18 tractiones transmittere nequiverit, cum ip-
sa illud amiserit propter non confectionem
inventarii, quandoquidem examinatis om-
nibus alienationibus, illę non potuerunt
æquare facultatem alienandi sibi concessam
pro scut. 10.mil., eoque minus habito respe-
ctu ad ceteras detractiones eidem compe-
tentes, & quoad omissionem inventarii pu-
tarunt Domini de hac in presenti hypothesi
non esse habendam rationem, quia non agi-
tur cum legatariis, & creditoribus, sed cum
aliis insimul succedere volentibus, quorum
intuitu tale onus à jure injunctum non legi-
tur in famigerato *Textu L. fin. C.de jur. de-*
liber., & advertunt distinguentes unum ca-
sum ab altero *de Luca de legitim. disc.* 25.
*n.*7., latè *Rota in Ravennaten. immissionis*
20. *Junii* 1707. §. *Præterea cor. R.P.D. meo*
Aldrovando, & *in Ariminen.*, *seu Anco-*
nitana fideicommissi 26. *Martii* 1703. §. *Al-*
tera verò cor. R. P. D. meo Falconerio, &
in Romana fideicommissi de Panthera 10.
Martii 1710. §. *Adversùs cor. R. P. D. meo*
19 *Crispo*, sed concludenter probare deberet,
alienationes ad metam detractionum fuisse
expletas, ut prosequitur *Rot.in d. Arimi-*
nen., *seu Anconitana fideicommissi* §. *Et*
Domini, & *in Placentina Bonorum* 25. *Ju-*
20 *nii* 1708. §. *Quo verò cor. me*, tantoque
magis ex quo agitur contra venientem ex fi-
deicommisso posteriori, *Rot. cor. Bich. dec.*
612 *à n.*20. *ad* 24., & *cor Cerro dec.*555.*n.*11.
cum seq., & *in rec.dec.*215. *n.*22. & 23.*p.*11.,
& *dec.*173. *num.*1.& *seqq p.*15., & *dec.*118.
*n.*9.*p.*16.

Nequaquam adversante, quod præsumen-
dum sit Hieronymam consumpsisse detractio-
nes propter pinguiorem dotem in scut. scili-
cet 26.mil.constitutam secundo viro, quando
ante obitum patris in primis nuptiis sola
scut. 3000. receperat, quasi quod prędictum
augumentum dotis provenerit à fideicom-
21 misso paterno; quoniam ultra quod præ-
sumptio erat, bona in dotem assignata pluris
fuisse æstimata, quam valerent, ut in simili-
bus fieri consuevit, *de Luca de Dot.disc.*114.
*n.*7., & *disc.*216.*num.*5. & *seq.*, *Rot. dec.*60.
*n.*18. *p.*13. *rec.* Et de facto in hypothesi com-
probantur ex alienationibus longè minori
pretio factis, allegata præsumptio locum sibi
22 vindicare non poterat, cum in secunda dotis
assignatione Hieronyma tradiderit omnia
bona tam propria, quam paterna, nec non
aliunde sibi debita, atque constet eidem
plura obvenisse ex testamento Philippi Pa-
trui, & successione Archangeli fratris, nec
non alia habere potuisse, & ex bonis mater-
nis, & ex præmortuo viro, *Rot.in Romana*
quarti dotalis 20. *Januarii* 1712. §. *Genera-*
lis verò cor. Rmo Conchen., & *in Senogal-*
lien. Pecuniaria 27. *Junii* 1710 §. *In hac fa-*
33 *cti specie cor. R. P. D. meo Falconerio*. Po-
tissimùm in hoc judicio immissionis, in quo
exceptiones omnes oppositę nullam dubieta-
tem involvere debent, *Urceol. consult. fo-*
*rens. cap.*9. *à n.*20., *Rot. dec.*197. *n.*15. *cum*
*seq. p.*12. *rec*

Probata ex hucusque deductis insubsisten-
tia decisionum, quoad primum fundamentum
respiciens antiquius fideicommissum Ale-
xandri, devenientes Domini ad alterum,
quo existimatum fuerat denegandam immis-
sionem ad alia bona propter detractiones
competentes Gaspari in hereditate Bruti,
atque illam penitus absorbentes, dixerunt,
& illud ex noviter ponderatis corruere; ex
24 calculo enim dato *sum.num.* 21. habetur,
hæreditatem Bruti ascendere ad scut.
11392. non computatis mobilibus magni
valoris, & medietate domus sita in Via del
Monte d'Oro solitæ locari in totum pro scut.
80., & viceversa in dicto *sum. n.*21. legitur,
detractiones ascendere ad scut.2273., itaut è
conspectu universi patrimonii, istę non va-
leant impedire postulatam immissionem ad
dicta bona ob fideicommissum Bruti purifi-
catum, ex firmatis per *Rot. in Ariminen. fi-*
deicommissi Bandi. & *Æneæ de Bandis* 5. *Ju-*
nii 1699. § *fin.cor. R.P.D.meo Scotto Almæ*
Urbis Gubernatore.

Maxime quia non redditur ratio de con-
25 spicuis mobilibus in hæreditate repertis,
inter quæ Statuæ magni nominis Artificum
connumerantur, ut ex inventario *relato sum-*
mario n. 22., atque testantur Leonardus Au-
gustinus in ejus libro inscripto *delle medaglie*
inta-

intagliate fol. 74., *et Io. Baptista Casalius de propban., et sacr. veter. rit. cap.* 13. *fol.* 185. *lits. A.*, ut proinde urgeat præsumptio consumptionis detractionum, ponderato in-
26 super, quod saltem ex illis, nec non ex fructibus superexcedentium bonorum à die mote litis spatio longi temporis perceptis illiquide remanserint, neque attendendæ ad retardandam immissionem, *Rota in Romana fideicommissi de Panthera* 6. *Maii* 1709. §. *Præsumpta autem cor. R.P.D. meo Scotto, et in Reatina fideicommissi de Severis* 24 *Ianuarii* 1710 §. *His consideratis cor. R.P.D. meo Falconerio, et in Bononien. fideicommissi Annibalis de Vrsis* 21. *Februarii ejusdem anni* §. *Animadversum fuit cor. R.P.D. meo Aldrovando*.

Nec calculus assis hæreditarii minui posse videbatur ex prætensa deductione duplicis partitæ, unius scilicet scut. 947., & alterius scut. 534., quia quantum attinet ad primam, cum ageretur de pensionibus vitalitiis adiu-
27 dicatis Bruto pro credito dotali, quæ sortiuntur naturam sortis, utique Ludovica Uxor, & usufructuaria mater, & nutrix Gasparis, nequibat illas ad sui comodum exigere, sed tenebatur pro fideicommisso investire, & fructus tantum investimenti sibi appropriare, *Lagun. de fruct. p. prima cap* 9. *n.* 11., *et seqq.*, *de Luca de regal. disc.* 35. *n.* 3. *cum seq.*, *et latè de off. venalibus cap.* 3. *à n.* 2. *cum seq.*, *et cap.* 12. *n.* 10., *et* 11., ubi
28 quod non attenditur, vel mala, vel bona fides mulieris, & quoties, ut hic, est Tutrix filiorum substitutorum. Et quoad secundam tamquam conflatam ex fructibus dotalibus maturatis in vita Bruti, ut desumitur ex *dec. in Romana dotis super mandato scutor.* 1850., *eorumque fructibus* 26. *Iunii* 1708. *cor. me*, Profecto ejus patrimonio hæc erat adscribenda, ut per *text in L. dotis fructibus ff. de jur. dotis l. pro oneribus C. eodem, Fontanel. de pact. nupt. claus.* 6., *Gloss. prima p.* 3. *n.* 9., *Rota cor. Priolo dec.* 172. *n.* 20., *ac alibi passim*.

Cæterum non fuerunt habitæ in consideratione nonnullæ partitæ, quæ pro augen-
30 dis detractionibus allegabantur, non illa scutor. 200 pro extinctione cambii facta à Ludovica Matre, quia non constat, quod fuerit expleta de pecuniis ejusdem, prout hoc expresse legitur in aliis solutionibus, & consequenter præsumi debet, cambium extinctum de pecuniis, rebus, seu fructibus
31 hæreditatis, præsertim cum Ludovica ferè nil de proprio tunc temporis possideret, *Rot. cor. Merlin. dec.* 715. *n.* 7., *& in Romana fideicommissi de Panthera* 6. *Maii* 1709. §. *Æque insubsistens. cor. R P.D. meo Scotto Almæ Vrbis Gubernatore, & in Beneventana nullitatis testamenti super retentione* 13. *Ianuarii* 1710. §. *Et aggrediendo cor. me.*

Sicuti neque altera pro summa scut: 900. ob deliberationem Vineæ prope Tenutam *di Ponte Mammolo* peractam à Hieronymo nam recurrebat responsio, quod Hieronyma poterat distrahere bona usque ad summam scut. 10 m., ut hoc ideo, si ob urgentiam illius creditorum secuta fuit, delibe-
ratio veniat adscribenda suis detractionibus,
32 cum factum Judicis, factum partis esse dicatur, *Rota in Cornetana juris offerendi* 13. *Martii* 1703 §. *Quidquam non refragante versic. tum etiam cor. bo. me. Muto*, & signanter quia agente Gaspare ad immissionem ejusdem Vineæ uti hærede fideicommissario Alexandri, fuit iste ex motivo d. facultatis rejectus per sententiam, quæ transitum fecit in judicatum.

Trebellianica itidem detrahi non poterat; quoniam cum Brutus in ejus fideicommisso, & præcisè in substitutione deposuerit in defectum suorum filiorum, filios, & descendentes Francisci Fratris in infinitum succedere debere *in tutta l'eredità di esso Signor Bruto, e suoi figlioli &c.*, detractionem Trebellianicæ prohibitam esse DD. censuerunt, *Touant. qu. Civil.* 152. *n.* 11. *lib.* 2., *Ciroch. discept.* 3. *n.* 19., *Rota cor. Emerix. jun. dec.* 268. *n.* 6., *& in Pisauren. hæreditatis* 18. *Martii* 1695. § *Quod autem cor. R.P.D. meo Priolo, & in Interamnen. fideicommissi* 26. *Junii* 1697. §. *Receptissima namque*
33 *cor. bo. me. Pio*, & fortius quando res est, ut hic de reciproco fideicommisso ordinato in concordia, ut advertitur in prima decisione huius causæ §. Absque eo quod cum seqq.

Et ita utraque parte &c.

SORANA DIVISIONIS SUPER REDDITIONE RATIONIS.

Lunæ 18. *Aprilis* 1712.

ARGUMENTUM

In hac decisione explicantur requisita necessaria pro inducenda communione inter fratres, itaut unus ab altero de rationis redditione requirendus non sit.

Coabitatio inter fratres, comunicatio lucrorum, & usus promiscuus pecuniarium, veram communionem inducunt.

SUMMARIUM.

1 *Redditio rationis petenda non est ex illo qui in administratione se non immiscuisse probatur.*

2 *Administratio promiscua inter fratres operatur, ut rationis redditio hinc inde uti confusa remittatur, & unusquisque se administrasse dicatur.*

3 *In probanda administratione communiter facta à fratribus, testium depositionibus formiter repetitorum multum defertur.*

4 *Fratres succedentes ab intestato fratri, qui communiter cum eis administravit, & de illius bonis inventarium non confecerunt, nequeunt ad invicem redditionis rationem de illius hæreditate postulare.*

5 *Ex quibus actibus inter fratres vera communio, & rationis redditionis remissio hinc inde inducatur.* 6 *Et*

6 *Et ex quibus communium bonorum administratio*, & n. 15.
7 *Frater natu major non præsumitur, ut communium bonorum administrationem in manibus fratrum minorum reposuerit.*
8 *Fides extrajudiciales confunduntur è conspectu testium formiter examinatorum.*
9 *Promiscua administratio, universalisque bonorum communio inter fratres, pro redditione rationis actionem resecat.*
10 *Ista communio ut plurimum præsumitur.*
11 *Ad inducendam solidalem obligationem in fratre, ex quo vivat in communione cum obligato, rigorosè communio cum omnibus requisitis probanda est, & quando secus.*
12 *Discessus accidentalis unius ex fratribus de loco, ubi viget bonorum communio, & administratio non operatur ad excludendam communionem.*
13 *Modicæ acquisitiones particulari nomine ab uno ex fratribus sibi comparatæ, lucrorum communicationem non excludunt, ac ex causa utili illi particulariter fuisse adscriptæ censentur, & ad alium effectum.*
14 *Et ex hac particulari adscriptione, ut rationis redditio aliquoties sequuta fuerit, non bene infertur.*
16 *Amplia, & à fortiori rationis redditio nequeat postulari, & communio exercita dicatur, si ea durante patrimonium adauctum reperiatur.*

DECISIO DCCXIII.

QUamvis juxta modum præscriptum in decisione coram me edita 26. Junii 1702. absolutum fuerit judicium divisionis bonorum, quæ tam in Urbe quam Soræ, & in Terra Balzorani per germanos fratres de Tutiis communi nomine possidebantur, non tamen inter ipsos suscitatæ discordiæ geminę extinctę fuerunt, Nam Joannes Honuphrius adversus cæteros fratres prætensionem excitavit, quod per eos sibi reddenda esset ratio administrationis prædictorum bonorum.

Quamobrem ad ejus instantiam sub die 13. Maii 1707. disceptandum proposui dubium -- *An per quem, & cui, de quibus bonis, & à quo tempore sit reddenda ratio, & fructus debeantur, itant sint relaxanda mandata*. -- Cumque hujus resolutio tunc temporis dilata fuerit, ex quo alii fratres ad effectum examinandi formiter testes super d. administratione contextualiter in nostro Tribunali Remissoriam reportarunt, hodie tandem completo processu remissoriali, reassumptaque præmissi dubii discussione, DD. *negative in omnibus* responderunt.

Deficere enim visus est Jo. Honuphrius in salutari probatione, quod prædictorum 1 bonorum administratio privative resederit penes fratres minores, à quibus proinde nullam omnino rationem expetere potest, *L. Creditor, ibique Gloss. in §. duobus ff mandati, Cyriac. controv. forens. 29. num. 12., Tondut. resol. civil. 68. n. 4., & seqq., Rota cor. Cavaler. dec. 98. nu. 4., & cor. Priolo dec. 450. n. 5., & seqq., & cor. Ubald. decisione 467. n. 3., & dec. 600. nu. 8. parte 19.* 2 *rec.*, ea siquidem est virtus, & efficacia promiscuè administrationis præsertim inter fratres, ut ex vi tacitæ, & mutuę compensationis à Jure inductæ confundantur, & remittantur hinc inde rationes, ut unusquisque pro sua parte administrasse censeatur, ad *text. in l. si ambo ff. de compensat., Castren. cons. 126. num. primo lib. 2., Riminald. sen. cons. 300. n. 57., Rota cor. Buratt. dec. 546. n. 7., & dec. 343. n. 3., & 4. p. 18. rec., & in Romana hæreditatis de Rivaldis prima Februarii 1709. §. Attenns, & 5. Maii 1710. §. Posito enim, & 4. Februarii 1711. §. de reliquo cor. R. P. D. meo Scotto almæ Urbis Gubernatore.*

Hujusmodi autem promiscua administratio perspicuè resultat ex depositionibus te-3 stium, qui formiter examinati, concorditer asserunt, quod è vivis erepto communi Patre anno 1670., omnes fratres communi nomine, & reciproca fide in bonorum possessione continuarunt, quodque licet eorum administrationem principaliter assumpserit Æmilius, utpote natu major, attamen etiam alii, & pręcipuè Joannes Honuphrius in eadem administratione sese immiscuit, quibus sanè testibus ad hunc effectum pienè deferendum venit, ex adductis per *Rat. coram Bich. dec. 220. n. 29., & cor. Sa. me. Alexandro VIII. dec. 200. n. 3., & seqq., & decisione 32. n. 2. p. 19. rec.*

Neque ex eo, quod prædictus Æmilius specialiter administraverit, quidquam ad suum intentum inferre potest Joannes Honuphrius, quia ultra quod ipse etiam tunc temporis una cum aliis fratribus rei domesticæ incumbebat, ut dictum est, urget responsio 4 quod omnes fratres d. Æmilio ab intestato, ac nullo prorsus confecto Inventario successerunt, & per consequens confusa extitit, ac perempta quæcumque actio pro redditione rationis, si aliquo modo adversus illud competiisset, per *text. in l. si debitor C. de pact., L. Sticcum §. Aditio ff. de solut., Rota cor. Cels. dec. 335. nu. 10., & dec. 280. n. 10. p. 18. rec., & post Modern. Asculan. ad Statut. Urb. dec. 151. nu. 9., & dec. 165. n. 12.*

Clarius hanc promiscuam administrationem concludunt iidem testes ab anno 1690. quo decessit d. Æmilius, usque ad annum 1698., quo instauratum fuit judicium divisionis. Præmisso enim in genere, quod Joannes Honuphrius tamquam præpollens qualitate majoris natu, per obitum d. Æmilii, administrationem omnium bonorum præ cæteris continuavit, assumptum magis magisque in specie comprobant ex actibus per unum-5 quemque ex fratribus promiscuè expletis, nam quilibet pecunias ex communi Arca sibi comparabat, easque modo in proprios, modo in rei familiaris usus impendebat, Operariorum computa solidabat, & domi nicale por-

portionem à Colonis recipiebat. Libera erat unicuique fructuum, ex bonis recollectorum venditio, societatum renovatio, ac creditorum exactio, & ulterius fructus locorum montium tam ab ipso Jo. Honuphrio, quam ab aliis fratribus exacti apparent; Ex quibus omnibus evidentem promiscuæ administrationis probationem eutergere nemo est, qui dubitet, per ea, quæ tradunt *Ros. consult. 8. n. 32.*, *R. P. D. meus Ansaldus de commerc., & mercat. disc. 52. nu. 23.*, *Rot. cor. Buratt. dec. 546 n. 7., & in dicta Romana hæreditatis de Rivaldis prima Februarii 1709. §. Quod autem cum seqq., & 5. Maii 1710. §. Cæterum cor. R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore.*

Perperam vero ad elidendam dd. probationum efficaciam adstruere satagebat Jo. Honuphrius prætensionem, quod ipse numquam moram traxerit in Patria, ubi semper administrationis sedes retenta fuit. Hujusmodi enim assumpti insubsistentiam apprimè convincunt non solum prædicti testes formiter examinati, sed etiam quamplures
6 actus ibidem per eum gesti. Siquidem quædam capitula matrimonialia in Patria subscripsit, nonnulla instrumenta interpolatis temporibus celebravit, epistolas ad cæteros fratres Romæ commorantes transmisit, notulamque expensarum, quas in administratione bonorum impenderat exaravit. Quibus positis, quemadmodum nefas est in dubium revocare ejus permanentiam in Patria, ita validius augetur fides dd. testium, semperque magis patens fit, ipsum una cum aliis fratribus administrasse. Nam à quacumque verisimilitudine prorsus aberrat, quod passus fuerit per adeo diuturnum temporis inter-
7 vallum, ut fratres minores privativè, & independenter bonorum administrationem moderarentur, *Ciarlin. d. controv. 16. n. 38.*, *R. P. D. meus Ansaldus de commerc., & mercat. disc. 49. n. 21.*, *Rot. dec. 28. nu. 11. p. 7. rec.*

Atque hinc nulla penitus via constitui po-
8 test super extrajudicialibus attestationibus in contrarium congestis ad probandam continuam absentiam Joannis Honuphrii à dicta Terra Balzorani, & excludendam ejus administrationem; hęc etenim in concursu tot, tantarumque probationum huc usque perpensarum, ac depositionum testium formiter examinatorum, nullo modo attendi merentur, ex vulgatis juribus, de quibus *Rota cor. Bich. dec. 580. n. 14., & dec. 31. numero 3. cor. Emerix jun., & dec. 333. n. 9. p. 19. rec.*

Constabilita ex his inter fratres promiscua
9 bonorum administratione, & consequenter exclusa actione pro redditione rationis, hęc DD. cessare visa est, etiam ex alio fundamento communionis universalis prædictorum bonorum, juxta deducta per *Riminald. sen. cons. 75. nu. 8. lib. primo*, *Card. de Luca de credit., & debit. disc. 87 nu. 3.*, *R. P. D. meus Ansaldus de commerc., & Mercat. d. disc. 25. n. 20., & 21.*

Et sane universalis societas, seu commu-
10 nio, quæ facilius inter fratres præsumitur *ad text. in l. verum ff. pro socio*, *Mantic. de tacit. lib. 6. tit. 10. num. 3.*, *Ros. consult. 8. n. 5.* *Cappon. discept. 394. n. 6.*, *Rota dec. 28. n. 18. p. 17. rec.*: maxime quando, prout
11 in hypothesi, de ea non agitur ad potentiorem, & duriorem effectum solidalis obligationis uniuscujusque ex eis erga debitores alterius, sed ne frater à fratre in redditione rationis divexetur; satis probata apparuit ex supradictis textibus, qui de cohabitatione inter eosdem fratres, de communicatione lucrorum, & promiscuo usu pecuniæ, rerumque omnium, absque eo quod unquam reddita fuerit ulla ratio deponunt; his enim vulgatis requisitis concurrentibus, adesse universalem communionē tradiderunt *Bart. in L. Titium, & Mevium §. Altero nu. 5. ff. de administr., & pericul. Tutor.*, *Menoch. de præsumpt. præsumpt. 56. n. 37., & 38.*, cum aliis apud *Ros. d. consult. 8. n. 4*, *Ciarlin. controv. forens. cap. 16. n. 16.*, *Rota dec. 129 n. 7. p. 10. rec.*

Non obstat, quod quilibet ex d. fratribus & præ cæteris Jo. Honuphrius juxta temporū & negociorum contingentias à Patria recesserit, & in aliis Regionibus commoratus fuerit. Quia cohabitatio ad hunc effectum neutiquam sumi debet in sensu materiali pro continua, & nunquam interrupta permanentia sub eodem tecto, sed æque bene verificatur in ordine ad promiscuum rerum communium, utriusque Patrimonii usum, etiam respectu absentis à cōmuni habitatione, *Dec. cons. 68. n. primo*, *Ros. d. consult. 8. nu. 6., & seqq., & n. 44*. *Caren. resol. 227. n. 9.*, *R. P. D. meus Ansaldus de commerc., & mercat. disc. 49. n. 12.*, *Rot. coram Coccin. dec. 421. n. 5., & in d. Romana hæreditatis de Rivaldis 1. Februarii 1709 §. Neque dissimilis, & 4. Februarii 1711. §. Et quamvis cor. R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore.*

Frustra pariter controvertitur communi-
13 catio lucrorum sub obtentu, quod nonnullæ modicæ acquisitiones factæ fuerint per dd. fratres nomine particulari. Notabiliores namque ex numero plures, ac signanter aliæ expietę à Fabio ex redditibus Ecclesiasticis (quæ certo certius non data universali communione ad ipsum spectabant) cantant sub communi nomine, quod ad intentum superabbundat, *Ros. d. consult. 8. n. 32. & seqq.*, *Ciarlin. d. controv 16 n. 9. cum pluribus sequen.*, *Rota in Bononien. pecuniaria 14. Decembris 1699. §. Quod Patruus cor. cla. me. Card. Caprara*, adeout cæteræ acquisitiones nomine particulari factę censeatur ex aliqua causa omnibus sociis utili, ac proficua, sicuti animadvertunt *Gabr. cons. 51. nu. 4., & seqq., et n. 7.*, *Jac. cons. 2. n. 26 & 27. lib. 3.*, *Gratian. discept. forens. cap. 547. nu. 7. cum pluribus seqq.*, *Rota cor. Ubag. dec. 86. n 5., et dec. 27. n. 20. p. 17. rec.*, & de facto hoc ipsum evidenter comprobavit Joannes

nes

nes Honuphrius, dum in divisione indiscriminatim apposuit etiam bona ab aliis fratribus particulariter sibi comparata.

Inutili tandem conatu fundamentum redditæ rationis inter fratres constituebatur per Jo. Honuphrium super simplici epistola sibi conscripta à Petro, in qua iste designando
14 modicam pecuniarum summam ab ipso ad certum effectu transmissam, eique dirigendo cedulam scutorum 60, postmodum sese constituit ejusdem debitorem in paucis obulis; nemo enim non videt, quod particularis illa computatio cum altero ex fratribus, & ad alium finem, nihil prorsus commune habet cum redditione rationis universitatis bonorum inter omnes fratres, *Menoch. de præsumpt. lib. 3 præsumpt. 46. n. 44., Felic. de societ. cap. 10. n. 4., Ros. sæped. consult. 8. n. 8., et seqq., R. P. D. meus Ansaldus de commerc., et Mercat. d. disc. 49. n. 20.*

His omnibus accedit, quod Jo. Honuphrius, non solum factis supra expressis, sed etiam præcedenter verbis semel, atque iterum hujusmodi universalem communionem fassus fuit. Nam occasione Matrimonii per supradictum Petrum contrahendi in epistola ad eum transmissa aperte dixit ibi -*consento &c. che si pigli, et abbia scudi* 1000. *contanti de' denari communi di nostra Casa*, & rursus in alia epistola exprimens debitum à se contractum cum Patruo inquit -- *mi pesa di corrispondere alla puntualità, onde se io partirò per qualche parte lontana dovemo sodisfare questo debito* -- Ex quibus sane verbis clarè demonstratur universalis bonorum communio, sine qua verificari minime poterat d.
15 expressio -- *de' denari communi di nostra Casa*, multoque minus altera -- *dovemo sodisfare questo debito* -- Quoniam debita ejus particulari nomine, & ad proprium tantum comodum contracta, cum fratribus communia nullatenus esse poterant, *Menoch. cons. 553. n. 14. & 15., Ros. d. consult. 8. n. 26. et seqq., et n. 33., Rota Jannen. dec. 7. numero 10., et dec. 91. nn. 13., Rota dec. 27. nn. 4., et 5. p. 17. rec.*

Cæterum in hunc sensum eo libentius inclinarunt DD. animadvertendo, quod omnia bona inter dd. fratres jam fuerunt divisa,
16 quodque commune Patrimonium, durante promiscua bonorum administratione, ac universali communione, nullam omnino passum est diminutionem, imo ex pluribus, & conspicuis acquisitionibus notabiliter auctum fuit, adeout proinde frater de fratribus nullo modo conqueri valeat, & consequenter incongrua prorsus in his terminis est ejus prætensio super redditione rationis, cum frustra petat, quod intus habet, ut ad rem ponderat *R. P. D. meus Ansald. de commerc., et mercat. d. disc. 25. n. 24.*

Constito ex præmissis, quod non sit locus petitę redditioni rationis, in necessariam consequentiam descendit resolutio negativa quoad reliquas dubii partes.

Et ita utraque &c.

SORANA DIVISIONIS SUPER EXIBITIONE SCRIPTURARUM.

Lunæ 18. Aprilis 1712.

ARGUMENTUM.

Scripturarum exhibitioni locus non est, si Actor caret actione ad rationis redditionem petendam, pro qua illa fieri debeat.

SUMMARIUM.

1 *Fratres, qui in vera communione vixere, & in promiscua bonorũ administratione, non tenentur vicissim ad scripturarum exibitionem.*
2 *Ratio est, quia hinc inde interesse resolvitur.*
3 *Quando plures administrarunt, dici nequit, quod scripturæ potius penes unum, quam alterum steterint.*
4 *Amplia si unusquisque bona fide rem familiarem fuerit moderatus, & ab altero de rationis redditione numquam fuerit requisitus.*
5 *Simplices fides, & testes de auditu non probant, quod scripturæ domesticæ potius penes unum, quam alterum ex fratribus extiterint.*
6 *Amplia, ut si patrimonium perspicue fuerit auctum tempore communionis, eo magis prædicta exhibitio deneganda est ad arcenda dissidia.*
7 *Inter fratres rarissima est concordia.*

DECISIO DCCXIV.

UNA cum dubio respiciente redditionem rationis à Jo. Honuphrio adversus fratres meliores de Tuflis expetitam, contextualiter hodie propositum per me fuit aliud dubium -- *An, & per quem scripturæ sint exibendæ* --, & quemadmodum super primo *negativa in omnibus prodiit resolutio*, ut in contemporanea mea decisione, ita per consequens *negativè* etiam quoad prætensam hinc inde exhibitionem scripturarum, DD. respondendum esse censuerunt.

Posita enim universali bonorũ cõmunione, & promiscua eorumdẽ administratione inter fratres, ex quibus exclusa remanet expostulata rationum redditio, inde sequitur, quod extranei omnino in hac hypothesi sint termini exhibitionis, tàm ex defectu interesse illam petentis, quàm existentiæ scripturarum, juxta notissima requisita, de quibus *L. Tigni appellatione §. penultimo L. in hac actione §. Sciendum ff. ad exhiben., Rota in Faventina redditionis rationis super exhibitione librorum 17. Martii 1708. §. Quamvis cor. bo. me. Caffarello, & in Romana hereditatis de Rivaldis super exhibitione librorum 19. Martii 1710. §. Deficere coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore.*

Et sane deficit interesse petentis hujusmodi exhibitionem, quia cum scripturæ expo-

 stu-

ftulentur ad effectum dispungendi super illis hinc inde rationes, eo ipso, quod nulla prorsus ratio reddi debet, corruit, & resolvitur quodcumque interesse, ad tradita per *Rotam dec.218.num.9., & dec.272. nu.1. par.4. tom. 2. rec.*, *& in d. Romana hæreditatis de Rivaldis super exhibitione librorum §.fin. cor. R.P.D. meo Scotto*.

Deficit pariter probatio existentiæ earumdem scripturarum, nam si omnes fratres
3 patrimonium commune promiscuè administrarunt, & postmodum etiam diviserunt, dici nequit, quod scripturæ eandem administrationem concernentes potius penes unum, quam apud alterum existant, *Rota cor. Mellin. dec.51. nu.3.in fin.*, *& in sæpedict. Rom. hæreditatis de Rivaldis super exhibitione librorum* 10. *Martii* 1710. § *Ulterius coram R.P.D. meo Scotto*.

Eoque potissimum, quia concorditer semper
4 per sub mutua fide fraternoque amore in eadem administratione continuarunt, & unusquisque pro suo libito rem familiarem moderabatur, absque eo quod ulla unquam inter ipsos tam diuturno temporis intervallo facta fuerit rationum requisitio, ut probat contextualis decisio, & præcedenter animadversum fuit in *decisione coram me edita* 26. *Junii* 1702. *in principio*.

Atque hinc attendi non merentur simpli-
5 ces fides Testium ab unaquaque Parte contra aliam adductę, ad probandum dd. scripturarum existentiam, etenim ad effectum de quo agitur, maxime concurrentibus præmissis circumstantiis, de ea constare debet per probationes undequaque claras & concludentes, quas profectò non præseferunt Testes prędicti de auditu, & solum in genere deponentes, *Rota dec.105. num.5. par.17. & decis.585. num.7. par.18. rec.*, *& in d. Rom. hæreditatis de Rivaldis super exhibitione libror.§. Quidquam non refragante cor. R.P.D. meo Scotto*.

Non omittentes hic etiam, prout in contextuali mea decisione DD. ponderare, quod
6 comune Patrimonium perspicuè auctum, inter prædictos fratres divisum jam extitit, atque ideò immeritò hinc inde certant super pretensa scripturarum exhibitione, quæ propterea tanto magis deneganda venit, ad
7 hoc ut concordia „quæ rara est inter fratres, eo meliori quo fieri potest modo confoveatur.

Et ita utraque &c.

AMERINA FIDEICOMMISSI.

Lunæ 25. *Aprilis* 1712.

ARGUMENTUM.

Fideicommissum reciprocum minimè inducitur ex quo hæres simplici restitutionis onere gravetur, nisi requisita à lege Titia Seio concurrant.

SUMMARIUM.

1 *Ut inducatur reciproca satis non est, agi de fideicommisso, quod onus restituendi filiis etiam ex diversis lineis in determinato casu imponat.*
2 *Limitatur tamen conclusio, si legis Titia Seio requisita concurrant, & quæ sint ista.*
3 *Hæc omnino requiruntur in subjecta hypothesi.*
4 *Tacita reciproca cessat, si ultimo morienti substitutio deficiat, quæ per necessè requiritur.*
5 *Substitutio fæminarum, sive aliorum restrictiva ad casum præcisum, quo institutus sine masculis decedat, reciprocam non inducit.*
6 *Hæc substitutio extantibus masculis primi gravati statim evanescit.*
7 *Et eo magis cessat qualibet subalterna substitutio.*
8 *Nepotes, & ulteriores descendentes non veniunt sub nomine filiorum.*
9 *Amplia, si testator reflexionem non habuerit ad caducitatem fideicommissi, solamque personam filiorum primi gradus contemplaverit.*
10 *Subamplia, si deficiant conjecturæ circa agnationis contemplationem.*
11 *Explicatur ratio, quæ est, quod sicut gravamen substitutionis odiosum reparatur, ideo in dubio, potius pro libertate bonorum standum est.*
12 *Clausula in infinitum, nichil operatur, cum substitutio in descendentiis semper sit restrictivè interpretanda.*
13 *Remota reciproca substitutione, bona remanent libera, & detractionibus locus non datur.*

DECISIO DCCXV.

IN Ultimo, cum quo decessit elogio Mirabilis Ferratina, suum universalem hæredem instituit Jacobum Latinum filium, illiusque Filios, & descendentes masculos in infinitum, & in casu, quo Jacobus absque filiis masculis deficeret, invitavit filias Fæminas jam nuptui traditas, quibus pariter sine filiis decedentibus, Monasterium S. Mariæ substituit: obiit subindè Jacobus tribus relictis filiis, videlicet Francisco Angelo ex primo matrimonio, & R.P.D. Joanne Antonio, atque Anibale ex secundo, inter quos suborta præventiva quęstione, occasione portionis bonorum, quæ vigore præfati fideicommissi Francisco Angelo obvenerat, cum iste ætate grandævus, & prole carens contenderet ad libitum de ipsa disponere, A.C. pro libertate eorumdem favore Francisci pronunciavit, sed interposita appellatione ad Nostrum Tribunal, causaque mihi directa, proposui disputandum Dubium - *An consiet de fideicommisso Mirabilis Farratinæ, & ad quorum favorem ad effectum, de quo agitur*, - Et Domini in omnibus negativè responsum mihi dederunt.

Non

Non enim apud Dominos fuit dubitatum
de fideicommiffo defcenfivo, quod etiam
hinc indè fcribentes admittebant, fed tota
difficultas redacta fuit ad infpectionem, an
fcilicet dum exprefsè non legitur recipro-
cum fideicommiffum, ex prædicta difpofitio-
ne illud defumeretur, quod locum habere
non poffe in prefenti hypothefi vifum fuit,
1 cum ex fideicommiffo defcenfivo, quo gra-
vati teneutur reftituere fuis defcendentibus,
minimè cenfeatur inductum reciprocum,
quo teneatur unus ex gravatis reftituere al-
teri, licet diverfę lineæ, *Rot. cor. Seraph. dec.*
1023. *num.* 1. *cum feq.*, *& coram Celf. decif.*
376 *num.* 1. *cum pluribus feq.*, *& in rec. dec.*
68. *num. itidem* 1., *& per tot.*, *& dec.* 20. *nu.*
primo, *et feq. & per tot. p.* 19.

Nifi concurrant fatis nota requifita *Text.*
2 *in leg. Titia. Seio ff. de legat.* 2., quod
nempè omnes fint vocati, quod fubftitutio
fit facta ultimo morienti, & quidem in tota
hęreditate, vel faltem habeantur tales conje-
cturæ, ex quibus reciproca volita dicenda
fit, licet res agatur in terminis, in quibus à
principio fuerit unicus hæres inftitutus, cum
vocatione filiorum, & defcendentium, *Rota*
decif. 177. *num.* 1. *ufque ad fin. coram S. M.*
Alex. VIII., *& dec.* 183. *per tot. par.* 10. *rec.*

Quantum autem attinet ad requifita *l. Titia*
Seio §. Seia libertis ff. de legat. 2. quæ copu-
3 lativè requiruntur, aud quaquam interve-
niunt, nam & fi omnes tres fint vocati atque
ad exuberantiam admittatur, fubftitutio-
nem effe de tota hæreditate, quàndo de con-
trario conftat, ex quo ultimus moriens non
habet fubftitutum, ex infrà deducendis, ta-
4 men aliud requifitum non verificatur, quia
nullo modo dici poteft factam fuiffe fubfti-
tutionem ultimo morienti, & confequenter
ex defectu hujus effentialiffimi requifiti taci-
tam reciprocam exclufam remanere ad evi-
dentiam comprobat *Rot. in d. decif.* 177. *nu.*
1. *coram S. M. Alex. VIII.*, *& in rec. decif.*
183. *nu.* 1. *part.* 10., *& in Romana. fideicom.*
11. *Januarii* 1706. § *ad terminos cum feq.*
coram R. P. D. meo Anfaldo.

Abfque eo quod hæc fubftitutio ultimo
morienti neceffario facienda defumi valeat
5 à fubftitutione fęminarum, & ab altera facta
favore loci Pii, quoniam cum fæminę legan-
tur vocatæ reftrictivè ad cafum præcifum,
quo Jacobus decederet fine filiis mafculis,
ibi -- *e morendo detto Sig. Giacomo fenza fi-*
li mafchi, *allora*, *& in tal cafo vuole che nel-*
la fua eredità fuccedano le figlie femine, *che*
faranno maritate -- Indè fequitur, quod de-
6 functo Jacobo tribus filiis fuper extantibus,
fubftitutio fæminarum evanuerit, ad cele-
brem theoricam *Oldradi conf.* 21., *de qua in*
Maceraten. fidcicom. 6. *Maii* 1709. *in prin.*
coram R. P. D. meo Anfaldo, itàut nullus ex
vocatis in inftitutione dignofcatur gràvatus
reftituere fęminis fubftitutis, quarum jura ex
fuperexiftentia filiorum Jacobi ceffarunt,
7 prout etiam ceffavit fubftitutio loci Pii ab il-
la fęminarum dependens, adfirmata *per Rot.*
in Rom., *feu Nicen. fideicom.* 6. *Junii* 1704.
§. non obftat cum feq. cor. Rmo D. meo Moli-
nes Decano.

Neque vim facere potuit, replicatio, quod
Teftatrix fub dicta conditione -- *E morendo*
8 *Giacomo fenza figli mafchi* -- Non tantum
fenferit de filiis primi gradus, verum etiam
de Nepotibus, & ulterioribus defcendenti-
bus, ut propterea verificatur fubftitutio ul-
timo morienti facta, quandoquidem nullis in
hypothefi concurrentibus, vel leviffimis co-
njecturis, ex quibus argui valeat Teftatricem
impropriare voluiffe veram fignificationem
iftius nominis filiorum; certum eft hujufmodi
9 nomen non comprendere Nepotes, & ulte-
riores defcendentes, *R. t. cor. Priolo dec.* 3.
n. 7., *& cor. Cer. dec* 516. *n.* 5., & fignanter cef-
fante timore caducationis fideicommiffi, &
ponderata illa perfonaliffima expreffione Ja-
cobi, quæ tantomagis præbet intelligentiam
circà voluntatem Teftatricis, quod nempè
ifta dumtaxat filios primi gradus confidera-
verit, ex latiffimè firmatis *in Auximana, feu*
Camerinen. fideicom. 1. *Julii* 1709. *§. hujuf-*
modi cum feq. cor R. P. D. meo Crifpo, *con-*
firmata 16. *Junii* 1720., *&* 3. *Junii* 1711.
cor. R. P. D. meo Anfaldo, *&* 15. *Februarii*
proxime preteriti coram me.

Deficiunt etiam conjecturæ, & quarum
10 præcipua eft inter alias contemplatio agna-
tionis, ità ut ad hunc effectum inducendi ta-
11 le gravamen, femper odiofum, utpotè in-
volvens perpetuam fubjugationem bono-
rum, & longè dificiliorem eorumdem li-
bertatem nihil veniant attendendę vocatio
Mafculorum, & claufula in infinitum, quia
12 iftę reftrictivè in qualibet defcendentia ac-
cipi debent, non autem ampliativè de una
linea ad aliam, ut de vocatione mafculorum
dixit *Rot. in d. decif* 1023. *num.* 9. *cor. Sera-*
phin., *& in rec. dec.* 20. *nu.* 23., *& feq. par.*
19. & de claufula in infinitum notant *Pe-*
regr. de fideic. art. 13. *n.* 72. *Rocc.*, *difp. cap*
17. *à num.* 11. *& feq.*

Conftito itaque ex huc ufque deductis,
13 fideicommiffum reciprocum non extare,
ficque in uno quoque gravato decedente finè
filiis bona evafiffe libera, adeò ut cadant
fub fua difpofitione, fuperfluum arbitrati
funt Domini examinare detractiones quanti-
tativas, & quotitativas competentes Jacobo
Latino, quas Francifcus Angelus deducebat
ad effectum difponendi de bonis poffeffis,
quatenus fideicommiffum viguiffet.

Et ita utraque &c.

ROMANA PECUNIARIA.

Lunæ 25. *Aprilis* 1712.

ARGUMENTUM.

Claufula *per altri*, *e tanti* in ordine, feu cedu-
la appofita liberat giratarium, qui pecunias
exegit à redditione rationis de illis.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Solutio debiti ex conjecturis etiam probatur, & creditum carens obligatione Camerali post lapsum 25. annorum præscribitur*, & num. sequenti, ac 15.

3 *Pecuniæ cambiales exactæ mediante ordine cum clausula* per altri, e tanti *girato ab illo, ad quem primariò illæ spectabant, & quas ad reparandas proprias ægestates, suscepit ad cambium, in talem usum cessæ præsumuntur, & non in proprium giratarii.*

4 *Et hæc versio levissimis etiam conjecturis probatur.*

5 *Istæ conjecturæ desumuntur, ex quo cambium fuerit creatum per actum publicum, sub magnis usuris, & girantis creditores postea siluerint.*

6 *Ex his conjecturis solutio, sive restitutio facta à giratario favore girantis deducitur.*

7 *Amplia, si girans paulo post ad alterius cambii contractionem devenerit cum solemni actu.*

8 *Sanctiones Statutariæ expressæ in capitulo 151. præsumuntur ad unguem servatæ in contractibus Judicis decreto roboratis.*

9 *Clausula* per altri, e tanti *girantis debitum præsefert.*

10 *Bona fides, quam girans se habuisse dicitur de giratario, desumitur, si postquam primam schedulam cum dicta clausula ei giraverit, ad aliam consimilem giratam in nova schedula ejusdem favore deveniat.*

11 *Amplia, ut bona fides, & pecuniarum retrocessio favore girantis in giratario arguatur, si ex post iste ipsi giranti pecunias mutuò dederit.*

12 *Ad probandum debitum filii, multum defertur confessioni matris, quam emiserit, de eo in testamento, dicens, se ex ore filii tale audivisse debitum.*

13 *In testamento nemo præsumitur dicere mendacium.*

14 *Debitor non præsumitur, quod neglexisset compensationem postulare, si revera hæc illi competiisset.*

16 *Scriptura privata post lapsum 16. annorum præscribitur.*

17 *Et talis præscriptio etiam mulieres afficit.*

18 *Ignorantia de credito descriptio in libris propriis actoris, in ipso non præsumitur, imò è contra positiva scientia de illo.*

19 *Ad inducendam præscriptionem positivam scientia non requiritur in debitore de credito, quod contraponere potuisset adversus creditorem, de quo tamen silvit, sed sufficit scientia præsumpta.*

20 *Debitor non tenetur reddere rationem antiquo creditori de debito, quod semel extinxit.*

DECISIO DCCXVI.

EX Defectu clausulæ -- *per altrettanti* solitæ apponi in ordinibus giratis, ut vulgo dicitur tertiis personis, ad hoc ut istæ immunes remaneant à qualibet vexatione, promoverunt Marchio Pompeus, aliique de Mutis hæreditario Jure Marchionissæ Mariæ Isabellæ adversus Abbatem Francuccium instantiam, quia illum debitorem scut. 1500. uti Giratarium cujusdam ordines similis summæ declarari prætendebant, sed rejecta prius per R. P. D. meum Ansaldum hac petitione per viam compensationis coram eodem preposita, non dissimilis fuit exitus etiam in Tribunal A. C., ubi directè agentibus illis de Mutis, Abbas Francuccius sententiam absolutoriam reportavit, à qua subinde interposita appellatione ad nostrum Auditorium, commissio fuit mihi directa, undè proposui in hodierna Audientia disputandum Dubium -- *An constet de credito, & sit reddenda ratio, itaut sit relaxandum mandatum* -- & DD. *negativè in omnibus responderunt.*

Existimarunt etenim DD., quod sicuti
nulla adesse poterat quæstio super veritate
exactionis prædicti ordinis confecti de Anno
1685. favore Marchionissæ Mariæ Isabellæ,
& ab eadem girati Abbati Francuccio,
qui fassus fuit integram summam rece-
1 pisse, ita nec etiam dubitandum esset de ex-
stinctione debiti resultante tum à pluribus
conjecturis, tum à lapsu 25., & ultra an-
norum legitimam perscriptionem inducente,
& sanè cum satis nota sit conclusio, solutio-
2 nem atque extinctionem probari posse con-
jecturis, & præsumptionibus, ad *Text. ex-
pressum in l. procula, & l. si Chirographum
ff. de probat.*, *de Luc. de Credit. disc. 105. n. 10.
& seq., Constantin. ad statut. Urb. annot. 48.
art. 4. num. 226., Rota. cor. Emerix. dec. 487.
num. 2.*

Utique quã plures, & quidem efficacissimas
3 ac perstringentes animum judicantium inter-
venire dignoscebantur. In primis namque
advertebant DD., quod in præsenti hypothesi
agebatur de pecuniis habendis à Banco San-
cti Spiritus mediante ordine confecto ad hoc,
ut ipsæ deservire deberent indigentiis, &
necessitatibus Marchionissæ Mariæ Isabellæ,
jam adstrictæ, præfatam summam ad cam-
bium accipere, & propterea ex hac circum-
stantia non levè argumentum haberetur,
4 quando saltem talis esse soleat operationis,
quod probationes leviores admittat, *Rota
coram san. mem. Alexandro VIII. dec. 205.
num. 16., & in Romana Salviani* 30. *Junii*
1704. §. *Tertia cum seq. cor. clar. me. Card.
Caprara.*

Accedebat, quod mulier hanc conspi-
cuam quantitatem scut. 1500. ad cambium ac-
5 cipiens id clam non egit, sed cum interven-
tu, & assensu mariti, & quod magis est gra-
ve onus usurarum suscepit, exindeque urgen-
tior erat presumptio hasce pecunias hoc ideò
minimè fuisse procuratas, ut commodum
Abbatis respicerent, illasque idem penes se
retinendo in suum usum converteret, ac
præsertim, quia Creditores Marchionis-
sæ non tacuissent, nec primario fini succur-
rendi propriis indigentiis fuisset consultum,
undè

unde nimis verisimile erat, pecunias, vel
fuisse restitutas, vel pro servitio Mariæ Isa-
bellæ erogatas, *de Luc. de Credit. disc.* 130.
6 *num.* 14 ac consequenter subsequebatur hanc
verisimilitudinem summopere ad desumen-
dam solutionem esse ponderandam, *Pacion.
allegat. cap.* 8. *num.* 21., *& seq.*, *Constant*,
ubi supra num. 250., *Rota in allegat. Ro-
mana Salviani* 11. *Decembris* 1708. §. 6.
cor. clar. me. Cardinali Caprara.

Non levioris momenti erat tertia conje-
ctura ex eo deprompta, quod scilicet Mar-
7 chionissa debitis præstà post biennium aliam
notabilem summam scut. 1300. haud qua-
quam ad cambium quæsivisset, si adhuc in
manibus Francucci præcedentem insignem
quantitatem cognovisset extare, sed benè
restitutionem sui crediti totis viribus pro-
curasset; maximè quia in hoc secundo cambio
non defecit interessentia viri, & Judex
suum interposuit decretum, quod profectò
non est dicendum, ita oscitanter factum, ut in
perniciem Isabellæ, quæ aliunde suis urgen-
tiis occurre potuisset hujusmodi contractus
adeò præjudicialis, esset Judicis rectitudine
8 corroborandus obstante statutaria sanctione
in *cap.* 151. *lib.* 1., quæ ad unguem observa-
ta, præsumi debet, *Pic. ad idem statut. Glos.*
21. *num.* 24., *Rota post Constant. dec.* 149.
num. 5., *& coram Bich. dec.* 58. *num.* 11., *&
dec.* 240. *nu.* 41.

Concurrente quarto loco alia animadver-
sione, quam suppeditabat modus quo con-
cepta legebatur girata, ut dicitur illius se-
cundi Ordinis, quoniam in hac extitit su-
per addita clausula - *per altrettanti* -, quæ
9 nisi constet de contrario præsefert debitum
illam esarantis, ut proindè evidenter colli-
10 gatur longè à verisimilitudine alienum, si
dicendum esset quem voluisse se debitorem
alicujus constituere, quando mediante an-
tecedenti girata majoris summæ Creditor est,
Cyriac. controv. 280. *nu.* 15., *Rota dec.* 439.
num. 8. *coram san. mem. Gregor. XV.*, *& in
dicta Romana Salviani* 11. *Decembris* 1705.
§. 6. *coram Cardinali Caprara*, quinimo
hæc Clausula secundo Ordini apposita pro-
bat ad evidentiam integritatem Abbatis
Francucci, cui ideo non hæsitavit Marchio-
nissa fateri mutuum, quia præcedenter de
illius fide, & integritate satis tuta reddita
fuerat.

Ulterius augetur vis præsumptionum, *quia*
11 Francuccius post annum 1687 subministra-
vit Mariæ Isabellę scuta 500, prout præcete-
12 ris comprobatur ex testamentaria dispósi-
tione Marchionissæ Lauræ Cusidæ, in qua
ipsa fassa fuit Mariam Isabellam filiam non
longe ab obitu sibi exposuisse dictum debi-
tum scut 500. contractum, & in exonora-
tionem suæ Conscientiæ expostulasse solu-
tionem, prout de facto Laura Cusida spiri-
tuali bono Filiæ intenta, ante ejus mortem
persolvit scut. 300. Residuum verò scut. 200.
eidem Francuccio reliquit in testamento per
ipsam condito, undè valida promanabat con-
jectura extinctionis asserti debiti, cum in
13 testamentis nemò ludere præsumatur, *Ro-
ta in sepedicta Romana Salviani* 11. *De-
cembris* 1705. §. *Quarto*, *coram Cardinali*
14 *Caprara*, multoque minus quando omni
Jure competiisset compensatio de facili op-
ponenda, quatenus revera de hoc credito
satisfactio non adfuisset, *Bersan. de compen-
sat. cap.* 5. *quæst.* 1. *num.* 1., *Constantin. ubi
supra num* 286., *Rota in dicta Romana
Salviani* 11. *Decembris* 1705. §. *Sexto cor.
Cardinali Caprara*.

Non destiterunt tandem DD. ponderare la-
15 psum temporis plusquam viginti quinque
annorum, intra quem Marchio, & alii de
Mutis nunquam hujusmodi prætensionem
excitarunt, non obstantibus tot, tantisque
controversiis inter ipsos, & Abbatem agi-
tatis, quarum occasione illi de Mutis plures
etiam solutiones explerunt, & propterea
ex hac longeva acquiescentia augeretur vis
conjecturarum, & præberetur locus præ-
scriptioni statutariæ, de qua in *cap* 158. *lib.* 1.
adimenti robur cuicumque privatæ scriptu-
ræ nulla obligatione Camerali, & hypo-
theca vallatæ, quoties interveniat, ut verifi-
catur in præsenti longè minor decursus 25.
16 annorum, sexdecim videlicet absque ulla
reclamatione, ad notat: *per Gabriel. consf.* 4.
num. 5., *Constatin ad dictum statut. Urb. an-
notat.* 48. *art.* 1. *num.* 24., *& seq. Rota co-
ram Merlin. dec* 125. *per tot*, & in præcisis
terminis exactionis factæ mediante girata
de Luc. de Credit. discur. 130. *num.* 6., *Rota
decis.* 175. *num.* 2., *& per tot par.* 17. *recent.*
17 cujus Statuti dispositio procedit, etiamsi
agatur contra mulieres, *Rota dec.* 613. *nu.* 2.
& seq. cor. Manzaned.

Absque eo quod attendere voluerint DD.
exceptionem ignorantiæ propositam, & fun-
datam in qualitate hæreditaria, quandoqui-
dem ipsis arrisit responsio, quod in libris
Computistariæ illorum de Mutis, ordo su-
per quo est controversia, legitur de verbo
18 ad verbum descriptus, & consequenter
nullatenus erat præsumibilis ignorantia in
iis, qui omnem Lapidem moverunt contra
Francuccium, sed e converso desumebatur
positiva Scientia contentorum in dictis li-
19 bris, quę etiamsi esset præsumpta sufficeret ad
inducendam præscriptionem, de qua supra,
ut notant *Gabr. consf.* 8. *nu.* 5 *lib.* 2. *Gratian.
discept. forens. cap.* 52. *nu.* 162., *Constant. ubi
supra art.* 2. *n.* 162. Ex quibus omnibus con-
stito, quod creditum extinctum dici debet,
neque erat reddenda ratio, neque relaxan-
dum mandatum, ut ad sensum patet.

Et ita utraque &c.

AMERINA RESTITUTIONIS DOTIS.

Veneris 29. *Aprilis* 1712.

ARGUMENTUM.

In dote restituenda de bonis nec melioribus,
nec pejoribus, multùm defertur relationibus
peri-

peritorum circa valorem, & qualitatem illorum, ac tertii periti judicialiter electi relatione standum est.

SUMMARIUM.

1 *Judex habet facultatem individuandi bona, quæ sint in causam restitutionis dotis eroganda, quoties illius debitor ad talem declarationem renuat devenire.*

2 *Dos minui non potest, si illius debitor ejus quantitatem præcisè approbaverit,*

3 *Nemini proprium factum licet impugnare.*

4 *Excessus in æstimationibus nequit prætendi, si obstent relationes peritorum judicialium.*

5 *In divisionis materia, ut potius unum quàm alterum prædium sit condividenti relaxandum ab altero, residet in prudentia Judicis id recognoscere.*

6 *Relationi tertii periti impugnans illam primi, & secundi omnino stare debet.*

7 *Damna obventa inter litigandum super prædiis restituendis imputantur illi, qui suam obligationem non adimplevit, & ipsum, tanquam Dominum sequuntur.*

8 *Debitor dotis nequit opponere fideicommissum adversùs illius creditorem, nisi de bonis fideicommissariis ad se delatis rationem reddiderit, & vide in quo casu.*

9 *Authentica res quæ in subsidium operatur etiam pro detrahenda dote etiam in fideicommisso à muliere instituto.*

DECISIO DCCXVII.

PLuribus controversiis inter fratres de Petrignanis excitatis, una fuit super restiutione dotis Helenæ Scanardæ debita Francisco Angelo filio in summa scut. 2600., pro qua ille reportavit mandatum ab A.C. canonizatum subinde in nostro sacr. Tribunali sub die 13. Januarii 1708. coram R.P.D. meo Priolo, quod fuit à partibus acceptatum, verùm quia dictæ dotis restitutio ex præcepto paterno explenda erat in duobus locis, & 100. 80. montis Rest., nec non in prædiis rusticis, neque de melioribus, neque de pejoribus ad æstimationem peritorum, R. P. D. Petrignanus usumfructum locorum montium, & nonnulla alia bona dimisit in adimplementum suæ acceptationis.

Cujus dimissionis occasione, cum nova suborta fuerint jurgia, opus fuit disputare,
in quibus scilicet bonis esset dos restituenda,
sed concessa per sac. Auditorium R. P. D.
Petrignano facultate assignandi alia bona,
ille Rotali arbitrio minimè obtemperans,
1 causam dedit, ut tandem sac. Rota definiret
dotem esse restituendam in prædio *Aquilani*, & in prædio *S. Laurentii*, unà cum dictis locis montium, prout ex decisione edita sub die 5. Maii 1710. coram eodem R. P. D. meo Ponente, ad cujus normam fuit quoque relaxatum mandatum de adjudicando, à quo habito recursum ad Signaturam, causa mihi commissa fuit cum clausula *S. Q. E.*, unde in ejus sequelam proposito in hodierna audientia dubio — *An mandatum Rotale sit exequendum &c.* illud *affirmativè* resolutum fuit.

Præmisso enim, quod Domini noluerunt
2 attendere quæcumque deducebantur pro diminuenda quantitate dotis, quia pro dicta
summa concurrebat positiva acceptatio R.
3 P. D. Petrignani, cui licitum non erat proprium factum impugnare ex notissimis juribus, facilè fuit ostendere justitiam mandati, cum de validitate non esset quæstio.

Facienda siquidem erat restitutio istius
dotis in duobus locis montium cum 100. 80.
atque in prædiis mediæ qualitatis, ut supra
4 dictum fuit. Quamobrem, si ex relatione
periti Rotalis constitit, prædia adjudicata
non excedere in valore quantitatem debitam, nec esse de melioribus, & de pejoribus, itaut media qualitas verificatur, non erat cùr allegaretur excessivitas adjudicationis, maximè in hac materia similium divisio-
5 num, in qua totum facit judicantium religio,
ad *text. in l. quidquam ff. si competat*, *Rota in Pisauren. emphiteusis 29. Januarii 1712. cor. R.P.D. meo Ansaldo.*

Absque eo quod obstare possit, peritos de consensu partium electos extimasse valorem prædii Aquilani in scut. 1200., alterius verò S. Laurentii in scut. 1400., & consequenter adjudicationem excedere scut. 2600. debita
in dictis duobus locis montium cum 100. 80.
Quoniam satisfacit responsio, istorum peri-
6 torum relationes fuisse impugnatas à R.P.D.
Petrignano, quando Franciscus Angelus iisdem insistendum contendebat, ut hoc ideo necesse fuit eligere alium peritum judicialiter, cui proindè nunc standum est, *Rota dec. 299. n. 4. p. 8., & dec. 595. n. 1. p. 19. rec.*

Tribuendumque esse censuerunt Domini,
eidem R.P.D. Petrignano, si medio tempore evenit deterioratio prædiorum ob frigo-
7 ris infortunium, ipse enim renuendo ad legitimam devenire bonorum dimissionem, dominium voluit penes se retinere, & consequenter damnum ad eum uti dominum spectare necesse erat, ad *text. in §. cum autem emptis instit. de empt. & vendit.*

Non refragante, quod medietas prædii S.
Laurentii, utpote fideicommisso Mirabilis
Farratinæ obnoxia nequiverit adjudicari.
Quandoquidem, ultra ea, quæ super hoc fideicommisso firmata fuerunt in alia decisione edita 22. Aprilis currentis coram me, ces-
8 sabat objectum, sive ex quo R. P. D. Petrignanus ne dum reddiderat rationem de hæreditate Jacobi prioris debitoris hujus dotis,
9 sive ex quo in omnem casum locus erat subsidiario remedio *Auth. res quæ Cod. comm. delegat.*, & si agatur de fideicommisso mulieris, cum mulieres quoque teneantur in subsidium feminas descendentes dotare, *Rot. in Romana fideicommissi de maximis super quarta subrogatione quoad dotem Lauræ 9. Decembris 1709. §. Et quidem cor. R.P.D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore.*

Et ita, utraque &c.

AME-

AMERINA RESTITUTIONIS DOTIS SUPER FRUCTIBUS.

Veneris 29. Aprilis 1712.

ARGUMENTUM.

Fructus dotales ex culpa debitoris à vidua non percepti, à die obitus viri illi debentur.

SUMMARIUM.

1 *Fructus dotales soluto matrimonio debentur viduæ ab hæredibus viri, donec dotem non restituant.*

2 *In liquidatione fructuum statur relationi peritorum.*

3 *Fructus relicti penes colonos à detentore prædii, imputandi non sunt si perierint ad damnum illius, qui in prædio sit successurus, nisi fuerit ipse in actu desertionis citatus, & Judicis decretum approbativum interfuerit.*

4 *Eoque minus valet exceptio, quod iidem fructus fuerint à tertio recollecti, cum solum remaneat actio eos repetendi in primo detentore adversùs recollectorem in alio separato judicio.*

DECISIO DCCXVIII.

Firmata in contemporanea mea decisione validitate adjudicationis bonorum facta in causa restitutionis dotis Helenæ Scanardæ debitæ Francisco Angelo, disputatum fuit in eadem audientia etiam dubium -- *In qua summa fructus debeantur in casu &c.* -- & Domini dixerunt *fructus deberi juxta modum in decisione exprimendum.*

Quod enim fructus in genere debeantur à
1 die obitus Jacobi patris, nulla fuit inter partes difficultas, adeout totum causæ momentum restringeretur ad quantitatem, cujus inspectionem assumentes Domini, arbitrati sunt fructua duorum locorum montium, una cum 100. 80. calculandos esse in annuis scut. 8. 50., ut notorium est.

Quo verò ad fructus prædiorum *Aquilani*
2 *& S. Laurentii*, putarunt non esse recedendum à relatione periti Rotalis, qui distinctè retulit de fructibus, non solùm usque ad annum 1708., sed etiá de aliis subinde in minori quantitate perceptis ob superventam arborum arescentiam à frigore insolito resultantem, ut consequenter factis computis tam de fructibus locorum montium, quàm de aliis supradictorum prædiorum constitit, fructum in universum ascendere ad scut. 554. 22., illorumque tertiam portionem aritmeticæ ductam constituere scut. 184. 22., pro quorum restitutione erat condemnandus R. P. D. Petrignanus, ex notis juribus.

In nihilo attento, quod ex dicta quantitate sint detrahendæ impensæ Collectarum, quibus gravata reperiuntur prędia, nam peritus Rotalis, & de istis rationem habuit, cum omiserit ad hunc effectum calculare quosdam fructus inferioris qualitatis nuncupatos *li minuti*, ut legitur in sua relatione.

Minusque animadversionem merebatur, quod de anno 1708. R. P. D. Petrignanus re-
3 liquerit fructus penes Colonos, quodque nonnulli fuerint recollecti per Anibalem fratrem. Quandoquidem quidquid sit de hoc asserto deposito penès Colonos, certum visum fuit, illud non potuisse præjudicare Francisco Angelo, ipso non citato, & sine Judicis Decreto, *Rot. cor. Merlin. dec. 358. n. 6., & in rec. 492. n. 8. p. 9., & dec. 362. n. 11. part. 13.*

Respectu autem fructuum, qui dicuntur recollecti ab Anibale fratre, Dominis satis-
4 fecit responsio, quod sibi imputare debeat R. P. D. Petrignanus, dum permisit fratrem fructus non suos percipere, & propterea ex hoc nequeat liberari à debito contracto cum Francisco Angelo, remanente tantùm eidem R. P. D. Petrignano actionem illos repetendi ab Anibale fratre, *Niger. de except. cap. primo §. 10. n. 33., Thomat. dec. 2. num. 24. & seq., Rot. post Cenc. de Censf. dec. 174. n. 4.*

Et ita, utraque &c.

AMERINA EXPENSARUM.

Lunæ 2. Maii 1712.

ARGUMENTUM.

Renunciatio liti illegitimè facta, expensarum taxationem non impedit.

SUMMARIUM.

1 *Expensę judiciales usque ad ultimum quadrantem à succumbente sunt reficiendæ.*

2 *Renunciatio verbalis facta à succumbente facultatem non adimit Actori in prosecutione judicii, & ab expensarum refectione non liberat.*

3 *Creditum liquidum cum æque liquido, & certo debet compensari.*

DECISIO DCCXIX.

Interposita hinc inde appellatione per R. P. D. Joannem Antonium, & Franciscum Angelum fratres de Petrignania à taxatione expensarum facta per R. P. D. meum Priolum, & ad formam commissionis proposito per me hodie dubio, Domini *non constare de causis* responderunt.

Justitia enim mandati pro expensarum refectione in scutis 48. ad favorem prædicti Francisci Angeli relaxati, cum validitas non controvertatur, satis superque resultat ex
1 eo, quod omnes expensæ præfatam summam conflantes utpote judiciales, & vivæ, juxta consuetum stylum taxatæ fuerunt, & proindecum de nullo prorsùs excessu redargui valeant, utique reficiendæ veniunt, *Rot. in Fanen. manutentionis super datione in solutum quoad expensas 22. Januarii proximè præteriti cor. R. P. D. meo Aldrovando, & in Reatina fideicommissi de Severis super expensis 19. Februarii proximè præteriti coram me.*

Absque eo, quod attendi mereatur præ-
cedens litis renunciatio emissa per R. P. D.
2 Joannem Antonium, tum quia ea suffragari
nequit ad evietandam refectionem expensa-
rum, quæ factæ fuerunt tam coram A. C.,
quàm postmodum in nostro Tribunali, *Rot.
cor. Cerr. dec. 170. n. 4., & cor. Emerix jun.
dec. 1293. n. 9.*, tum, & fortius, quia hujus-
modi renunciatio fuit solum verbalis, nec
unquam ad actum positivum legitimè dedu-
cta extitit, nam dimissio bonorum ab ipso fa-
cta, semel atque iterum rejecta fuit tam in
decisione præcedentis instantiæ, quàm suc-
cessivè coram me.

Validum pariter, & justum è contra vi-
sum fuit mandatum pro expensis relaxatum
favore d. R. P. D. Joannis Antonii in summa
scut. 13., quemadmodum admittit etiam al-
3 tera pars, solumque opponit compensatio-
nem pro entranti rata cum præfata majori
quantitate; quæ quidem compensatio, at-
tenta æquali crediti liquiditate denegari
non potest, *l. final. Cod. de compen.*, *Rot. cor.
Dunozet. jun. dec. 865. num. 5., & dec. 519.
n. 12. p. 19. rec.*

Et ita utraque &c.

RONANA, PRIMOGENITURÆ, ET FIDEICOMMISSORUM DE CORSINIS SUPER FRUCTIBUS.

Lunæ 2. Maii 1712.

ARGUMENTUM.

Fructus fideicommissi particularis à die apertæ successionis vocato debentur, ad differentiam universalis, & reliqua habes in summario.

SUMMARIUM.

1 *Fructus in genere durante lite decursos reficiendi sunt à succumbente.*
2 *Perceptio fructuum probata ex Confessione Rei in positionibus emissa, omni probationum genere est præstantior.*
3 *Cessante titulo percipiendi fructus, omnino sunt isti restituendi à die cessationis ejusdem tituli.*
4 *Etiàm loco damnorum tali casu debentur.*
5 *Cursus fructuum resecatur ex mente Testatoris in casu, quo hæres usufructuarius delinquat, à die patrati criminis extinctus dicitur, & bonam fidem excludit.*
6 *Fructus fideicommissi particularis à die illius purificationis vocato debentur.*
7 *Limita, si agatur de Fideicommisso Universali.*
8 *Calculus desumptus ex libris Computisteriæ circa fructuum liqidationem dicitur justus, & validus.*

DECISIO DCCXX.

TErminata per rem judicatam Rotalē dispu-
tatione super pertinentia Primogenitu-
ræ, ac fideicommissorum Bartholomei, &
Philippi favore Marchionis Francisci Mariæ,
promovit ipse in nostro Sacro Auditorio no-
vam Instantiam adversus Marchionem Ca-
millum fratrem super restitutione fructuum
ab ipso perceptorum de Bonis in Florentina
Ditione positis, undè subscripto per me du-
bio -- *An, & in qua summa sint liquidan-
di fructus* -- illoque proposito in hodierna
Audientia, Dominis facile fuit petitis an-
nuere, respondendo prò informante, videli-
cet *affirmativè* prò summa in decisione ex-
primenda, dùm Marchio Camillus, quan-
tumvis pluribus intimationibus de more
lacessitus, jura sua deducere neglexerit.

Nulla siquidem apud Dominos fuit diffi-
cultas quoad restitutionem fructuum in ge-
1 nere, quia nimis vulgatum est, reum suc-
cumbentem, illos medio tempore perceptos
refundere debere, *ad Text. in l. litigator cod.
de fruct., & lit. expens., Rota in Bononien.
fideic. de Griffonibus super fructibus 1. Julii
1709. §. assumendo cor. R. P. D meo Falco-
nerio*, de quorum perceptione satis constare
2 DD. sunt arbitrati ex ipsamet confessione Mar-
chionis Camilli emissa in Positionibus, quod-
cumque genus probationum superante, ex
notissimis regulis.

Redacta itaque inspectione, & ad tempus
à quo veniunt restituendi, & ad quantita-
tem, respectu temporis, visum fuit juxta In-
stantiam Partis definire, fructus deberi ab an-
no 1704., quo Camillus capitaliter Bannitus,
secuto jam obitu March. Nerei, Florentiam
se contulit, omnes subindè fructus bonorum
in dicto domino Florentino existentium sibi
appropriando, ut propterea excluso in præ-
3 fato Camillo per judicata Rotalia quocum-
que titulo eos percipiendi, veniat ad strin-
gendus ad refusionem ab ipsa met occupatio-
nis die, *Mans. consult. 346. sub. num. 189.,
& seq, Rota coram Coccin. 1561. num. 2.*, &
bene *decis. 38. num 4. 5. part. 12. recen.*, ubi
4 quod saltem de illis facienda est restitutio, uti
de damnis, & interesse.

Quibus accedit expressa voluntas Testa-
5 toris demandantis, quod fructus portionis
delinquentis, durante Banno, spectarent ad
substitutos, absque ulla obligatione illos resti-
tuendi etiàm in casu, quo Bannitus reinte-
grationem á Principe reportaret, adeò ut
ex hoc præcepto Testatoris semper magis
convincatur exclusio tituli, & bonæ fidei,
quia statim commisso delicto, imò per annum
antè privatus remanserat, ad tradita *per Va-
lenzuel. cons. 196. num. 23., & seq., & nu. 27.,
Mans. dicta consult. 346. num. 190., Rota dec.
2. num. 10. cum sequen. par. 11. recen.*

Et hæc omnia eò magis procedere dixe-
runt Domini non solum, ex quo idem Mar-
chio Camillus fassus fuit hanc fructuum per-
tinentiam favore Marchionis Francisci Ma-
riæ Fratris, dum ad effectum exigendi cer-
tos fructus, reportavit ordinem ab eodē con-
fectum, verùm etiam quia res in presenti erat
de Primogenitura, seu fideicommisso parti-
culari purificatis post mortem prędicti Mar-
chio-

chionis Nerei, in quibus terminis, si recta via
6 ex legis operatione, & ministerio successio
transit in substitutum ad differentiam fidei-
7 commissi universalis, utique fructus ab ipso
momento, & tempore purificationis veniunt
restituendi, ex late firmatis *in Romana Immissionis super fructibus 24. Aprilis 1711. §. videtur coram R. P. D. meo Crispo, & in Romana domus, seu Palotii super fructibus, quoad reservata 22. Junii d. anni §. non videbatur coram eodem.*

Quo verò ad quantitatem, Domini existimarunt istam esse liquidandam in sc. 19300.
8 90. ut in calculo dato *sum. num. 5. & 6.*, nec
non desumpto ex libris computisteriæ domus Corsinæ, ex quibus colligebatur, redditus bonorum Florentiæ, spatio decennii ascendisse ad scut. 29140., adeòut subinde factis proportionabili computo, & repartitione, atque subductis portionibus recuperatis à Camillo post obtentam gratiam restitutoriam, compertum fuerit, fructus ad præfatam summam scut. 19300. 90. ascendisse.

Et ita unica tantum Parte informante &c.

ROMANA, SEU FERRARIEN. CENSUS.

Veneris 6. Maii 1712.

ARGUMENTUM.

In Cessione unius capitalis fructiferi, sive census, & etiam fructuum, omniumque jurium ex eodem fonte promanantium, quæ adversus debitorem cessum experienda etiam cessa sunt; si detur casus, quod summa ennunciata, ad quam fructus ascendere putabatur, major reperta sit, pro eo, quod excedit, actio cedenti non remanent, sed ad Cessionarium sub titulo omnium jurium cessorum devolvitur,

SUMMARIUM.

1 *Cessionarius omnium Jurium sub generalitate verborum, quæ à cedente retulit, non potest in exactione à cedente molestari, neque in totum, neque in parte.*

2 *Quantitas fructuum expressa in supra exposito casu habetur, quod stet demonstrativè, non taxativè ad illam, adeòut in eo, quod excedit, ad commodum cedentis non retrocedatur.*

3 *Referens dicitur esse in relato cum omnibus suis qualitatibus.*

4 *Calculus firmatus in Instrumento in certa summa, si relativè tamen se habeat ad notulam insertam in alio, cui standum sit, quæ notula maiorem summam contineat, hæc est attendenda, non illa calculi, uti demonstrativè se habens:*

5 *Cessio omnium jurium effrenatis verbis designata* niuna cosa esclusa, ò riservata con tutte l'attioni, ò altro Jus &c. *nequit restringi taxativè ad quantitatem demonstrativè ennunciatam.*

6 *Cessio ratæ sortis unius census sub ennunciata verborum ampliatione, fructus etiam comprehendit.*

7 *Dictio universalis* tuttociò *nihil, quod in eo quomodolibet contineri possit, excludit, & limitationem non patitur.*

8 *Cedenti, jura sua nihil superest consequendum de illis adversus Cessionarium, qui sui favore omnia cedentis jura reportavit.*

9 *Pars proemiolis sive narrativa Instrumenti, ad dispositivæ declarationem inservit.*

10 *Expressio facta in cessione sortis, & fructuum capitalis, quod aliqui fructus individualiter nominati favore cedentis remaneant, non operatur, quod altera quantitas fructuum demonstrativè tantum stans, veniat attendenda, si erronea detegatur.*

11 *Amplia, ut etiam in isto casu, nisi fuissent individuati fructus à cessione excepti, ex generalitate verborum sub illa cecidissent.*

DECISIO DCCXXI.

Cesserant anno 1656. PP. Præmonstratenses Joanni Baptistæ Honorato Capitale unius census, una cum fructibus decisis ab anno 1627., usque ad tempus ejusdem Cessionis, cumque ab inde citrà novi fructus decursi fuissent, Bernardinus, & alii fratres de Honoratis, eundem censum, una cum fructibus, tam sibi cessis, quam aliis exindè decursis usque ad mensem Octobris 1688. secundo loco cesserunt Comiti Monte Catino, cujus favore fuit aliàs in Nostro Tribunali relaxatum mandatum contra debitores, & quoniam dicti fratres de Honoratis prætendebant ratam scut. 820. non fuisse in cessione ab eis facta compræhensam, demandatum fuit, ut pecuniæ in hac quantitate deponerentur ad effectum consignandi cui de jure; unde in sequelam hodie præposito dubio -- *An, & cui sint consignandæ pecuniæ reservatæ* -- esse consignandas Comiti cessionario responsum fuit.

Posito enim, quod dicta summa proveniat
ex illis fructibus debitis Patribus Præ-
monstratensibus, & ab eis generaliter cessis
Joanni Baptistæ, eo ipso, quod fratres de
1 Honoratis illius hæredes cesserunt Comiti,
tutte è singule raggioni ad essi Signori Honorati competenti, e che potessero competere con atti, mandati, & oltro fatti, niuna cosa esclusa, o riservata per causa de frutti del censo delli 3. Decembre 1627. di sc. 5000., e più cedati già da Padri Premonstratensi &c. con l'ationi, e raggioni deliti, & altro Jus &c., exinde sequitur, quod impediri non possit Comiti Monte Catino exactio controversæ summæ, cum cessionatius à cedente minimè valeat super rè cessa inquietari. *ex text. in l. facta §. si hæres ff. ad Trebell., Rot. coram Burat. decis. 848. num. 7.*

Absque eo quod obstare posset, fructus,
2 nempe decursos usque ad annum 1656., fuisse
restrictivè calculatos, & cessos in summa
 scut.

scut. 5000., itaut subinde consilio, illos augendos fore, augumentum ipsum veniat considerandum ad commodum cedentis, non autem Monte Catini cessionarii. Quandoquidem præmisso, quod major quantitas scut. 5000. non fuit expressa, quia illa ignorabatur, ut nunc est in comperto, ex lectura instrumenti cessionis desumebatur objecti irrelevantia. Inibi enim, & quidem in parte dispositiva Honoratus se habuit relative ad antiquam cessionem emissam à Patribus Præmonstratensibus, in qua litteraliter habetur comprehensio non tantum dictæ summæ scut. 5000., verùm etiam summæ controversæ, & consequenter patet hanc quantitatis expressionem ab Honorato fuisse factam demonstrativè, non verò taxativè, juxta vulga-
3 tam regulam, quod in referente contineatur relatum cum omnibus suis qualitatibus, *Rot. post. Constantin. ad stat. Urb. dec.64. nu.15.*

Et ex hac responsione tollitur etiam objectum deductum ex aliis verbis in dicta cessione appositis videlicet -- *quali frutti ascendono in tutto, e per tutto a' scudi 16724. 10. conforme la nota, che si inserisce &c.*, quia hæc calculatio facta fuit pariter relativè ad
4 notulam insertam, & continentem fructua cessos à PP. Præmonstratensibus, adeout semper recurrat responsio, quod cessio regulari debeat non ab hiscè enunciativis, sed ab ipsa notula, ad quam fuit habita relatio, ex allegatis.

Ponderatis potissimùm verbis cessionis
5 omnes fructus comprehendentibus -- *Niuna cosa esclusa, ò riservata &c. con tutte le azioni &c., & altro Jus &c.*, quæ tanquam universalia, & effrenata, nec non diversa ab expressis inportantia restringi nequeunt ad sola scuta 5000., *Rota decis.653. num.9. par.19. recen. tom.2., & in Valentina Beneficii 16. Februarii 1697. §. Verum coram R.P.D. meo Priolo, & in Romana transactionis 21. Februarii 1701. §. etenim coram Clar. mem Card. Caprara, & in Rom., seù Ferrarien. census. 5. Decembris 1704. §. tota ergo coram Rmo Labacen.*, ubi firma-
6 tum fuit in præcisis terminis verborum *nihil penitùs excluso, & reservato* &c appositorum in cessione reportata per Monte Catinum ab Alma Domo Lauretana super rata fortis illius census in scut. 500, quod intelligerentur comprensi fructus ejusdem census.

Hiscè addebatur, quod Joannes Baptista in parte executiva instrumenti cessit Monte Catino -- *tutte le spese delle liti, tali quali però sono, e cede parimente al medemo tutto quel di più, che importavano li frutti sudetti oltre li scudi 12000. convenuti &c.*; hæc pro-
7 propterea dictio universalissima *di tutto quello di più &c.* nullatenus esset verificabilis, quoties limitationem pateretur, cum nimis tritum sit in Jure, verba universalia nullam admittere exclusionem, etiam si agatur de non expressis, *Rot. decis.379. num. 5. par.15. rec.*

Semper magis propositum objectum circa non comprehensionem, corruebat ex animadversione, quod Joannes Baptista agebat ad hæc scuta 820. in vim cessionis confectæ à Præmonstratensibus favore Emilii Amatorii, cujus jura idem Joannes propter nominationem ab Emilio factam de Persona Joannis Baptistæ Sen. repræsentat, ut exindè
8 si evidenter ex parte proemiali instrumenti constet, Monte Catinum voluisse acquirere *le restanti raggioni, che per causa di detta istromento di censo di 3. Dicembre 1627., e cessione ò nomina di detto Amatorii haveno, e possono avere li detti Signori Onorati &c.* clara promanat consequentia, Honoratum minime refricare posse coniiti Monte Catino, quin minus Jus habere debeat ad illam summam contentam in cessione Patrum, quam ad sui favorem reportare fategit, cum
9 pars proemialis utique attendi soleat ad declarationem dispositivę, *Rot. in Cavallicen. donat. super manutentione 1. Februar. 1706. §. neque obstare, et §. quamvis cor. R.P.D. meo Scotto Gub. Almæ Urbis, & in Rom. Cappellaniæ 16. Martii 1708. §. Froemium coram R.P.D. meo Ansaldo.* Quæ voluntas eo fortius comprobatur ex sententia Bo. me. R.P.D. Altoviti inserta in Instrumento cessionis, cum in illa condemnetur Alma domus Lauretana uti hæres Francisci de Amicis fidejussoris prò hujusmodi censu ad restitutionem fructuum decursorum, ab anno 1633., de quorum numero sunt sępe dicta scut. 820.

Neque comprehensio controversę summę excludebatur ex pacto apposito, quod scili-
10 cet *detto Sig. Conte Avocato Monte Catini non possa concorrere con li medemi Signori Onorati per il residuo de frutti decorsi, e non compresi nella presente cessione &c.* Etenim hujusmodi pactum verificatur de fructibus post annum 1688. pro rata censua scut. 5500. decursis favore illorum de Honoratis, qui fructus licèt non fuerint comprensi in cessione, tamen nisi fuisset superadje-
11 cta similis pactio, res non vacasset quæstione, quia Monte Catinus potuisset vigore alterius cessionis habitæ ab Alma domo agere prò fructibus sibi debitis, prætendendo se habere, vel potiora, vel saltem æqualia Jura, ut ad sensum patet.

Et ita, utraque &c.

ROMANA CENSUS.

Lunæ 9. Maii 1712.

ARGUMENTUM.

Census validè imponi potest super altero Censu, & si iste evincatur, vel extinguatur, non tamen resecatur cursus fructuum istius Census super illo fundati.

SUMMARIUM.

1 *Census activus potest à creditore constitui pro fundo in censu passivo.*

2 *Fru-*

2 *Fructus debentur, & si talis census, qui stat prò fundo extinguatur.*
3 *Exprimitur ratio, quæ est, quia fundus censitus fructus parit.*
4 *Census super altero impositus, secundum aliquos Doctores resolvitur, quoties ille evincatur, seù extinguatur, sed distinguendi sunt casus.*
5 *Debitor Census, si se obligaverit reinvestire fructus, & super isto fundatus sit alter census, prò ejus majori securitate, si primus, qui stat prò fundo alterius extinguatur, & reinvestimentum ille non fecerit, loco damnorum tenetur ad fructus hujus secundi Census.*
6 *Debitor Census fundati super altero Censu, si evincatur idem fundus, tenetur investire summam ex quâ constatur secundus Census, cum pecuniis de primo retractis.*

DECISIO DCCXXII.

Super Censu scut. 21470. imposito favore Marchionis Goldoni de Vidonis per Marchionem Cæsarem Baldinottum, ut in contextuali mea decisione, constituit idem Marchio Vidonus alium censum in sorte scutor. 3000 ad favorem Eminentissimi Domini Cardinalis Carpineo, eâ Insuper adjecta lege, quod ex fructibus antedicti primi Census, qui fideicommisso Domus Vidonæ obnoxius reperiebatur, investienda esset summa scut. 7000. pro securitate, & cautione alterius Census.

Cum autem occasione evictionis dicti primi Census, ac retardatæ solutionis ejusdem fructuum, Marchio de Vidonis, nec fructus alterius Census persolveret, nec investimentum expleret, licet interim sortem scutor. 21470. exegerit: hinc Eminentissimus Dominus Cardinalis gemina ab A.C. obtinuit mandata, alterum nempe prò fructibus dicti Census, & alterum ad factum prò dicto investimento scut. 7000., & loco illius executivum prò dicto capitali scut. 3000., instaurataque Appellationis Causa coram me ad normam commissionis, disceptandum hodiè proposui consuetum dubium, & DD. mandata A. C. utpotè valida, & justa exequenda esse censuerunt.

Et sanè Justitia mandati pro fructibus relaxati, cum validitas in dubium non revocetur, satis superque fundata est in publico impositionis Census instrumento, tametsi iste constitutus appareat super altero Censu.

Quidquid enim dixerint nonnulli doctores, magis recepta, ac verior opinio est, quod naturæ Census minime adversetur, ut super altero censu tamquam fundo censito constituatur, ex plenè firmatis per *Cenc. de Cens. quæst.21. per tot., Leotard. de usur. quæst 46. num.31., & seq., Cad. de Luc. de Cens. discurs.17. nu.3., Marescot. var. resolut. lib.3. cap. 10. nu.33, Mastril dec. sicil.218. nu. 1., Rota coram Burat. dec.913. nu 12.*

1 Constabilità validitate census In necessariam consequentiam venit, debitum fructuum, non obstante, quod primus Census pro fundo censito assignatus extinctus remanserit,
2 ex quo Palatium super quo impositus fuerat, evictum extitit à Creditoribus anterioribus præfati Marchionis Cæsaris Baldinotti; Cùm enim ex late deductis in dicta contemporanea mea decisione, canonizzatum fuerit mandatum pro fructibus Census favore Marchionis de Vidonis loco damnorum, & intellè, ex quo evictio secuta fuit in Judicio concursus, ex quo attento obstaculo Creditorum anteriorum, nec sortem libere repetere, nec subrogationem fundi liberi reportare poterat, ideò multo magis fructus
3 debentur Eminentissimo Domino Cardinali, cum fundus censitus fructus reddiderit, ut de se patet.

Et licet anno 1710. per sortis restitutionem extinctus vere fuerit dictus Census scutor. 21470., & proinde resolutus quoque
4 censeri debeat alter super illo Impositus per ea, quæ præcipue tradunt *Les de just. & Jure. lib.2. capitul.22. dub.12. num.77., Cenc. de Cens. d. quæst 31. num. 12., & seqq., & quæst.99 num.22 cum concordan. per eos adduct.* Attamen cessat in hypothesi omnis difficultas, quia ut præmisimus Marchio de Vi-
5 donis expresse in impositione Census favore Eminentissimi Domini Cardinalis se se obligaverat reinvestire scut 7000. pro securitate & cautione ejusdem; ideoque cum in hujusmodi obligationis adimplemento defecerit, evitare nullo modo potest solutionem fructuum, saltem loco damnorum, & interesse, *Rota coram Bich. dec.303. num.8., & in Perusina Census 27. Iunii 1707. §. adhuc. tamen coram R.P.D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore, & in Romana fructuum Census 27. Ianuarii 1712. §. animadverso coram R.P.D meo Aldrovando.*

Æquali pariter validitate, & justitia suffultum visum est alterum mandatum ad factum pro dicto investimento, & loco illius executivum pro scutis 3000. ab A.C. repor-
6 tatum, quia cum sæpè dictus Marchio consecutus fuerit sortem Census super quo, ut dictum est, fundatus est Census de quo agitur, hinc tàm de Jure, quàm ex pacto speciali tenetur deponere supradictam summam ad effectum investiendi, ad tradita per *Urceol. consult 13. num.23., & seq., Rota coram Emerix Iun. dec.661. num.11., & decis.1088. nu.3., & 4., & in Firmana Census 9. Junii 1698. §. Neque huic coram bon. me. Muto.*

Atque hæc adeò vera sunt, ut assumptâ subsistentiam optime agnoscens altera Pars, hodie manus victas dederit, quatenus super contextuali dubio, à cujus inspectione præsens quæstio vere pendebat, ad ejus favorem prodiret resolutio, prout ex Dominorum censura voti compos facta fuit, & propterea absque ulla hæsitatione mandata A. C. exequenda venerunt.

Et ita utraque &c.

RO-

ROMANA FRUCTUUM CENSUS.
Lunæ 9. Maii 1712.

ARGUMENTUM.

Fructus census debentur, etiam si fundus remanserit evictus, quando creditor sortem recipere illicò, seu alterius fundi subrogationem reportare impeditur, & hæc in materia Judicii concursus Creditorum.

SUMMARIUM.

1 *Instrumentum publicum paratam habet executionem.*

2 *Fructuum censualium cursus resecatur eveniente fundi evictione, si creditor illicò possit recipere sortem absque impedimento, vel alterius fundi subrogationem reportare.*

3 *Limitatur regula, quando ex facto communis debitoris Creditor neutrum ex supradictis potest obtinere.*

4 *Et isto casu in recompensationem damnorum et interesse illorum cursus eidem conceditur, et unde plures casus.*

5 *Impedimentum supradictum ex facto debitoris proveniens dicitur, quando ob supervenientiam creditorum anteriorum, Creditor censuus, nec subrogationem novi fundi, nec sortem potest reportare.*

6 *Creditor posterior ab anteriori excluditur.*

7 *Creditor si per affixionem edictorum, et instantiis pro deliberatione bonorum debitoris suam procuraverit satisfactionem, negligens reputari non debet à posterioribus creditoribus.*

8 *Limitatur, si talis creditor viam habuisset expeditam pro sui satisfactione, et ea usus non fuerit, quo casu tenetur de culpa.*

9 *Creditor pecuniarius, qui sui favore adjudicatione m speciei reportavit, non tenetur esse sollicitus de istius effectu, quando rei sibi adjudicatæ emptor non reperitur.*

10 *Creditor pecuniarius speciem loco pecuniarum recipere non tenetur.*

11 *Neque ad petendam immissionem, quando ex ea libere, et expeditè nequeat satisfieri.*

12 *Nec tenetur minutatim solutionem reportare.*

DECISIO DCCXXIII.

INdicto generali Creditorum Concursu ex authoritate Congregationis Baronum super bonis Marchionis Cæsaris Baldinotti, quamvis deventum fuerit ad subastationem Palatii in via Cursus existentis, quod subrogatum reperiebatur in locum alterius, super quo à d. Marchione Cæsare Baldinotto impositus fuerat census scutorum 21470. favore Marchionis Goldoni de Vidonis, attamen iste ejusdem census satisfactionem minime consequi potuit, quia prætium à d. deliberatione retractum inter Creditores anteriores, & potiores distributum extitit.

Quapropter successivè una cum aliis creditoribus Judicium immissionis in vim salviani interdicti ad Palatium prope ædes Sapientiæ situm, ac olim ad communem debitorem spectans intentavit, & post favorabilem sententiam agnoscens, quod ex pensionibus intra decennium percipiendis commode satisfieri non poterat, facultatem à SSmo obtinuit procedendi ad subastationem ejusdem Palatii, quod eidem, ac nonnullis aliis creditoribus, prævia de more edictorum affixione, adjudicatum fuit.

Suspensa tamen hujusmodi adiudicatione, & postmodum etiam circumscripta vigore decreti præfatæ Congregationis Baronum, Palatium iterùm deliberatum fuit favore Eminentissimi Domini Cardinalis de Carpineo, & licet antedictus Marchio de Vidonis ex illius pretio satisfactionem sortis d. census reportaverit; nihilominus impuguantibus cæteris Creditoribus conspicuam ejusdem fructuum solutionem, delataque in judicium controversia, R.P.D. A. C. Cerrus mandatum pro dictis fructibus relaxavit, quod in gradu appellationis, attenta validitate, & justitia, DD. pro informante respondentes, exequendum esse responderunt.

Fundata enim apparuit Actoris intentio in publico impositionis census instrumento,
1 quod utpote Camerali obligatione munitum, celeriter executioni demandandum venit, ut vulgata sunt Jura, ut apud *Rot. dec.* 834. *n. primo cor. Emerix Jun.*, *& dec.* 424. *n.* 2. *p.* 19. *rec.*

Neque obstare posse visa est exceptio,
2 quod per judicialem evictionem, seu distractionem fundi censiti expletam ad instantiã Creditorũ anteriorũ ex authoritate Congregationis Baronum, cum scientia d. Marchionis Creditoris, census remanserit extinctus, itaut redacta sorte ad purum creditum pecuniarium, fructus amplius non debeantur, neque ratione damnorum, & interesse.

Quoniam in hoc articulo, de quo sæpè sæpius in nostro Tribunali actum fuit, receptissima est distinctio, quod evictio fundi censiti, tunc solum Census extinctionem apta est operari, ac usurarum cursum, etiam loco damnorum, & interesse retardare, quãdo Creditori censuario datum est absque ullo impedimento, vel sortem libere consequi, vel subrogationem alterius fundi reportare, in quibus terminis procedit celebris *dec* 336. *p.* 19. *rec.* cum concordan. relatis *in Romana Salviani*, *seu Canonum* 20. *Februarii* 1699. §. *His itaque coram Emo Cardinali della Tremoille*, *& in Licien. Salviani* 8. *Martii* 1706. §. *Adversus coram R. P. D. Ansaldo*, *& in Perusina Census* 13. *Januarii* 1708. §. *Non obstat*, *& seqq. coram me*.

Secus tamen quando, prout in hypothesi Creditor census ex facto debitoris, qui bona sua aliis creditoribus precedenter hypothecavit, nec sortem recuperare, nec subrogationem fundi liberi in eorum concursu obti-

obtinere potest: hoc etenim casu nulla Justitiæ, & æquitatis ratio patitur, ut capi-
4 tali simul, & fructibus defraudetur, quos proinde, si non tamquam fructus, saltem in recompensationem interesse, & damnorum eidem debitos esse constanter semper respondit Rota, ut videre est *dec.*204. *n.*3., *& 4. post Cenc. de Censibus, dec.*527. *n. primo cor. Cavaler., dec.* 550. *n.*6., *& seqq. coram Cerro, & decis.* 1006. *cor. Emerix junior, cæterisque congestis in Romana Salviani* 17. *Februarii* 1702. §. *Hinc non refragatur cor. Rmo D. meo Decano, & in d. Lycien. Salviani* 8. *Martii* 1706. §. *Fallente solum cor. R. P. D. meo Ansaldo*. Et in terminis distractionis fundi censiti factæ ex authoritate Congregationis Baronum testatur *Card. de Luca de feud. ad materiam ejusdem Bull. disc.* 81. *n.* 8., *&* 9., & firmatum fuit *in Romana immissionis* 25. *Februarii* §. *Minasque, &* 26. *Aprilis* 1709. §. *siquidem cor. me.*

Ac novissime loquendo de concursu Creditorum d. Marchionis Cęsaris Baldinotti, in *Romana fructuum census* 27. *Januarii* 1712 §. *Propriusque accedendo cor. R. P. D. meo Aldrovando, & in Romana census sub hac eadem die cor. R. P. D. meo Scotto almæ Urbis Gubernatore.*

Quod autem nedum difficilis, verum
5 etiam impossibilis reddita fuerit Actori repetitio capitalis d. census, evidenter resultat, ex quo statim ac sequuta fuit Palatii deliberatio, ejusdem pretium totaliter præoccupatum fuit à Creditoribus anterioribus,
6 quibus sane nullatenus concurrere poterat, resistente regula *text. in cap. qui potior. de reg. jur. in* 6., *& l. qui balneum, & l. potior ff. qui potior in pignore habeantur.*

Et quamvis subindè distracta fuerint alia bona communis debitoris, attamen eorum pretium cessit semper in satisfactionem Creditorum anteriorum, quarum magna pars adhuc viget, & instat, unoque dimisso non deficit alter, quemadmodum clarè patet ex *d. Romana fructuum census* 15. *Junii* 1711. *&* 27. *Januarii* 1712. *cor. R. P. D. meo Aldrovando.*

Absque eo quod aliqua negligentia, seu
7 culpa notari valeat d. Marchio, ex quo post reportatam una cum aliis crediroribus anno 1699. à SSmo commissionem directam Congregationi Baronum ad effectum procedendi ad subastationem dicti Palatii propè ædea Sapientię existentis, omiserit tunc temporis instare pro deliberationis effectuatione, vel saltem pro obtinenda ejusdem adiudicatione in sui crediti satisfactionem.

Etenim ultra quod ex reiteratis instantiis in Congregatione Baronum expletis, & ex multiplici ædictorum affixione, perspicuè in facto convincitur adhibitas fuisse omnes diligentias per ea, quæ omissis generalibus ad rem ponderat *Rota in Romana census* 16. *Januarii* §. *firmato itaque, & seqq., & prima Julii* 1699. §. *Sed hæc exceptio, & seqq. cor. R. P. D. meo Priolo.*

Recurrit animadversio, quod actio prò
8 damnis, & interesse tunc ex negligentia, & culpa Creditoris Censuarii sublata remanet, quando data repetibilitate census, recuperatio sortis totaliter, & expeditè reposita est in ejus libera voluntate, quia concurrente simul potentia Juris cum potentia facti, sibi imputare debet Creditor omnia damna, quę ex neglecta crediti consequtione patitur, ut prosequuntur authoritates in §. Secus tamen adductæ, & optimè notat *Rota in d. Romana census* 16. *Junii* §. *Hoc enim obiectum, & prima Iulii* 1699. *d.* §. *Sed hæc exceptio cum seqq. cor. R. P. D. meo Priolo.*

Hujusmodi vero potentia facti in præ-
9 senti hypothesi excluditur ex huc usque ponderatis, nec ullo modo inferri valet, ex quo d. Anno 1699. sæpè dictus Marchio de Vidonis propalata adiudicatione ad sui favorem, instare poterat, nullo quippe jure gravatur Creditor hac sollicitudine,
10 nec speciem pro pecunia sibi debita invitus recipere cogitur, ad *text. in l. mutuum damus* §. *Mutui datio ff. si cert. pet., et in l. Eum à quo C. de solut. Matt. cons.* 344. *n.*2., *Surd. dec.* 30. *n.* 9., *Rota dec.* 224. *num.* 7. *p.* 15. *rec.*

Atque hinc est, quod licet Creditor censuarius, evicto fundo censito per immissionem in judicio Salviani persequi possit bona sui debitoris in tertios possessores distracta, si tamen id negligat, non ideo retardatur cursus fructuum loco damnorum, & interesse, ea convincenti ratione, quia cum expeditam, liberamque sui crediti satisfactionem
12 consequi nequeat, illam minutatim recipere non tenetur, ut præcisè in his terminis responsum fuit *in d. Romana census* 16. *Januarii* 1699. §. *Non relevante cor. R. P. D. meo Priolo, et in d. Romana Immissionis* 25. *Februarii* 1709. §. *Sicut neque, et seq. cor. me.*

Et ita unica tantum parte informante, altera verò pluribus intimationibus lacessita, diùque expectata, ac dilationem proindè frustra petente, responderunt DD. &c.

ROMANA RESTITUTIONIS DOTIS ET LOCORUM MONTIUM.

Veneris 13. *Maii* 1712.

ARGUMENTUM.

Efficacia dationis in solutum non est operativa, si data res evincatur, vel illam qui acceptavit, ea nequeat ex facto dantis potiri, & quietantia in ejus sequelam à creditore facta resoluitur.

SUMMARIUM.

1 *Res judicata oritur ob non trasportationem actorum intra legitima tempora.*
2 *Transactio obligat transigentes ad excutionem concordatorum in illa.*
3 *Amplia, ut teneatur etiam ad fructus, si res, quæ ex facto dantis non consequitur, sit fructifera.*

4 Per-

4 *Pertinentia locorum montium probatur ex descriptione partitarum, in cujus faciem cantant.*

5 *Simplex assignatio rei, illius translationem in assignatarii dominium non probat, nisi constet, ut actualiter per illum recepta fit.*

6 *Assignatio locorum montium effectuata non dicitur, donec translatio effectiva in faciem assignatarii non sequatur.*

7 *Datio in solutum insequibilis redditur, & nulla, si de re assignata reperiatur, quod assignans aliter disposuerit.*

8 *Longæva taciturnitas matris in pulsando filium pro satisfactione sui crediti, non est allegabilis tum ex causa sexus, tum amoris materni.*

9 *Filius non potest assignare matri in restitutionem dotis id, quod alio diverso titulo præventivè illa possidebat.*

10 *Filius postquam cum matre transegit, completaque tutela, computa fuerunt hinc inde solidata, non potest retardare traditionem rei, quam illi promisit sub prætextu, quod illa de pecuniis pupillaribus talem fecerit acquisitionem,*

11 *Probatio de quibus pecuniis empta fuerint loca montium satis eruitur ex tenore partitarum Banci, de quo ad hunc effectum fuerunt pecuniæ extractæ, & erogatæ.*

12 *Inventarium tutelare satis probat favore tutoris.*

13 *Liber domesticus, quoties de re familiari probet, attamen non est allegabilis circa partitas, de quibus ille non loquitur.*

14 *Litteræ patentes verè probant locorum montium dominium.*

15 *Hæres beneficiatus, donec de re hæreditaria ra ionem reddiderit, in propriis bonis tenetur, eique legis beneficium non favet.*

DECISIO DCCXXIV.

PRo restitutione dotis, ac satisfactione lucri dotalis, nec non alterius summæ, in qua post absolutam tutelam, & curam Pauli Francisci filii, ac redditam administrationis rationem, creditrix remanserat Anna Theresia, ab eodem insolutum recepit 64. loca montium.

Cum autem subinde compertum fuerit, quod non nulla ex eis nequaquam spectarent ad præfatum Paulum Franciscum debitorem, hinc adversùs eumdem mater creditrix institit coram A. C. pro totali obligationis adimplemento, & prævia periti relatione, mandatum ad factum, & exequutivum respectivè reportavit pro consignatione 13. locorum montium, sive eorum pretii, una cum fructibus à die dationis insolutum decursis, subducta tamen summa scut. 505. 70. in illorum computum exacta, & ulterius pro dicta rata 13. locorum montium per sententiam declarari obtinuit, quod quietantia in d. dationis in solutum instrumento per eam facta, nullatenus obsistere poterat.

Instaurata appellationis causa coram me, & ob neglectam intra biennium actorum trasportationem, proposito hodie congruo dubio, Domini *constare de re judicata, & mandatum A.C. esse exequendum* responderunt.

Clarè enim res judicata emergere visa est, 1 ex quo intra legitima tempora acta transportata non fuerunt, concurrente potissimum validitate, & justitia prædictæ sententiæ, & mandati, quod proinde exequutioni demandandum venit, ut passim vulgata sunt jura.

Et sanè justitia, cum validitas non 2 controvertatur, perspicuè resultat ex obligatione Pauli Francisci tradendi 64. loca montium; nam cum in eorum assignatione defecerit, quoad præmissam quantitatem ritè, rectèque A. C. relaxavit mandatum, non solum pro ejus complemento, *Rot. cor. Cerr. dec.363. n.4., & coram Priol. dec.396. n.5., & seqq., & dec.262. n.9. cum seqq. post* 3 *Zacch. de obligat. Camer.*, verum etiam pro fructuum restitutione à die susceptæ obligationis, cum illi non debeantur ratione malæ fidei ex litis contestatione inductæ, sed ob retardatam rei fructiferæ consignationem, ut in specie *Rot. dec.85. n.1. cum seqq. p.4. tom.2. rec., & cor. Coccin. dec. 2072., & cor. Bichio dec.618. n 9. & 10., & cor Emerix jun. dec.616. num.1. cum seq., & dec.637. per tot cum aliis in Eugubina transactionis 27. Januarii proximè præteriti §. Et sanè cor. me.*

Defectus autem traditionis dictorum 13. locorum montium distinctè convincitur ex relatione periti judicialiter electi, ex ea siquidem deficere comperta sunt loca quinque montis novennalis secundæ erectionis, & loca tria Salis tertiæ erectionis, adeout hujus4 modi relatio utpote fundata in recognitione librorum, & partitarum Secretariæ montium, optimè concludat supradictum defectum, *Rot. in Majoricen. Beneficii 28. Novembris 1704. §. Eoque minùs cor. bon. mem. Muto, & in Eugubina transactionis super mandato 27. Januarii proximè præteriti §. Eamdemque cor. me.*

Neque ad illum excludendum quidquam suffragari potest solemnis, ac finalis quietantia super dicta assignatione per filium à matre reportata, minusque diuturnus temporum lapsus, quo ipsa semper tacuit, nec 5 unquam conquæsta fuit. Assignatio siquidem de per se ad hunc effectum nihil prorsùs operatur, nisi simul concludenter probetur, quod positivè ad actum redacta fuerit, quotiescumque res assignata actu tradi, & consignari non potest, ut distinguendo tradunt *Natt. consf.360. à n. 2. cum seqq., Corn. consf. 296. n.12. lib.1., Ciriac. controv. 327. n.20., cum seqq., Gratian. discept.411. num.3., & seq., Rot. cor. Bichio dec.379. n.33. cum pluribus seqq., & dec 439. n.19.*

Quæ sanè conclusio eò fortiùs militat in præsenti hypothesi, in qua, agitur de locis montium, quorum consignatio, & traditio 6 indiget ulteriori facto Secretarii, atque ideò, cum non doceatur de illorum descriptione, & translatione in faciem Annæ Theresiæ, parentes

tenter deprehenditur, quod prędicta assignatio plenarium effectum nunquam sortita fuerit, *Card. de Luca de regal. discurs.* 26. *n.*3., *Rot. dec.*773. *n.*8. *vers. quod autem p.*3. *rec.*, *& dec.*112. *n.*10. *coram Zarat.*, *& dec.* 417. *n.*7. *cor. Cerro.*, *& in Eugubina transactionis super mandato* 27. *Januarii proximè præteriti* §. *Eoque fortiùs cor. me.*

Sine difficultate, quia longè post dictam
7 assignationem compertum extitit, quod duo ex aliis locis montium pariter assignatis, adhuc descripta erant in faciem Pauli Francisci, cum quo in solidatione nonnullorum computorum compensata subindè fuerunt; quamobrem inde magis magisque comprobata remanet sæpedictæ assignationis ineffectuatio, quemadmodum prosequitur *Cyriac. contr forens.* 327. *n.*27., *Rot. cor. Bich. dict. dec.*279. *sub. n.*33.

Atque ex his inefficax quoque detegitur
8 argumentum ductum à longeva Annæ Theresiæ taciturnitate, & acquiescentia, ponderando ulteriùs, ultra sexus imbecillitatem, quod agebatur inter matrem, & filium, adversùs quem hujusmodi, aliasque instantias promovere coacta fuit, quia è contra filius plures, & plures contra eam excitavit prætentiones, & ideò mirandum non est, si tandiù tacuit, quousque reciproca, & à natura altè insita necessitudo inter ipsam, & filium intercessit, ut in proximis terminis dixit *Rota post modern. Asculan. ad Statut Urb. dec.* 102. *n.* 58., *& in Romana multiplicorum* 3. *Aprilis* 1699 §. *Quo verò cor. R.mo D. meo Decano*, *& in Romana restitutionis dotis* 2. *Julii* 1708. §. *final. cor. R. P. D. meo Priolo.*

Ejusdemque insubsistentiæ nota laborat exceptio, quod controversa loca montium de tempore assignationis actualiter posside-
9 rentur à d. Anna Theresia; nam quemadmodum recognovit peritus per eam acquisita fuerunt longè ante dationem in solutum ex aliis diversis titulis, & proindè nullo modo calculari possunt ad complendum numerum dictorum locrum 64., quæ Paulus Franciscus de proprio in debiti satisfactionem consignare promisit, juxta regulam *Text. in l. si rem alienam ff. de pignorat. act.*, *Rot. cor. Cerro dec.*874. *n.*5.

Non attenta replicatione, quod eadem loca montium acquisita fuerint per d. Annam Theresiam ex pecuniis pupillaribus filii, vel per Jo. Paulum illius patrem uti administratorem bonorum Claudii Bugii ejusdem Annæ Theresiæ viri, & respectivè patris, cedere debeant in solutionem hujus debiti.

Assumptum enim in neutra sui parte sub-
10 sistit; nam respectu Annæ Theresiæ satisfacit responsio, quod ipsa finalem quietantiam à filio reportavit, postquam de omnibus ejus bonis exactam reddidit rationem, in qua etiam canonizzata fuit creditrix in notabili quantitate, ut videre est in *Romana fideicommissi* 9. *Maii* 1710. §. *Verùm enim coram R. P. D. meo Ansaldo. &* 2. *Martii* 1711. §. *Quæ quidem coram me.*

Ex eo autem, quod Joannes Paulus administraverit bona Claudii Bugii, frustra contenditur, quod pecuniæ ex illis retractæ erogatæ fuerint in emptionem locorum montium de quibus agitur; quia partitæ
11 fac. Montis Pietatis ad hunc effectum adductæ, contrarium manifestè præseferunt, cum cantent in faciem, & creditum Annæ The-
12 resiæ; ex inventario pariter tutelari ab ip-
13 sa confecto, nec non ex liberculo expensarum memoriæ causa retento per d. Joannem Paulum nihil prorsùs ad intentum inferri potest; nam neutrum ex his documentis loquitur de controversis locis montium, quod jam diù etiam agnitum fuit coram A.C., à quo Paulus Franciscus eorum translationem in
14 sui faciem obtinere non potuit, semperque recurrit animadversio, quod satis superque fundata apparet Actricis intentio in litteris patentibus, ex quibus creditum, & pertinentiam ad sui favorem perspicuè comprobat, *Card. de Luca de regal. disc.*38., *Rot. in rec. dec* 434. *n.*13. *& seqq. p.*9., *dec.*244. *n.*2., *& seq. p.*10., *& dec.*170 *n.*11. *p.*18., *ac dec.*85. *n.*5. *post modern. Asculan. ad Statut. Urb.*, *& dec.*84. *n.*14. *cor. R. P. D meo Ansaldo.*

Inutiliter tandem sese tueri satagit Paulus Franciscus sub obtentu, quod utpote hæres beneficiatus patris directè conveniri non poterat pro restitutione dotis, & lucri dotalis;
15 ultra quod enim de bonis hæreditatiis huc usque rationem non reddidit, clara eit eius obligatio in bonis propriis emissa in dicto dationis in solutum instrumento, qua non attenta, hujus debiti satisfactionem evitare nequit, *Rot. cor. Bieeb dec.*591, *n.*9., *& seq*, *& dec.*428. *n.*6. *p.*9., *& dec.*49. *n.*3. *p.*17. *rec.*, *& in Imolen. pecuniaria* 22. *Junii* 1699. §. *Nec mandatum eum seqq. cor. bo. me. Pio.*

Et ita utraque &c.

REATINA REINTEGRATIONIS SUPER CAUTHELA ANGELI.

Veneris 3. *Junii* 1712.

ARGUMENTUM.

Cauthela Angeli fundata super credito dotali, & ad effectum mandati exequutionem retardandi debet concludentissimè probari.

SUMMARIUM.

1 *Allegatio Cauthelæ Angeli titulo puro, & claro niti debet, ut admitti possit.*
2 *Apoca, sive folium matrimoniale, quod requisitis à lege scripturas careat, nihil probat.*
3 *Apoca matrimonialis, in qua dos dicatur promissa, non exinde traditionem effectivam probat.*
4 *Confessio de recepto inita ante confectionem apocæ matrimonialis suspecta est, & dicitur causa simulandi à viro facta.*

5 *Amplia, si in dicta apoca ex post sequuta, de ea mentio non fiat.*
6 *Obligatio facta à sponso de aliqua summa favore soceri, si causam dotis non preseferat, in istius causam non potest imputari.*
7 *Ex quo vir sustentaverit onera matrimonii, non infertur, quod dotem receperit.*
8 *Amplia si dotis debitor illo tunc solvendo non fuisset.*
9 *Vir in gratiam uxoris non tenetur citare socerum pro solutione dotis, cum inovectum reputetur.*
10 *Hæres non confecto inventario hæreditario patris, ac reddita ratione de hæreditariis bonis, tenetur in propriis favore illius creditorum, nec ei sub titulo maternæ dotis competit retentio.*
11 *Hæreditatis aditio facta cum inventario informi, simplicis hæredis qualitatem inducit.*
12 *Inventarium continens descriptionem mobilium informi methodo, est nullum, & quæ dicatur ista methodus.*
13 *Amplia, quod si super hoc inventario emanaverit peritia, super qua etiam hæres suam rationis redditionem fundaverit, corruit utrumque.*
14 *Cauthela Angeli, ut dicatur justa, & exequibilis, Judicis declaratoria debet ejus allegationi præcessisse.*
15 *Authentica res quæ habet locum in fideicommisso ascendentali.*
16 *Dos anterior posteriorem excludit.*
17 *Fideicommissum semel à Judice rejectum uti essentialiter insubsistens in uno judicio, eadem censura in quolibet alio laborat.*

DECISIO DCCXXV.

Vigore mandati exequutivi, quod pro summa scut. 1183. ab R. P. D. meo Aldrovando emeritissimo tunc A. C. Locumtenente reportaverat Hyppolitus Antonius de Gentibus ex causa dotis constitutæ per Thomam Marerium Lauræ sorori adversus Comitem Hieronymum Marerium illius filium, & hæredem, quodque exequendum esse censuerat nostrum Tribunal prævijs geminis decisionibus coram me editis 4. Julii 1703., & 18. Februarii 1704 facta fuit nomine Cameræ per Commissarium à Congregatione Baronum transmissum possessio medietatis Castri Astreæ, & portionis tenutæ dei Barco ad hæreditatem supradicti debitoris spectantium.

Ad retardandam horum bonorum subhastationem præfatus Hieronymus confugit ad consuetum præsidium Cautheiæ Angeli, super cujus tamen admissione in Congregatione Rotali habita die 3. Augusti superioris anni responsum fuit, quod disputaretur dubium.

Cum autem interim dictus Hyppolitus Antonius eadem bona ad sui favorem deliberari obtinuerit, eorumque possessionem nactus fuerit, ideo gemina hodie proposui dubia, alterum nempe super attentatis, de quo in contextuali mea decisione, alterum verò super Cauthela Angeli, quam Domini servandam non esse censuerunt.

Uterque enim titulus per Hieronymum adductus, dotis videlicet Claudiæ Rubimarchæ matris, & fideicommissi à Francisco de Mareriis ordinati, plures patitur difficultates, & propterea inefficax omnino convincitur ad sustinendam Cautheiam Angeli, quæ credito undequaque claro, nullaque exceptio-
1 ne elidibili inniti debet, *Rot. cor. Priol. dec. 541. n. 11., & seqq., & dec. 1253. n. 4. coram Emer. jun., & in Romana Cauthelæ Angeli 19. Junii 1705. §. Creditum namque cor. bo. me. Muto, & in Eugubina Cauthelæ Angeli 22. Februarii proximè præteriti §. Super triplici cor. R. P. D. meo Aldrovando.*

Turbidum profectò est creditum dotale,
2 quia apoca promissionis dotis in summa scut. 6000., quamvis subscripta appareat ab Alexandro Rubimarca Claudiæ patre, & Thoma de Mareriis futuro ejus viro, nec non à tribus testibus, attamen non fuit legitimè per Notarium recognita, quoad contrahentium caracterem, nullumque habet legalitatis, & publici signi vestigium, prout requiritur ad *Text. in l. scripturas C. qui potior in pign. habeantur, Rot. coram Dunozet. jun. dec. 366. n. 4., & dec. 844. n. 9., & cor. Priol. dec. 408. n. 4., & seqq., & dec. 80. nu. 4. post modern. Asculan. ad Stat. Urb.*

Et de facto quidquam prodesse non potuit ejus productio anno 1693. in Congregatione Baronum, cum ea non obstante ad instantiam Creditorum effectuata subinde fuerit deliberatio partis supradictæ Tenutæ del Barco.

Ast quando etiam de legalitate hujus Apocæ ambigendum non esset: adhuc tamen nil
3 inde ad intentum Hieronymi resultaret, cum de solutione dotis in ea promissæ nullatenus constet. Nam quoad summam scutorum 4500. nullum prorsùs exhibetur documentum: con-
4 fessio verò de recepto quoad scuta 1000. simulationis suspicione non vacat, ex quo emissa apparet 11. Januarii 1650., & sic ante ipsam met Apocam dotalem, quæ confecta extitit die 24. ejusdem Mensis, absque eo
5 quod in ea de hujusmodi præcedenti solutione ulla prorsùs fiat mentio, in quibus terminis attendi mereretur confessio de recepto ad probandam realem dotis solutionem, *Bart. in l. si constante num. 1. ff. solut. Matr., & in l. divortio ff. de verb. oblig., Rota coram Merlin. dec. 419. à num. 3., & per tot, & in rec. dec. 683. à num. 1. cum plur. seqq. par. 2., & dec. 596. num. 4., & seq. par. 19.*

Residualem vero summam scut. 500. solutam verè fuisse perperam inferebatur ex Apoca, in qua præfatus Thomas se debitorem constituit in dicta quantitate favore Alexan-
6 dri debitoris dotis; nulla enim ibidem enunciatur præcedens receptio hujus summæ in Causam ejusdem dotis, pro qua, si revera persoluta fuissent scut. 500., Thomas evasisset debitor Claudiæ Uxoris, non autem Alexandri dotantis ejus Patris, ut patet ad sensum.

Neque

Neque obstare posse visa est duplex exce-
7 ptio, quod dicta dos soluta censeri debeat ex substentatione onerum matrimonialium, vel in omnem casum si Thomas eam exigere neglexit, teneatur ejus Patrimonium hanc quantitatem refundere, ac si exacta fuisset, cum negligentia viri obesse non possit Uxori ejusque hæredibus. Respectu nam-
8 que primæ exceptionis, ultrà quod non probatur debitorem dotis fuisse solvendo, animadversum fuit, quod nec minimam hujus dotis partem ex præmissis vere solutam fuisse constat, ideoque nullo modo integralis ejus solutio fundari potest in simplici præsumptione, quam præsefert onerum matrimonialium substentatio, hæc etenim adhuc effectum attendi solet, quando concurrunt aliæ urgentes conjecturæ, de quibus *Rota coram san. mem. Gregor. XV. dec.62. nu.5., & seq. & coram Bich. dec.131. num.10., & seqq., & in rec. dec.160. à nu.3. cum pluribus seqq. part.7.*

Altera vero tollitur, ex quo dos de qua
9 est quæstio promissa fuerat Claudiæ ab Alexandro ejus Patre, quem proindè Thomas convenire non tenebatur, imò nec honestè poterat ob reverentiam socero debitam, ad *Text. in l. Rei judicata §. Socero, & l. Quia Parentis ff. Solut. Matr. in l. si extraneus ff. de Jure dot., Rota dec.357. num.6, & 7. par.13., & dec.102. num.58. post Modern. Asculan. ad Statut. Urb., & in Romana restitutionis dotis 2. Julii 1708. §. final. coram Eminen. D. Priolo.*

Sed cessat omnis difficultas, quia Hiero-
10 nymus est hæres Thomæ Patris, ideoque nisi doceat de legitimo Inventario, ac de bonis hæreditariis rationem reddat, nullatenus allegare potest Creditum dotale Matris adversùs hæreditatem paternam, illudque sub Cauthelæ Angeli præsidio tueri, *Rota coram Bich. dec.496. num.2., & 3., & in Urbinaten. Cauthelæ Angeli 15. Febr. 1704. §. Moti ex quo coram Emo D. meo Decano, & in Romana Salviani 26. Junii 1706. §. Nec Justitia coram R.P.D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore, & in dicta Eugubina Cauthelæ Angeli 22. Februarii currentis §. Quin obsistat coram R.P.D. meo Aldrovando.*

Qualitas hæreditaria non controvertitur,
11 nec controverti poterat, utpotè resultans ex publico aditionis Instrumento, solumque opponitur confectum fuisse legitimum Inventarium, redditamque rationem usque ab anno 1694. mediante relatione Periti Curialis. Quidquid sit de validitate Inventarii,
12 quod tamen ex simplici lectura suspectum reddebatur, quia præ cæteris mobilia descripta apparent in folio, tabulæ pictæ sine designatione Authorum, quam plures Arcæ & Capsulæ absque expressione, an essent plenæ, vel vacuæ, juxta ea, quæ novissimè ponderata fuerunt *in Romana annuæ præstationis, & Census super relevatione 15. Junii 1711. §. Sed ultra cor. Emo D. Priolo.*

Hoc unum superabundat in præsenti, quod
13 legitima rationis redditio constitui non potest super dicta Peritia; tum quia subinde, ut prænotavimus, ea non attenta, deventum fuit ad exequutionem mandati contra dictum Hieronymum in Congregatione Baronum; tum quia in ea referuntur simpliciter ejus prætensiones, & signanter quoad dictum Creditum dotale Matris, & per conse-
14 quens quousque per Judicem ea Canonizata non fuerit, attendi non meretur, *Rota in Romana annuæ præstationis 15. Decembris 1702. §. Nec pro redditione rationis, & §. Demum, & in Romana Salviani 20. Junii 1706. §. Quo vero cor. R.P.D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore.*

Sublato ex his primo titulo dotis Claudiæ, corruit consequenter alter fideicommissi per Franciscum Mareriis conditi, nàm ut pote
15 ascendentale, utique obligatum remanet pro dote Lauræ, deficientibus bonis liberis, ad vulgatum *Text. in Auth. res quæ C. Commun. de legat;* solumque quæstio esse poterat, quando dos Claudiæ vere subsistens extitis-
16 set, quia tamquam anterior apta esset retardare satisfactionem dotis Lauræ posterioris.

Ulterius hujusmodi fideicommissum alte-
17 ratum fuit ex transactionibus inter vocatos initis, & ob id ipsemet Hieronymus imissionem repottare non potuit ad nonnulla bona fideicommissaria adversùs Octavium Mareriium, ut videre est *in dec.879., & dec.921. cor. Emerix Jun.*

Et ita utraque &c.

EADEM SUPER ATTENTATIS.

Veneris 3. Junii 1712.

ARGUMENTUM.

De Stylo Rotæ passim bonum Jus attentantis attenditur pro rejectione attentatorum.

SUMMARIUM.

1 *Citatio ad videndum sibi Inhiberi in vim cauthelæ Angeli sive judicis decreto attentatam non reddit exequtionem factam postquam fuit transmissa.*

2 *Amplia, si Rota rescripsisset, ut dubbium super illius admissione fuisset disceptatum.*

3 *Tali casu ad impediendam exequutionem reus citare debuisset ad videndum sibi Inhiberi usque ad propositionem Causæ.*

4 *Exequutio absque Judicis inhibitione consumpta, non est revocanda.*

5 *Rota in purgandis attentatis bonū jus attentantis pro illorum exclusione multum attendit.*

DECISIO DCCXXVI.

Juxtà deducta in contestuali mea decisione, pretendens Comes Hieronymus Marerius attentatorum vitio laborare deliberationem, & successivam bonorum possessionem, quam nactus fuerat Hypolitus Antonius de Gentilibus, postquam eidem transmissa exti-

tit citatio pro obtinenda solita inhibitione in vim Cauthelæ Angeli, proponi per me hodie curavit dubium -- *An constet de attentatis*. & DD. *negativè* responderunt.

1 Cum enim in dicta citatione nullum per me interpositum fuerit decretum, multoque minus concessa Inhibitio, imò rejecta fuerit instantia, proculdubio abest quilibet speretus Judicis, & consequenter cessat etiam attentatorum suspicio, ut in his terminis tradunt *Modern. Asculan. ad Stat. Urb. de Caut. Angel. disc. unic. num.10.*, *Rota dec.201. num.2. par. 17. rec.*, *& in Eugubina Cauthelę Angeli super attentatis 22. Februarii prox. pret. §. Motivum sic rescribendi coram R. P. D. meo Aldrovando*.

2 Nec obstat, quod subindè in Congregatione Rotali ad memoriale super admissione dictę Cauthelæ Angeli porrectum responsū fuerit, quod disputaretur dubium; Ex hac namque extrajudiciali insinuatione nulla prorsùs oritur Inhibitio nostri Tribunalis, sibi que imputare debet Hieronymus, si post
3 hujusmodi rescriptum citare neglexit alteram partem *ad evidendum sibi inhiberi usque ad propositionem Causæ super dicto dubio*. At-
4 que iden cessante quacumque Inhibitione ritè, recteque consumata extitit subhastatio, ac capta bonorum possessio, ex authoritatibus proxime adductis.

Eoque potissimum, quia ex firmatis in dicta mea contemporanea decisione Cauthelæ Angeli super bonis executatis non est servanda, & proinde exequutio super illis facta, etiamsi attentata foret, non esset revocanda,
5 quia nostrum Tribunal ex laudabili stylo se abstinere passim consuevit à purgatione attentatorum, quotiescumque constat de bono Jure attentantis, ut testatur *in dicta dec.201. num.4. par.17. rec.*, *& dec.159. nu.11.*, *& seq. coram Cerro*, *& in Hortana Silvarum super Attentatis 13. Martii 1705. §. Accedente coram bon. me. Caffarello*, *& in dicta Eugubina Cauthelæ Angeli super attentatis 22. Februarii pox. præt. §. fin. cor. R. P. D. meo Aldrovando*.

Et ita utraque &c.

RECINATEN. SUCCESSIONIS.

Lunæ 6. Junii 1712.

ARGUMENTUM.

Hæc decisio agit de Statuto Recinatensi fæminarum à successione parentum propter masculos exclusivo, vel si parentes decesserint testati, vel intestati, & si Pater aliquid fæminis reliquerit, vel simpliciter, vel in causam dotis, cum eo relicto tantum in illius satisfactionem debeant gaudere.

Accuratè etiam dictum interpretatur Statutum, quod sit indefinitè intelligendum, nempè, vel si Pater legatum filiæ reliquerit, vel aliquid in causam dotis, vel intestatus decesserit, nihilominus ab hæreditate materna, & paterna semper propter masculos fæminæ excluduntur.

SUMMARIUM.

1 *De Jure communi ad successionem in hæreditate materna neptis ex filia jure repræsentationis cum avunculis pro virili admittitur.*

2 *Hæc regula Juris communis cessat, quando adsit municipale Statutum diversimodè disponens*, & n. seq.

3 *Statutum Recinatense feminas propter masculos à Parentum successione indistinctè excludit, sivè adsit, sivè desit testamentum.*

4 *Secundum illud, fæminæ à Patre sibi relicto debent esse contentę, et Parentum bona causa dotis persequi nequeunt.*

5 *Illud Statutum excludit etiam fæminas à successione materna, sive eis aliquid Pater legaverit, sivę intestatus decesserit.*

6 *Idem Statutum utriusque casus est comprehensivum.*

7 *Ista exclusio non restringitur ad casum, in quo Pater aliquid simpliciter filiæ reliquerit, vel dotis causa, sed etiam ad easum obitus Patris sine testamento se extendit, et refertur ratio ex mente Statuti desumpta.*

8 *Statutum istud cum habeat duas partes unam claram, quæ est, ut in casu obitus Patris intestati fæminæ excludantur, alterum dubium, de eo quod sit intelligendum si testatus decesserit, claritas, quę colligitur de primo casu ad interpretationē alterius dubii instruit, adeout pari censura habeatur.*

9 *Exclusio fæminarum vigore localis Statuti propter masculos à successione Patris etiam ab intestato defuncti, à fortiori erit operativa, si Pater aliquid in testamento filiabus legaverit, quod semper indistinctè in causam dotis venit imputandum, et refertur ratio.*

10 *Statutum, quod voluit favere masculis fæminas excludendo, intelligitur, ut easdem excludere voluerit à dote simul, et à consuccessione, non vero à dote tantum*

11 *Simile Statutum, quod dotis congruentiam respexit, eamdemque congruentiam à consanguineis, et non à fratribus judicandam remisit, multo magis fæminas à successione Parentum exclusas voluisse est iterprætandum.*

12 *Verisimilis mens statuentium est intelligenda tam in casu discessus Patris ab intestato, quàm testati, quoties masculorum favorem contemplavit.*

13 *Rubricam 55. hujus Statuti disponentem de contractibus, et obligationibus tantum in materia successionis, Rota compatibilem judicavit cum Rubrica 59. expressè de similibus successionibus peragente*, & n. 17.

14 *Statutariæ dispositiones ad invicem inter se supplentur, et ad invicem immitantur.*

15 *Sta-*

15 *Statutaria dispositio de contractibus generaliter disponens, aliæ non adversatur dispositioni, quæ de uno particulari contractu loquatur.*

16 *Lex non præsumitur, quod se voluerit corrigere, nisi expresse de hac sui correctione loquatur, vel saltem se incompatibilem cum altera lege reddat.*

18 *Dos cadit sub titulo de contractibus, et obligationibus, et ideo se habet relativè ad titulum de successionibus, ex quo fit, ut Rubrica 55. cum 59. inter sese simul conveniant.*

19 *Correlativorum natura est, ut uno admisso, aliud quoque debeat includi.*

20 *Statuta fœminarum exclusiva dicuntur favorabilia.*

21 *Et quia talia sunt, sicut excludunt fœminas in æquali gradu, ita à fortiori illas in remotiori positas, licet de persona ad personam extensionem non admittant.*

22 *Limitatur tamen regula ista in masculis in gradu remotiori positis, & à Statuto non consideratis.*

23 *Ratio est, quia non concurrit masculus in eodem gradu positus, & quem Statutum consideravit.*

24 *Amplia, ut tali casu tamquam extraneus reputetur.*

25 *Nepotes excludunt Amitam ex reformatione Statutorum San. mem. Gregorii XV.*

26 *Statutum propter fratres Sorores excludens à successione parentum, multomagis Neptem tamquam remotiorem reiicit.*

27 *In successione dubia, semper pro exclusione Fœminarum potius standum est ex Constitutione San. mem. Innocentii XI.*

DECISIO DCCXXVII.

PLuribus liberis, inter quos Junipera fœmina, susceptis à Fabio ex Lucretia Coniugibus, decessit Fabius intestatus, post cujus obitum, prævia congruę dotis constitione in scutis 3000., & quidem legitimè expleta à Matre filiorum Tutrice, Junipera matrimonio juncta fuit Octavio, ex quibus ortum habuit Guglielmina, subindeque mortua Junipera, ad secundas nuptias idem Octavius convolavit, filiumque Prosperum Adrianum procreavit.

Guglielmina verò sese Altissimo dicare cupiens, occasione ingressus in Religionem, solemnem emisit renunciationem favore Patris, cujus Jura illo defuncto repræsentans Prosper Adrianus, pretendere cœpit ex persona consanguineæ sororis renunciantis, sibi pro virili debitam esse intestatam successionem Lucretiæ, quæ jàm plùribus abhinc annis ex hac vita migraverat, instantiamque adversus Lutium, & alios fratres sępedictæ Lucretiæ filios promovit coram A. C., qui tamen petitam immissionem denegavit.

Non acquievit Prosper Sententiæ A. C.
dum provocavit ad nostrum Tribunal, cu-
ravitque committi causam, mihique dirigi
commissionem, sed cum in hujus sequelam
in hodierna audientia consuetum dubium
proposuerim, non dispar fuit exitus; nam
Domini maturo examine librati fundamen-
tis hinc indè deductis, ea solidiora existima-
runt, quæ favore Lutii, aliorumque fra-
trum militabant, ut proindè mihi responde-
rint — *Non esse dandam immissionem*.

Si enim res ageretur in terminis Juris
1 communis, nulla apud Dominos fuisset diffi-
cultas, quod Prosper ex persona Gugliel-
minæ Neptis Lucretiæ veniret admitten-
dus pro sua virili portione ad successionem
intestatam, de qua agitur: nam jure repræ-
sentationis illa ingrederetur locum Juniperę,
quæ juxta civiles Sanctiones, una cum fra-
tribus æqualiter ad maternam hæreditatem
valuisset aspirare, *Textus est apertus in §. Si
quis igitur auth. de hæred. ab intest. venient.*;
2 verum cum presens controversia sit dirimen-
da ad normã legis municipalis, utique eidem
Prospero immissio concedi non poterat; nam
3 ex Statuto Recineti lib. 2. rubr. 55. Junipe-
ra jam dotata, exclusa reperitur à successio-
ne Paterna, & Materna, quod Statutum
in hac successoria materia in concursu
civilium legum unice attendi debet, *Bald.
cons.* 19. *nu.* 4. *vers. Sed nos sumus*, *Mans.
consult.* 136. *n.* 12., *Saminiat. contr.* 58. *nu-
mero* 19., *Rota coram Rojas dec.* 399. *n.* 4.,
Ubald. dec. 53. *n.* 7., *& in rec. dec.* 102. *n.* 1.
cum seqq. p. 10., *& dec.* 169. *num.* 4., *&* 5.
p. 11. *rec.*

Et sane litteralis est fœminarum exclusio
volita à d. Statuto, nam inibi rotundis ver-
bis disponitur, quod filii masculi in bonis pa-
ternis, & maternis universales hæredes exi-
stant, quodque filiæ fœminæ defuncto Patre
intestato sine aliqua dispositione dotentur,
si vero Pater disponat, & aliquid fœminis
relinquat, vel titulo dotis, vel aliquid sim-
pliciter, & jusserit eas esse contentas, ipso
relicto sint contentæ, nec ulterius ad bona
4 paterna, vel materna tanquam successores
eorum in utroque casu præmissò possint ha-
bere regressum &c. ut propterea plana sit
consequentia, Marium, & Lutium dum-
taxat hæreditatem Lucretiæ nancisci posse,
cum Fabius communis Pater ab intestato de-
cesserit, illiusque filia Junipera congruè fue-
rit dotata, prout Statuentes demandarunt.

Absque eo quod prędicta turbari possint,
5 ex quo Statutum excludat fœminas ab hære-
ditate materna eo solo casu, quo Pater ali-
quid, vel simpliciter, vel titulo dotis relique-
rit filiabus, non vero quoties intestatus de-
cesserit nihil iisdem relinquendo; quando-
6 quidem DD. examinantes verba, & mentem
Statuentium, existimarunt Statutum com-
prehendere utrumque casum; nam quod
attinet ad verba, illa satis clara visa sunt,
dum figurato casu paternę mortis, tàm cum
testamento, quàm ab intestato, fęminæ cu-
bi-

binatibus litteris ab hæreditate paterna, &
materna in utroque præmisso casu excludun-
tur, ac proinde res visa fuit versari in termi-
nis *text. in l. ille*, *aut ille ff. de legat.* 3.

Non relevante replicatione, quod si Sta-
7 tuentes considerant duos casus in dispositio-
ne paterna, videlicet quando aliquid in
ea, vel simpliciter, vel titulo dotis filiabus
relinquitur, illa verba *in utroque præmisso
casu* veniant intelligenda de istis duobus ca-
sibus, non autem valeant adaptari hypothe-
si, in qua, prout in præsenti, Pater sine te-
stamento mortuus est, ex nota indole rela-
tionis semper faciendæ ad ea, quæ proximè
dicta sunt.

Nam DD. adverterunt, quod in Statuto
duo ponuntur casus principales, decessus sci-
licet Patris ab intestato, & ex testamento,
qui secundus casus, licet duplici alia subal-
terna declaratione ibidem expendatur, ta-
men non tollebatur, quin illa subsequentia
verba *in utroque præmisso casu*, ad prædic-
tos duos casus principales essent referenda,
non verò ad duos dumtaxat minus principa-
les, & subalternos, alioquin dispositio pri-
mi casus principalis remansisset imperfecta,
itaut in hujusmodi circumstantiis relatio fa-
cienda sit non solum ad proxima, verum
etiam ad ea omnia, quæ secumferunt bonam
consonantiam, & omnimodam dispositionis
perfectionem, atque ratio referti sermonis
expostulat, *Surd. cons.* 27. *n.* 244., *& seqq.*,
Altograd. cons. 63. *nu.* 11., *Rota dec.* 334.
n. 13. *cor. Bich.*, *& in rec. dec.* 272. *n* 11., *&
seq. p.* 14., *& in Romana successionis* 4. *Fe-
bruarii* 1711. §. *Et in prædictum in fine coram
Rm̃o D. meo Molines Decano*.

Accedentibus potissimum aliis verbis su-
peradditis in inferiori parte Statuti ibi --
*Sed si aliqua ipsarum filiarum tempore mor-
tis Patris esset ætatis annorum* 18. *infra bien-
8 nium, vel triennium fratres eam studeant
maritare, aliter ipsa se maritare possit, fra-
tribus etiam ignorantibus, et invitis, qui-
bus necessitas immineat ipsas dotare, ut su-
perius est expressum* -- Ex quibus profectò
verbis, si certum est comprehendi casum
obitus Patris ab intestato, ita non videba-
tur hæsitandum, quod Statuentes in superio-
ri parte exclusiva, hunc etiam casum compli-
care voluerint, illamque subalternationem
casuum minus principalium expressam in ca-
su obitus Patris cum testamento haudqua-
quam importare independentem dispositio-
nem à prima, sed solummodo materialiter
exponere casus diversos jam complicatos in
eadem ratione decidendi, cum inferior pars
rubricæ inservire valeat ad declarationem
partis præcedentis, *Rot. dec.* 131. *n.* 7. *post
Constant. ad Stat. Urbis*, *et in rec. dec.* 402.
n. 8. *p.* 9., *et dec.* 296. *n.* 3. *p.* 13.

Eoque magis hæc intelligentia ex mente
Statuentium capienda erat, tùm quia iidem
9 in mente habuerunt, quod ipsi filii masculi
in bonis paternis, & maternis essent univer-
sales hæredes, ut supra dictum fuit, & hoc
non verificaretur, admisso contrario intel-
lectu, tùm etiam quia idem Statutum aucto-
ritate sua facit directè hæredes ipsos filios
masculos ibi -- *Sed ipsi masculi in bonis pa-
ternis, et maternis universales hæredes exi-
stant* -- quæ collatio hæreditatis favore mas-
culorum magis adaptatur casui, quo Pater
decedat ab intestato, nam aliàs Statutum
frustra vocasset hæredes illos, qui jàm repe-
riebantur vocati in testamento, ac tandem
quia maximum de cætero sequeretur absur-
dum, & masculorum gravamen, quoniam
fratres fuissent adstricti dotare sorores, quæ
nulla accedente prohibitione possent præter
dotem Jura successionis habere, adeout
nullo modo credendum sit, Statuentes, qui
10 masculorum favorem præ oculis habuerunt,
voluisse in illorum præjudicium mulieres, &
dotem, & portionem hæreditariam conse-
qui posse, contra regulam *text. in cap. quod
favore de reg. jur. in* 6.

Ulterius vis resolutionis augebatur ex ani-
11 madversione, quod nisi fœminæ fuissent à
Statuentibus exclusæ ab hæreditate paterna,
& materna in casu obitus parentis intestati,
utique irrationabile extitisset adeò enixè
prospicere congruitati dotis per fratres con-
stituendæ, illam reponendo non in arbitrio
eorumdem fratrum, sed duorum pro-
ximiorum consanguineorum, & revera
non tàm rigerosè quoad dotationem filia-
rum procedere debuissent Statuentes ipsi,
si adhuc fœminis intacta jura successionis re-
linquebant, exindeque ad hanc irrationabi-
12 litatem evitandam minimè repugnet, rela-
tionem, non tam ad proxima, sed etiam ad
remota ob verisimilem disponentium men-
tem esse faciendam, *Rot. decis.* 119. *num.* 2.
& seqq. parte 17., *& decisione* 468. *num.* 7.
parte 18. *recen.*, *& in Camerinen- fidei-
commissi, seu Primogenituræ* 11. *Maii* 1703.
§. *Quibus positis coram Reverendissimo D.
meo Molines Decano*.

Ejusdem pariter esse irrelevantiæ arbitra-
ti sunt Domini, quod successio, de qua quæ-
ritur, non esset regulanda ad formam Statuti
in rubrica 55. supra allegata loquente de
contractibus. & obligationibus, sed ad for-
mam alterius rubricæ ejusdem Statuti, vide-
licet la 59. pertractantis de successionibus
ex testamento, vel ab intestato, in qua ne
verbum quidem de hæreditate materna; pu-
13 tarunt siquidem nullam considerari posse
incompatibilitatem inter istas statutarias dis-
positiones, itaut benè utràque subsistere va-
leat, & quoties in hac rubrica posteriori,
vel corrigendo, vel declarando nil deter-
minatur quoad successionem maternam, ex-
tra difficultatem videbatur, successionem Lu-
cretiæ regulandam fore ad normam alterius
rubricæ 55. expressè de eadem successione
14 disponentis; Statuta enim inter se supplen-
tur, & jungenda sunt ad eruendam statuen-
tium voluntatem, *Mans. consult*, 14. *n.* 6., *&
consult.* 16. *n.* 37., *Rot. cor. Emerix jun. dec.*
15 1205. *n.* 3., neque rubrica 59., quæ est ge-
neralis

neralis, tollere potest rubricam 55. particulariter, & compatibiliter cum altera dis-
16 ponentem, cum correctio legis non sit præsumenda, nisi vel expressè adsit, vel ex incompatibilitate resultet, ad *Text. in l. non ad ea* 88. *ff. de condit. & demonstr, l. ubi repugnantia ff. de regul. jur, Rot. dec.* 74. *n.* 17., *& dec.* 762. *&* 793. *utrobique n.* 6. *cor. Cerro*, quæ omnia in præsenti deficiunt.

In nihilo refragante, quod rubrica 55.
17 conscripta sit sub titulo de contractibus, & obligationibus, quasi quod in congruum dici debeat juxta illam modersri successiones, de quibus in propria, ac distincta sede in rubrica 59 pertractatur; quoniam, ultra quam quod, quoties habetur clara & aperta dispositio in nigro, non est, cur ullam animadversionem promereatur rubrica, ut post *Gloss. in l. fin. Cod. de jurisdiction. omn. Judic., Rot. cor. Cerr. dec.* 67. *n.* 28., *& in Romana Bobum, & Equorum* 3. *Aprilis* 1700. *§. Nihilque coram R. P. D. meo Ansaldo*,
18 cessabat adducta incongruitas, quia si dos bene cadit sub titulo de contractibus & obligationibus, non veniunt notandi Statuentes, qui eodem contextu disponere voluerunt de successione filiarum, quando correlativè ad dotem, ipsarum exclusionem demandarunt,
19 juxta naturam correlativorum, quorum uno posito, aliud quoque debet includi, *Gratian. discept.* 143. *n.* 48., *Rot. coram Cavaler. dec.* 64. *n.* 3., *& coram Emerix jun. dec.* 1204. *n.* 24., *& in Romana Pecuniaria* 2. *Julii*. 1710. *§. Veraque cor. Emo Card. Priolo.*

Hisce firmatis quoad exclusionem Juniperæ, debilioris momenti visa fuit altera prætensio excitata per Prosperum, qua contendebat sibi competere virilem portionem hæreditatis Lucretiæ ex persona Guglielminę neptis, eo sub fundamento, quod ista non legeretur exclusa à Statuto nullam extensionem admittente, statim namque recur-
20 rebat responsio, quod similia statuta arcentia fæminas propter masculos in certo gradu consideratos dicuntur favorabilia, ut prop-
21 terea quamvis in illis prohibita sit rigorosa extensio de persona ad personam, nihilominus posita inclusione masculorum in certo gradu, virtualis comprehensio ex eadem, vel majori ratione, sit semper permissa, & attendenda, ut pluribus cumulatis probant *Constantin. ad Stat. Urb. tom.* 2. *annotat.* 39. *à n.* 25., & punctualiter *Rot. cor. Seraphin. dec.* 496. *per tot, & in Romana Immissionis* 16. *Maii* 1705. *§. Ex hac enim cum seqq. cor. bo. me. Caffarello, & in Spoletana successionis* 17. *Februar.* 1710. *§. Ratio, & seq. cor. R. P. D. meo Ansaldo.*

Quidquid secus dicendum sit, quoties ex-
22 clusio fæminarum prætendatur ab aliis masculis, qui non sint in gradu considerati à statuto, tunc enim nulla potest fieri extensio pro includendo eos, de quibus Statutum non loquitur, sed fæminæ tali casu bene absque ulla dubitatione admittuntur, sive sint proximiores, sive remotiores, quia non
23 concurrit cum iis ullus masculus in eo gradu, quem consideraverunt Statuentes, adeout
24 reputetur totaliter extraneus, latè *Palm. nepos. alleg.* 150. *n.* 12. *cum seqq., Torr. de primogen. Ital. p.* 2. *q.* 45. *n.* 20. *R. P. D. meus Ansald. in suis adnot. dec.* 52. *n.* 30. *& seqq., Rot. in Albanen. successionis* 5. *Decembris* 1704. *§. Ex hac enim cor. clae. me. Card. Caprara*, ubi in terminis Statuti Urbis, in tan-
25 tum nepotes excludunt Amittam, quam aliàs non excluderent, in quantum ex reformatione statutorum facta à fan. mem. Gregor. XV. sunt expressè nominati.

Proindèque applicando thesim ad hypothesim, cum hic non agatur de masculis in alio gradu à Statuto non expresso, sed de
26 fratre specialiter nominato ad exclusionem sororis, exclusa Junipera, quę erat soror, & proximior, potiori jure dici debet exclusa Guglielmina neptis, quæ est remotior, latè *Constantin. ubi supra n.* 48. *cum duobus seqq., Rot. dec.* 115. *n.* 1. *&* 2. *p.* 8., *& dec.* 326. *à n.* 11. *ad* 16. *p.* 19. *rec.*, ne cęteroquin in ordine successorio prerogativa succedendi detur remotiori, excluso proximiore, quod esse monstruosum, & nunquam admittendum dixit *Rot. cor. Serap. d. dec.* 496., & conferunt *de Luc. de success. ab intestat. disc.* 14 *nu.* 7., *& seq., Rot. cor. Pamphil. dec.* 16. *n.* 2., *& in recent. dec.* 408. *n.* 3. *p.* 5.

Quæ omnia hucusque deducta, eò libentiùs Domini amplexi sunt, quia data etiam dubietate quæstionis, quæ in omnem casum resultabat ex supra ponderatis, & ex sententia lata contra Prosperum, utique favore Lutii,
27 aliorumque fratrum, erat pronunciandum ex notoria Constitutione san. mem. Innocentii XI., præcipiente Judicibus in casu dubio, & dubitabili, ut saltem in præsenti verificatur, favore masculorum pronunciare, de qua apud *Constantin.* loco mox citato, *n.* 61., *Rot. in d. Romana immissionis §. finali cor. bo. me. Caffarello*, & novissimè in *Faventina successionis* 22. *Aprilis anni currentis cor. R. P. D. meo Crispo.*

Et ita utraque &c.

ROMANA SEU FLORENTINA CENSUS.

Lunæ 6. *Junii* 1712.

ARGUMENTUM.

Inventarium extra tempus à lege præfixum fieri nequit, & factum tali tempore hæredem non liberat, quin favore hæreditariorum creditorum etiam in bonis propriis teneatur, imò si obtinuerit restitutionem in integrum in suo Tribunali creditores diversę Ditionis non ligat.

SUMMARIUM.

1 *Inventarium confectum elapso tempore à lege præfixo est nullum.*

2 *Restitutio in integrum tali casu concessa non est*

est operativa extra Ditionem concedentis, & vide rationem in num. sequenti.

3 *Talis concessio personalis favore hæredis indulta, extra suum domicilium non progreditur.*

4 *Principes, licèt possint abilitare minorem pro adeunda hæreditate cum legis beneficio, talisque abilitatio creditores exteros afficiat, attamen si concesserit restitutionem in integrum, ab ea forenses non ligantur ex diversitate rationis, & vide sub* n. 7.

5 *Confectio inventarii, tanquam actus extrajudicialis, citationem adversùs creditores non requirit.*

6 *Simplex intimatio, & monitio, ut possint creditores intervenire satis est.*

7 *Restitutio in integrum ob non confectum inventarium in tempore præfixo, præjudicat creditoribus.*

8 *Creditores quasi contrahunt cum hærede, nisi iste intra tempus à lege præfixum inventarium confecerit.*

9 *Citatio adversùs creditores necessarissima est, quod fiat ab hærede, si talem restitutionem in integrum à Judice expostulet.*

10 *Eadem ratio quę militat in confectione inventarii ob defectum citationis, non operatur, quando agitur de concedenda restitutione in integrum, ob illius non confectionem in tempore in creditorum præjudicium.*

11 *Princeps non ligat Forensem, nec citatio, quæ ex ejus Tribunali processit, eundem Forensem afficit.*

12 *Restitutio in integrum ob non confectum intra tempus inventarium, non solum illa eget citatione, quę fieri solet in illius confectione, sed positivè indiget altera, ad videndum concedi restitutionem in integrum, & refertur ratio.*

13 *Citatio ad Valvas, aut per proclama tali casu nihil operatur.*

14 *Inventarium de bonis particularibus tantum, quod universale non sit, est nullum.*

15 *Testes deponentes de stylo conficiendi inventarium de bonis particularibus in uno loco tantum positis, non admittuntur.*

16 *Testes pendente lite inducti adversùs publicum instrumentum nihil probant, & sub* n. 21.

17 *Inventarium divisum in pluribus partibus, illiusque approbatio facta per actum, & folium separatum est nullum, etiam si eædem partes simul junctæ inventarium conficiant universale.*

18 *Approbatio unius partis de simili inventario facta à Principe, non sanat cęteras partes extra suam dictionem factas, & ideò totum efficitur nullum.*

19 *Descriptio in confuso absque ulla distinctione, an arcæ sint plenæ, vel vacuæ, ramina sive pondere notata, & similia, inventarium legale non efficit.*

20 *Vir nobilis præsumitur habere mobilia pretiosa, & tabulę pictę in ejus hæreditate repertę, quod sint excellentis artificis manu designatę præsumuntur.*

21 *Inventarium de bonis hæreditariis viri nobilis, in quo non reperiantur adnotatæ pecunię, currus, argenta, & similia, quibus ille utebatur, defectuosum præsumitur.*

22 *Mobilia post longum tempus consumpta præsumuntur.*

23 *In materia defectus inventarii lex nemini parcit, nec mulieri, nec pupillo, nec minori favore creditorum, & tutor prejudicat pupillo, si illud omiserit.*

24 *Actio sola remanet pupillo, vel minori adversùs tutorem, si illud non confecerit pro emendatione damni passi.*

25 *Talis restitutio in integrum post longum tempus non datur.*

26 *De jure conceditur quadriennium pupillo ad conficiendum inventarium, postquam major factus fuit.*

27 *Talis restitutio in integrum non datur, nisi minoris læsio probetur.*

28 *Hęres qui confecit inventarium nullum, creditoribus hęreditariis de bonis propriis satisfacere debet.*

DECISIO DCCXXVIII.

Mandatum pro fructibus census relaxatum contra bona hæreditaria Bartholomæi debitoris nec non Camilli, & Arimberti coobligatorum ad instantiam Comitissæ Mariæ, exequendum esse contra bona propria Andreæ ex filio nepotis, & hæredis d. Bartholomei ob defectum legitimi inventarii, responsum fuit coram R.P.D. meo Ansaldo, concessa prius restitutione in integrum eidem Comitissæ adversùs sententiam in judicatum transactam super validitate præfati inventarii; cumque ob non interpositam appellationem in tempore, ea sententia transitum fecerit in judicatum, impetrata per Marchionem Franciscum commissione restitutionis in integrum mihi directa, proposui consuetum dubium, & DD., qui in Audientia 7. Martii proximè pręteriti fuerunt discordes, hodie responderunt, *constare de re judicata.*

Posita enim aditione hæreditatis, quæ non controvertebatur, facile fuit agnoscere,
1 quod inventarium confectum ab Andrea, seu ab illius curatore pluribus nullitatibus laborabat, & signanter, ex quo fuit confectum extra legitima tempora, prout de jure præscriptum habetur *in l. fin. C. de jur. deli-*
2 *ber.* Absque eo quod sanari potuerit ex restitutione in integrum super illius defectu habita à Magistratu Florentiæ, quoniam præter alias responsiones, placuit, quod ea effectus suos producere non potest ultra propriam ditionem, ac territorium concedentis, §. *ad hęc Authen. ut sponsal. largit. collat.* 9., ibique *Bartol. nu.* 10., *Bald. in Authen. si omnes n.* 11. *C. minor. ab hęredit. se abstin.*, *Faber. in C lib.* 2 *tit.* 31. *definit* 1., *Bartol. cons.* 154. *n.* 8. *lib.* 1., *aliique cumulat. in dec. hujus causę* 19. *Junii* 1711. §. *Adhuc difficultas ad fin. cor. R. P.D. meo Ansaldo,*

3 *faldo*, ea vivissima ratione, quia hoc reme-
dium est personale, atque Judicis officio con-
ceditur, adeout Judex hæredis sit incompe-
tens adversùs exteroa, ac forensea, cum illa
sit indoles actionum personalium, quod sci-
licet debeant exerceri apud Judicem domi-
cilii illius, qui convenitur, sicque teneatur
minor tamquam actor sequi forum rei con-
venti, ut punctualiter advertunt *Faber d.de-
finit.* 1, ibique *Adden. n.2.*, *Antonell. de
lo .legal. lib.2. cap.1. n.358, & duobus seqq.*,
*Odd de restit. in integr. par.1. q. 32. n.112.
vers. ex quibus babes, & seqq.*, *Cyriac contr.
380. à nu.56. ad 67.*

Non attento, quod sicuti Magistratus Flo-
rentiæ potuisset habilem facere minorem
pro adeunda hæreditate cum beneficio le-
gis, & invantarii quoad omnes creditores,
licèt exteros, & forenses, ita bene valuerit
concedere restitutionē in integrum adversùs
lapsū temporis à lege præfiniti. Adverterunt
etenim Domini diversam esse rationem, quæ
consideratur in adeunda hęreditate cum be-
neficio legis, & inventarii ab illa, quæ viget
in concessione restitutionis in integrum, ut
proìndè illatio procedere nequeat, ex vulga-
to *Text. in l. Papinianus ff. de re minor.*

Confectio namque inventarii ad effectum
5 adeundi hæreditatem susceptam cum bene-
ficio legis dicitur, estque revera actus ex-
trajudicialis, in quo non requiritur citatio
6 creditorum, sed tantum simplex intimatio,
seu monitio ad hoc ut possint actui interve-
nire, *Gratian. discept. forens. 797. n.3. 12. &
seq.*, *Ridolph. in prax. par.1. cap.9. n.48., &
seq.*, *Rot. dec.274 n.3. p.4. tom.2. rec.* Resti-
7 tutio autem in integrum involvit præjudi-
cium creditorum in jure illis jam quęsito ob
8 non legitimum inventarium, cum quibus hę-
redem per aditionem hæreditatis quasi con-
9 straxisse dubitari nequit, quamobrèm in
hoc casu est necessaria citatio judicialis, &
contentiosa, adeout sit etiam positivè con-
textanda lis, quatenus creditores compa-
reant, seseque opponantur, ex ponderatis per
Castren in d. Auth. si omnes nu.6., *Fulgos
ibidem, & Bartol. nu.1. C. si minor ab bære-
10 dit. se abstin.*, & consequenter ad eviden-
tiam comprobatum remanet, inferri non pos-
se ab actu inventarii ad restitutionem in in-
11 tegrum. Non valet enim Magistratus in jus
vocare forensem, & citationem à jurisdictio-
ne profluentem explere extra proprium ter-
ritorium, ut de prima conclusione *Abb. in
cap. cum causam n.3., & in cap Prudentium
n.6. de off. de leg.*, *Onded. cons.26. n.24. lib.2.*
Ubert. de citat. cap.11. n.20., & de secunda
Guidopap. dec. 275. n.2., ac individualiter
*Bartol. in d. §. Ad hæc n 10. Auth. uti spon-
sal. largit. collat.9.*

Deficiebant insuper solemnitates necessa-
riæ pro reportanda in integrum restitutione;
12 nam intervenire debebat præcisa citatio ad
videndum concedi restitutionem, solaque
expleta ad confectionem inventarii suffi-
ciens esse non poterat, ut ex *text. in d. Auth.
si omnes C. si min. ab bæred. se abstin.*, *pluri-
busque allegat.* dictum fuit in postrema *dec.
R. P. D. mei Ansaldi § Si fortè*; tantoque
minus, quia agebatur de exteris, & forensi-
bus, qui post expletas suas diligentias intra
bimestre concessum ad perficiendum inven-
tarium non tenebantur majori sollicitudine
uti post d. tempus, cum ipsis divinandum
non esset, magistratum fore indultum hoc
extraordinarium remedium, qui profectò si
fuissent legitimè citati, sese opponere va-
tuissent, juxta latè deducta in sæpedicta
decis. R. P. D. mei Ansaldi §. Imò nec etiam,
13 ubi quod nec citatio ad valvas, aut per pro-
clama profuisset.

Evidens itidem fuit altera nullitas proma-
14 nans, ex quo inventarium dici minimè po-
test universale, quia constat illud solummo-
do continere mobilia, & res particulares re-
pertas in domo Florentiæ, & in altera rurali
nuncupata *de Soderini*, quando è converso
dubitari nequit, quod Bartholomæus bona
in diversis aliis locis, & territoriis posside-
ret, ac propterea dicendum sit citra difficul-
tatem, inventarium exhibitum esse tantum
particulare, & forsan hoc ideo confectum,
ut junctum cum aliis alibi factis ad universa-
le redigeretur, ut practicavit ipsemet Bar-
tholomæus quoad hæreditatem Marchionis
Jo. Baptistæ, cui impositum erat nomen di
Battistone; proindeque de hujusmodi inven-
tario nullam esse habendam rationem nimia
nota sunt jura, de quibus in *2. dec. R. P. D.
mei Ansaldi §. Cæterum*, maximè quia ea-
demmet intitulatio indicat particularitatem
descriptionis, utpote conceptam contra
consuetam formulam relatam à Doctoribus
adductis in 1. *dec. hujus causæ §. Idque ad
oculum.*

Minimè relevante fide quorumdam te-
15 stium deponentium de solito conficiendi uni-
cum inventarium, etiam si bona posita sint
in pluribus & diversis locis, quandoquidem
ommisso, an hoc verificari possit in casu,
quo, ut in hypothesi, defunctus possidet
bona sub diversis, & separatis jurisdictioni-
bus, cessabat via argumenti, eo quia con-
trarium desumebatur ex inventario hæredi-
16 tatis Marchionis Jo. Baptistæ; unde nulla-
tenus testes lite pendente mendicati atten-
dendi erant in concursu publici instrumenti,
Rot. cor. Coecin. dec.1369. n.74. & seq., *&
in rec. dec.116. n.5. & 6. p.19.*, ex cujus ins-
pectione corruebat quoque illa ponderatio,
quod controversum inventarium erat sub-
scriptum à Curatore, Testibus, & Notario;
nam, & omnia folia illius inventarii pro-
priam, atque distinctam similem subscriptio-
nem continebant.

Insuper nullius fuit momenti apud DD.,
Magistratum Florentiæ declarasse, & ap-
probasse inventarium uti complexivum om-
17 nium bonorum; ex facto siquidem corrue-
bat objectum, quoniam approbatio non re-
peritur inserta in eodem inventario, sed in
folio separato, itaut non repugnet fuisse

confectum universale inventarium in pluribus foliis, illudque fuisse approbatum, quod ex parte Comitissæ non impugnabatur, sed non inde excludebatur, quod Inventarium exhibitum in unico folio esset particulare,
18 cujus propterea defectus nequibat suppleri ex approbatione Magistratus integrum actum respiciente, quæ ad particularem restringi non valet ex vulgatis.

Tandem recognitum fuit, quod inventa-
19 rium exibitū esset defectuosum in pluribus, & sanè in illo mobilia fuerunt descripta in confuso, & nulla adhibita distinctione, Ramina sine pondere, Dolia sine expressione, quod essent plena, vel vacua, Tabulæ pictæ nul-
20 lo enunciato Authore, quando tamen in hæreditate Viri prænobilis semper urget præsumptio illas insignium artificum extitisse, *Emerix Jun. decis.877. num.3., Rota in Perusina Pecuniaria 7. Maii 1707. §. Præterea cor. R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore.*

Hic nec etiam sistit defectus, sed DD. ul-
21 teriùs progredientes, animadverterunt, nullum fuisse adnotatum nummum, nulla Jocalia, nullas vestes conscriptas, Currus, Equos, Argenta, Frumentum, Vinum, Oleum, & alia plura fuisse prætermissa, ut exinde magis magisque verisimilitudo augeretur, inventarium esse particulare, & certè sine difficultate defectuosum dignosceretur, eo quia nimis repugnet, Virum nobilem ac divitiis affluentem nihil ex supra deductis, utpotè proprio statui necessariis habuisse, *Rot. in Romana cambii 19. Januarii 1705. §. secundo resultat, & seq. cor. bo. me. Muto, & ponderat sæpè allegata decis. R. P. D. mei Ansaldi 19 Junii 1711. §. binc inusiles cum seq.*, ex quibus ulterius resultat, nullam fidem præstandam Testibus, quia, & exspiccati lite pendente, & deponentes super Mobilibus uti ad Patruum spectantibus, quæ
22 vel longo tempore præsumi debent consumpta, vel semper in inventario, licet aliena, erant connotanda, *Rot. in Romana Pecuniaria, seu locorum montium 12. Junii 1701., §. defectuosum coràm Rmo Ginnen, & in Romana seu Cæsenaten. fidecom. super reservasis 24. Aprilis 1705. §. final. cor. R. P. D. meo Ansaldo.*

Hinc nihil profuit allegare Inventarium fuisse confectum à Curatore, dum Andreas erat constitutus in infantili ætate. Leges
23 enim in hac materia nullam admittunt sexus, vel ætatis differentiam, & nemini parcunt, quoties solemnitates inductæ, ad hoc ut hæres possit reddere rationem de bonis hæreditariis non servantur, *Cyriac. controversf.127. nu.13., Gratian. discept.767. nu. 16., Rot. coràm Dunoz. Jun. dec.645. num. 23., & seq., & in rec. dec.384. num.42., & 43. par.9., & in Rom. Pecuniaria 7. Martii 1701. §. quamquam coràm bo. me. Muto*, cum Pupillus, vel minor præjudicium sentiat, etiamsi tutor, aut Curator penitus omittat conficere Inventarium, salva dum-
24 taxat actione contra non conficientem, ut benè prosequitur *Rota dicta decis. 384. num.36., & seqq. part.9., & in dicta Perusina. Pecuniaria 6. Maii 1707. §. neque ad salvandum coram R. P. D. meo Scotto.*

Frustraque March. Franciscum insistere super nova restitutione in integrum puta-
25 runt DD. quandoquidem placuit responsio, quod non solùm Andreas factus major, quousque vixit, numquam adversus Inventarium reclamavit, etiam sunt elapsi plusquam 60. anni, ut exindè ferè impossibile censeatur firmare verum, ac legitimum statum hæreditatis, quando jura nostra solum
26 indulgent quadriennium à completa majori ætate, ad *Text. in l. final. cod. de tempor. in integr. restit., & in cap.1., & 2. de restit. in integr. in 6., Rot. decis.77. num.3. part. 13. rec.* Verum etiam quod huc usque nulla
27 fuit probata læsio, sine qua nusquam hujusmodi extraordinarium remedium Principes solent indulgere, *ad text. in cap.1. ibique Abb. n.2. de restit. in integr.*, & consequen-
28 ter de primo ad ultimum comprobatum remaneat nullum fundamentum fieri posse ad reiciendam exequutionem super bonis propriis Andreæ in Inventario exhibito, utpotè nullo, & insufficienti pro reddenda ratione ex notissimis Juribus, de quibus *in §. finali secundæ decisionis R. P. D. mei Ansaldi*, quam DD. in omnibus approbarunt.

Et ità utraque &c.

NULLIUS, SEU MONTIS CASINEN. MANUTENTIONIS.

Veneris 10. Junii 1712.

ARGUMENTUM.

In hac decisione accurate describuntur quæ sint necessaria ad effectum probandi matricitatem unius Ecclesiæ, & præeminentias super aliis in possessorio, & in petitorio Judicio, & quando in transactionibus initis inter unam, & alteram Ecclesiam Breve Apostolicum approbativum requiratur, & quando de eo curari non possit.

SUMMARIUM.

1 *Possessio, quæ ex Testium depositionibus, aliisque concludentibus probatur, semper est manutenibilis.*
2 *Possessio Paroci in administrando Sacramenta manutenenda est adversùs Archipresbiterum ea non ministrantem, & in omnibus suis preheminentiis.*
3 *Stolæ usus ad Parocum privativè spectat.*
4 *Possessio quando agitur in petitorio, rigorosiori indiget probatione, & concludentissima, secus verò in Summariissimo Manutentionis Judicio, in quo leviores admittuntur.*
5 *Matricitas Ecclesiæ ex Episcoporum relationibus concludenter probatur.*
6 *Episcopus de statu Ecclesiarum suæ diecesis, earumque prærogativis informatissimus præsumitur.*

7 *Ordi-*

7 *Ordinarii decreto in probanda matricitate, & qualitate unius ex suis Ecclesiis plurimum defertur, uti de illius statu, & privilegiis conscii*, &n. 14.

8 *Matricitas ex re judicata de ea emanata satis probatur.*

9 *Amplia, ut Matrix dici debeat Ecclesia illa, quæ in Sabato Majoris Hebdomadæ in sonu, & dissolutione campanarum cæteras præcedit.*

10 *Episcopus revidere potest sententiam latam à suo Vicario, quando ille ex Apostolica delegatione jus dixit.*

11 *Matricitas unius Ecclesiæ, antiquaque possessio in hujusmodi privilegio concludentissime remanet probata, si super hoc partes transegerint, & inisto actu matricitatem prædictam ratificaverint.*

12 *Amplia: Si istæ præeminentię relatæ habeantur in Ecclesiarum inventario Superiorum præsentia laborato.*

13 *Sub amplia: Si in lapidibus, vel in Campanis Ecclesiæ Matricis antiquæ legantur inscriptiones matricitatem indigitantes.*

15 *Adde: Si Sacramenta Advenis, & Peregrinis privativè quoad alias Ecclesias ministret, & hoc satis est ad matricitatis præeminentiam in possessorio probandam.*

16 *Transactio decidens competentiam Privilegii potius favore unius Ecclesiæ, quàm alterius semper dicitur justa, & utilis, si statui antiquo se uniformem reddiderit.*

17 *Amplia, ut non vitietur ob defectum Beneplaciti Apostolici, si ad lites dirimendas, & pro bono pacis emanaverit.*

18 *Subamplia: Hujusmodi defectum post lapsum septuaginta annorum non esse allegabilem.*

19 *Hujusmodi transactiones substinentur eo etiam deficiente, etiamsi lapsus temporis non adsit tanquam bonum publicum respicientes.*

20 *Beneplacitum Apostolicum in contractibus initis cum aliis Ecclesiis præsumitur intercessisse, & si de centenaria non doceatur.*

21 *Secus in contractibus initis cum Laicis, Ecclesiisque transigentibus præjudicialibus.*

22 *Jus Parrochiale in propria Ecclesia per Parochum exercitum, fontisque Baptismatis pro suorum Parrochianorum usu retentio, matricitatis præeminentiam in diversa linea, cui debetur non ledit.*

23 *Etiam si adsit sententia dicens, quod una Ecclesia alteri, quæ matrix prætendatur, esse non subiaceat, & habes rationem in sequenti numero.*

25 *Ennuciativa de generica independentia semper ad suam speciem redigitur.*

26 *Observantia ultra centenariam quodlibet beneplacitum Apostolicum præsupponit, & quibuscumque controversiis silentium imponit.*

DECISIO DCCXXIX.

JUra, & præeminentias Parrochialis Ecclesiæ S. Mariæ Majoris Cerbarii tueri satagentes illius Archipresbyter, & Clerus adversus Parochum, & Abbatem Ecclesiæ S. Pauli extra dictam terram existentis, duplici innitebantur fundamento, Matricitatis nempè, & transactionis, quæ usque ab anno 1634. inter has Ecclesias, earumque Rectores inita fuerat. E' contra vero vigore Brevis Sa. me. Innocentii VIII. præfatam Ecclesiam S. Pauli à quacumque subiectione liberam, & immunem esse opponebatur. Hinc delata controversia ad A. C., concessa extitit manutentio d. Ecclesiæ S. Mariæ Majoris quoad actus preheminentiales in ejus decreto designatos, nempe *respectu ad statum, & nuncupationem Ecclesiæ Majoris, & Matricis TerræCerbarii privativè quoad Ecclesiam S. Pauli, quoad præcedentiam in quibuscumque Processionibus, & sessionibus unitim fieri solitis, & pulsationemCampanarum ante omnes Ecclesias in die Sabati Sancti, ac quoad exercitium functionum, cæterorumque actuum in transactione contentorum, & ulterius demandata fuit observantia ejusdem transactionis, ac Brevis executio.*

Nec dispar fuit exitus causæ per appellationem ad nostrum Tribunal devolutæ, nam proposito per me hodie dubio omnium dictarum prætensionum complexivo, DD. censuerunt -- *manutentionem demandandam esse Ecclesiæ S. Moriæ, sive ejus Archiepiscopo, etiam super delatione stolæ in tumulatione Cadaverum advenarum, & Peregrinorum, transactionem substineri, et breve esse exequendum.*

Distincte enim juxta dubii partes procedendo, cum respectu ad controversos prehe-
1 minentię actus possessio Ecclesiæ S. Mariæ, quæ canonizzata fuit etiam Anno 1642. per mandatum de manutenendo in Tribunali A. C. reportatum, ac anno 1697. mediante Instrumento publico super ejusdem statu in sequelam edicti Vicarii Cassinen. celebrato, continuata subindè appareat ad hæc usque tempora, tùm ex depositionibus quampiurium testium, tùm et fortius ex relatione Ordinarii, sivè Abbatis Cassinen. novissimè transmissa ad Sac. CongregationemConcilii, utique eadem Ecclesia S. Marię in d. possessione manutenenda venit, ex passim vulgatis juribus, de quibus *Rot. inSenen. Jurium Parocchialium 13. Februarii 1708. §. Cum enim cor. me, & in Perusina præeminentiarum super manutentione 2. Decembris 1701. §. finali cor. R. P. D. meo Ansaldo:*

Et quamvis ex præfata Ordinarii relatione constet, quod etiam Parochus Ecclesiæ S. Pauli cumulative cum Archipræsbytero deferre consueverit Stolam in tumulatione Cadaverum advenarum & Peregrinorũ, quia
2 tamen, ut prosequitur d. relatio in vim decreti sinodalis solum Archypræsbiter administrat Sacramenta eisdem Peregrinis, & Advenis, eorumque cadavera in Ecclesia Sanctæ Mariæ tumulantur, ideo ejus tantum pos-
3 sessio manuteneri debet, cum usus stolæ in si-

signumParochialis Jurisdictionis in hisce actibus privativè spectet ad Parocum, *Barb.de offic., & potest. Paroch.p. 3.cap.26 n.76, & in summ. Apostolico dec. Collect. 236. numero 10., Gratian. discept. forens. cap.298. à n.65. cum pluribus seqq., Pignattel. consult. 73. n. 21. tom. 8., Rot. cor. Zarat. dec. 45. n. 40.*

Maxime quia hic concurrunt non leves
probationes Matricitatis favore Ecclesiæ
4 S. Mariæ, & cum agatur de illa probanda
in petitorio ad concludendam genericam
subiectionem quoad duriores effectus perceptionis decimarum emolumentorum Parochialium, & similium, in quibus terminis probationes debent esse plenæ, & con-
5 cludentes, sed in hypothesi solum adducta
fuerit ad colorandum possessorium respectu jurium præeminentialium, de quibus est quæstio, profecto sufficit probatio Matricitatis impropriè, ut distinguendo tradunt *Card.de Luc de Paroch. disc. 27. n. 9, & de decim. disc. 12. n. 13., Rota in Tisinianen. præeminentiarum* 10. *Februarii* 1710. §. *Minusque & seqq., &* 16. *Januarii* 1711. §. *Siquidem rursus cor. R.P.D. meo Ansaldo.*

Hujusmodi autem matricitas resultat ex antiquissimis enunciativis per Ordinarios emissis inVisitationibus annorum 1595.1619.
ac 1634., quibus sane ad hunc effectum de-
6 ferendum est, cum Episcopus optimè informatus censeatur de statu, & prærogativis suarum Ecclesiarum, *Rot. dec.* 397. *n.* 6., *& seqq. p.* 13. *rec., dec.*685. *nu.* 9., *cor. Cerro dec.* 14. *n.* 2. *cor. R.P. D. meo Ansaldo, & in d. Bisinianen. præeminentiarum* 10. *Feb.* 1710. §. *Sed voti, &* 16. *Jan.* 1711. §. *Siquidem in fin. cor. eodem.*

Eoque potissimum, quia in altera ex dd.
7 visitationibus, anni nempe 1619. adnota-
tum legitur Ordinarii decretum, in quo statuitur -- *quod Archiepiscopus precèdat Abbatem S. Pauli in Processionibus, et in omnibus aliis; In altera vero Anni* 1634. *Idem Abbas S. Pauli expressè fassus fuit, Ecclesiam S. Mariæ esse Matricem*: quamobrem jàm ex ipsa declaratione in actu proportio-
8 nato facta ab Episcopo, quam ex d. Partis
confessione urgens emergit Matricitatis argumentum, ut in ordine ad primam conclusionem prosequitur *Rota d. dec.* 14. *n. primo cor R.P.D. meo Ansaldo, & dec.* 284. *numero* 4. *p.* 14. *rec., & respectu ad eumdem, Rota d. dec.* 397 *n.* 2. *p.* 13. *rec, & in d. Bisinianen. præeminentiarum* 10. *Februarii* 1710. §. *Inprimis, &* 16. *Januarii* 1711. §. *Fortius cor. R. P. D. meo Ansaldo.*

Validius præmissa confirmantur ex re
9 Judicata anni 1642.; Suscitata enim tunc tem-
poris controversia inter Rectores Ecclesiarum coilitigantium super præcedentia pulsandi campanas die Sabbati majoris hebdomadæ, quamvis Vicarius Generalis tamquam Commissarius delegatus hanc facultatem promiscuè utrique Ecclesiæ competere declaraverit, attamen Ordinarius in gradu appellationis pronunciavit, illam privative spectare ad Ecclesiam S. Mariæ, quæ utique, hujusmodi prærogativa circa Matricitatis preeminentiam insigniri non poterat, *Card. de Luc. de præeminen. disc.* 42. *n.*15., *Rota cor. Merlin. dec.*109., *coram Dunozet. sen. dec.* 198. *num.* 2., *& in d. Bisinianen. præeminentiarum* 16. *Januarii* 1711. §. *fin. cor. R.P.D. meo Ansaldo.*

Nec quidquam suffragatur exceptio, quod
10 d. sententia sit evidenter nulla, ex quo Or-
dinarius non poterat amplius se ingerere in causa, postquam super eadem pronunciaverat Vicarius Generalis, nam ultra quod iste processit uti Commissarius delegatus, cessat vis obiecti animadvertendo, quod devoluta per ulteriorem appellationem causa ad A. C., tantum abest, ut præfata sententia revocata fuerit, quin potius Ecclesia S. Mariæ manutentionem reportavit in possessione
Matricitatis & exercitio præeminentiarum
11 aliarum: Et de facto recedentibus subindè
partibus ab hac lite, mediante transactione, de qua infra, in ea signanter canonizata fuit favore Ecclesiæ S. Mariæ præcedentia in pulsatione Campanæ d. die Sabati Sancti, adeout perperam controvertatur veritas, quæ toties per rem judicatam, & per partis confessionem confirmata existit; *Rota in sæpedicta dec* 14. *n.*7., *&* 8., *&* 15. *car. R.P.D. meo Ansaldo, & in Fanen. jurisdictionis* 21. *Ianuarii* 1704. § *Quod autem cor. R.P.D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore.*

Adaugetur assumpti comprobatio tum ex
12 Inventario Ecclesiæ S. Pauli expleto anno
1696., cum ex alio anni 1693. super statu Ecclesiæ S. Mariæ Majoris, presentibus Rectoribus, & Clero utriusque Ecclesiæ; In eis enim concorditer semper eadem Ecclesia S. Mariæ *Matrix* nuncupatur, ac controversæ ejusdem præeminentiæ recensentur; ex quibus probatio Matricitatis, juxta præmissorum substantiatur.

Præterea in idem etiam collimant quam-
13 plures inscriptiones in lapidibus sæpedictæ
Ecclesiæ insculptæ, & licet nonnullæ ex eis, tanquam recentes redarguantur per simplices fides aliquorum testium pendente lite expiscatas; attamen ab hac nota omnino immunis est illa, quæ usque ab anno 1653. incisa dignoscitur in Campana majori ejusdem Ecclesiæ ibi -- *Hæc est sola Matrix* -- quæque proinde optimè confert ad intentum, *Glos. in cap. causam quæ de probationibus,* & notant Scribentes *in l. monumenta C. de relig., & sumpt. funer., Card. de Luca de præeminent disc.* 2. *n.*7. *cum concordan. apud Rot. cor. Arguell. dec.* 17. *n.* 41.

Et tandem accedit d. relatio Ordinarii,
transmissa ad Sac. Congregationem Concilii,
14 in qua nedum testatur, Ecclesiam S. Mariæ
esse *Matricem*, sed etiam subdit, ut dictum
15 est, quod ejus Archipræsbyter Sacramen-
ta ministrat Advenis, & Peregrinis, & consequenter ex hoc actu univoce in aperto ponitur controversa Matricitas ex hoc judicio

pos-

possessorio ad effectum consequendi dumtaxat controversa Jura praeminentialia, *Pignattell. consult. 109. n. 4. tom. 9., Rota d. dec. 397. nu. 8. p. 13., & in d. Bissinianen. praeeminentiarum 17. Februarii 1710. §. Mirisi. e cor. R. P. D. meo Ansaldo.*]

Consecutive ex his substinetur transactio
celebrata anno 1643; non attenta duplici ex-
16 ceptione, quod scilicet utilis non fuerit Ec-
clesiæ S. Pauli, & destituta appareat Bene-
placito Apostolico. Prima enim cessat in
facto, nam in illa constabilita fuit præce-
dentia favore Parochi, & Cleri S. Pauli in
propria Ecclesia, quæ prçscindendo à tran-
sactione eisdem non competebat. Altera
17 vero ex pluribus facti circumstantiis, quæ si-
mul unitæ in præsenti hypothesi validitatem
ejusdem transactionis secum ferunt, quia
nempe bona fide inita extitit inter duas
Ecclesias super Juribus præeminentialibus
ad derimendas controversias, divino cultui
admodum præjudiciales, & etiam, ex quo
nihil in illa datum fuit ab Ecclesia S. Pauli,
nisi id, quod præcedenter competebat Ec-
clesiæ S. Mariæ, tùm ratione assistentiæ Ju-
ris propter matricitatem, tùm ratione rei
dicatç ad favorem ejusdem vigentis, adeout
18 nunquam spatio septuaginta fere annorum
impugnata fuerit sed pacificum semper ef-
fectum sortita dignoscatur, in quibus ter-
minis, vel beneplacitum non requiritur, ut
per text. in cap. final. de pact. in 6. respondit
*Rot. cor. Seraph. dec. 36 per tot., & cor.
Cerro dec. 570. n. 15.*, ubi quod sufficit, ut
transactio contineat pacta licita, & honesta,
dec. 305. n. final. tom. primo, & dec. 460.
19 *n. 25. tom. 2 p. 18. rec.*, ubi quod hujusmo-
di determinationes pro bono pacis, Ecclesia-
rum concordia, & Populorum quietè, ab-
sque beneplacito Apostolico substinentur,
& in Eugubina præeminentiarum 20. Februarii 1702. §. finali cor. Emo D. Cardinali Priolo, & in Metropolitana præeminentiarum super manutentione 16. Iunii 1714. §. Non relevantibus cor. Rmo D. meo Decono.

Vel prçsumi debet, non obstante quod
20 lapsum non fuerit tempus centum annorum
à notissima constitutione Sa. me. Urbani VIII:
requisitum, quia hæc locum sibi vindicat in
21 contractibus Ecclesiæ præjudicialibus ini-
tis cum Clericis, sivè aliis particularibus,
non autem cum alia Ecclesia, ex justa, & ra-
tionabili causa, ut præcisè animadvertit
Rota cor. Dunozett. jun. dec. 713. n. 6., & 10., & dec. 1166. n. 5., & 6. *cor. Emerix jun.*

Deveniendo ad postremam dubii partem,
22 exequendum pariter est breve Sa. me. Inno-
centii VIII., nam istud presefert tantumodo
confirmationem sententiæ latæ per Cardinalem Roffridum tunc temporis Abbatem Cassinensem, in qua Parocho S. Pauli concedebatur facultas retinendi in propria Ecclesia æquè Parochiali fontem Baptismalem, suisque Parocchianis liberè Sacramenta ministrandi, cumque quoad hos actus idem breve usque nunc observatum fuerit, profecto executioni demandandum venit, *Rota dec. 558. nu. primo p. prima, & dec. 189. n. primo p. 15., & dec. 112. n. 2. cor Cerro.*

Cæterum nullo modo obstat supradictæ
impropriæ Matricitati, quamvis referendo
23 sententiæ verba exprimat, quod Ecclesia
S. Pauli *Ecclesiæ S. Mariæ in nullo subiaceat*
tùm quia stat benè simul, quod Ecclesia
S. Pauli non sit propriè, & formaliter su-
biecta, & tamen contendere nequeat supra-
dictas præeminentias Ecclesiæ S. Mariæ prop-
24 ter impropriam Matricitatem jàm compro-
batam, tùm quia hæc expressio respicit
retentionem fontis Baptismatis ac Sa-
cramentorum administrationem, quorum
dumtaxat actuum libertas, et exercitium in
controversiam deductum fuerat, quemad-
modum apertè convincitur ex tenore sen-
25 tentię in eadem Bulla relato, atque ideo prç-
fata enunciativa, quamquam generalis, &
indefinita ad suam speciem restringi, ac jux-
ta subiectam materiam intelligi debet, *l. quæsitum §. Mevia ff de legat. 3., Surd. cons. 33. n. 26, & cons. 421. nu. 12., Rocc. disput. jur. cap. 166. n. 7. tom. 2., Rota coram Coccin. dec. 184. nu. 79., & cor. Bich. decisione 295. n. primo, & dec. 407., & in rec. dec. 428. n. 16. p. 4. tom. 2., et dec. 303. numero 12. p. 19.*

Omnemque submovet hæsitationem vetusissima observantia, nam per quinque sæcula, & ultra Parochi S. Pauli potiti solum fuerunt facultate exercendi curam animarum propriæ Parochiæ, semper vero intacta remanserunt jura præeminentialia Ecclesiæ S. Mariæ per tot actus, res judicatas, & transactionem in dies constabilita, itaut inde ad evidentiam usque dignoscatur, quid, & quantum in d. Brevi comprçensum fuerit, *Rota cor. Sa. me. Alex. VIII. dec. 175. numero 10., et dec. 1342. nu. 8. cor. Emerix. jun., et dec. 65. n. 13., et dec. 319. n. 3. parte 15., et dec. 533. n. 11. p. 18. rec.*

Et ita utraque &c.

ROMANA FORNACIS SUPER FRUCTIBUS.

Veneris 10. Junii 1712.

ARGUMENTUM.

Fructus melioramentorum mala fide factorum ad fundi Dominum devolvuntur, non verò ad ipsum eorumdem melioramentorum valor pertinet, cum mala fides satis non sit ad præscribendam actionem pro repetitione, sed positiva Judicia Inhibitio.

SUMMARIUM.

1 *Argumentum pensionum domus super melioramentis de novo factis fundatum, cessat, tali cessante fundamento.*

2 *Inquilinus Pensionis reductionem in subsequenti locatione reportans, id prçsumitur* ob-

obtinuisse, ex causa, ob quam in prima locatione fuerat illa promissa.

3 *Amplia: Si in subsequenti locatione nova reductionis causa non fuerit expressa.*

4 *Fructus melioramentorum in solo alieno factorum spectant ad meliorantem, & non ad Fundi Dominum.*

5 *Limita tamen, si melioramenta facta fuissent de tempore, quo melioravit in mala versabatur fide super possessione Fundi, &* num 8.

6 *Adde presertim, si haec melioramento ex substantia meliorati fundi consisterint, & qui ea fecit, fructus fundi perceperit, tunc equitativa Juris cessat dispositio*, de qua supra num. 1.

7 *Litis contestatio super pertinentia fundi satis non est ad melioramentorum repetionem infringendam, cum positiva Judicis inhibitio requiratur.*

9 *Compensatio expensarum pro melioramentis factarum cum fructibus à meliorante perceptis non intrat, donec fructus non liquidentur.*

10 *Secunda locatio pro eadem summa inita, qua fuerat prima, presumere facit, ut quae fuerant in prima concordata, & comprehensa, fuerint etiam in secunda.*

11 *Etiamsi in secunda aliquid plus ceciderit, attenta eadem petitione ad eandem rationem, presumere facit, contrahentes de hoc rationem non habuisse.*

12 *Turbida exceptio actionem claram non retardat, & ad suum congruum reicitur Iudicium.*

13 *Bonificatio expensarum unius speciei à Judice rejecta, & non cadens sub dubio alterius, de qua disceptatur, in isto secundo non est deducibilis.*

DECISIO DCCXXIX.

IN sequelam rei judicatae, post quam Joannes Maria reintegrationem reportaverat ad tres ex quatuor partibus Fornacis existentis extrà Januam, quae nomen ab equitibus levia armaturę sortita est, cujus possessionem indebite nactum fuerat Venerabil. Archiospitale S. Marię Consolationis Urbis, assumpsit coram R.P.D. meo Ansaido Judicium super liquidatione fructuum sibi restituendorum, & quamvis in ejus decisione edita 9. Decembris 1707. calculati extiterint in summa sc.628. 50., attamen subinde correcto errore Calculi, admissaque subjectione, quoad alteram ex pluribus partitis, redacti fuerunt ad scut.588. 30., ut in brevi decisione sub die 10 Maii 1704., quae relaxationem mandati pro dicta summa de more praecessit.

His tamen adhuc non acquiescens Vener. Archiospitale Appellationis causa mihi delegari obtinuit, propositoque in hodierna audientia ad formam Commissionis consueto dubio post jam expletum accessum ad locum Controversię, DD. mandatum Rotale attenta ejus validitate, & justitia exequendum esse censuerunt.

Et sane cum validitas in dubium non revocetur respectu ad justitiam, quae clares resultat ex deductis in dd. Decisionibus praecedentis instantiae, minimè adversari visa sunt ea, quae in contrarium inutiliter repetebantur: distinctè enim procedendo insubsistens apparuit praetensio, quod sicuti in praefata brevi decisione augumentum pensionis in annuis scutis quinque solutum per Carolum de Grassis praefatae fornacis Conductorem subductum extitit favore Archiospitalis ab anno 1658. usque ad annum 1664, quia constitit illud processisse ex melioramentis per dict. Archiospitale factis, ita etiam hujusmodi subductio protrahenda veniat ad annum 1668., quo duravit locatio.

Animadversum namque fuit, quod anno 1664. in novo locationis Instrumento Partes redeundo ad novam Conventionem reduxerunt pensionem ad scut.55., atque ideo datur intelligi tunc temporis defecisse praedicta
1 melioramenta à quibus pensionis incrementum resultaverat, quo proindè cessante, cessare etiā debet subductionis effectus, juxta vulgatam regulam, de qua, *Rota dec.50. nu.3. par.1. rec., & dec.58. n.2. cor. Emerix Jun.*

Non attenta replicatione, quod diminutio pensionis tribui nequeat melioramentorum defectui, sed referenda sit ad onus, quod assumpsit conductor reficiendi nonnullos arcus propriis sumptibus. Assumptum quippè tantum abest, ut concludenter pro-
2 betur, quin potius contrarium manifeste praeseferat successiva locatio facta Francisco Bragali pro eadem pensione scut 55. sub expresso pacto, & conditione, ut Archiospitale teneretur explere nonnulla melioramenta, quibus saltem peractis conventum fuit augumentum pensionis: quare in aperto ponitur defectus praecedentium melioramentorum, quod ob id Grassius pensionis reductionem obtinuit, non autem propter
3 onus instaurandi arcus, nam alias de his omnibus habita fuisset ratio in subsequenti locatione, ut de se patet.

Et de facto statim ac anno 1670. perfecta fuerunt melioramenta, & prae ceteris aedificium del Campanone, pensio notabiliter adaucta extitit ad summam scut. 70.; hujusmodi vero augumentum frustra hodie ad se spectare iterum contendebat Archiospitale,
4 quia licet regulariter fructus ex melioramentis in solo alieno factis pertinere dicantur ad ipsum meliorantem, & non ad Dominum fundi, per *Text. in l. ex diversa §. Fructus ff. de rei vindicat., & in l. final. ibiq; Glos. vers. si*
5 *per meliorantes ff. de fund. dotal.* haec tamen regula locum sibi vindicare non posse visa est in praesenti hypothesi, animadvertendo, quod de tempore constitutionis dicti aedificii del Campanone Archiospitale jam diu per litis contestationem in mala fide constitutum indebite perceperat pensiones fornacis longe super excedentes in pensum in dicto aedi-
6 ficio; Ideoque, cum ex substantia Domini ejusdem Fornacis, si non indentifice, saltem

tem virtualiter facta censeri debeat melioratio, utique cessat æquitativa Juris dispositio, ut fructus rei melioratę adjudicandi sint melioranti, non autem Domino fundi, quemadmodum plene probant authoritates in decisione præcedentis instantiæ adductæ §. *Agnitum*, quibus consonant *Garz. de expens. cap.23. nu.55.*, *Marescott. var. resolut. lib.2. cap.172. num.37.*, *de Luc. ad de Franch. dec.527. num.2.*, *& seq.*

Neque obstare potest duplex exceptio, altera nempe, quod nostrum Tribunal jam declaraverit, dicta melioramenta facta fuisse bona fide, ut in *dec.1330. nu.13. cor. Emerix Jun.* de stylo supponenda, & altera quod successive Actor condemnatus fuerit ad illorum refectionem. Siquidem respectu primę cessat difficultas, ex quo mala fides Archiospitalis in dicta decisione exclusa fuit simpliciter ad effectum approbandi refusionem expensarum pro dd. melioramentis, ad quas
7 evitandas, non sufficit sola litis contestatio, sed requiritur etiam positiva Judicis inhibitio, vel novi operis enunciatio, ad tradita per *Pacific. de Salvian. interdict. inspect.2. cap.2. num.234.*, *Rota dec.126. sub. nu.310. par.7. rec.*, cum aliis concordantibus relatis in dict. decisione hujus Causæ super melioramentis 15. *Decembris* 1702. §, *& Altera cor. R.P.D. meo Ansaldo*, quod tamen non pro-
8 cedit in acquisitione fructuum eorumdem melioramentorum, ut distinguendo notat *Rota dec.405. num.17.*, *& 18. part.14. recentior.*

Quo vero ad alteram exceptionem, plu-
9 cuit responsio, quod eatenus Joannes Maria condemnatus fuit ad refundandas expensas in sepedictis melioramentis erogatas, quatenus usque tunc promota non fuerat instantia super restitutione fructuum, & per consequens ratione illiquiditatis merito rejecta fuit opposita compensatio, ut in decisione hujus Causæ super melioramentis 5. *Junii* 1705. §. *Ejusdem coram Rm̃o D. meo Decano*. Inde tamen non sequitur, quod ab initio dicti fructus, utpote certi in genere, & non controversi Ministerio Juris imputati non fuerint in dictis melioramentis, *Bersau. de compensat. quæst.8. nu.9.*, *Rota dec.124. num.24. post. Merlin. de pignor.*, *& in rec. dec.409. num.15. cum seq. par.9.*

Inutiliter etiam prætendebatur proportionabilis subductio pensionum sub obtentu, quod in locationibus comprehensa fuerit Domuncula cum aliis ejus adjacentiis, quæ spectabant ad Annam Mariam Auctricem Archiospitalis; licet enim quodammodo verisimilis ex accessu visa fuerit hujusmodi comprehensio in locationibus supradictæ Fornacis, nihilominus, quia dicta domuncula de tempore, quo illam inhabitabat Anna Maria non fuit comprehensa, nec comprehendi potuit in locatione per eam facta, & tamen exegit pensionem in d. sum. sc.55.
10 hinc cum in subsequentibus locationis contractibus conventa fuerit eadem pensio, profecto dicendum venit, vel quod hujusmodi Domuncula in illis comprehensa non fuerit,
11 vel nullam porsùs de ea rationem habuerint conductores, & in omnem casum sufficit, ut quoquo modo res sit dubia, & altio-
12 rem requirat indaginem ad hoc, ut ad suum congruum, & separatum Judicium reiciatur, nec interim exequutionem mandati retardare valet, *Rota coram Bratt. dec.807. num.9.*, *& coram Bich. decis 481. num.29.*, *& dec.217. num.10. par.19. recentior.*

Eademque responsione tolluntur ea omnia,
13 quæ dicuntur de expensis factis in restauratione Fornacis, ejusque mutatione ab usu coquendi lateres, ad alium diversum coquendi vasa fictilia; Advertendo ulterius quoad has posteriores expensas, quod instantia Archiospitalis jam rejecta extitit, dum bonificatio restricta fuit ad id, quod impenderat in constructione ædificii del Campanone, ut videre est in *d. dec.1330. num.15.*, *& seqq. cor. Emer. Jun.*

Et ita remissive etiam se habentes DD. ad decisiones precedentis Instantiæ responderunt, utraque &c.

NOVARIEN. PECUNIARIA.

Lunæ 13. Junii. 1712.

ARGUMENTUM.

Debitor alternativè obligatus, vel ad unum, vel ad aliud, de istis habet electionem non verò Creditor.

SUMMARIUM.

1 *Fructus loco damnorum, & interesse absque requisitis Castrensibus debentur, si unus ex facto alterius à debito fructifero se vindicare non poterit.*

2 *Fructus omninò debentur, quando ceditur res Fructifera in alterius rei fructiferæ correspectivitatem.*

3 *Res, & prætium absque fructuum solutione non potest retineri.*

4 *Fructus Crediti cessi, quod de sui naturâ erat fructiferum, semper debentur, & si non fuerit exactum, ac de exigibilitate promissum.*

5 *Amplia si cessionarius debitorum nomina sibi cessa exigere distulerit, ejusque culpa eadem debitorum nomina cessa evaserint deteriora.*

6 *Obligatus alternativè, vel ad istud, vel ad illud eligendi, unum ex istis facultatem habet, non verò ista electio in Creditoris arbitrio residet.*

7 *Creditum pecuniarium absque requisitis Castrensibus fructus non parit.*

8 *Hujusmodi deficientibus requisitis debitor nunquam dicitur in mora.*

9 *Obligatus alternativè, vel ad rem fructiferam vel ad infructiferam, etiam si diem, qua fructuum cursus debuisset incipere, desi-*

designasset, non potest ejus obligatio potius ad tradendam rem fructiferam, quam infructiferam trahi, imo debet ad infructiferam, tanquam debitori favorabiliorem,

10 *Cessionarius, sine cedentis interpellatione si de exactione nominum debitorum sibi cessorum neglexerit, in morâ non dicitur, & vide in quo casu.*

DECISIO DCCXXXI.

IN ea controversia, quæ coram R. P. D. meo Ansaldo, & coràm me fuit resoluta favore Capituli non solum quoad sortem lib. 2000., verùm etiam quo ad fructus, Domini in audientia diei 4. Martii proximi præteriti demandarunt, quod denuò audirentur super fructibus Aloysius, & Michael, qui jam liti cesserant respectu capitalis, Unde hodie proposui disputandum dubium, habuique responsum *standum esse in decisis juxta modum* -- inferius exprimendum.

Ex duplici enim ratione Aloysius, & Michael fuerunt condemnati ad solutionẽ fructuum totius summæ, videlicet & ex equitate *l. curabit cod. de act. empt.*, & ex motivo
1 damni emergentis fundati in eo, quod si ob in adimplementum Joannis Baptistę illorum authoris, Capitulum se liberare non potuit à debitis fructiferis, ita citrà interventum requisitorum, *Castren. in l.3. §. final. ff. de eo quod cert. loc.* erant persolvendi fructus loco damnorum, & interesse: Verum Domini quibus placuit æquitas *l curabit*, existimarunt, præsentem quæstionem non versari in illis terminis, ut possit refundi damnum absque concursu prædictorum requisitorum, ac proindè (& in hoc stat modus resolutionis) voluerunt fructus ipsos deberi pro sola summa capitalis scut. 700.

Constitit siquidem, Capitulum inter alia credita cessisse Joanni Baptistæ creditum scut 700. fructiferum, cujus revera fructus
2 fuerunt calculari occasione transactionis initæ ab eodem, longè post cessionem reportatam, & consequenter nimis æquum videbatur, ipsum condemnari ad solutionem illorum, tamquam recompensativorum,
3 cum summoperè naturali rationi repugnet aliquem rem, & prætium in manibus retinere, ad terminos citati *Text. in l. curabit codice de action. empt., Rot. in Beneventana testamenti super retentione 13. Feb. 1708. §. Ex iisdem coram R. P. D. meo Scotto, & in Balneorigen. pecuniaria 8. Junii 1711. §. final. coram Rmo D. meo Molines Decano* aliæque authoritates adductæ in decisionibus hujus causæ.

Quin obstare possit, quod concordia expleta cum debitoribus cessis nullam attulerit utilitatem in hac fructuum solutione, ex quo iidem debitores ob propriam inopiam debitum extinguere non potuerunt: Quan-
4 do quidem hoc non tollit ab initio fuisse cessum creditum procul dubio fructiferum, quod satis est, non promissa exigibilitate, & removebatur quæcumque difficultas, quia Joannes Baptista, qui reportavit cessionem de anno 1668., distuit petere à debitoribus usque ad annum 1676. in quo transegit cum iisdem, sicque ejus culpæ, & negligentiæ dandũ est, si debitores facti sunt non solvendo, ex firmatis in mea decisione §. Accedente, quæ in hac parte est supponenda ex vulgatis juribus.

Quod autem aliud fundamentum consistens in ratione damni emergentis, & involvens fructus totius summæ lib. 2000. non posset considerari in casu, de quo res est, ex eo desumpserunt Domini, quod scilicet Joannes Baptista non se obligavit præcisè ad relevandum Capitulum in æquali summa debitorũ, undè inferri valeat, iis non extinctis, intrare emendationem damni emergen-
6 is, sed sese alternativè dumtaxat obligavit, videlicet, aut præstandam quantitatem lib. 2000., aut relevandum Capitulum à debitis pro equivalenti summa, quamobrem, cum in alternativis electio esset debitoria, *cap. in alternativis de reg. Jur. in 6.*, consequebatur Joannem Baptistam esse debitorem solius quantitatis, non autem facti extinguendi
7 debita capituli, cui pro credito merè pecuniario, & quantitativo, permissum minimè esse poterat agere ad fructus absque requi-
8 sitis Castrensibus, quibus deficientibus nusquam debitor in mora dicitur constitutus, *Rota coram Mobedan. de usur. decis. 2. per tot. & cor. Coccin. n.2., & in rec. decis. 185. num.5. par.3.*

Minimè attento, quod in Instrumento cessionis apposita fuerint verba *dal presente giorno in avanti*, quasi quod ista præsefe-
9 rant prædictam diem interpellantem pro homine, adverterunt namque Domini, quod præfata verba leguntur post stipulationem alternativè conceptam, & propterea eandem qualificant juxta illius naturam, quæ erat, ut Joannes Baptista cessionarius esset debitor solius quantitatis à die celebrati Instrumenti cessionis, non verò, quod illico teneretur extinguere tot debita Capituli, & hoc ideo semper firmum rema-
10 nebat, quod ad inducendam moram Cæssionario recurrebatur interpellatio, sine qua Creditum quantitativum fructus producere nequibat, ut ex supra adductis authoritatibus fuit comprobatum.

Et ita utraque &c.

PERUSINA ASSOCIATIONIS.

Veneris 17. Junii 1712.

ARGUMENTUM.

Obligatio omnium bonorum præsentium, & futurorum cum clausula Constituti, actualem possessionem in Creditore de quolibet, & singulo effecto inducit; si verò bona sub eadem clausula cadentia sint de dominio incerto, & dubio ejusdem obligati, ista regula cessabit.

SUM-

SVMMARIVM.

1 *Clausula Constituti operatur, ut ad bona obligata Creditori competat associatio.*
2 *Amplia, & si bona pænes tertium existant.*
3 *Clausula Constituti eos parit effectus, quos vera traditio.*
4 *Clausula* nunc prout ex tunc *Constituti unita quid operetur, & dos post sui obitum à dotante promissa executionem tantùm respicere facit.*
5 *Clausula Constituti super in certa, & dubia re non operatur.*
6 *Apposita in obligatione omnium bonorum præsentium, & futurorum operatur, ac si specificata fuissent corpora illi subjecta, cum universum obligati Patrimonium respiciat.*
7 *Constitutio S.me. Alexandri VII. ad instar allodialium bona Emphiteutica esse declarat.*
8 *Bona Emphiteutica sicut, & libera queunt obligari.*
9 *Dominus directus non potest in creditorum præjudicium de eis novam investituram facere.*
10 *In dotandis sororibus si bona deficiant, per contributum unaquaeque damnum sentire debet.*

DECISIO DCCXXXII.

DIsputato dubio super immissione, quod prò illius concessione favore Alexandri resolutum fuit, juxtà modum tamen in contemporanea decisione expressum, in eadem Audientia retenta facti serie jam deducta, proposui alterum super associatione - *An scilicèt mandatum de associando ab A.C. relaxatum quo ad bona livellaria sit exequendum, & quo ad Prædium delle Couche sit danda reintegratio &c.* habuique à DD. responsum - *Mandatum de associando ad bona livellaria esse exequendum, & non esse dandam reintegrationem, servato modo præscripto quo ad Immissionem.*

Ex Instrumento siquidem dotis resultabat, creditum Ceciliæ in scut. 1000. eidem persolvendis post obitum dotantium, ut dictum fuit in dicta mea decisione, & proin-
1 de ex illius persona procul dubio Angelus vir poterat prædictam summam super bonis dotem Promittentium prætendere, & vigore clausulæ Constituti in Instrumento appositæ associationem ad bona obligata obtinere, *Rot. decis.* 318. *num.* 1. *par.* 19. *rec.*, & *in Romana Census* 16. *Maii* 1710. §. *Quo verò coram me*, & *in Gallipolitana associationis* 3. *Julii* 1711. §. *Eoque validus coram Rmo D. Molines meo Decano*, etiamsi ipsamet
2 bona à tertio possideantur, cum mox enun-
3 ciata clausula eosdem, quos vera, & realis traditio pariat effectus, & prosequitur *Rota in d. Romana Census dicto* §. *Quò verò cor. me*, & *in Firmana Comendæ* 29. *Feb. prox. preteriti* §. *nulla siquidem pariter cor. me*.

Minimè attento, quod clausula Constituti operari nequeat in præsenti hypothesi,
4 tum ex quo est collata post mortem dotantium, quo tempore isti desierunt possidere, tum ex quo adsit incertitudo bonorum, super quibus Constitutum legitur adjectum; quandoquidem prima objecti pars cessat ex iis, quæ firmata fuerunt in contemporanea decisione, ubi porbatur dotem à principio fuisse puram, atque tempus mortis qualificare dumtaxat actum executionis, & insuper superadditam extitisse clausulam *ex nunc, prout ex tunc* removentem quamcumq; difficultatem circà operationem clausulæ Constituti appositæ promissioni bonorum etiam post obitum assignatorum, ut præter allegatos in contemporanea decisione §. Coadiuvantibus, in puncto *Rot. dec.* 380. *num.* 6., & *seq. par.* 16. *rec.*

Quod autem dicta clausula Constituti non suffragetur ob incertitudinem bonorum, quorum respectu est adjecta, tollebatur ex
5 facto, quòniam in casu de quo agitur Constitutum non respicit rem particularem in certa ratione loci, & quoæ, in quibus terminis verum est, clausulam Constituti, nec transferre dominium, nec possessionem, *Rota in Forosempronien. donationis* 23. *Martii* 1711. §. *Absque eo quod coràm R.P.D. meo Aldovrando, confirmata* 15. *Januarii proximè præteriti coram eodem*, sed generaliter ca-
6 dunt sub Constituto omnia bona dotantium præsentia, & futura ibi - *hypotecavit, & obligavit omnia bona præsentia, & futura cum clausula Constituti &c.* sicquè licèt non adsit certitudo, quoad res particulares, tamen illa viget quo ad universum Patrimonium, ut proinde idem sit, ac si omnia, & singula bona cum peculiari specificatione fuissent recensita, & consequentèr verificetur certitudo generalis utique sufficiens ad effectum habendi associationem, *de Luc. de Judic. disc.* 44. *num* 54. *vers sivè posita*, *Rot. coram Priol. decis.* 15 *num.* 7., & *cor. Cerr. decis.* 594. *num.* 2., & *in rec. dec.* 373. *n.* 22., & *seq. par.* 9. *tom.* 2., & *dec.* 26. *num.* 2. *dec.* 476. *itidem nu.* 2. *par.* 13. *recen.*

In nihilo insuper obstante, bona livellaria non esse de patrimonio dotantium, sed de eisdem fuisse investitam ab Abbate S. Salvatoris Domino directo Constantiam, quæ vigore Investituræ concessæ de anno 1621. terminata linea masculina prælegi poterat in nova Investitura; quandoquidem advertunt Domini, quod in loco, ubi dicta bo-
7 na sita sunt viget constitutio San. Me. Alexandri VII. de qua *de Luc. disc.* 21. *de Emphit.* redigens bona Emphiteutica ad instar
8 allodialium, ac propterea de illis est judicandum, uti de liberis, cum sint in commercio, & cadant sub hypotecis, itàut subveretur quælibet dubitatio, ex quo an-
9 te devolutionem bona fuerunt hypothecata pro dotibus sororum, in quarum præjudicium Dominus directus novam investituram concedere non poterat, ut latè firmatum fuit *in Vaden. Emphitensis* 19. *Junii* 1711. §. *Tum, & fortius*, & §. *fin. coram R.P.D. meo Scotto*, & *in Forosempronien. legatorum*

rum super bonis Emphiteut. 7. *Martii* 1712. §. *Præterea cor. R. P. D. meo Aldrovando.*

Quoad denegatam reintegrationem Vincentio, fundamenta resolutionis eadem militant, quæ (exceptis deductis circa bona livellaria) supra pro associatione ponderata fuerunt, ad quæ pro evitanda inutili repetitione DD. sese remisivè habuerunt, iterum tamen modum exprimentes, quod scilicet Constantia, sivè ejus vir integras dotes satisfacere teneatur aliis sororibus, quatenus ex hæreditate dotantium bona supersint, & si quid ultra remaneat, commodo ejusdem Constantiæ donatariæ cedere debeat,
10 si verò bona deficiant, pro integra dotium satisfactione, tunc habeat locum contributum.

Et ita utraque &c.

PERUSINA IMMISSIONIS.

Veneris 17. *Junii* 1712.

ARGUMENTUM.

Dotis promissio post obitum consequenda, tempus solutionis tantum, & meram debitori concessam dilationem præsefert, adeout hipoteca à die contractus, non verò à designata obitus die currere incipiat.

SUMMARIUM.

1 *Constitutio Egidiana habet locum inter laicos, & de re laicali in judiciis possessoriis, & in vim utilis Salviani immissionem concedentibus.*

2 *Judicium Salviani interdicti tria requirit, creditum cum hypoteca, possessionem antiquam penès debitorem identificè probatam, & præsentaneam penès reum conventum.*

3 *Hypoteca dotalis incipit à die contractus, dotisque promissor non potest in vita bona distrahere, etiam si dotis solutio post sui obitum sit de suis bonis detrahenda.*

4 *Promissio solvendi dotem post obitum dotantis non destruit hypotecam à die promissionis contractam, sed executionem tantum suspendit.*

5 *Clausula* nunc prout ex tunc, *jus de præsenti pro statuto tempore exercibile præservat.*

6 *Promissio dotis post obitum, tempus solutionis tantum designat, non verò hypotecam ad ea bona tantum restringit, quæ in posse debitoris post ejus obitum reperiuntur.*

7 *Creditores pares ex eodem jure venientes, pro æquali super bonis debitoris concurrunt.*

8 *Soror propter dotem in scutis tot sibi constitutam renuncians cum expressione ut aliæ sorores faciliùs cum simili dote nubere possint, non potest impedire parem actionem eisdem pro eadem summa super bonis dotantis, etiam si summa, cujus contemplatione renunciaverint, non fuerit pænes dotantem reperta, sed per contributum cum illis concurrit.*

9 *In dotandis sororibus, in dubio semper stari debet pro æqualitate favore uniuscujusque servanda.*

DECISIO DCCXXXIII.

Contraxit matrimonium Joanna cum Alexandro de anno 1699., constituta eidem dote à patre, & avo in scutis 2000., atque pro rata scutorum mille persoluta, pro reliquis verò cessa fuerunt & *nunc, prout ex tunc* tot bona stabilia ex ipsorummet dotantium hæreditate capienda, prævia peritorum æstimatione. Hujus autem dotis intuitu renunciavit præfata Joanna omnibus bonis, & successionibus etiam inter vivos, illa expressa ratione, quod scilicet in dictis scutis 2000. reperiebatur decenter dotata, & hoc ideò renunciationem explebat, ut pater, & avus in æquali summa dotes aliis sororibus possent assignare, superaddito pacto, quod in casu obitus prædictorum patris, & avi absque prole masculina, prius ex eorum bonis detrahi deberent scut. 2000. pro unaquaque sorore dotanda, & residuum bonorum inter omnes esset dividendum.

Nupsit subinde de anno sequenti 1700. Cecilia Angelo, cui pariter à patre, & avo data fuit dos scutorum 2000., ac etiam pro medietate tempore instrumenti exbursata, collata tamen post ipsorum mortem solutione alterius medietatis, & reportata renunciatione, ut practicatum fuerat in dote præcedenter Joannæ constabilita. Verùm occasione nuptiarum Constantiæ tertiæ sororis, quam de anno 1705. duxit in matrimonium Vincentius, consimilis licèt extiterit conventa dos, nihilominus avus illam integrè persolvit mediante datione in solutum prædii in vocabulo *il Piano delle Conche*, eidemque Constantiæ cessit, ac donavit omnia sua cujuscumque generis bona, hac apposita lege, ut obligata esset residuum supradictarum dotium, & cætera patris, & avi debita post eorum mortem extinguere.

Defunctis igitur patre, & avo, institerunt Alexander, & Angelus pro residuo dotis promissæ, petentes coram A. C. Gomez associationem ad d. prædium *In pian delle Conche*, adversùs Vincentium illius possessorem, sed concessa associatione favore Angeli, qui nactus fuit quoque possessionem medietatis prædii pro indiviso, succubuit Alexander, & hic mutato consilio, ac ordine agendi, introduxit judicium immissionis in vim utilis Salviani interdicti, atque sententiam favorabilem reportavit, ast delata postmodum hac triangulari controversia ad Signaturam, Rescriptum fuit quoad immissionem cum clausula *constito quod sit locus Egidianæ, & quoad associationem* cum clausula *Si quid exequendum.* Unde commissa mihi causa, proposui in hodierna audientia duo dubia, quorum unum respiciens associationem discutitur in alia contemporanea mea decisione, alterum verò concernens immissionem, in hac examinatur, atque sub

sub consueta formula proponitur -- *An scilicet sit danda immissio, itaut sit locus Egidianæ* -- & Domini *dandam esse immissionem, & esse locum Egidianæ juxta modum infra exprimendum* responderunt.

Cum enim agatur in judicio possessorio
1 immissionis inter laicos de re laicali, DD. non dubitarunt, quod Ægidiana sibi locum possit vindicare, *Rot. in Tusculana Salviani 4. Martii proximè præteriti §. Licèt enim cor. me*; maximè quia constitit immissionem in vim utilis Salviani interdicti fuisse ritè, ac rectè concessam, *Rot. post Pacific. de Salvian. interd. decis. 31. num. 1., & in d. Tusculana Salviani citat. §. Licèt enim coram me.*

Justitia siquidem convincebatur ex inter-
2 ventu omnium extremorum, quæ requiruntur ad effectum, ut istud remedium Salviani intrare valeat; nam creditum satis clarè desumebatur ex instrumento dotis, quod utique secumferebat hypothecam suum initium desumentem à die promissionis, *Rot. coram Cels. dec. 41. per tot., & præcisè ad hunc effectum cor. Gregor. dec. 491. n. 7., & coram Burat. dec. 428. sub. n. 1., & dec. 30. nu. 1. & 2. p. 10. rec.*

Possessio verò antiqua prædii penes promissores dotis resultabat ex instrumento dationis in solutum, in quo de anno 1705. fuit assignatum in dotem Constantiæ, ut benè prosequitur *Rot. d. dec. 30. n. 4. part. 10. rec.* Prout etiam probabatur moderna, non solum ex ipso publico instrumento possessionis captæ per Angelum, sed etiam ex litis substentatione expleta per Vincentium, *Rot. in Montis Falisci Immissionis 1. Julii 1709. §. Constitit cor. R. P. D. meo Aldrovando*, ut proinde omnibus istis concurrentibus, immissio nullo modo veniat deneganda, *Rot. dec. 98. n. 6. post Pacific. de Salvian., & in rec. dec. 191. n. 1 a p. 18., & in Romana Salviani 28. Junii 1706. §. Justitia cor. R. P. D. meo Scotto, & in d. Montis Falisci Immissionis in principio.*

Absque eo quod immissio ad præfatum prædium impugnari valeat sub motivo, quod
3 promissio dotis sit restricta ad bona tantum hæreditaria dotantium, & consequenter hypothecam non cadere super illis bonis, quæ in vita patris, & avi exierunt à proprio patrimonio, ut verificatur in prædio controverso; quandoquidem licèt Joanna, ejusque vir præbuerint consensum, quod residuum dotis in scutis mille esset persolvendum in tot bonis stabilibus post obitum datantium; tamen controverti non posse crediderunt Domini, dotem ab initio fuisse constitutam in scutis 2000., sicque tunc temporis contractam fuisse hypothecam super omnibus bo-
4 nis promittentium, solumque extitisse suspensum illius exercitium, *Rot. cor. Ubald. dec. 329. à n. 7., & cor. Bich. dec. 403. n. 13., & in Romana Cantbelę Angeli 16. Decembris 1707. §. Idque cor. bon. me. Cassarello.*

Coadjuvantibus hujusmodi intelligentiam,
5 tum illa clausula, *nunc prout ex tunc*, quæ præsefert jus de præsenti exercibile tamen statuto tempore, juxta partium voluntatem, *Gonzal. ad reg. 8. Cancel. §. 5. proem. n. 56., Gratian. discept. 172. n. 18., & discept. 174. n. 30., & seq., Rot. cor. Bich. dec. 403. n. 13., & seqq., & in rec. dec. 38. n. 2. p. 9.*; tum re-
6 gula, quod verba semper præsumuntur stare demonstrativè, & ad demonstrandum tempus, quo reduci possit ad actum jus jam acquisitum, non autem taxativè, & ad restringendam obligationem ad bona dumtaxat post mortem dotantium reperta, ad *text. in l. quidam testamento 99. ff. de leg. 2., pluribus cumulat Rot. dec. 177. n. 5. par. 19. rec. tom. 1.*

Verum ex quo Domini censuerunt Joannam, Cæciliam, & Constantiam æquale, idemque jus habere pro suis dotibus, ideo dederunt infrascriptum modum, videlicet quod Alexander pro dote Joannæ scut. 2000., Angelus pro dote Cæciliæ, & Vincentius pro dote Constantiæ similem summam super omnibus bonis hæreditariis consequantur, cum hoc tamen, quod si Vincentio ex juribus Constantiæ donatariæ avi dotantis ultra dotes prædictas aliquid de bonis hereditariis superfuerit, ejus favore solummodo fit cal-
7 culandum, si verò omnes dotes satisfieri non possint, tunc locum habere debeat contributum, ad *text. in l. si fundus 16. §. Si duo ff. de pignor., Rot. dec. 61. n. 1. p. 18., rec., & in Romana Pecuniaria super contributo 7. Maii 1706. §. Attuon sic cor. R. P. D. meo Ansaldo.*

Æquale namque jus prædictarum sororum fundabatur in instrumento confecto occasione matrimonii contracti à Joanna, in quo
8 reiteratis vicibus, tum ipsimet dotantes animum suum demonstrarunt pariformiter dotandi omnes sorores, tum eadem Joanna ostendit in renunciatione, ad quam protestata fuit devenire ex ratione relinquendi modum aliis sororibus consimilem dotem consequendi; quinimò minùs legitimè paciscens super hæreditate viventium, detractis dotibus jura successionis voluit æqualia, ut proindè si addantur alia instrumenta dotalia confecta pro uniformi summa scutor. 2000.,
9 videatur res clara, ac præsertim, quia agitur de servanda æqualitate inter sorores, pro qua semper humanius, & æquius est etiam in dubio sumere interpretationem, *Soccin. cons. 4. nu. 6. vol. 1., Castr. cons. 150. col. 1. lib. 2., Rot. cor. Ottobon. dec. 99. n. 36. cum juxta monitum D. Pauli in epist. 1. ad Corinth. cap. 11. vers. 21.* æquitati minimè congruat alios merere, alios ridere, alios ebrios esse, & alios esurire.

Et ita utraque &c.

REATINA FIDEICOMMISSI DE SEVERIS.

Lunæ 20. Junii 1712.

ARGUMENTUM.

Defectus mandati procuræ, quibus in casibus sit allegabilia, & quando secus, & cætera habes in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Restitutio in integrum non datur, quando Sententiæ sunt justæ.*

2 *Mandati Procuræ Defectus opponi nequit ad irritandam sententiam, postquam in præcedentibus Judicatis oppositam non fuerit, cum intret presumptum.*

3 *Amplia: Etiamsi sententia defuncto Cliente emanaverit, eodem tamen Procuratore citato, talis exceptio filio, sive hæredi non competit*, & ratio in nu. seq.

4 *Procurator post mortem Clientis Dominus Litis evadit, legitimeque stat in Judicio, donec ei Procura non revocetur.*

5 *Procurator in Procuræ exercitio se continuasse præsumitur, si in divisione bonorum pro hærede steterit.*

6 *Requisita necessaria pro Immissione reportanda favore hæredis Fideicommissarii sunt tria, videlicet Fideicommissum, illius purificatio, & bonorum identitas.*

7 *Debitor fructuum fideicommissi male perceptorum, & respectivè Creditor ex alio titulo æque valido, & justo, quod idem fideicommissum afficiat, semper potest compensationem petere.*

8 *Qualitas hæreditaria ex postulata bonorum retentione, optimè inducitur*, & vide in quo casu.

9 *Fideicommissum non comprehendit bona ex postà fideicommittente adepta, nisi etiam ab bona futura respexerit fideicommittens.*

10 *Alienationes de bonis fideicommissariis ex informi notula non satis probantur.*

11 *Res inter alios acta, tertium non vocatum in ea non afficit.*

12 *Creditum turbidum vocatis immissionem non retardat, nec admissionem tituli justi per rem judicatam comprobati repellit.*

13 *Immissio ad corpus fideicommissarium nequit impediri hæredi fideicommissario tria necessaria requisita probanti, & si illius pretium offerret illegitimus detentor ei refundere.*

DECISIO DCCXXXIV.

HÆc Causa respiciens immissionem Tenutæ *di Selva Rotonda* discussa, & semper resoluta favore illorum de Severis, tàm coram A. C., quam in nostro Tribunali per quatuor vices, adeout Signatura rescripsit cum clausula -- *Parito, & ab Excessiva tantum*: Viget adhuc, nam coram me sub die 19 Februarii proximi præteriti disputato dubio super Excessiva, in quo illi de Vecchiareliis succubuerant, Mariano novum instantiam promovente, proposui in hodierna audientia dubium -- *An constet, de re judicata, seu potius de Causis restitutionis in integrum* -- & Domini responderunt *Constare de re Indicata*.

Nulla siquidem apud Dominos fuit dubitatio de validitate, & justitia sententiarum,
1 quibus concurrentibus nimis vulgatum est, locum esse non posse restitutioni in integrum, sed è converso intrarem judicatam, *Rota in Bononien. Bonorum 1. Iulii 1699. §. Cum enim coram Rmo D. meo Molines Decano, & in Romana, seu Florentina census 19. Iunii 1708. §. Examinando coram R. P. D. meo Ansaldo*; Absque eo quod validitas obumbrari posset, ex quo non fuerit citatus Tutor, vel Curator Mariani pupilli, sed Antonius Valerianus.

Quando quidem animadversum fuit, quod
2 usque ad quartam sententiam extra aleam difficultatis erat, Antonium fuisse verum, & legitimum Procuratorem Valerii Patris Mariani, quia ipse cœpit comparere in judicio in prima instantia introducta in Tribunali A. C., & deinde semper comparuit, fuitque in quolibet actu legitime citatus, ac consequenter, etiamsi non exhibeatur mandatū Procuræ, illud utique in hisce circumstantiis debet præsumi, *Rota cor. Cocc. dec. 736. n. 15., & cor. sa. me. Alexand VIII. dec. 85. n. 11. cū seq., & rec. dec. 169. n. 2., & seq. p. 2.*

Et licet in limine ferendæ quartæ sententiæ obierit Valerius, tamen si constat semper fuisse citatum Antonium, non erat considerandus defectus mandati, quia per mor-
4 tem sui Principalis Procurator Dominus litis evaserat, poteratque ad omnes effectus stare in judicio, quousque revocabatur, *Rot. dec. 486. n. 16., & seqq. p. 14. rec.*, abindè vero citra idem Antonius curavit committi causam appellationis coram R. P. D. meo Ansaldo, incapsavit commissionem, institit pro subscriptione dubbii, fuitque tàm in propositione, quàm in expeditione causæ citatus, & uti Dominus litis effectus, & uti Procurator Mariani. Unde mirum fuit visum Dominis, quæstionem super hujusmodi nullitate fuisse excitatam, & signanter, ex
5 quo Antonius uti Procurator Mariani post obitum Valerii Patris explevit divisionem cum Bartholomeo.

Justitiam autem clariorem DD. existimarunt, eo quia ex rationibus deductis in tot decisionibus ad evidentiam constare deprehendebatur de omnibus necessariis requisitis ad obtinendam immissionem, videlicet de fideicommisso, de purificatione, atque identitate bonorum, ad *famig. text. in l. fin. C. de edit. Div. Adriani tollen., Rota in Romana fideicom. de Panthera 6. Maii 1709. §. existentia cor. R. P. D. meo Scotto Almę Urbis Gubernatore*, minime attentis exceptionibus, quas etiam hodie tanquàm undique insubsistentes DD. rejicierunt

Quatenus enim iterum opponebat fuisse in

in sententiis admissum, quod competerent Bartholomeo, & Valerio credita contra Severos ascendentia ad scut. 2648., istaque credita jure fideicommissi hodie spectent ad filios eorumdem Bartholomei, ac Valerii, fructus vero cum quibus fuit demandata compensatio dd. Creditorum fuerint percepti à prædictis Bartholomeo, & Valerio, & hoc ideo non debuerit admitti compensatio proprii crediti cum debito alieno, placuit
7 DD. responsio ex facto, quia scilicet dd credita non ad fideicommissũ, sed ad ipsum Bartholomeum seniorem jure proprio spectabant. Consistebant namque in dote Doralicis, pro qua Bartholomeus senior jurium cessionem reportaverat in censu Theodonarii extincto cum pecuniis ejusdem Bartholomei & in aliis obeuntis ab hæreditate Thomę unius ex obligatis in venditione Tenutæ controversæ facta favore Bartholomei, *ut ex decisione edita sub die* 30. *Januarii* 1711. §. *transeundo cor. R. P. D. meo Falconerio*. Quamobrem sicut ipse Bartholomeus senior est originarius debitor fructuum male perceptorum, & ex illius persona sunt debitores, Bartolomeus sen., & Valerius, exinde sequitur non impiicare, quod sua credita cum propriis debitis compenset, *Salgad. in labyr. credit. p.* 2. *cap.* 3. *num.* 30., *& seqq.*, *Rot. dec.* 703. *num. p.* 3., *& dec.* 177. *n.* 8. *p.* 7., *& dec.* 473. *n.* 23., *& seqq. p.* 9. *tom.* 2. *rec.*

Frustraque impugnabatur qualitas hære-
8 ditaria, quia ex facto ipsorum Bartholomei juniores, & Valerii illa satis superque comprobatur, ex eorum videlicet instantia pro retentione, quam nunc quoque Marianus expostulat, quæque citra nomen hæredum allegari non potuisset, *Rota in Romana Cappellaniæ* 16. *Martii* 1708. §. *retento cor. R. P. D. meo Ansaldo*.

Parvi penso, quod Bartholomeus per
9 contractum inter vivos omnia ista credita fideicommisso subiecerit, nàm ultra quam quod hujusmodi documentum nec fuit in actis productum, nec de eo judicatum, in promptu fuit responsio, in illo nempè non legi prędicta credita, quæ neque etiam tunc temporis erant quæsita, sed solummodo ex post illa Bartholomeus nactus fuit.

Ejusdem irrelevantiæ apparuit, prætensio reintegrationis fideicommissi propter alienationes factas à D. Bartholomeo seniore, quoniam istæ probantur ex quadam informi notula peritiæ, super qua nullum valet fundamentum constitui, non solum quia est actus ultroneus explerus de consensu il-
11 lorum de Vecchiarellis, & ideo tanquam res inter alios acts, tertiis non præjudicat, *tot. tit C. res inter alios acta* &c., verum etiam quia non constat alienationes fuisse expietas à Bartholomeo, qui prius esset con-
12 demnandus ad reintegrationem, itaut nullo modo hæc turbidissima exceptio valeat impedire immissionem, & compensationem à re judicata comprobatam, *Rota in Maceraten. legatorum super Prædio della Cimarella &c.* 23. *Junii* 1710. §. 21. *cor. R. P. D. meo Ansaldo*, *et in Beneventana nullitatis testamenti super retentione quoad partitas reservatas* 8. *Maii* 1711. §. *iterum enim coram me*.

Superaddentibus DD. pro coronide, quod
13 locus esse non poterat oblatæ refusioni pretii totius Tenutæ, ex quo cessabat allegata confusio, & incorporatio cum aliis bonis, eum nunquam fuerit excitata quæstio super ejus identitate, quinimmo disputato excessu captæ possessionis, Sacra Rota illum admisit dumtaxat respectu cujusdam domunculæ Campestris, ex quibus proinde obiectum hodie quoque repetitum jure merito sublatum fuerit in *dec.* 24. *Januarii* 1710. §. *fin. cor. R. P. D. meo Falconerio*.

Et ita utraque &c.

SAVONEN. PECUNIARIA.

Lunæ 20. *Junii* 1712.

ARGUMENTUM.

Judex ea damna, quæ ex sua sententia, seù decretis injustis proveniunt reficere non tenetur, dummodo tamen dolus, & sordes in judicando non intercesserint.

SUMMARIUM.

1 *Injustitia sententiæ satis non est, ut Iudex eis damnis ex ea proficiscentibus damnetur si malitia absuerit.*

2 *Hæc malitia est concludenter probanda ad excludendam præsumptionem contrariam, quæ in Iudice residet.*

3 *Amplia: ut ad exclusionem istius malitiæ satis sit rem esse quodammodo dubiam, et per quamlibet credulitatem de justitia, quam Iudex habere potueris, excludi.*

4 *Sequestrum sine citatione factum, etiam non citato sequestrante per Iudicem revocari potest.*

5 *Citationis defectus opponi nequit adversus illum, qui citationem necessariam in eodem identifico judicio prætermisit.*

6 *Sequestrum ut habeat effectum, tempus ejus executionis est probandum.*

7 *Sequestrum in Curia Proceni debet esse registratum in Broliardo, aliàs ex dispotitione Statuti non attenditur.*

8 *Notarii fides de rebus ad ejus officium pertinentibus concludentissima dicitur probatio.*

9 *Fides unius testis, præsertim vilis, nihil probat.*

10 *Confessio extrajudicialis, ut concludenter probetur, testes de loco, tempore, & verbis concordes requiruntur.*

11 *Fides pendente lite expiscata, & in limine propositionis causa non attenditur.*

12 *Dolus, ut dicatur fuisse in Judice in actu pronunciandi sententiam concludenter est probandus, præsertim cum de odiosissima materia probatio hæc dicatur.*

13 *Se-*

13 *Sequestrum factum sine credito in actis deducto non substinetur.*
14 *Scripturæ, quæ non sunt in actis, extra Mundum extare dicuntur.*
14 *Judex non presumitur, quod ex causa amicitiæ iniuste voluerit pronunciare, nec amicitia satis est ad talem fraudem supponendam.*
16 *Sequestrum, ut substineatur, creditum debet esse certum, & liquidum.*
17 *Judex ad correctionem damni ex iniusta sententia profluxi in subsidium condemnatur, prius tamen Principali, qui sententiam retulit excusso, & quando dolus ejusdem sit patentissimus.*

DECISIO DCCXXXV.

Occasione revocationis sequestri demandatæ à Joanne Antonio Durano Vice-Prætore Castri Proceni, promovit Marchio de Otterlis instantiam contra eumdem, qua pretendebat ipsum condemnari ad damna, & interesse provenientia ex d. revocatione, prout etiam cor. Judice de partibus obtinuit, sed per appellationem re devoluta ad A. C. Cerrum, ille præfatam sententiam infirmavit, cui minime acquiescente dicto Marchione, causa delata ad nostrum Tribunal, mihique fuit commissio directa. Unde in hodierna audientia proposito dubio -- *An Duranus teneatur ad damna, & interesse prosecutis 940., attenta revocatione sequestri per eum facta in casu &c.*, DD. *negative* responderunt.

Quidquid enim sit de nullitate sententiæ de partibus ad eadem damna condemnantis, stricte DD. accedentes ad examen Justitiæ, existimarunt hanc militare favore Durani,
1 quia ad effectum, ut Judex condemnetur de
proprio ad reficienda damna illi Parti, quæ succubuit, non sufficit ostendere iniustitiam sententiæ, sed ulterius copulativè probandum est, quod per gratiam, vel per sordes dolose, & fraudolenter se gesserit: Textus est expressus in *cap primo de senten., & re judic.*, *& notant Jas. in l. unic. n. 11. C. ut omn. judic. tàm Civil., quam militar., Bertazzol. cons. 71. nu. 3., & seqq., & cons. 81. n. primo, Grammat. cons. 54. n. 11., Castald. de Syndicat. qu. 3. vers. item Iudex in fin. Altimar. de nullitate sentent. tomo 3. rubric. qu. 35. n. 46., Ioseph. Ludovic. dec. Lucen. 1. n. 50., & dec. 32 n. 36., & 56., plene Balduc. ad Ramon. dec. 88. n. 28., & 37. tom. 4.*

Et hujusmodi dolus, & malitia debent
2 concludentissimè probari, ad effectum
suffocandi præsumptionem, quæ viget in quocumque Judice pro eorum exclusione *Giurb. cons. 42. n. 15. sess. in suo respons. syndicat. n. 22., & seqq., Fragos. de regim. Christian. Reip. p. prima lib. disput. 23. nu. 37., Farinac. in prax. crimin. qu. 111. art. 11. n. 261. cum seqq.*, & cum aliis *Balduc. d. dec. 88. n. 32., & seqq., & nu. 48.*, itaut sufficiat,
3 rem esse quoquomodo dubiam, ne Judex ab
extimationem litis damnetur, cum satis excusetur ex qualicumque credulitate, quà potuerit induci ad credendum, opinionem, cui ipse adhesit, veriorem esse, *Mastrill. de magistr. lib. 6. cap. 10. n. 104., Fragos. d. disp. 23. n. 63., Balduc. d. dec. 88. nu. 47.*, alioquin nullus reperiretur, qui Judicis officium vellet exercere, *Rebuff. de appellat. in præfat. sub n. 24. tom. 3., Scacc. eodem tract. lib 3. cap. 2. qu. 19. remed. 4. sub n. 9. vers. ratio hujus &c.*, & prosequitur *Balduc. d. dec. 88. n. 46., & seqq.*

In præsenti autem, nec talis evidens fraudolenta iniustitia, nec dolosa voluntas pro-
4 batur, nam sequestrum, quod revocavit,
fuerat de facto, & sine citatione Partis appositum, adeout benè potuerit, Parte non citata, revocari, *Ubert. de citat. cap. 3. numero 51., Gratian. discept. 114. n. 36.*, ne-
5 que defectum citationis opponere illi per-
missum esse debebat, qui citationem prætermiserat, *Rota dec. 664. n. 6. p. 19. rec.*

Ulterius constitit quoque, quod in d. se-
6 questro nullum legebatur expressum tempus
appositionis ad normam *text. in l. aut qui alter §. primo ff. quod vi, aut clàm, l. finali §. Sit vero C. de tut. Domin. imput.*, nulla-
7 que apparebat facta illius reportatio in Bro-
liardo civili Curiæ Proceni, juxta præscripta à Statuto, exigente hujusmodi reporta-
8 tionem sub pœna nullitatis, hancque defi-
cientiam satis probat Notarius actuarius, cui plena fides est adhibenda ex notis juribus.

Dolus verò, & fraus, licet deducerentur ex jactationibus per Judicem factis de revocando sequestrum ad vindictas damni passi propter deliberationem jumenti, tamen non fuerunt ad hunc effectum datæ sufficientes justificationes. Quatenus enim fuit exhibita quædam fides super confessione Judicis,
9 illa nullam fidem facere potuit, cum sit dic-
tum unius, & quidem vilis, & infensi ipsi Judici ex vulgatissimis juribus, maxime quià
10 agitur de probanda confessione extrajudi-
ciali, in qua requiruntur plures testes concordes de loco, tempore, & verbis, *Rota cor. Merlin. dec. 170. n. 3., & seqq., Rota dec. 214. n. 12. p. 6. rec.*

Quatenus vero perpendatur altera depositio facta sub die 21. Junii currentis, DD. sa-
11 tisfecit responsio, quod ista fuit expiscata
pendente lite, & quidem in limine propositionis, ac consequenter nullatenus at-
12 tendenda in hac odiosissima materia, in
qua probationes undequaque perstringentes, debent intervenire ex supra firmatis.

Iisdemque exceptionibus subiacent depositiones aliorum testium, quibus probari contendebatur, Duranum in quadam Epistola deperdita asseruisse, revocationem sequestri fuisse ab ipso decretam, eo quia non constaret de credito Marchionis, sed potius de illius debito, ultra quam quod nimis repugnat, ipsum Duranum revocasse sequestrum ob defectum crediti, & ad vindictam, presertim quia nec exhibetur epistola origina-
13 lis, & in omnem casum, cum ad obtinen-
dum sequestrum nil fuerit exhibitum, ac reportatum in actis, poterat Duranus existimare

mare non constare de credito, ex quo ea,
14 quæ sunt extra acta, reputentur extare extra Mundum, ut notum est.

Parvi pensa tandem necessitudine, quæ asserebatur intercedere inter Duranum, & Bartholomeum debitores Marchionis. Quando-
15 quidem si ex solo capite amicitiæ iniustitia per sordes, & gratiam probata dicenda foret, & forsan nullus esset Judex, qui lites suas non faceret, ut ad sensum patet, & frustraneum fuisset, adeò rigorosas, & concludentes probationes exigere.

Quibus etiam addebatur, quod non fuit facta liquidatio damnorum, cum non extite-
16 rit legitimè probata quantitas crediti, pro quo factum fuerat sequestrum, nullaque processerit excussio Bonorum Bartholomei principalis debitoris, quæ omnia erant necessaria, quia agitur de actione contra Judicem, in subsidium dumtaxat intentanda, ad *text. in l. quod ad hæredes 6. ff. de Magistrat. conven.*, *et l. prima antè §. Quem si exercueris C. eodem, Palm. alleg. 45. n.25.*, *Rota dec. 202. n. 10. p. 8. rec.*

Et ita utraque &c.

BRIXIEN. AGGREGATIONIS SUPER BONO JURE.

Mercurii 22. Junii 1712.

ARGUMENTUM.

Venerabilis Archiconfraternitas Orationis, & Mortis Urbis ex particularibus Apostolicis Privilegiis, alias potest aggregare, illisque omnia supradicta communicare, earumque Cappellanus Stolam, & Superpellicium, vulgò *Catta* gestare potest, sive adsit, sive desit Parochus, cæteraque privilegia in Summar. colliges.

SUMMARIUM.

1 *Archiconfraternitas Mortis Urbis aggregat alias ex Constitutione Sanctæ Memoriæ Pii Quarti.*

2 *Aggregatio, quæ dicatur facta ad tramites Iuris Canonici, & legitimè.*

3 *Confraternitas legitimè alteri aggregata, in omnibus Privilegiis, tùm spiritualibus, tùm temporalibus aggregantis subingreditur, & unum idemque corpus cum illo efficitur*, & num. 6.

4 *Adde: ut ad omnes peculiares effectus ex eadem aggregatione dependentes admittenda sit, & qui sint isti effectus.*

5 *Cappellanus Archiconfraternitatis Mortis Ius habet gestandi Superpelicium, vulgò* Cotta, *& Stolam, sive adsit Parocus, sive desit, & in quo versetur Institutum.*

7 *Sinodalia decreta non afficiunt Archiconfraternitates aggregatas illis, quæ Apostolicis Privilegiis particularibus gaudent, tanquam non subjectas.*

8 *Etiam si ab initio fundationis de tali subjectione fuisset conventum.*

9 *Concilium Metropolitanæ Ecclesiæ Mediolanensis* in Cap. VII. *disponit, ut similes aggregationes Privilegiis aggregantis uti nequeant, nisi priùs ista privilegia ab Ordinario fuerint recognita.*

10 *Aggregatio Archiconfraternitatis Mortis in Civitate Castilionis Brixien. Diœcesis est facta ad tramites supradicti Concilii.*

11 *Venerabilis expositio, tumulatio Cadaverum, & gestatio Stolæ spectat ad Parocum privativè ad terminos Iuris communis.*

12 *Secùs, quoad Archiconfraternitatem Mortis Urbis, illique aggregatas ex particulari privilegio Iuri Parochorum derogatorio.*

13 *Privilegia facultativa per non usum, aùt per contrarium usum nunquam cessant, nisi expressa concurrat prohibitio, & privilegiati aquiescientia.*

14 *Privilegia concessa Archiconfraternitati, quæ Ius aggregandi habet, non læduntur per non usum istorum, quod fiat ab aliqua ex istis aggregatis.*

15 *Negligentia, & factum Confratrum non præjudicat quoad usum Privilegiorum eorum Archiconfraternitatum.*

DECISIO DCCXXXVI.

Postquam in Civitate Castilionis de Stiveriis Brixien. Diœcesis Anno 1657. canonicè fundata fuerat Confraternitas Mortis, ut perfrui posset omnibus Privilegiis, Indultis, ac Prærogativis, quibus ex Summorum Pontificum largitate meritò munita, & decorata est Archiconfraternitas Orationis, & Mortis Urbis: ad hanc Anno 1638. aggregari obtinuit, atque hujusmodi Aggregationis, ex consuetis litteris patentibus resultantia publicationem ab Ordinario reportavit.

Cum autem Archipresbyter, & Capitulum Collegiatæ Ecclesiæ SS. Nazarii, & Celsi ejusdem Civitatis novissimè præfatam Confraternitatem in exercitio dd. privilegiorum perturbare contenderet, delata extitit controversia ad R. P. D. A. C. Cerrum, à quo tam in possessorio, quàm in petitorio favore Confraternitatis absoluta fuit. Atque hinc commissa mihi appellationis Causa, plura hodiè disceptanda proposui dubia, alia nempè super manutentione, & remissoria, de quibus in contextualibus meis Decisionibus, aliud verò super bono Jure: *An scilicet constet de legitima Aggregatione, & ad quos effectus*, & DD. *constare de legitima Aggregatione ad effectus in Decisione exprimendos responderunt.*

1 Præsupposita enim in Archiconfraternitate Orationis, & Mortis Urbis facultate aggregandi, utpotè expressè fundata in Consti-
2 tutione 22. §. 12. fa: me: Pii IV., concurrente attestatione Ordinarii super Canonica Confraternitatis Actricis erectione, juxta formam à fa. me. Clemente VIII. in ejus Constitutione 115. præscriptam, reportatisque per eam supradictis litteris patentibus, utique de legitima Aggregatione ambigendum non

non est, quemadmodum in his terminis fa-
vore alterius Confraternitatis Mortis res-
pondit *Rot. in Savonen. Aggregationis* 27.
Iunii 1698. *per tot.*, & 9. *Ianuarii* 1699. §. 1.
coram bo. me. Pio.

Et de facto agnita assumpti veritate, illam
ampliùs non impugnabant scribentes pro Ca-
pitulo, imò quoad hujusmodi inspectionem
emissa fuit in actis renunciatio, sinè tamen
speciali mandato procuræ.

3 Constabilita validitate Aggregationis, ne-
cessariò indè sequitur, quod Confraternitas
Aggregata potiri, & frui debeat omnibus
privilegiis, indultis, & gratiis tam spirituali-
bus, quàm temporalibus, quæ Archiconfra-
ternitati Aggreganti competunt: ea namque
est virtus, & natura Aggregationis, ut in
subjectum Aggregatum transfundantur om-
nes qualitates Aggregantis, ut per privile-
giorum communicationem quasi unum, &
idem corpus efficiatur, ut generalibus omis-
sis, in individuo tradit *Rota in dicta Savo-
nen. Aggregationis* 9. *Ianuarii* 1699. §. *Quo
verò coram bo. me. Pio*, & 15. *Ianuarii* 1700.
§. *Iustitia enim coram Rm̃o Concben.*, & 13.
Iunii 1701. §. *Ad remotionem coram Rm̃o
D. meo Decano.*

4 Assumentes tamen DD. juxtà secundam
dubii partem examen quoad peculiares di-
ctæ Aggregationis affectus, & signantèr res-
pectu illorum, qui validiùs per Archipres-
byterum, & Capitulum controvertebantur,
censuerunt competere Confraternitati Jus
eligendi Officiales, & Cappellanum sibi be-
nè visum, ad nutum amovibilem pro pera-
5 gendis consuetis functionibus; qui quidem
Cappellanus in associatione Cadaverum in-
cedere valeat indutus Cotta, & Stola, sivè
Parochus interveniat, sivè non. Et quoniam
præcipuum supradictæ Archiconfraternita-
tis Institutum in eo laudabilitèr versatur, &
emicat, ut statutis temporibus Sanctissimum
Eucharistiæ Sacramentum publicæ hominum
pietati, & adorationi per quadraginta ho-
ras exponat, ac insuper inhumata fidelium
Cadavera, quæ sub diu, apertoque Cœlo,
putrescerent, vel ferarum voracitate in Cam-
pestribus absumerentur, non sine maximo
6 labore tumulo mandet; hinc absque ulla hæ-
sitatione permittenda veniunt Confraterni-
tati adeò pia exercitia, prout omnia prædicta
designando, præcisè admisit *Rot. in dicta
Savonen. Aggregationis* 9. *Iannarii*, & 15.
Iunii 1699. *coram bon. me Pio*, 15. *Ianuarii*
1700. *cor. Rm̃o Concben.*, & 13. *Iunii* 1700.
cor. Rm̃o D. meo Molines Decano.

Nec obstare visa sunt decreta Synodalia,
& Provincialia Metropolitanę Ecclesiæ Me-
diolanensis certam regulam, & normam
Confraternitatibus præscribentia, quibus
subjecta esse prætenditur Diœcesis Brixien.
7 tamquam suffraganea, quoniam in dubitati
Juris est, quod hujusmodi decreta nullate-
nùs locum sibi vindicare possunt quoad illos
actus, qui prædictis Apostolicis Privilegiis
contrariantur, quia per istorum communica-
tionem in vim Aggregationis Confraterni-
tas soluta remansit a quocumque vinculo, &
lege, quibus antea fortasse obstricta reperie-
batur, ad *Text. in l. Spadone* §. *Si autem
quis tutor. ff. de excusat. Tutor, Oldrad. con-*
4. *num.* 1., *Gratian. discept. forens. cap.* 776.
8 *num.* 10. *cum seqq.*, & in fortioribus termi-
nis, in quibus ab initio suæ fundationis per
Confraternitatem stipulata fuerat præcisa
subjectio, *Rot. in sæpedicta Savonen. Ag-
gregationis* 9. *Ianuarii* 1699. §. *Absque eo
quod coram bo. me. Pio*, & 15. *Ianuarii* 1700.
§. *haud relevante coram Rm̃o Concben.*, &
13. *Iunii* 1701. §. *Pręterquam quod corom
Rm̃o D. meo Decano.*

9 Tantoque magis, quia in decreto Concilii
Provincialis 7. sancitur dumtaxat, quod
Confraternitates aggregatę uti nequeant pri-
vilegiis Archiconfraternitatum aggregan-
tium, nisi prius ista recognitioni à proprio
Ordinario faciendæ subiiciantur, ut videre
est apud *Lezan. oper. moral. tom.* 1. *part.* 2.
cap. 15. *de Confrater.*, & *Confraternit. re-
gul eorumq. privileg.*, & *obligat.* Quamob-
10 rem cum in hypothesi servata adamussim
fuerit dicta decreti conciliaris dispositio, ex
quo usque de anno 1638. Episcopus Brixien.
recognitis litteris patentibus dictæ Aggre-
gationis, illas registrari, & ad universorum
notitiam publicari mandavit, & Anno 1650.
per decretum declaravit, prætatam Confra-
ternitatem vigore Aggregationis frui posse
quibuscumque indultis, & privilegiis, quæ
concessa sunt Archiconfraternitati aggre-
ganti; Perperam objicitur vis obstativa co-
rumdem provincialium decretorum, ut in
duriori casu, quo injustè denegata fuerat ab
Ordinario dicta approbatio ad formam ejus-
dem decreti, firmavit *Rota in sæpedicta Sa-
vonen. Aggregationis* 3. *Iulii* 1705. §. *Ejus-
demq. insubsistentiæ coram Reverendissimo
D. meo Decano.*

Ejusdemque irrelevantiæ nota laborat al-
tera exceptio, quod nonnulli ex prædictis
actibus, & præsertim expositio Venerabilis,
11 tumulatio Cadaverum, & delatio Stolæ in
eorum associatione privativè spectent ad Pa-
rochum, juxtà deducta per *Barbos. de Pa-
roc. cap.* 11. *num.* 51., *Pignatell. consult.* 79.
num. 8., & 9., & *consult.* 103. *à num.* 19. *cum
pluribus seqq. tom.* 10., *Nicol. in Floscul.
verb Confraternitas num.* 20., & *seqq.*, pro-
indeque in ejus præjudicium nullo modo
Confraternitate, illiusque Cappellano in-
dulgendi veniant.

Objectum siquidem procedit in terminis
Juris communis respectu ad illas Confrater-
nitates, quæ Aggregationis beneficio non
12 gaudent, secus tamen quoad Confraternita-
tem aggregatam, de qua agitur, cui in com-
municatione qualitatum, & Indultorum Ag-
gregantis tributa est nominatim libera facul-
tas exercendi omnes præmissos actus inde-
pendenter ab Archipręsbytero, seù Paro-
cho locali, & per consequens derogatum
censetur, quoad illos, cuicumque Tertii
præ-

præjudicio, *Rot. coram Buratt. decis.* 193. *num.*24., & *cor. Cerr. decis.*665. *num.*12., & *cor. Zarat. decis.* 45. *num.* 32. *cum pluribus seqq.*, & *in d. Savonen. Aggregationis* 15. *Ianuarii* 1700. §. *Nec replicare coram Reverendissimo Conchen.*

Frustrà tandem opponebatur non usus dictorum privilegiorum sub obtentu, quod Confraternitas post obtentam aggregationem semper sese subjecerit dependentiæ, & legibus Archipresbyteri, & Capituli. Nam hujusmodi assumptum nullam omninò subsistentiam habet in facto, ex firmatis in mea contemporanea decisione super manutentio-
13 ne, & irrelevans prorsùs convincitur in Jure, sive quia agitur de privilegiis facultativis, quæ per non usum, atque etiam per contrarium usum numquam amittuntur, nisi insimul concurrat prohibitio illis utendi, & subsequatur privilegiati acquiescentia, *Felin. in cap. Pastoralis nu.*5. *de off. Ordin.*, *Sard. consil.*127. *num.*21., & 22., *Rot. coram Seraphin. decis.* 1086. *per tot.*, & *cor. Royat decis.*327. *num.*7., & 8., & *dec.* 356. *num.*9. *cum seqq.*, & *in Rec. dcc.* 443. *num.*9. *par.*5., & *dec.*285. *num.* 15. *par.*15.
14 Sive quia prædicta Indulta, utpotè concessa Archiconfraternitati aggreganti, omnibusque Confraternitatibus aggregatis, profectò compiecti, & præseferre dicuntur causam universalem, adeout per non usum alicujus sodalitatis minimè lædantur, & abrogentur, sed potiùs per usum aliarum, & signantèr Archiconfraternitatis perpetuata, & conservata intelligantur; *Pasqualig. quæst. canon.*339. *num.*22., 30., & 45. *centur.*4., *Card. de Luc. de Benefic. disc.* 29. *num.* 24., *Rot. cor. Seraph. dec.*951. *nu.* 1., & 2., & *cor. Rembol. dec.* 514. *num.* 6., cum cæteris concordant. relatis in sæpiaudata *Savonen. Aggregat. super reservatis* 15. *Iunii* 1699. §. *Absque eo quod cor. bo. me. Pio*, & *super remissoria* 15. *Ianuarii* 1700. §. *finali coram Reverendissimo Conchen.*
15 Sivè demùm, quia ex particulari facto, & negligentia Confratrum nullum irrogari poterat præjudicium Confraternitati, ejusque Juribus, *L. Ius publicum ff. de pact.*, *l. si quis in conscribendo Cod. eod.*, *Rota post Posth. de Manut. dec.*321. *num.*39., & *cor. Buratt. dec.*831. *num.*1., & *dec.*319. *num.* 20. *par.*6. & *dec.* 199. *num.*38. *par.*12. *Rec.*

Et ita, utraque &c.

BRIXIEN. AGGREGATIONIS SUPER MANUTENTIONE.
Mercurii 22. *Junii* 1712.

ARGUMENTUM.

In Judicio summariissimo manutentionis leviores probationes admittuntur, quæ in petitorio satis non essent, & possidens Jure Universali sibi delato non exigit, ut in unoquoque effectu subalterno suæ Possessionis particularem titulum probet.

SUMMARIUM.

1 *Testes ad perpetuam examinati in manutentionis Judicio satis probant, cum in isto leviores admittantur probationes.*
2 *Testis, qui sit Inimicus nihil probat.*
3 *Testis unicus non admittitur, præsertim contra depositiones plurium præponderantium.*
4 *Possessio legitima non probatur per actus merè facultativè factos.*
5 *Possessio biennalis sufficit ad effectum petendi manutentionem.*
6 *Possessio Juris Universalis omnes effectus particulares ex eodem promanantes comprehendit.*
7 *Aut clarum super exercitio omnium facultatum non indiget, ut in unoquoque ex eisdem possessio talis exercitii probetur, præsertim in Judicio simplicis manutentionis.*

DECISIO DCCXXXVII.

Retenta facti serie in contestuali mea Decisione super bono Jure exposita, DD. *manutentionem damdam esse Confraternitati censuerunt.*

Constitit enim de ejus possessione quoad usum omnium facultatum, & privilegiorum quæ sibi per litteras patentes legitimæ aggrationis ad Archiconfraternitatem Orationis, & Mortis Urbis communicata fuerunt, & proindè in eorum libero exercirio, Jure meritoque manutenenda venit, vulgato §. *Retinendæ instit. de interdict.*

Et fanè hujusmodi possessio perspicue resultat ex depositionibus quamplurium Te-
1 stium, qui licet examinati sint ad perpetuam, attamen ad hunc effectum plene suffragantur, cum in privilegiato manutentionis Judicio leviores etiam admittantur probationes, *Rota dec* 160. *num.*7. *par.*11. *rec.*, *dec.*644. *num.*1. *coram Emerix jun.*, & *in Civitatis Plebis Jurium Parochialium super manutentione* 3. *Julii* 1705. §. *In quorum coram Rmo D. meo Decano.*

Absque eo quod his contraponi mereantur alii duo Testes in contrarium adducti, ex quorum attestatione Archipresbyter, & Capitulum comprobare satagunt dependentiam dict. Confraternitatis, supponendo, quod omnes functiones ab ipsa peractæ fuerint cum interventu, vel consu ejusdem Archipresby-
2 teri, & Capituli. Etenim alter ex dd. Testibus, utpote infensus Confraternitati, ex quo ab albo sodalium deletus fuit, nullum probationis gradū constituit adversus illam, *cap. repellantur*, & *cap. cum oporteat de accusat.*, *l. Testium fides ff. de Testib. ibique Glos.*, & DD. plene adducti per *Farinacc. de Testib. quæst.*53. *num.*3., & *seq.* Alter
3 verò, tamquam unicus, nullius pariter est roboris, præsertim in concursu præfatorum Testium Confraternitatis numero, & pondere præstantiorum, *Rot. cor. Bich. dec.*48. *num.*12., & *coram Burat. dec.*903. *num.*2. & 3., & *in Romana lucri dotalis* 11. *Januarii*

rii currentis anni §. Absque, eo quod coram mè.

Tantoque magis, quia dd. duoTestes nullatenus concludunt, Archipresbyterum, & Capitulum designatis functionibus intervenisse Jure proprio authoritativo, imo e contra in facto constat, quod Archipresbyter & Canonici à Confratribus vocati, & invitari accesserint, & per consequens ex hisce ac-
4 tibus facultativis frustra inferri contenditur possessio Jure coactivę superioritatis, *Rota in Calaguritana decimarum S. Petri Maurique 21. Iunii 1697. §. Absque eo quod coram Reverendis. D. meo Decano, & apposite in dicta Civitatis plebis Iurium Parochialium 3. Iulii 1705. §. In præsenti autem coram eodem.*

Neque pariter negocium facessere visa est exceptio, quod possessio Confraternitatis, respectu expositionis SS. Eucharestiæ Sacramenti sit omnino recens, cum ad sum-
5 mum ad exercitium redacta fuerit duobus dumtaxat ab hinc annis. Ultrà quod enim hoc etiam sufficit ad effectum manutentionis, *Posth de manut. obser.71. num.51., & seq., Rota post eumdem dec.3. num.1., & dec 236. num.9. coram sa. me. Alexandro VIII.*, Cessar omnis penitus difficultas, animadvertendo, quod dicta facultas exponendi Venera-
6 bile specialiter conceditur in Constitutione *san. mem.* Pii IV., in qua etiam cætera privilegia continentur, atque ideo cum versemur in Jure universali, eo ipso quod constat de possessione Confraternitatis quoad exercitium aliorum actuum, censetur conservata ejus quasi possessio, etiam quoad istum in eadem Universalitate comprehensum, juxtà doctrinam *Abb. in cap.1. nu.3. de Religios. Domib., Posth. de manut. observ.73., à n.151. cum plurib. seq., Rot. dec.268. num.1. par.4. tom.1. rec.*

Accedente potissimum, quod ex deductis in dicta contextuali mea decisione clarum
7 undequaque est bonum Jus Confraternitatis super exercitio omnium facultatum, quæ in ipsam vigore Aggregationis obveneruntr, adeout in eo manuteneri debeat, rejecto prorsùs tàm rigido unius cujusque actus possessorii examine, *Rota in Illerden. administrationis super manutent. 30. Martii 1705. §. Adstipulantibus cor. R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore, & in dicta Civitatis plebis Iurium Parocchialium super manutentione 3. Iulii 1705. §. fin. cor. Rmo D. meo Decano.*

Et ita utraque &c.

BRIXIEN. AGGREGATIONIS SUPER REMISSORIA.

Mercurii 22. Junii 1712.

ARGUMENTUM:

Ad effectum examinandi Testes, quando articuli ad causam non faciunt, denegatur remissoria.

Consuetudo, nisi sit immemorabilis, sive saltem q adragenaria non attenditur, quando Apostolicis constitutionibus advetsatur, justumque titulum non fovet.

SUMMARIUM.

1 *Remissoria ad effectum examinandi Testes etiam in materia profana denegatur, quando articuli sunt irrelevantes, & ad rem de qua agitur non tendunt.*
2 *Confraternitas privilegiata particulariter, quod existat intrà limites unius Parochię, & Parochus in eadem omnia parrochialia Jura exerceat, præjudicio non afficitur, si ex constitutionibus Apostolicis cum clausula* sublata, *& decreto irritanti à Parochiali jure exempta fiat.*
3 *Simplex consuetudo eadem privilegia non frangit, sed saltem quadrigenaria, & titulus ex actibus claris, & univocis coloratus requiritur.*
4 *Consuetudo immemorabilis cùm vulgatis requisitis, quæ dicatur, refert* Gloss. in cap. 1. verb. memoria de præscript. in 6.
5 *Memorabilis consuetudinis vis est & virtus, ut principium erectionis nequeat perscrutari.*
6 *Quadrigenaria in uno effectu tantum manutentionis circà Jus universale, non est allegabilis ad excludendam eandem Juris universalitatem.*
7 *Actus merè facultativi gesti sub titulo possessionis, subjectionem coactivam in possidentem non inducunt.*
8 *Titulus possidendi constitutionibus Apostolicis suffultus non dirimitur ex omissione actuum possessionem inducentium, de qua non curarunt possidentes pro tempore.*

DECISIO DCCXXXVIII.

Diffidentes fortasse Archipresbyter, & Capitulum Collegiatæ Ecclesiæ SS. Nazzarii, & Celsi de eorum juribus, una cum geminis dubiis respicientibus negocium principale, & manutentionem, de quibus in contextualibus meis decisionibus, aliud in hodierna Audientia per me proponi curarunt super remissoria, quàm tamen, at-
1 tenta articulorum irrelevantia, licet versemur in materia prophana denegandam esse arbitrati sunt Domini, juxta monitum *Text. in l. ad probationem 21. cod. de probat., Rot. coram Celso dec.38. num.1., & coràm Dunoz. Jun. dec.121. num.3., & in Verulana Abbatiæ super remissoria, & copulsoria 16. Junii 1710. §. Quamvis enim cor. Me, & in bis terminis in Savonen. Aggregationis super remissoria 15. Januarii 1700. cor. Rmo. Concheu.*

Momentum enim articulatæ probationis repositum est in eo, quod ob situationem Oratorii Confraternitatis intra limites præ-
2 fatæ Collegiatæ, & Parocchialis Ecclesiæ, Archipresbiter intervenire semper consueverit Congregationibus eorumdem Confratrum, omnia ibidem pro suo arbitrio moderan-

derando: quod cum in dicto Oratorio non extent sepulturæ, ipse semper Cadaverum tumulationem præscripserit, absque eo quod in illorum associatione Cappellanus Confraternitatis Stola, & Cotta umquàm usus fuerit, quod omnes functiones in eadem æde Sacra ipse solus peregerit, vel cum ejus consensu expletæ extiterint: & tandem, quod à die fundationis ad hæc usque tempora (præter quam anno præterito) per Confraternitatem facta non fuerit expositio Venerabilis. Quæ omnia, etiamsi ex Processu remissoriali concludenter probarentur, ad causæ tamen Victoriam non prodessent.

Fundata namque est intentio Confraternitatis in Constitutione Sa. Me. Pii IV. la 22. munità clausula sublata, & decreto irritanti, quoad liberum exercitium omniũ prædicto-
3 rum actuum, ad quorũ proindè præscriptionẽ inducendam inefficax omninò reputatur simplex consuetudo, sed requiritur Immemorabilis, seù quadragenaria cum titulo colorato ex actibus claris, & univocis perspicuè resultans, *ad Text. in cap. 1. de rescript. in 6., ibique Gloss., & DD. adducti per Rot. in Civitatis Plebis Jurium Parochialium 3. Julii 1705. §. Et absque fundamento cor. Rmo meo Decano.*

Hujusmodi autem immemorabilis cum
4 vulgatis requisitis *Gloss. in cap. 1. verb. memoria de præscript in 6.* nullo modo allegari potest in hypothesi, quia ab adeò remotis
5 temporibus petendum non est initium erectionis Confraternitatis, quæ fundata extitit anno 1637., & aggregationem obtinuit anno 1638., atque ideo, constito de hoc principio, immemorabilis prorsùs exclusa remanet, *Rota cor. Bich. dec. 528. num. 17., & in rec. dec. 153. num. 19., & dec. 314. nu. 6 par. 11., & dec. 363. num. 6. par. 18., & in Trojana delationis Crucis super bono jure 21. Martii 1708. §. minusq. cor. me.*

Quadragenariæ pariter cum titulo colo-
6 rato locus esse non potest, quia cum Archipresbytero nullo modo suffragari valeat unicus titulus consistens in mero jure Parrochialitatis, per ea, quæ ponderata fuerunt in decisione super bono jure, & ita inhabilis prorsùs convincitur propter evidentem insubsistentiam ad tribuendum eidem sufficiens, & coloratum motivum ad præscribendum, *latè Rot. in nullius, seù Fulden. Jurisdictionis super bono jure 1. Iunii 1708. §. 153. cor. R.P.D. meo Ansaldo.*

Eoque potissimum, quia non articulatur supradictas functiones ab Archipresbytero peractas fuisse jure proprio auctoritativo,
7 & consequenter consuetudo indè elicita, utpotè refereribilis ad actus facultativos, subjectionem coactivam importare non potest. ex firmatis in dicta mea decisione super manutentione §. tantoque magis.

Ommissum verò per Confraternitatem
8 exercitium nonnullorum actuum, quatenùs etiam subsisteret, attamen ad intentum Archipresbyteri, & Capituli nihil prorsùs suffragaretur, juxta ponderata in dicta mea contextuali decisione super manutentione, & latiùs in altera super bono Jure, hic inutiliter non repetenda.

Et ita, utraque &c.

URGELLEN. REINTEGRATIONIS.

Mercurii 22. Junii 1712.

ARGUMENTUM.

Spolium tantæ est malignantis naturæ, ut ejus purgatio ex titulo boni Juris spoliantis nullimode queat retardari. Alienatio facta de re controversa, spolii pendente Judicio, in Potentiores, tamquam fraudolenta non attenditur.

SUMAMRIUM.

1 *Reintegratio ex causa spolii ad possessionem; duo requirit probata extrema, nempe possessionem antiquam penes spoliatum, et modernam penes spoliantem.*

2 *Possessio antiqua probatur ex libris Catastri, et publicis instrumentis, et depositionibus testium.*

3 *Possessio moderna similiter ex depositionibus testium, et litis substentatione probatur.*

4 *Purgatio spolii nequit retardari, ex quo bona de manu spoliantis exierint, sive per cessionem, sivè per transactionem, et penes tertium reperiantur, cum isti actus nulli, et fraudolenti dicantur.*

5 *Cessio jurium facta favore Principum ad evitandam spolii purgationem non attenditur.*

6 *Possessio capta de re pendente appellatione, est nulla, et attentata.*

7 *Bona fides, et lapsus temporis in judicio spolii dolo comissi, allegari nequeunt.*

8 *Cessio facta de re, in qua spolium versatur in manus potentis, et possessio pendente lite capta, tanquam dolosa omnino corruit.*

9 *Bona fides ad effectum retardandi spolii purgationem non est allegabilis à cessionario, quando cedens cedendi facultate carebat.*

10 *Ignorantia non est allegabilis à Domino de rebus in suo territorio evenientibus, cum non præsumatur.*

11 *Purgatio spolii nequit retardari ex sola allegatione boni juris in spoliante, sed hoc bonum jus per invictas probationes debet ostendi.*

12 *Transactio enormissimam læsionem involvens nulla est.*

13 *Transactio facta à minore sine solemnitatibus, nihil valet.*

14 *Transactio sub falso supposito facta ad nullos effectus, uti nulla allegabilis est.*

15 *Contractus, in quo ultra bessem læsio intret, ex defectu consensus omnino irritatur, etiam si sententiæ eum approbantes præcessissent.*

DECISIO DCCXXXIX.

Reintegrationem, quę prius à Commissario, seù Gubernatore Apostolico Messerani fuerat concessa pro medietate Molendini *del Fasolo*, aliorumque corporum favore Francisci Bernardini, & pro altera medietate dictorum bonorum favore Francisci Joannis Baptistæ, & Joannis Antonii, pronunciavit etiàm R.P.D. meus Falconerius prævia de more decisione, esse iisdem concedendam; verum pro parte D. Principissæ Messerani succumbentis nova interposita appellatione, causaque mihi delegata, proposui in hodierna audientia consuetum dubium, & DD. *confirmandam esse sententiam* responderunt.

Validitate enim non controversa, DD. non dubitarunt de Justitia, quandoquidem
1 constitit intervenire illa duo extrema necessaria ad effectum obtinendi in hoc judicio reintegrationis ex causa spolii, possessionem videlicet antiquam penès Auctores actorum, & modernam penès D. Principissam
2 ream conventam, quia prima comprobatur ex publicis Instrumentis, ex partitis Catastri,
3 & ex depositionibus testium; altera verò resultabat tùm à testium pariter depositionibus tùm à litis substentatione, in quibus terminis certum est denegari non posse reintegrationem, ad vulgatum *text. in cap. reintegranda 3. quæst. prima, et cap. sæpe de rest. spoliat.*, *Rota in Hieracen. transactionis* 19. *Novembris* 1708. §. *Ratio decidendi in fin. cor. R̃mo D. meo Molines Decano*.

Absque eo quod obstare posset cessio reportata
4 per D. Principissam à Rocco Secchia, & transactiònes ejusdem Rocchi initæ cum Francisco Bernardino post sequutum spolium; nam cum isti actus sint nulli, attentati, & enormissimè læsivi, utique nullum titulum tribuere valent possessioni D. Principissę, & consequenter illam liberare non possunt à reintegratione spoliatorum, quibus omnia jura clamant esse faciendam possessionis amissæ restitutionem, ex notissimis juribus relatis *per Rot. in Romana, seù Sabinen locorum montium* 19. *Junii* 1711. §. *fin. cor. Em̃o Priolo*.

Et sane ex cessione nullum jus metiri po-
5 terat D. Principissa, eo quia tanquam facta in potentiorem vires habere non poterat, sìve ex dispositione Statuti, tùm ex sanctione juris communis, *l. 2. C. ne lic. potentior.*, *Gratian discept. 826. n. 8. cum seqq.*, ac for-
6 tius quia nec ipsimet Rocco cedenti possessionem citra virium attentatorum capere licitum erat, dum lis adhuc pendebat ob interpositam appellationem adversus sententiam ejus favore prolatam, *Clem. 2. ne*
7 *lit. pendent.*, & benè observat *dec. R.P.D. mei Falconerii §. Præsertim*, In quibus terminis frustra aliegabantur bona fides, & diuturnitas temporis, cum hujusmodi excusationes non essent admittendæ, ex quo Rocchus nimis clarè patefeceris malam fidem, tùm cedendo potentiori, tùm nanciscendo possessionem pendente lite, ut jure meritò locus fieri nequeat exceptioni ex temporis cursu deprompta, *Rota cor. San. me. Alexandro VIII. dec. 137. n. 21., & seqq., & in allegata dec. pręcedentis in Ifantiæ §. Prętera*.

Tantoque minus videbatur allegabilis ex-
9 ceptio bonæ fidei saltem respectu D. Principissę; hæc enim proponi non poterat, dum apprehendit illam possessionem, quam nec cedens habebat, & ipsa ignorare non
10 poterat esse sub Judice, ex quo res ageretur in suo Territorio, adeòus semper viguerit obstaculum præscribendi, *Rota dec. 30. n. 7. cor. Bich.*, *& post Pacific. de Salvian. dec.* 85. *n.* 10.

Non attento, quod Rocchus bonum jus foveat, & ex ejus persona D. Principissa valeat suam possessionem tueri, nam contrarium per dilucidas, & plenè examinatas rationes ostensum fuit in decisione R.P.D. mei Falconerii, quam iterum DD. approbarunt, animadvertentes etiam, quod suppositum
11 bonum jus præfati Rocchi, debuiset ad hunc effectum in præsenti clarum dignosci, atque ab omni exceptione immune probari, ut exinde valuisset retardari petita reintegratio, *Rota in Ariminen. fideicommissi Bandi de Bandis super reintegratione quoad census, illorumque fructus* 21. *Martii* 1710. §. *Verum coram me*.

Ex quibus resultabat, nullam vim fieri pos-
12 se super transactionibus initis de anno 1671. & 1684., quia istæ nullitatem, & læsionem enormissimam prę seferebant; fuerunt enim
13 expletæ sine ulla solemnitate, licet agerentur de minoribus obligandis, & in illis
14 fuit processum cum falso supposito existentiæ fideicommissi favore Rocchi Secchiæ, quando jam ad sensum patebat, quoad medietatem nullum considerari posse fideicommissum illius favore purificabile, ex deductis in *præcitata dec. R.P.D. mei Falconerii*.

Læsio vero enormissima, si dimetiatur respectu medietatis tantum Molendini, & aliorum bonorum, impugnari nequit, cum calculato valore ad sensum D. Principissæ, colligebatur, quod pro pretio ducatorum 445. solum scuta 76. fuerunt in totum exbursata,
15 sicque nimis ultra bessem læsionem intervenire, quo casu constans est opinio, contractum, seù transactionem corruere ex defectu consensus, nullumque fundamentum super illo constitui posse, non obstante, quod processerint sententiæ Roccho Secchiæ favorabiles, nam utpote evidenter iniustæ non erant attendendæ, etiam si, ut in hypothesi, ageretur de concludenda enormissima lęsione, ex punctualibus authoritatibus, quas refert *dec. R. P. D. mei Falconerii §. Nec tantum*, ad quam de cætero DD. sese remissivè habuerunt, cum D. Principissa diù expectata informare renuente, nil novi adductum fuerit.

Et ita unica &c.

CA-

CAMERINEN. BONORUM.

Lunæ 27. Junii 1712.

ARGUMENTUM.

Fideicommissum particulare, & reciprocum in divisione bonorum à condividentibus remissum hinc inde supponitur, quoties constet, eosdem æqualitatem in dividendo hinc inde respexisse, & ex quo uni bona fideicommissaria in portionem tetigerint, & alteri libera, quod in iis terminis partes ad æqualitatem servandam noluisse præsumuntur.

SUMMARIUM.

1 *Reintegratio, quæ de jure injustè spoliato debetur, eadem ratione ejus donatorio, sive cessionario competit.*

2 *Fideicommissum ex circumstantiis & præsumptionibus urgentibus remissum, & sublatum fuisse potest probari.*

3 *In hac materia judicantis religioni, & prudentiæ multum defertur.*

4 *Scientia fideicommissi resultat ab illius mentione, quæ inter Dividentes, sive Transigentes in instrumentis enunciatur.*

5 *Fideicommissum, quod fuerit inter Dividentes remissum arguitur, ex quo illi eorum hæredes ad transactionem, sive divisionem observandam gravaverint.*

6 *Fideicommissum particulare, & reciprocum facilius à Condividentibus remissum præsumitur, quando ejus substantia sub divisione cecidit.*

7 *Fideicommissum est omnino remissum, si condividentes in illius divisione portionum hinc inde tangentium æqualitatem dilexerint, & uni bona libera obvenerint, & alteri fideicommissaria*, & vide rationem in num. sequenti.

8 *In divisionibus æqualibus non præsumitur, ut dum unus habuit bona libera, alter fideicommissi nexu ligata voluerit.*

9 *Fideicommissi remissio, quando clarè resultat ex circumstantiis, & ex præsumpta Condividentium voluntate, qui æqualitatem hinc inde dilexerint, etiam per viam exceptionis est opponibilis, nec ad aliud congruum judicium rejicienda.*

10 *Limita, si fideicommissum Condividentes latuisset, deque ipso nulla in divisione mentio fuisset facta, & evictio hinc inde promissam perpetuitatem non respexisset,*

11 *Quid disponat decisio 7. Aprilis 1710. coram Crispo in Ravennaten. fideicommissi de hac materia, & quibus in terminis se habeat.*

12 *Reintegratio ad bona fideicommissaria non competit illi, qui de eorumdem evictione tenetur.*

DECISIO DCCXL.

Delegata mihi causa appellationis à sententia, quam prævia de more decisione R. P. D. mei Ansaldi edita 17. Aprilis superioris anni, reportaverant Franciscus Antonius, cæterique fratres de Broliis uti Donatarii Mariæ, & Brigittæ filiarum Thesei super manutentione domus cum Apotheca ad usum Aromatariæ, ac respectivè reintegratione ad possessionem Prædii de Fonti adversùs Romulum, aliosque pariter de Broliis hæredes Antonii, & Adriani, propositoque in hodierna Audientia consueto dubio, Domini prædictæ sententiæ, utpote validitatis, & justitiæ fundamentis firmiter fulsulæ, novum confirmationis robur adjicere non hæsitarunt.

Justitia quippe, cum validitatem acta præseferant, satis superque emergere visa est ex instrumento divisionis initæ anno 1646. inter præfatos Theseum, Antonium, & Adrianum filios Latini de Broliis, cujus vigore in portionem Thesei obvenerunt dd: domus, & apotheca, nec non Prædium de
1 Fonti, & proinde quemadmodum Mariæ, & Brigittæ ejusdem filiabus debita erat manutentio super dd: domo, & apotheca, quam possidebant, ac reintegratio ad mox d. prædium, cujus possessione injustè spoliatæ fuerant, ita pariter utroque remedio succurrendum venit Romulo, ejusque fratribus illorumque cessionariis, & donatariis, ex adductis in *d. dec. præcedentis instantiæ §. diversitas cum seqq.*

Nec quidquam obesse poterat exceptio fideicommissi particularis per Venantium de
2 Broliis ordinati; illius namque remissio perspicuè desumebatur, non jam ex simplici vi prædictæ divisionis, sed ex animo, & tacita dividentium voluntate elicitis ex facti circumstantiis, conjecturis, & præsumptioni-
3 bus, à quibus in hac materia prudens Judicis religio regulari debet, ut monet *Card. de Luc. de fideicommissis disc. 177. num. 19. & 22., & disc. 178. n. 3.*

Et sanè cum divisio expressè facta fuerit
4 *super bonis quibuscumque ad ipsos fratres quomodolibet spectantibus vigore fideicommissi, & hæreditatis Venantii., utique in dubium revocari non potest scientia ejusdem fideicommissi in dividentibus*, *Gravet. conf. 60., & conf. 193. utrobique num. 7., Baratt. conf. 174. n. 5. & seqq. lib. 2., Rocch. disput. jur. cap. 21. n. 20., Rot. coram Bich. dec. 134.*
5 *n. 10. cum seqq.* Et propterea cum subinde in eodem divisionis instrumento adjectæ extiterint amplissimæ clausulæ comprahensivæ hæredum, & successorum, ac perpetuam divisionis observantiam præseferentes sub strictissima evictionis promissione, non obscurè datur intelligi, quod hujusmodi fideicommissum remissum fuerit, ut latè expendit *d. dec. R. P. D. mei Ansaldi §. verò Domini, & seqq.*, & probant *Curt. jun. conf. 49 n. 12., Menoch. conf. 87. nu. 15. per tot., Paris. conf. 71. n. 5., Rot. coram Bich. d. dec. 134., & dec. 174. p. 13. rec. per tot.*

Eoque potissimum, quia res est de fideicommisso particulari, & reciproco, quod
6 faciliùs per divisionem remissum esse censetur, *Faber. in Cod. lib. 3. tit. 25. definit 12., Barrii*

Barrii de success. lib.8. tit. de substit. fideicommiss. 18. n.4.

Validius quoque pro fideicommissi remissione patens fit dividentium voluntas, ex
7 quo semel atque iterum fassi sunt, se velle pro æquali portione dividere, cumque in portionem Thesei assignata appareant bona d. fideicommisso obnoxia, & in portionem aliorum condividentium bona omnino libe-
8 ra, ad sustinendam profectò toties expressam æqualitatem, dicendum est, quod portio Thesei à fideicommissi vinculo soluta remanserit, ut præter auctoritates relatas in *decisione præcedentis instantiæ* §. *Et si adhuc cum seqq.*, novissimè responsum fuit in *Pisauren. emphyteusis* 29. *Januarii proximè præteriti* §. *Quin etiam cor. R.P.D. meo Ansaldo, & in Romana immissionis* 15. *Aprilis mox elapsi* §. *Quibus stantibus cor. me.*

Absque eo quod de hac inæqualitate
9 agendum sit in suo congruo, & particulari judicio, juxta deducta in *Bononien. bonorum emphyteuticorum* 26. *Junii* 1703. *cor. b.m. Pio*, 25. *Jun.* 1705. *cor. Emo D. Priolo*, 22. *Martii* 1706. *cor. me.* Objectū enim procederet, quotiescumque remissio fideicommissi unicè penderet ab inspectione inæqualitatis, secus autem quando, prout hic ea desumitur etiam ab aliis circumstantiis huc usque perpensis, & termini prædictarum decisionum sunt toto cælo diversi, ac disparati à præsenti hypothesi, quemadmodum plenè ponderat sæpedicta *dec. R.P.D. mei Ansaldi* §. *Quoniam cum seqq.*

Atque hinc obstare visæ non sunt auctoritates, quæ frustra pro obtinenda nova audientia in contrarium cumulabantur: aliæ
10 enim loquuntur in casu, quo dividentes fideicommissum prorsus ignorabant, nec de illo ullam mentionem fecerant in divisione, vel clausulæ in hac appositæ, & promissio evictionis non sonabant in perpetuitatem, ac ulterius aberat, quævis portionum inæqualitas, ut videre est in *dec.* 41., 42., & 44. *per tot. post modern. Afcolan ad Sat. Urbis.*

Aliæ verò, & signanter decisio in Raven-
11 naten. fideicommissi Hieronymi de Abbiosis 7. Aprilis 1710. coram R. P. D. meo Crispo, procedit in terminis, in quibus ultra defectum scientiæ fideicommissi in dividentibus, remissio ejusdem innitebatur clausulis adiectis in Instrumento stipulato relativè ad simplicem apocam divisionis præcedenter factam absque illis, quæ proinde merito apposita præsumebantur potius ex stylo Notarii, quam ex partium voluntate, & propterea quamcumque remissionem excludebat observantia, nam successivè bona fideicommissi à tertiis possessoribus per hæredes fideicommissarios avocata fuerant.

Cæterum urget inevitabile dilemma, quod scilicet, vel ex præmissis per divisionem remissum esse censetur fideicommissum quoad bona de quibus agitur, vel in omnem ca-
12 sum, cum Romulus, cæterique de Broliis sint hæredes Antonii, & Adriani condividentium, qui evictionem Theseo promiserunt; ea nullo modo sub fideicommissi præsidio tueri valent adversùs Franciscum Antonium, ejusque fratres causam habentes à d. Theseo, resistente regula *text. in vulgata l. vindicantem ff. de evictione*, ut etiam animadversum fuit in *dec. præcedentis instantiæ* §. *Addito*, ad quam Domini remissivè sese habuerunt.

Et ita unica tantum parte informante, altera verò diù expectata, & dilationem frustra petente, imminentibus feriis generalibus, responsum fuit &c.

MELPHICTEN. BENEFICII.

Lunæ 27. Junii 1712.

ARGUMENTUM.

Fundator Beneficii, si non respexerit industriam Personæ in tali fundatione, & Sacerdotem actu ad illud non vocaverit, præsumitur semper voluisse exigere Beneficium Clericale, non Sacerdotale, licèt primò institutus, & ab eodem vocatus esset Sacerdos actu, quando verbum *Sacerdos* staret demonstrativè, ad distinguendam unam Personam ab altera.

Litteræ Apostolicæ naturam Beneficii non mutant, & Episcopus habet facultatem declarandi Sacerdotale, sivè Clericale Beneficium, dummodò tamen facultatem Fundatoris non pervertat; ac circa ea, quæ exequutionem illius tantum respiciunt, & non alias manus apponere potest.

SUMMARIUM.

1 *Litteræ Apostolicæ undequaque justificatæ anteriores, in concursu aliarum posteriorum sunt omnino exequendæ.*
2 *Beneficium simplex, & à residentiæ onere exemptum. dicitur potius Clericale, quàm Sacerdotale.*
3 *Testator, qui in fundatione Beneficii respexit celebrationem Missarum tantum, non qualitatem Sacerdotalem, Clericale Beneficium potius, quàm Sacerdotale erexisse dicitur.*
4 *Beneficium ut dicatur Sacerdotale, debet secum ferre onus injunctum celebrandi per se ipsum, taliter ut electum sit industria personæ, non verò, quod simpliciter respiciat celebrationem Missarum, quo casu dicitur Clericale.*
5 *Beneficium secumferens onus celebrandi Sacra, seu illa celebrari faciendi, non requirit Sacerdotem actu; sed Sacerdos etiam in potentia, sive Clericus ad illud potest institui.*
6 *Fundator etiamsi dixerit, quod Beneficiatus primò vocatus, sibique conjunctus possit celebrare vel per se, vel per alium, non tamen præsumitur, quod istam facultatem celebrandi per alium restrictivè tribuerit*

d. Bene-

d. Beneficiato sibi sanguine conjuncto tantum, sed præsumitur eam tribuisse etiam successoribus, quoties personæ industriam non contemplaverit.

7 *Amplia, si fundator primò vocando descendentem de linea masculina, & in ejus defectum de linea fœminina, addiderit hæc verba* -- Cum onere celebrandi modo prædicto, *censetur se referre voluisse ad supra disposita in omni casu.*

8 *Cappellania non dicitur Sacerdotalis, licet Fundator disposuerit quædam Sacra celebrari, & quod præsentatus debeat esse Sacerdos idoneus, nisi caveatur, quod per se ipsum debeat celebrare.*

9 *Limita si ex perstringentibus conjecturis ex dispositione desumptis, quod Sacerdotem actu Fundator requisiverit, eruatur, & verba demonstrativè tantum non stent.*

10 *Hancque opinionem sequitur S. Congregatio Concilii.*

11 *Auctoritates juxta casuum contingentias, ut plurimum applicantur.*

12 *Fundator quoties nominaverit Clericum ad Beneficium, & verbum Sacerdos expressum demonstrativè tantum habeatur ad distinguendos plures Vocatos, unum ab altero, numquam dicitur erigere voluisse Beneficium Sacerdotale.*

13 *Episcopus potest declarare Beneficium esse Sacerdotale, sive Clericale, quando fundatoris voluntatem non mutaret, secus vero quando illam variari faceret.*

14 *Episcopus potest corrigere disposita pro erectione beneficii circa ea, quæ respiciunt illius exequutionem, & accidentia, non vero substantiam voluntatis.*

15 *Beneficium an sit Sacerdotale, vel Clericale, multum defertur observantiæ de præterito.*

16 *Derogatio Apostolica posterior non præjudicat gratiæ præventivè obtentæ.*

17 *Litteræ Apostolicæ ad majorem cautelam obtentæ, & possessionem Beneficii acquirens uti liberi, Patronorum juribus præjudicium non irrogant.*

18 *Præsentatus tamquam Clericus ad Beneficium Clericale sine conditione reportandi litteras Apostolicas, illarum non indiget virtute, ut ad ipsum valide dicatur institutus.*

19 *Beneficium esse Clericale deducitur ex præcedentibus præsentationibus in Clericorum personas sequutis.*

20 *Episcopus ante Concilium Tridentinum facultatem habebat declarandi Beneficium Sacerdotale, esse Clericale.*

21 *Beneficium ad hoc ut potius dicatur Sacerdotale, quam Clericale non sufficit allegare possibilitatem mutationis, sed hæc debet concludenter probari.*

22 *Beneficium Clericale fuisse Sacerdotale ab antiquo, non satis probatur ex ultimis præsentationibus in personas actu Sacerdotes expletis, quando ex antiquis uniformibus præsentationibus uti Clericale fuit consideratum.*

23 *Beneficium Clericale, ut possit dici Sacerdotale indiget sententia declaratoria Judicis, discussa causa.*

24 *Amplia. ut etiamsi Sacerdos ad Clerici exclusionem institutus ex preponderanti numero vocum fuisset, ex hoc nihil infertur, ut dicatur Sacerdotale.*

25 *Subamplia, si ad tale Beneficium in manibus Ordinarii libere dimissum actu Sacerdos fuisset institutus, cum per accidens hoc diceretur sequutum.*

26 *Tali casu requiritur, quod coactè ex natura Beneficii talis Sacerdos fuisset institutus, & non alias, seù per accidens.*

27 *Beneficium, ut dicatur Clericale, non attenduntur præsentationes intermediæ in personas Sacerdotum actu sequutæ, in quibus fuerit variatum, quando ultimæ cum primis, & antiquioribus post erectionem expletis sunt uniformes.*

28 *Pariter, quod dici debeat Clericale, status ultimus est considerandus, quando agitur in judicio possessorio, & exequutione Litterarum Apostolicarum inter Provisos.*

29 *Secus tamen, si quæstio esset inter Compatronos super illius qualitate, quo casu rigorosior requireretur probatio.*

30 *Diaconus largo modo est Sacerdos.*

31 *Beneficium Sacerdotale exigit, ut Institutus in actu præsentationis jam sit Sacerdos, alias etiamsi esset Diaconus excluderetur.*

32 *Litteræ Apostolicæ statum Beneficii non mutant, & ultimus status ex eis desumptus satis non est ad declarandum Beneficium esse Sacerdotale, si de sui natura Clericale esset, & vide in quo casu.*

33 *Status ultimus non attenditur, ut Beneficium dicatur Sacerdotale, si ab initio fuerit Clericale, quadragenaria concurrat, & primæ institutiones in personas Clericorum factæ fuisse probentur.*

34 *Suspicio antidatæ ex Testibus pendente lite deductis non extinguitur, sed probationes debent esse concludentissimæ.*

35 *Amplia si agatur de inferendo præjudicio Apostolico Proviso.*

DECISIO DCCXLI.

Contendentibus inter se Clerico Julio Gadaleta, ac Primicerio Joanne Laurentio de Lupis uti coæqualiter, & legitimè præsentatis super executione litterarum Apostolicarum, quas unusquisque reportaverat cum solita derogatione medietatis Vocum, responsum fuit sub die 26. Junii superioris anni coram Eminentissimo Cardinali Priolo, tunc Auditorii nostri subsellia meritissimè implente, *litteras Apostolicas Julii esse exequendas*, ejusque favore successivè prodiit sententia Rotalis, de cujus viribus, cum in gradu appellationis coram me disceptari contigerit, die 6. Maii proximè præteriti ob suffragiorum scissuram nulla capi potuit resolutio, hodiè tamen reassumentes DD. dubii disputationem, immotaque agnoscentes validita-

tis,

tis, & justitiæ fundamenta, quibus prælata sententia innititur, *procedendum esse ad legitimam executionem earumdem litterarum censuerunt*.

Constitit enim illas esse undequaque justi-
1 ficatas, & proindè, cum anteriores in data appareant, utique in concursu illarum, quas ex post obtinuit Joannes Laurentius, legitimæ executioni demandandæ veniunt, ad *Text. in cap. si duobus de rescript. in 6., & in cap. eum cui de præbend. in 6, cum notissimis concordan. adduct. in d. decisione præcedentis Instantiæ in princip.*

Nec obstare posse visa est iterum mordicus inculcata exceptio, quod Capellania de qua agitur sit actu Sacerdotalis, & per consequens Julius, licèt in ea ætate constitutus, ut intra annum ad Sacerdotium promoveri possit, nullatenùs ad illam concurrere valeat cum Jo: Laurentio, qui de tempore præsentationis actualitèr erat Sacerdos.

Juris namque dispositioni, qua attenta
2 controversum Beneficium, tamquam simplex & residentiæ oneri minimè obnoxium, clericale potiùs, quàm sacerdotale censeri debet, *Sanchez consil. Moral. lib. 7. cap. 1. dub. 48. num. 14., Rota in Ortonen. Beneficii 23. Martii 1708. §. Minùs demùm coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*, & probat *dicta decisio Eminentissimi D. Prioli §. occasionem*. Nè dum non resistit,
3 sed apertè famulatur fundatoris voluntas, fundiius enim ponderantes DD. ejus dispositionem, agnoverunt ipsum dumtaxàt respexisse ad celebrationem missarum, non autem ad qualitatem Sacerdotalem in actu Capella-
4 nis; Tantùm quippè abest, ut eisdem injunxerit onus celebrandi per se ipsos expressè, vel per æquipollens, prout requirebatur, ad ostendendum, quod præcisè electa esset industria personæ, non verò simplicitèr indigitatum onus annexum, juxta fatuigeratas *allegat. Lap. la 65. & 116., Azor. instit. Moral. part. 2. lib. 6. cap. 24. quæst 3., Sanchez consil. Moral. dicto lib. 7. cap. 1. dub. 48. per tot., Rot. in vulgat. dec. 825. cor. Merlin., & dec. 335. num. 9., & seqq. part. 19. recen.*, cum aliis plenè relatis in *dicta Ortonen. Beneficii 23. Martii 1708. §. Quæ quidem coram R. P. D. meo Polignac., & in dicta decis. præcedentis Instantiæ §. Cum enim*.

Quin potiùs designando primo loco in Capellanum Gualterium Fratrem, & simplicem
5 Clericum, dixerit--*Cum onere celebrandi, seù celebrari faciendi in dicta Cappella constituenda Missas quinque qualibet hebdomada*: Quamobrem dum Cappellanus, juxta mentem expressam Fundatoris, per alium celebrari potest, perspicuè datur intelligi in eo necessariam actualitèr non esse qualitatem sacerdotalem, ut præter authoritates, in mox citata *decis. dicto § eum enim adductas*, ponderant *Fab. de Anna cons. 22. per tot., Rota coram Celso decis. 367. num. 14. & 15., & in decis. 474. num. 4. par. 16. rec., & in Farsen. Canonicatus 11. Decembris 1711. §. in prædictor. cor. R. P. D. meo Crispo*.

Non attenta replicatione, quod hujusmo-
6 modi urgentissima facti circumstantia militet solùm favore Gualterii ex speciali affectione, & amore, quo illum uti fratrem prosequebatur, proindèque protrahenda non sit ad alios Capellanos: Etenim Fundator eam expressit per viam regulæ respectu ad quoscumque successores pro tempore in dicta Capellania, nam postquàm dicto Gualterio injunxerat onus celebrandi per se, vel per alium Missas quinque, considerando casum, quod Patrimonium Beneficii in futurum augeri posset per obitum filiæ jam existentis, aliarumque nasciturarum antequàm nuberent, vel ex alio capite, eadem prorsùs phrasi, ac loquendi modo usus est, nempè--*quod ipse Beneficiatus Cappellanus teneatur celebrare, seù celebrari facere septiès in hebdomada*: Quæ sanè verba apertissimè comprehendunt omnes futuros Capellanos, nec restrictionem patiuntur ad primum dumtaxat, quia augumentum redditùum Beneficii pendebat à remotissimo casu obitus prædictarum filiarum, *l. nuptura 58. ff. de jur. dot., Rot. cor. Merlin. decis. 206. num. 16., & decis. 21. num 3., & seqq. part. 5. rec., & in Anximana Iuris patronatus 9. Maii 1693. §. Quarto demum coram bo: me: Muto, & in Romana fideicommissi de Alveris super reservatis 19. Iulii 1711. §. sed quæstionis coram R. P. D. meo Crispo*.

Et dato etiam, quod iste casus, juxtà rerum humanarum vicissitudines, contigibilis esset vivente Gualterio, impossibilis profectò erat contingentia alterius, utpotè indefinitè per Fundatorem expressi sub comprehensione cujuscumque temporis, & eventus, ibi: *Et si ex isto Capite, vel alio dotes ipsæ Cappellæ augerentur*, ut patet ad sensum.

Incalescit assumpti comprobatio animadvertendo, quod post hanc indefinitam dispositionem in omnes Cappellanos in genere di-
7 rectam, Fundator descendens ad specificam illorum designationem, voluit primo loco præsentari aliquem de linea masculina si adesset, aliàs de linea fœminina, & nemine de hisce lineis existente progressus est ad extraneos; & tamen respectu omnium subdidit: *Cum onere celebrandi prædictas Missas modo prædicto*: Quo circa ad evidentiam husque hic repetitam, convincitur facultas celebrandi per se, vel per alium in præcedentibus dispositionis partibus semel, atque iterum expressa, *Surd. conf. 448. num. 16., & 17., Decian. conf. 74. num. 15. lib. 2., Rot. coram Rembold. dec. 610. num 3., & coram Cerro dec. 96. num. 8., & in Bononien. fideicom. de Ursis 26. Martii 1708. §. Certiùs cor. Rmo Domino meo Decano, cum aliis in d. præcedenti decis. §. immò*.

Quibus itaque constabilitis, ex toto fundationis contextu nullius roboris visa sunt ea omnia, quæ ad comprobandam in controverso Beneficio qualitatem sacerdotalem accu-
8 mulabantur. Et sanè primum fundamentum

quod

quod innititur simplici praeecepto Fundatoris
eligendo sacerdotem, repetito etiam subinde
de cum expressione quod esset idoneus, corruit
ex hucusque ponderatis, animadvertendo
ulteriùs, quod qualitas idoneitatis praescripta
fuit in electione extraneorum, adeo
ut ex discretivo modo loquendi fundatoris
benè arguatur contraria ejus voluntas respectu
ad illos, qui ex lineis prædilectis descenderent,
qualis est Julius, ut notat præcedens
decisio §. Et aliquam. Et in omnem casum
hujusmodi expressio de per se inefficax prorsùs
ad hunc effectum reputatur, *Rota coram
Buratt. dec.92., & coram Priol. dec. 41. n. 1 t.,
& in dicta Ortonen. Beneficii* 10. *Junii* 1709.
*§. Final. cor. R. P. D. meo Polignac., & in
Melevitana Beneficior.* 16. *Iunii* 1710. *§.
Frustrà coram R. P. D meo Falconerio.*

Neque attendendæ sunt authoritates in
contrarium adductæ: aliæ enim loquuntur
contra sententiam communiori Doctorum
calculo suffultam, & à nostro Tribunali re-
9 ceptam, ut præmisimus: Aliæ verò procedunt,
vel in casu, quo Fundator in omnibus
suæ dispositionis partibus enixè demandaverat
electionem Sacerdotis habilis, idonei, &
sufficientis, vel concurrebant aliæ peristringentes
conjecturæ, ex quibus apertè desumebatur
ejus voluntas taxativè directa ad
qualificandam personam Capellani, non autem
demonstrativè posita ad designandum
onus Cappellæ infixum, quemadmodum
videre est in *Rhegien. Iurispatr.* 26. *Ianuarii*
1708. *coram Reverendissimo D. meo Decano,
& in Romana Capellaniarum* 20. *Aprilis
proximè præteriti coram Emo Priolo.*
10 Idemque est sensus Sacr. Congregationis
Concilii, ut patet ex ejus resolutionibus ad
id allegatis, nulla enim ex his percutit terminos
præsentis hypothesis, in qua per
Fundatorem concessa extitit Capellanis facultas
celebrandi per se ipsos, vel per alios,
11 ideòque quæcumque authoritatum antinomia
facili negotio sublata remanet, si juxtà
casuum contingentias, prout par est, intelligantur,
ut monet *Rota in Tarraconen. Beneficii*
11. *Aprilis currentis anni §. Decisio
demùm coram me*; & de facto attenta vi, &
efficacia dictæ facultatis celebrandi, vel celebrare
faciendi à Fundatore Capellanis
concessæ, licèt pluriès, per eum designatis
sub expressione Sacerdotis, eadem Sacra
Congregatio in *Tyburtina Capellaniæ* 9. *Decembris*
1690 *recedendo à decis.* respondit,
Capellaniam non esse Sacerdotalem.

Insubsistens pariter est aliud fundamen-
12 tum repositum in eo, quod sicuti ubi Fundator
voluit Capellaniam exerceri posse per
Clericum, id clarè expressit ibi -- *pro præsentato
haberi voluit Gualterium Clericum*,
ità dùm subinde eligi mandavit Sacerdotem,
per necesse dicendum sit, quod respexerit
ad qualitatem Sacerdotalem in Capellano;
prædicta enim expressione usus est ad distinguendum
unum fratrem ab aliis, quorum
qualitates præcedenter etiam sub eadem for-

ma expresserat, demandando, quod in hæreditate
succederent *Gallienus de Indicibus
Medicus, & Doctor, Gualterius Clericus, &
Adrianus &c.* Quapropter, cum hujusmodi
expressio ad alium finem, juxtà suum consuetum
loquendi modum à Fundatore facta
fuerit, perperam trahitur ad qualificandam
personam Capellani, ex firmatis in *decis.
Eminentiss. Prioli §. Minùs*, & dixit *Rota
in dict. Ortonen. Beneficii* 23. *Martii* 1708.
*§. Parum relevante coram R. P. D. meo Scotto
Almæ Urbis Gubernatore.*

Nil tandem ad intentum conferre potest
admodum magnificata animadversio, quod
13 Testamentum, in quo fundatio controversæ
Capellaniæ demandatur, subjectum fuerit
revisioni, & correctioni insignis Canonistæ
*Cæsaris Lambertini Episcopi Insulani, qui in
suo tractatu de Iurepatronat. par. 1. lib. 2. q. 7.
principal. artic.* 27. tuetur, Capellaniam esse
sacerdotalem ex simplici onere Missarum, indè
inferendo, quod fundatio de qua agitur,
juxtà ejus opinionem intelligenda veniat.

Objectum siquidem forsàn procederet, si
prædictus author fundationem exarasset;
Cum autem eam simpliciter correxerit, nulla
prorsùs legitimè fieri valet illatio à voluntate
ipsius ad voluntatem Fundatoris, potissimùm
quia correctio eidem commissa extitit
sub expressa conditione, *Dummodò substantia
non mutetur*; substantia verò voluntatis
principaliter versebatur in reservatione
Jurispatronatus, ac in qualitate nominando-
14 rum ad Capellaniam; ideoque correctio
cadere poterat solum in Accidentalibus, &
in iis, quæ validitatem fundationis respiciebant,
sivè etiam in aliis Testamenti partibus.
Cum de cetero si Lambertino constitisset, voluntatem
Fundatoris directam esse ad Cappellaniam
Sacerdotalem, utique optimè
sciens lapum contrariæ sententiæ, & Promotorem
tot Sectatoribus munitum esse, non
omisisset apertis litteris designare hanc qualitatem
sacerdotalem.

Atque hæc, quæ clara sunt pro exclusione
qualitatis Sacerdotalis inspecto tenore fundationis,
rejectisque contrariis exceptioni-
15 bus, clariora evadunt ex observantia, quæ
utpotè immediatè subsequens fundationem,
unicè ad hunc effectum attendi debet, ut plenè
probat decisio præcedentis Instantiæ
§. At si. Post obitum enim Gualterii simplicis
Clerici, qui, ut diximus, nominatus fuerat
ab ipsomet Fundatore, præsentationem,
& Institutionem reportavit Anno 1626. Cle-
16 ricus Ferrantes. Nec relevat, quod obtinuerit
derogationem Apostolicam, quia hæc
expedita fuit, postquam vigore alterius gratiæ
pro præsentato nactus fuerat possessio-
17 nem Beneficii, quo casu, tamquam obtenta
ad majorem cauthelam, infringere nequit observantiam
à Patronorum præsentatione, &
successiva Beneficii possessione resultantem,
Rota coram Cels. dec. 123. *num* 7., *& in recen.
dec.* 136 *num.* 38., *& decis.* 472. *num.* 43.
part. 19., *& in Majoricen. Beneficii* 28. *No-*

vembris 1704. §. *final. cor. bo me. Muta.*
18 Tantòque magis, quia dictus Ferrantes
præsentatus fuit uti Clericus sine conditione
reportandi dispensationem Apostolicam, à qua
proindè successivè convallidari non poterat
dicta præsentatio, *Corrad. in prax. dispen-
sat. lib.4. cap.2. num* 14., *& seqq*, *Barbos.
de Offic., & potest. Episcop. part. 2. alleg.* 60.
num. 77., *Rot. in Volaterana Beneficii* 7.
Decembris 1708. §. *Nec valuit cor. R.P.D.
meo Crispo*.
19 Tertia paritèr provisio anni 1559. in per-
sonam Gratiani de Judicibus simplicis Cleri-
ci, præ'efert Beneficium esse merè Clericale.
Absque eo quod suffragari valeat replicatio,
20 quod cum consensu Patroni dispensari po-
tuerit super illius qualitate ab Episcopo, ju-
xtà facultates, quæ Ordinariis competebant
ante Concilium Tridentinum. Talis namque
21 possibilitas nullo modo sufficit, sed hujusmo-
di dispensatio concludentèr probanda est,
quemadmodùm animadvertit præcedens de-
cisio §. *Nec talis*, & tradunt *Fagnan. in cap.
litteras num.*47.*de concess. præbend.*, *Modern.
Roman. discept. Eccles.* 42. *num* 4.
22 Uniformi huic observantiæ ex recensitis
actibus clarè resultante, contraponi nulla-
tenùs merentur subsequentes status, qui nec
prætensam sacerdotalem qualitatem conclu-
dunt. Ex statu quippè anni 1567., in quo sup-
ponitur institutus Sacerdos Hector de Lupis
in concursu Clerici Marini de Judicibus
(quid quid sit de legalitate documenti, à quo
desumitur) patet, quod in termino perem-
ptorio ab Ordinario præfixo, nemo compa-
ruit, & propterea mirandum non est, si He-
ctor Sacerdos institutionem reportaverit, ac
declarari obtinuerit beneficium esse Sacer-
dotale: Indè tamen inferri non potest ad ob-
servantiam super ejusdem qualitate, cum
23 ad hunc effectum requiratur sententia Judi-
cis, prævia discussione Causæ in contradicto-
rio Judicio, *Rot. dec.*57. *num.*16. *par* 6. *Rec.*,
& in Mediolanen. Capellaniæ 20. *Februarii*
1699 §. *ità etiam coram me*.
Levioris relevantiæ est status anni 1576.,
24 nam Presbytero Sylvestro de Majora con-
cessa extitit institutio ad exclusionem Cleri-
ci Gallieni de Judicibus, ex quo præsentatus
fuerat à majori parte Patronorum, & resul-
tat ex voto Episcopi Bituntini, ut ex senten-
tia ad ejus formam prolata, in quibus, nec
verbum quidem habetur super qualitate Sa-
cerdotali.
Nec robur aliquod eidem statui tribui po-
25 test ex eo, quod ad dictam Capellaniam li-
berè dimissam anno 1581. per dictum Silve-
strum in manibus Ordinarii, institutus fuerit
præfatus Gallienus postquam ad Sacerdotium
ascenderat; quoniam provisiones per acci-
dens obtentæ ab actu Sacerdotibus, non ar-
guunt Beneficium esse Sacerdotale, cum ad
26 hunc effectum necesse sit, ut appareant coa-
ctè sub hac præcisa qualitate expletæ, *Vi-
vian. de Iurepatr. part.2. lib.6. cap.6. nu.*37.,
Rota in d. Melevitana Beneficior. 16. *Iunii*
1710. §. *observantia cor. R.P.D. meo Falco-
nerio*, *& in d. Farsen. Canonicatus* 11. *De-
cembris* 1711. §. *Quidquam coram R.P.D.
meo Crispo*.
Aliquam fortasse animadversionem pro-
moveri possent alii status anni nempe 1617.,
ubi in fine provisionis Apostolicæ injunctum
fuit Beneficiato onus assumendi Sacerdo-
tium, statim hac ad legitimam ætatem per-
venisset. Anni 1625., in quo Patronus præ-
sentavit Clericum sub conditione reportandi
Apostolicam dispensationem. Et tandem alii
duo annorum 1647., & 1649., in quorum
altero enunciatum extitit, d. Beneficium
conferendum esse Presbytero, & in altero
Clericus pro retentione d. Cappellaniæ dis-
pensationem Apostolicam obtinuit.
Verum omissis etiam responsionibus, quæ
contrà prædictos Status afferebantur, cessa-
27 re visa est DD qualibet difficultas ex ulti-
mo statu anni 1661., cui Clericali qualitati
assistit, quiquè tempore concordans cum
primis fundationi proximis, confundit, &
obsorbet omnes intermedios, *Rot in Pla-
centina Iurispatronatus* 10. *Martii* 1704. §.
*Cumque sequentes cor. Reverendissimo D.
meo Decano*, *& in Romana Capellaniæ S.
Nicolai* 28. *Iunii* 1709. §. *Diximus coram
R.P.D. meo Ansaldo*.
Eoque fortius unice attendendus est ulti-
28 mus hic status, quia versamur in possesso-
rio Judicio exequutionis litterarum Apostlo-
29 licarum, in quo principaliter non agitur de
Beneficii qualitate inter Patronos, sed so-
lum incidenter inter provisos, *Loter. de re
benef. lib.*1. *quæst.*34. *num* 21., *& seq.*, *Ro-
ta cor. Bich. dec.* 228. *n.*26. *& in rec.*215. *nu.*8.
25., *& seq.*, *& in Mediolanen. Cappellaniæ*
20 *Februarii* 1699. §. *Atque hinc cor. me*,
& in his terminis, *Rosa de exequut. litter.
Apostol. part.*1. *cap.*6. *numer.*181., *& in
Melevitana Beneficiorum* 16. *Junii* 1710. §.
Frustra coram R.P.D. meo Falconerio.
Inutiliter autem scribentes pro Jo. Lau-
rentio destituti vulgatis illis probationibus
quæ requiruntur ad elidendum ultimum sta-
tum, eundem evitare satagebant, ex quo
Marcellus de Luca, qui prædictam Cap-
pellaniam obtinuerat ex titulo permutatio-
nis per litterss Apostolicas, tunc temporis
non esset simplex Clericus, sed in Sacro
30 Diaconatus ordine constitutus, adeout lar-
go modo dici posset Sacerdos, per *Texsum
in cap.*1. *de cohabit. Cleric.*, *& Mulier.*
Ultra quod enim de tempore, quo provi-
sus fuit erat simplex Clericus, ut præsefe-
runt litteræ Apostolicæ, in quibus talis nun-
cupatur, *Rota coram Emerix Jun. dec.*224.
31 *num* 2.. Nihil profecto relevat, quod sub-
inde dum gratia exequutioni demandata
extitit, ad Diaconatum ascenderit, cum nec
etiam tunc suffragari posset qualitas Sacerdo-
talis, quæ omnino requiritur, non solum de
tempore provisionis, sed in ipso actu præ-
sentationis, quando Beneficium est actu sa-
cerdotale, *Loter. de re benef. lib.*2. *qu.*47.
*nu.*10.

nu.10., & 11., Rocc. disput. Jur. cap.290. 13., & Rota cor. Emerix Jun. dec.278., & 312 per tot., & in d. Voleterrana Beneficii 7. Decembris 1708. §. Sed præcisivè cor. R.P.D. meo Crispo.

Eademque irrelevantia laborat altera ex-
32 ceptio, quod d. ultimus status deducatur ex provisione Apostolica, quæ non immutat statum Beneficii. Nam hujusmodi regula locum sibi vindicare non potest, quando,
33 prout hypothesi, status anterior non resultat ex d. trino genere probationum, quod necessarium est ad effectum infringendi ultimum statum, *Rota coram Dunozett. Jun. dec.747. num.4., & coram Ninott. dec.39. num.4, & 5., & dec.57. num.9., & seqq. par.6. rec., & in Cremonen. Beneficii 11. Maii 1705. §. Final. coram Reverendissimo Labacen.*

Ea, quæ repetuntur respectu ad gratificationem per Jo: Laurentium ab Ordinario reportatam, satis sublata remanent ex ponderatis in decisione præcedentis instantiæ §. *Demùm cum seqq.*, nec suspicio antidatæ ullo
34 modo tolli potest ex informibus, ac extrajudicialibus attestationibus pendente lite expiscatis, cum ad hunc effectum requirantur
35 probationes concludentes, maximè cum agatur de præjudicio provisi Apostolici, ut latè firmavit *Rot. in Monasterien. Decanatus 28. Junii 1709. §. Quin attendi, & 3. Junii 1711. §. Frustrà cor. R.P.D. meo Crispo.*

Et ità in secunda Causæ propositione Partibus acerrimè informantibus responsum fuit &c.

ROMANA IMMISSIONIS.

Lunæ 27. Junii 1712.

ARGUMENTUM.

Hæres ab intestato suos fructus facit, si nec à lege, nec ab Homine hæreditate frui prohibeatur, cum bona fides ipsi faveat.

Si verò alii Cohæredes superveniant, & illeretentionem prò suis creditis certis, & liquidis alleget, talis retentio dari debet, etsi inventarium confecerit, præsertim si nihil alienaverit, ac imaginaria solutio non intrat, quia tales fructus bona fide perceptos suos facere potuit.

SUMMARIUM.

1 *Creditum liquidum, & justum immissionem hæredi retardat, & dat Creditori facultatem retinendi prò rata crediti.*
2 *Inventarii defectus non est allegabilis adversus hæredem, qui nemine prohibente in hæreditate se immiscuit, & ad hoc ut credita ejus particularia adversus Defuncti dicantur.*
3 *Amplia si ad nullam bonorum alienationem devenerit.*
4 *Inventarii defectus est allegabilis, quando agitur inter legatarios, & Creditores, secùs tamen inter Cohæredes.*
5 *Amplia si hæres post aditam hæreditatem credita acquisiverit.*
6 *Hæres quandò fructus bona fide percipit, & suos facit, repelli nequit ab altero Cohærede superveniente, à suorum creditorum consequutione, quæ habet adversùs hæreditatem deducibilia, ex quo per talem perceptionem ea illiquida reddiderit, & bonorum retentionem de jure potest allegare.*
7 *Ampliâ, si credita sint liquida, & totum patrimonium absorbeant, quo casu inspectio solutionis imaginariæ ex fructibus sequutæ omnino cessat.*
8 *Hæres bona fide percipiens fructus, & simul credita super bonis hæreditariis, per imaginariam solutionem desumptam, ex tali perceptione ad restitutionem dictorum fructuum non tenetur, etiamsi dicta credita hæreditatem non absorbeant.*
9 *Creditor, qui majorem partem creditorum liquidam, & certam habet, non repellitur à retentione bonorum ex tali titulo sibi desumptâ, etiamsi de relatione aliquorum dubitetur.*
10 *Creditum legati post lapsum 16. annorum ex Urbis Statuto præscribitur.*
11 *Vir probus non præsumitur petere solutionem sibi indebitam.*
12 *Exhibitio librorum peti nequit, nisi priùs existentia pènes Citatum probetur, ad terminos* Text in l. hac actione in princ.
13 *Hæres simplex ad debita Defuncti tenetur.*
14 *Loca montium libera, & uti talia resignata nullam hypotecam favore Creditorum anteriorum Resignantis conservant ex Constitutione Urbani Octavi.*
15 *Hæres adiens hæreditatem absquè inventarii beneficio, hæres simplex evadit.*
16 *Hæres simplex semper tenetur prò indemnitate primogenituræ à suo Authore ordinatæ.*
17 *Hæres suum Authorem in omnibus semper repræsentat.*
18 *Libri domestici concordes cum illis publici Capserii, partitas in eis contentas benè probant.*
19 *Præscriptio non intrat pro annis 14.*
20 *Præscriptio contrà non valentem agere non currit.*

DECISIO DCCXLII.

Immatura morte peremptis bb. me. Francisco, & Octavio de Falconeriis in Aula Romana Prælatis summæ expectationis, quorum primus obiit de anno 1673., alter de an. seq. 1675., Paulus illorum Germanus frater Statuto Urbis innixus, universam utriusque hæreditatem nactus fuit. Verum eo sub fundamento, quod præfatum Statutum locum sibi vindicare non posset in successionibus Clericorum, reclamarunt tres eorundem fratrum sorores, Magdalena nempè Gabriella, & ex personis aliarum duarum Monasterium Sanctissimæ Incarnationis, obtinueruntque unaquæque pro sua quinta portio-

rione tunc ab A.C. Cavallerino favorabiles sententias Immissionis.

A quibus tamen interposita appellatione, per Paulum, causam ille fuit prosequutus respectu sententiæ concernentis portionem Magdalenæ, quæ postquā obtinuit cor. b. m. Florez., & cor. bo. me. Emer. declarari Statutū Urbis non comprehendere hæreditates Clericorum, amicabilem iniit cum fratre transactionem, & quoad sententiam interesse Monasterii respicientem, res ulteriorem progressum non habuit, ex quo Moniales cum approbatione fratris Philippi à Jesu Visitatoris declararunt, vivente Paulo, illiusque linea masculina, se nihil prætendere super dictis hæreditatibus, quia mediante attestatione clar. me. Cardinalis Facchinetti, & Principis Maffei Barberini, iisdem Monialibus constabat de simili efficaci promissione facta à Fundatrice, dum Petrus dictorum sororum Parens pluries antè illarum professionem institerat prò consueta renunciatione reportanda.

Decessit subinde ultimo loco Paulus sinè filiis, & Monasterium sua jura reassumere intendens, instantiam promovit adversus R.P.D. meum Alexandrum, & D. Lelium de Falconeriis administratores hæreditatis Pauli, sed istis impugnantibus immissionem Monasterio in genere, atque in omnem casum illud excludere contendentibus ex retentione plurium, ac diversorum creditorum, causa fuit mihi commissa, unde proposui disputandum dubium -- *An, & pro qua rata sit danda immissio, & respectivè, an & pro qua summa competat retentio super eisdem ratis &c.* cujus resolutione in audientia 3. Julii proximè præteriti dilatà, & demandata interim electione periti, hodiè Domini responderunt - *Quò ad immissionem dilata, cum facultate revidendi decisiones suffragantibus omnibus Dominis*, & quoad retentionem, *illam competere prò sūma scutorum* 44534. 76.

Licet enim Domini dubitaverint de articulo immissionis, itaut voluerint differre resolutionem cum facultate revidendi decisiones, addito omnium Dominorum suffragio, tamen omittentes illius examen, prout etiam aliud super identitate bonorum, & quantitate Patrimonii Fratrum ab intestato de mortuorum, ex quo videbatur in hac hypotesi superfluum hujusmodi exceptiones examinare, existimarunt, omni jure reten-
1 tionē pro summa mox enunciata permittendam esse administratoribus hæreditatis Pauli; quippè quia credita ejusdem allegata contrà Patrimonia prædictorum Fratrum constitit esse liquida, & certa, proindeque Monasterio Jure hæredis agenti, impedire immissionem, *Rot cor. Burat. decis.*946. *num.*5., *&* 6., *cor. Dunoz. jun. dec.*910. *nu.* 4., *& seq.*, *& cor. Emerix. jun. dec.* 466 *n.* 4., *& in rec. dec.*360. *num.*26., *&* 27. *par.te* 5., *& decisione* 51. *numero* 4., *&* 5. *parte* 6.

Non attento, quod Paulus sese immiscue-
2 rit in hereditatibus fraternis nullo confecto inventario, & ex hoc suas actiones confuderit. Quandoquidem similis defectus frustra in præsentiarum allegabatur à Monasterio ex persona sororum cohæredum, tùm quia, si de tempore apertæ successionis neglexit Jura sua experiri exemplo Magdalenæ alterius Sororis, sibi imputare debet, cum non steterit per Paulum, quominus Monasterium posset ad suas portiones admitti, ipsumque Paulum ad confectionem inventarii adstringere, adeout, non proba-
3 ta ulla alienatione rei hæreditariæ, ex hac sola omissione, penam amissionis suorum creditorum incurrere nequeat, *Rota in firmana commendæ* 16. *Jannarii* 1697. §. *Et tanto minus cor. Emo Priolo, & in Narnien. usus fructus* 24. *Novembris* 1710. §. *Urgentius cor. Rmo D. meo Molines Decano*.

Tùm etiam quia res non agitur cum lega-
4 tariis, & creditoribus, sed cum Paulo cohærede, in quibus terminis, certum est non applicari dispositionem *text. in l. fin. C. de jur. deliber.*, ut nota sunt jura, de quibus novissimè *Rota in Romana immissionis* 15. *Aprilis proximepræteriti* §. *Non attento coram me*, & consequenter non esse allegabilem ommissionem inventarii, præcipuè in
5 casu de quo agitur, nam ferè omnia credita fuerunt acquisita post aditam hæreditatem, sicque nullatenus subiecta erant confectioni impeditivæ concesse retentionis, *Rota in Romana cambii* 20. *Martii* 1709 §. *Diluenda cor. R.P.D. meo Ansaldo, & in illius confirmatoria* 17. *Aprilis* 1711. §. *Clariorque cor. me*.

Prout neque denegari posse retentionem
6 DD. censuerunt ex allegata illiquiditate creditorum propter fructus à Paulo perceptos; satisfecit enim responsio, quod dum Moniales inhærendo promissioni Fundatricis emiserunt declarationem favore Pauli, illiusque linee masculinæ, ut supra dictum fuit, utique fructus suos absque ulla obligatione restituendi facere potuit, cum omissà disputatione, *an prædicta declaratio valida sit, nec ne*, ad intentum exuberet, illam potuisse in Paulo producere summam bonam fidem, quæ eximit possessorem, & hæredem à fructuum restitutione, *Rot. dec.* 57. *n.* 3. *p.* 17., *& dec.* 176. *n.* 11. *p.* 19. *rec.*, *ac alibi passim*.

Potissimum in præsenti hypothesi, ubi
7 credita liquida contra præfatas heredtates in tanta summa deducta dignoscuntur, ut penitus remaneant absorpta patrimonia de quibus agitur, proindeque cesset inspectio de restituendis perceptis fructibus, tàm vivente Paulo, quàm post ejus obitum propter immaginariam solutionem, quę ad hunc ef-
8 fectum evitandi restitutionem fructuum perceptorum suffragatur heredi, etiam si credita universam hereditatem minimè absorbeant, *Rota in Beneventana nullitatis testamenti super retentione* 22. *Junii* 1708. §.

Quod-

Quodque magis est cor. R. *P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*.

Cæterum de creditis Pauli dubitari non
posse DD. putarunt, nam ultra quod rema-
9 nent undequaque justificata, nec ipsum Mo-
nasterium pro majori parte illorum subsisten-
tiam impugnabat, compertum fuit nullate-
nus esse attendendas exceptiones, quæ dun-
taxat adversus tria ex dictis creditis oppone-
bantur.

Et sane irrelevans visa fuit illa, qua præ-
tendebatur præsumendum esse solutum lega-
tum annuum scutorum 100. eidem Paulo à Pa-
tre relictum, & à Francisco filio, & fratre
respectivè persolvendum ex pensione ipsimet
translata à clar. me. Card. Falconerio, quod
ducto calculo 14. annorum, quibus super-
vixit Franciscus, constat summam scutorum
10 1400., quoniam non constito de solutione,
procul dubio ex solo temporis lapsu 14. an-
norum præsumptio procedere non poterat,
eo quia de Jure municipali Urbis 16. anni re-
quirantur, de quo *Rota in Romana fidei-
commissi de Maximis super primis quatuor
subrogationibus* 18. *Junii* 1708. §. *Nec de-
mum cor. R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis
Gubernatore, & in Romana pecuniaria* 25.
Aprilis mox elapsi §. *Non desierunt coram
11 me*; attento præsertim, quod Paulus dum
vixit, semper institit pro legati satisfactione,
quam instantiam utique vir probus non fecis-
set, si legatum fuisset eidem persolutum, ut
patet ad sensum.

Absque eo quod fieri valeat ullum funda-
mentum super divisione inita inter fratres
de anno 1673., & super deficientia libro-
rum domesticorum, ad quorum exhibitio-
nem Paulum, illiusque hereditatis admini-
stratores teneri inculcabatur; omnia siqui-
dem corruere ex facto dignoscebantur, quia
perlecto instrumento divisionis, statim de-
prehendebatur, ne verbum quidem de hoc
legato, quinimò cubitalibus litteris conven-
tum legebatur, divisionem solum expressa
12 comprehendere debere, & quantum atti-
net ad exhibitionem librorum deficiebat
principale requisitum pro illa obtinenda, vi-
delicet probatio illorum existentiæ penes
Paulum, ejusque hæreditatem, ad *text. in
l. in hac actione in princ.*, & §. *Sciendum,
ibique Gloss.*, & *communiter Doctores ff.
ad exhibendum*.

Eamdemque insubsistentiam præseferebat
altera, quà impugnabatur bonificatio scu-
torum 2151. 55., quæ persolvit Paulus Ec-
clesiæ S. Joannis Florentinorum Neapolis
vigore legati Francisci sen., quia illa debe-
bantur à Cardinali Lelio illius hærede, &
13 Cardinalis hæreditatem simpliciter adivit
Franciscus jun., de cujus hereditate agitur,
ut propterea hæc sine ulla difficultate tenea-
tur debita ejusdem Cardinalis extinguere,
ex notissimis juribus, de quibus *Rot. in Roma-
na census super reservatis* 13. *Maii* 1709. §.
*Hujusmodi in fin. cor. Reverendissimo D. meo
Molines Decano. & in Romana cambii* 17.
Aprilis 1711. §. *Quoties namque cor. me*.

Neque juvari poterat hæreditas Francisci
jun. ex obligatione Cardinalis, qua promi-
sit dictum legatum solvere, propter cujus
adimplementum asserebatur obligata Pri-
mogenitura scutorum 12. mil., constituta
ex post in contractu à sæpedicto Cardinali,
& nunc à D. Lelio possessa. Prompta namque
erat responsio, quod nempe agebatur de
14 Primogenitura constabilita super locis mon-
tium, quæ utpotè cantantia nullo expresso
vinculo talis hypothecæ, ex notoria constitu
tione San. me. Urbani VIII. libera pertran
sierunt in Primogenitos, itaut nec possin
avocari à Creditoribus anterioribus, *Card
de Luc. de regal. disc.* 27., & seq. per tot
cum aliis per *Rot. in Romana locorum mon-
tium* 25. *Junii* 1696. *coram Eminentissimo
de la Tremoille*.

Quodque omnem removebat difficulta-
15 tem, illud erat, quod Franciscus jun. adie-
rat hereditatem dicti Cardinalis absque be-
neficio legis, & inventarii, atque exindè
simplex hæres evaserat, nullamque per con-
sequens contra Primogenituram actionem
intentare illi permissum erat; nam & ipsa-
16 met Primogenitura in contractu ordinata,
indolem creditricis assumpserat iuremeritò
non deturbandæ à Francisco simplici hære-
de, qui è converso, si Primogenitura de-
fecisset, illam restaurare fuisset adstrictus,
cum teneatur ex promissione, & contractu
17 Cardinalis, cujus personam in omnibus re-
præsentare debere vulgatum est, ut supra
quoque dictum fuit.

Tandem controverti non posse visum fuit
creditum scutorum 1394.94. pro expensis
factis in funere, & aliis indigentiis dicti Car-
dinalis Lelii per Horatium authorem Pauli
Francisci, qui cessit ipsum creditum Paulo,
superaddita lege, ut eo defuncto, ejusque
linea masculina defecta, reverteretur ad
suos heredes qualis est D. Lelius; quandoqui-
18 dem satis justificatæ remanent expensæ ex
libris Cardinalis, necnon ex aliis retentis
per Valentem publicum Capserium, ac per
Petrum Falconerium communem Parentem
præfatorum Pauli, atque Monialium, & de-
nique ex concordi liquidatione facta inter
Paulum Franciscum, & Paulum, ac potis-
simum, quia Cardinalis est author Francisci,
contra cujus hæreditatem retentio concessa
fuit, non obstante adducta præscriptione,
cum ex facto constet, nec lapsum esse, nec
labi potuisse tempus necessarium ad præscri-
19 bendum, quia ab anno 1649., quo tempo-
re obiit Cardinalis, ad annum 1663., quo
vita functus fuit Horatius Creditor, tale
tempus non habetur, abindè verò citra, ob
enunciatam cessionem factam à Paulo Fran-
cisco favore Pauli, D. Lelius agere non po-
tuit, priusquam ille decederet, itaut nec
adversus ipsum ulla præscriptio valeat consi-
derari, dum statim mortuo Paulo instare
cepit pro crediti satisfactione, *l. prima in fin.
C. de ann. except.*

Et ita utraque &c.

RO-

ROMANA SALVIANI.

Veneris prima Iulii 1712.

ARGUMENTUM.

Immissio, quando creditum sit turbidum, Creditori illam petenti semper denegatur.

In negocio sociali ex pluribus consociis constante, si duo, vel tres ex istis ad transactionem, & computorum dispunctionem devenerint, uno, vel duobus non vocatis, hęc solidatio nihil valet, & neminem afficit, praesertim si in apoca solidationis regestrum partitarum non reperiatur insertum, fraudolenta enim pręsumitur.

SUMMARIUM.

1 *Creditor licet anterior immissionem obtinere nequit ad bona sui debitoris, si creditum turbiditate laboret.*

2 *Judicium Salviani creditum equè certum, & liquidum non solùm in genere, sed etiam in pręcisa, & determinata quantitate requirit.*

3 *Creditum dicitur turbidum, si ejus probatio ex oberrati hominis confessione resultet, quique sit decoctioni proximus.*

6 *Amplia, si talis debitor onus retinendi libros habuerit, ad quorum exhibitionem omnino tenetur, & dilucidè ex istis totius communis negocii status prius firmandus est, ut creditor dici possit, & de quibus verè pecuniis persolverit.*

7 *Administrator semper praesumitur potius debitor, quam creditor, donec dilucidè rationem non reddiderit.*

8 *Subamplia, ut eo fortius dd librorum exhibitio, & firmatio status faciendę sint, quando ab uno ex consociis solutiones in causam affictuum factae detegantur, quae juxta legem societatis ab altero designata fieri debebant.*

9 *Solidatio computorum facta inter duos ex consociis absque partitarum insertione iudicio altero, in istius pręjudicium non probat, & hic rationem colliges.*

10 *Amplia, quando eadem solidatio non loquatur de quarto consocio, & ob id ad ejus validitatem, ultra praemissa, omnium interventus requiritur, ut valida dicatur & omnes afficiat.*

11 *Consocius se talem fuisse in negocio communi eruitur ex quietantia, quam communi nomine, & uti talis à Domino affictus retulerit.*

12 *Solidatio computorum, ut supra, facta cum erronea enunciativa, & falso supposito, magis magisque corruit, & collusione laborat.*

13 *Amplia si d. solidatio plura alia negocia diversa ab isto sociali respexerit, & collige rationem.*

14 *Magnę partis debiti condonatio facta à creditore, insubsistentiam, & dolum facit praesumere, & ratio n. seq.*

15 *Nemo praesumitur jactare suum.*

DECISIO DCCXLIII.

JUS incidendi Sylvam in Territorio Arcis Prioris pretio scutorum 18300. ad novennium concesserat Rev. Camera anno 1671. Dominico Sbordono, qui vigore facultatis sibi tributae in socium nominavit Laurentium Candulphum, ea adiecta lege, & pacto, quod ipse subministraret omnes pecunias necessarias pro exercitio, & manutentione communis negocii, quodque è contra quidquid inde in dies, & quotannis retraheretur, deferendum esset ad Capsetium ejusdem Candulphi, sub obligatione retinendi libros, ac in eis distinctè adnotandi partitas omnes exitus, & introitus societatis, ad cujus participationem subindè admissus etiam fuit pro certa rata Andreas Bretanus, firmis tamen remanentibus pręmissis pactis, & conditionibus.

Terminata societate, Marchio Caesar Baldinottus hęres pręfati Candulphi anno 1685. reportavit à d. Sbordono apocam privatam, in qua sese debitorem constituit scut. 4476. tàm ob rationem praedictae societatis, quàm ex aliis causis, & intra spatium quinque annorum solvere promisit scuta 2250., residualis vero quantitas eidem condonata fuit.

Pro consecutione hujus crediti d. Marchio Caesar Baldinottus judicium immissionis in vim utilis Salviani interdicti coram A. C. intentavit adversus Marchionem Joannem Baptistam Strozzium possessorem Domus, quam ex titulo dationis in solutum à supradicto Sbordono receperat pro debito affictus originem desumente ab anno 1622., & contrariam sententiam passus est, instaurataque per ejus creditores appellationis causa coram me, & proposito hodie consueto dubio, DD. pariter in eodem sensu convenerunt, rescribentes *Non esse dandam immissionem*.

Moti sunt ex eo, quod creditum Marchio-
1 nis Baldinotti, quamvis anterius in substantia, quamplures patiatur exceptiones, & proinde nullo modo attendi debet in hoc judicio Salviani, in quo requiritur creditum
2 undequaque clarum, certum, & liquidum non solum in genere, sed etiam in praecisa, & determinata quantitate, ut tritae sunt regulae, de quibus *Pacific. de Salvian. interdit. inspect. prima cap. 5. n. 2., & seq., Rot. dec. 214. n. 7. p. 19. rec, & in Romana Salviani 27. Iunii §. qualitas enim cor. R. P. D. meo Falconerio, & in Tusculana Salviani 4. Martii currentis anni §. Iniustitiam cor. me.*

Et sane turbidum est dictum creditum, ut-
3 pote resultans ex duplici confessione in d. apoca particulari per Sbordonum emissa, cum indubitati juris sit, quod confessio debitoris praesertim, ut hic oberrati, ac decoc-
4 tioni proximi, nullatenus praejudicium irrogare valeat creditori, cum quo praecedenter contraxerat, *ad text. in l. debitorum partionibus C. de pact.; Angel. de confess. lib. 3. q. 8. n primo cum plur. seq., Grat. discept. for cap. 768. n. 8., & 9., Tomat. dec. maceraten. 202. n. 30., & seq., Rota coram Bich. dec.*

dec. 191. *n. prima*, & 2., & *cor. Emer. jun. dec.* 1179. *n.* 3.

Absque eo quod hujusmodi confessioni robur aliquod & veritatis fomentum tribuere possint notabiles, ac perspicuæ solutiones à Candulpho factæ pro d. affictu Rev. Cameræ, juxta pactum in supradicto nominationis ac sociuminstrumento initum. Etenim, cum
5 vigore alterius conventionis in eodem pariter instrumento contentæ ad manus Candulphi, sive ejus Capserii pervenerint pecuniæ ex communi negocio retractæ, censentur prædictæ solutiones factæ de eisdem met pecuniis, quousque per ipsum distincta, & exacta administrationis ratio non reddatur, *Rot. cor. Greg. dec.* 554. *n.* 4., & 5., & *cor. Dunozet. jun. dec.* 351. *n.* 17., & *dec.* 943. *n* 5., & *d. dec.* 1159. *n.* 5. *cor. Emer. jun.*, *et dec.* 345 *n.* 23., *et seq. p* 15. *rec.*, *et in Romana cambii* 24 *Ianuarii* 1698. §. *Eoque manifestius cor. R. P. D meo Ansaldo.*

Eoque potissimum attentis geminis urgentissimis facti circumstantiis, altera nem-
6 pe, quod d. Candulphus assumpsit præcisè onus retinendi libros, & in eis redditus omnes, & expensas societatis adnotandi, proindeque nihil prorsus ad intentum suffragantur solutiones ab ipso factæ, nisi insimul per eorumdem librorum exhibitionem dilucidè appareat, & firmetur status totius negocii, sine quo creditor constitui non potest, imò fa-
7 tis urget intereà contra eum possibilitas, quod dispunctis hinc indè partitis, debitor potius remaneat, ut quotidiana edocet experientia, & advertunt *Grat. discept. forens. cap.* 641. *n.* 23., *Thomat. dec. Maceraten.* 76. *nu.* 3., *et seq.*, *Rota cor. Burat. decis.* 443. *num.* 2.

A ltera vero, quod etiam prædicti Sbor-
8 donus, & Brocanus solverunt Rev. Cameræ in causam affictus scuta 3691., & tamen juxta consentaneam declarationem supra expressam Candulphus tantum omnes has solutiones explere tenebatur. Quamobrem tanto magis necessaria evadit librorum exhibitio, ac dispunctio rationum ad constabiliendum ejusdem creditum, quemadmodum patet ad sensum, & comprobant auctoritathes mox adductæ.

Neque ad hunc effectum attendi meretur
9 solidatio computorum, ac redditio rationis, quam intercessisse supponit dicta apoca particularis inter Sbordonum, & Marchionem Baldinottum, tum quia suppolita rationum redditio, tanquam simpliciter ibidem enunciata, absque insertione partitarum, profectò facta dicitur in folle, atque ideò nihil concludere potest in præjudicium Marchionis Strozzi creditoris d. Sbordoni alterius ex sociis, cui legitimè ratio reddenda erat, ad *text. in l. si quis ex argentariis* §. *Rationem ff. de Eden.*, *Ancaran. conf.* 330., *Grat. discept. for. cap.* 563. *n.* 30., & *seq.*, *Rota cor. Merlin. dec.* 602. *n.* 16., & *cor. Penia. dec.* 1310. *à n.* 4., & *per tot.*, & *in Albanen Laudi* 24. *Jun.* 1698. §. *Unde ista*, & 11. *Jun.* 1699 §. *Nullitas autem coram Emo Card. Priolo.*

Tum & fortius, quia in eadem apoca pri-
10 vata nulla prorsus fit mentio Brotani, qui, ut præmisimus pro quarta parte ad societatis participationem admissus fuerat, & per consequens, quonam pacto sine ipso, & absque designatione ejus portionis liquidari poterant partitæ communis negotii, quod sicuti respicit omnes socios, ita omnes intervenire debent in hoc actu, ut legitimè de rei socialis repartitione, ac liquidatione constare dicatur, *Palma Consult.* 47. *num.* 7. *R. P. D. meus Ansaldus de commerc.* & *mercat. disc.* 21. *num.* 19., *Rot. Jannen. dec.* 149. *num.* 7.

Quin suffragetur responsio, quod non con-
11 stet de effectuatione societatis quoad eundem Brotanum; ultra quod enim hoc esset per actores concludenter probandum, corruit objectum ex facto; nam in dubium revocari non possunt prædictæ solutiones, quas tanquam affictuarius unà cum Sbordono expleverunt idem Brotanus, & quietantiæ à Camera Apostolica sociali nomine reportatæ.

Atque hinc magis magisque detegitur ir-
12 relevantia sæpedictæ apocæ, quia confessio debiti per Sbordonum in ea emissa innititur supposito, quod Candulphus, & post ejus obitum Marchio Baldinottus subministraverit de proprio omnes pecunias tam pro solutione affictus, quàm pro exercitio, & manutentione negocii necessarias; cumque ex præmissis hujusmodi suppositum insubsistens convincatur, pernecesse infecta remanet d. confessio ex defectu consensus, per *text. in l. nihil consensui* §. *non videtur ff. de reg. jur. Posth resol.* 129. *n.* 11. & 12., *R. P. D. meus Ansald. de commerc.* & *mercat. disc.* 22 *nu.* 18. & 19.

Adstipulatur ulterius, quod dicta apoca
13 non solum præsefert soliditatem computorum societatis, sed etiam aliorum negotiorum, quæ inter Sbordonum, Candulphum, & Marchionem Baldinottum intercesserunt, & propterea cum creditum amborum ex his resultans possit esse posterius juribus rei conventi, irritò conatu sub dictæ confessionis præsidio adversùs possessorem præsens actio promovetur, *l. cum qui ff. qui potiores in pign. hab.*, *l. si potiores C. de his*, *qui in prior. credit. loc. succed.*, *Rot. cor. Emer. jun. dec.* 288 *n.* 21.

Quod, & agnovisse videtur ipsemet Marchio Baldinottus, qui tamdiu distulit sua jura experiri, postquam erga debitorem notabiliter liberalitatem exercuerat eidem
14 condonando scut. 2226., ex quo non levis apud DD. emergebat suspicio contra reali-
15 tatem crediti, cum nemo tam facile suum jactare præsumatur, juxta regulam *text. in l. Cum de indebito ff. de probat.*, *de qua Rot. dec* 688. *n.* 3., & *dec.* 1196. *n.* 9. *coram Emer. jun.*

Et ita utraque &c.

AUXI-

AUXIMANA, SEU CAMERINEN. FIDEICOMMISSORUM.

Vener. 1. *Julii* 1712.

AGUMENTUM.

Io materia vocationis ad fideicommissum, sub nomine filiorum nepotes non veniunt, regula tamen limitatur, si obstent conjecturæ, quæ è converso si pro extinctione fideicommissi etiam adsint, in dubio pro libertate bonorum standum est, & refertur Rotæ stylus in hac materia.

Si verò quæstio sit de fideicommisso ad certas personas non restricto, inter patruum, & nepotes, fideicommissum ultro progreditur.

SUMMARIUM.

1 *Vocatio filiorum non extenditur ad nepotes.*
2 *Ditio*, Li loro, *immediatam descendentiam percutit.*
3 *Limitatur regula, si ex conjecturis nepotum vocatio deducatur.*
4 *Conjecturæ debent esse concludentissimæ.*
5 *Rota tamen de stylo eas non considerat, nisi adsit agnationis contemplatio, verba perpetuitatem secumferentia, & longa substitutionum series*, & n.7.
6 *Adde, etiam si de ascendentali fideicommisso agatur.*
8 *Conjecturæ in hac materia hinc inde existentes ad invicem suffocantur, & in dubio pro exclusione extensionis standum est.*
9 *Clausula* in stirpes, & non in capita, *de hac materia ad regulandam successionem inservit, non verò ad protrahendum fideicommissum ultra vocatos.*
10 *Eadem clausula, etsi redderetur superflua ex supervenientia obitus unius ex duobus vocatis, si tamen testator de tempore dispositionis fuisset in potentia ad ulteriores filios procreandos, tunc non extenderetur fideicommissum ad nepotes.*
11 *Ista possibilitas ulteriores filios procreandi arcet superfluitatem illam verborum, quæ ex illa dictione*, in scriptis, *oriebatur.*
12 *Verba*, io qualsivoglia tempo, *etsi perpetuitatem respiciant, attamen ista perpetuitas semper taxativè ad vocatos se refert, & non ad cæteros gradus.*
13 *Ampliatur regula, si jam substitutio suum plenarium sortita fuisset effectum, quo casu fideicommissum ultro non progreditur.*
14 *Limitatur regula, in fideicommisso realiter progressivo, & ad quod nepotes cum patruo concurrant*: secùs in n. seq.
15 *Fideicommissum restrictum ad certas personas vocatas, & jam purificatum nunquam ad gradum diversum est extensibile.*
16 *Repræsentatio vocationem supponit.*
17 *Gravati, & non gravantis proximitas in hac materia extensionis attenditur.*
18 *Nepotes extra gradum repræsentabilem, & in casu fideicommissi de linea ad lineam non extensibilis, semper censentur exclusi.*
19 *In hac materia, observantiæ, qua vocati usi fuere, multum defertur.*

DECISIO DCCXLIV.

IN hac nova causæ propositione per me facta, facilè fuit Dominis respondere *in decisis*; tum attenta contumacia Cajetani, & Benutini, qui licèt pluries citati, & non obstante quod usque in hodiernam Audientiam ad eorum instantiam proponere dubii discussionem distulerim, tamen informare neglexerunt; tum etiam quia libratis adhuc rationum momentis, quæ pleno calamo in decisionibus utriusque præcedentis instantiæ, & coram me deducta fuerunt, illa undequaque sublllentia visa fuit ad comprobandam libertatem bonorum ab Octavio Barzio provenientium.

Dubitari siquidem non poterat, Cajetanum, & Benutinum esse exclusos à Fideicommisso Octavii, sicque bona ejusdem remansisse libera in Octavio juniore, qui ad sui libitum de re propria disponere valuit favore Canonici Pellenni & Razzanti, stante in concussa juris regula, quod scilicet sub no-
1 mine appellativo filiorum non alii, quam iidemmet filii, exclusis nepotibus, aliisque venire possint, ad litterales *textus in l. Gallus §. Idem credendum ff. de liber. & posthum., l. quod si nepotes ff. de testam. tutel.* Tanto-
2 que magis ex vi illius dictionis *li loro &c.* quæ immediatam descendentiam præsefert, *Rot. in Romana fideicommis. 10. Januar. 1698. cor. me impress. post de Luca de fideic. disc. 26. n. 5.*

Nihil prodesse iterum constitit prætende-
3 re recessum à præfata regula propter conjecturas, quas scribentes pro Cajetano, & Benutino consueverunt allegare. Quoniam etiam si non controvertatur limitatio prædi-
4 cta, tamen æquè verum est, conjecturas tunc dumtaxat operari posse, quoties sunt efficaces, & concludentes, cujus indolis
5 numquam nostrum Tribunal illas considerat, si contemplatio agnationis, verba perpetuitatem temporis dènotantia, & longa
6 substitutionum series deficiant, quatenus agatur de fideicommisso ascendentis, cum
7 absque hujusmodi conjecturis difficile, ne dicatur impossibile, sit judicantium mentes ad extendenda fideicommissa protrahere, ut benè firmant *decisiones R.P.D. mei Crispi, & R.P.D. mei Ansaldi reassumptæ in alia mea §. Neque à prædictis.*

Præsertim concurrentibus urgentioribus
8 cõjecturis in contrariũ adductis, & ponderaris in præfatis decisionibus, ut proinde adductæ pro extentione fideicommissi nullatenus sint attendendæ, sed suffocentur, atque coi quassentur ab istis, *Menoch. de præsumpt. lib. 1. præsumpt. 30 per tot., Rot. cor Coccin. dec. 29. n. 7., & dec. 199. p. 19. rec.* Quæ prævalere debent, absque eo quod debilitari va-
9 leant ab opposita clausula *in stirpes, & non in capita*, cum dignoscatur superaddita ad effectum regulandi successionem, non autem protra-

protrahendi fideicommissum ultra personas vocatas, *Rot. in Romana, seu Reatina fideicommiss. de Vincentinis* 14. *Jun.* 1697. §. *levioris ponderis cor. bo. me. Muto*, & advertunt *omnes decisiones R. P. D. mei Crispi, & R. P. D. mei Ansaldi*, de quibus in alia mea §. *prout nec etiam.*

Minimè attenta replicatione, quod cæteroquin frustra testator prædictam clausu-
10 lam addidisset, ex quo, cum duas solummodò filias fæminas haberet, considerando unã ex eis fieri posse monialẽ, subsequebatur in alia superstite futura hærede successionem in stirpes regulari non posse; etenim statim constitit Dominis, hujusmodi anim adversionem in præsenti hypotesi nullius esse momenti, quia ultra quam quod non probatur testatorem in ea ætate tunc temporis fuisse constitutum, in qua exularet omnis spes suscipiendæ novæ prolis, satis erat advertere, illum non pręcogitasse simpliciter de casu, quo unica ex filiabus religionem ingrederetur, sed potiùs quod vel ambæ vitam monasticam ducerent ibi -- *excluse sempre le Monache &c.* -- vel quod ambę nuberent in sæculo, ibi -- *succedano le dette mie figlie fèmine, che saranno maritate &c. se non li loro figlioli, o figlie &c.* --, ut proinde clausulam *in stirpes* verificabilem esse posse in
11 hoc secundo casu colligatur, quod utique sufficiens est ad submovendum superfluitatem potius sanè tolerandam, quam admittere fideicommissi extensionem, *Rot. dec.* 490. *p.* 4. *divers.*, *& dec.* 358. *n.* 23. *p.* 10. *rec.*

Prout nec etiam conjecturæ fideicommissum excludentes obumbrantur ex illis verbis -- *In qualsivogl.a tempo* -- quandoqui-
12 dem etiamsi aliquando sint apta comprehendere omne tempus, nihilominus in præsentibus circumstantiis talis non sunt operationis, cum non legantur adjecta favore nepotum, aut ulteriorum descendentium, sed restrictivè accessorie, & dependenter à personis filiarum primo loco institutarum, ibi -- *o morendo tutte dette mie figlie senza figli legitimi, e naturali come sopra, in qualsivoglia tempo, voglio che succeda nella detta mia eredità, e beni ereditarii la Vener. Compagnia di Giesù* -, ac per consequens solũ adaptabilia casibus, & personis expressis, ex firmatis in *Romana, seu Reatina fideicommiss. de Vincentinis* 28. *Aprilis* 1698. §. *Quin hæc perpetuitas cor. bo. me. Muto, & in Romana fideicommiss.* 2. *Jun. ejusdem anni* §. *Veritatem cor. me.*

Et hæc eò fortiùs procedere dixerunt Do-
13 mini, quia substitutio suum plenarium jam habuit effectum in Octavio juniori, & sic in filiis filiarum testatoris expressè vocatis, in quibus terminis magis communis, & verior est opinio, quod fideicommissum non extendatur ad nepotes, & pronepotes respectivè, *Fusar. de substit. q.* 321. *n.* 31., *Saminiat. contr.* 25. *n.* 40. *ad* 49., pluresque alii cumulati in decisionibus utriusque præcedentis instantiæ, quantumvis in uno tantum ex vocatis purificata dignoscatur, punctualiter *Rot dec.* 473. *n.* 2. *p* 4. *tom* 2.

Authoritates verò in contrarium adductæ, dum expostulata fuit nova audientia quæstionem penitus diversam tangunt, videlicet
14 illam, in qua agitur de concursu nepotum cum patruo, & quidem cum præsupposito fideicommissi progressivi, ut ;lignanter depræhendi potest ex *Peregrin. de fideicom. art.* 22. *n.* 59., *Saminiat. d. controv.* 225. *n.* 31. Quando e converso thesis istius controversiæ
15 cadit super fideicommisso restricto ad certas personas, & ad certos gradus, in quibus suum plenarium habuit effectum, neque constare dici potest, vel expressè, vel tacitè de vocatione ulteriorum graduum, & personarum, quę valeant efformare concursum cum patruo, quamobrem jure meritò illatio fieri non poterat, vulgato *text. in L. Papinianus ff. de minor.*

Ea quę concernunt prætensam repræsentationem, satis superque fuerunt sublata in decisionibus, quæ utique etiam in hac parte subsistunt, quia certum est, in primis repræ-
16 sentationem supponere vocationem hìc deficientem, *Rot. dec.* 26. *n.* 9. *p.* 18. *rec.*, & in omnem casum illam cessare; nam attenta
17 proximitate gravati unicè spectanda in hac
18 matèria successionis, Cajetanus, & Benutinus reperiuntur extra gradum repræsentabilem, & fortius, cum in hoc casu non fiat transitus de una linea ad aliam, ex latè deductis in 2. *dec. R. P. D. mei Ansaldi* §. *Cæterum*, & advertitur in mea, quę revidetur §. *Irrelevans.*

Quibus omnibus si addatur observantia
19 eorumdem Cajetani, & Benutini, qui permiserunt absque ulla reclamatione Octavium patruum usque ad extremum vitę spiritum pluribus annis possidere, res clarior Dominis visa fuit, ut ponderant õnes decisiones, quas in õnibus DD. approbandas esse censuerunt.

Et ita unica tantum parte &c.

NULLIUS, SEU CAPUTAQUEN. JURISDICTIONIS.

Veneris 1. *Julii* 1712.

ARGUMENTUM.

Extentio Jurisdictionis Ecclesiasticę non coarctatur, nec regulatur à limitibus Jurisdictionis temporalis. Et ex quibus eadem extensio probetur. Episcopus non habet Jus compellendi Abbates extra diæcesim existentes, ut ad sinodum accedant.

SUMMRAIUM.

1 *Abbas Jurisdictionem exercens in Oppido suæ Abbatiæ, à fortiori ea gaudere debet in ista, uti ejusdem oppidi comprehensiva.*

2 *Ex quibus probetur, quod unum oppidum sit caput Abbatiæ, & num.* 4.

3 *Denominatio Casalis novi, vetus adfuisse supponit.*

5 *Carceres denotant præeminentiam illius Loci ubi existunt super aliis.*

6 *Confinia, sive Limites Jurisdictionis Episcopi, sive Abbatis non designantur ex confinibus sæcularis Dominii, cum non eadem, sed diversa sit ratio.*

7 *Oppidum quod sit caput Abbatiæ non satis tale esse probatur, ex quo in functionibus fuerit superior Ecclesiasticus illius nomine Ordinarii, sive Superioris appellatus, cum ista etiam ad Dominium locorum inferiorum possint etiam referri.*

8 *Testes inducentis subditi, ac pendente lite expiscati reiiciuntur, &* num. 10.

9 *In Ecclesiasticis regularibus nullus exter valet Sacramenta ministrare, & Jurisdictionales actus gerere, etiam cum licentia Ordinarii.*

11 *Abbas Ecclesiasticus si accedere ad sinodum, quæ fit ab Episcopo tenetur, sequitur, ut tam ipse, quam ejus Abbatia illius Jurisdictioni subjacere dicantur.*

12 *Resolutiones Sacrorum Congregationum sine subscriptione, & sigillo probant.*

13 *Abbas Ecclesiasticus è contra si probetur non obedisse Episcopo per non accessum ad Sinodum, ad quam fuit ab Episcopo vocatus, presumitur, ut illius Jurisdictioni non subjaceat.*

DECISIO DCCXLV.

JUrisdictionem quasi Episcopalem, quam ad se spectare pretendebat super Casali Novo, & super Abbatia Cadoxæ Episcopus Caputaquen., fuit tàm coràm R. P. D. meo Falconerio, quam coràm R. P. D. meo Ansaldo firmatum, non illi, sed Abbati Cadoxæ competere, quod & iterum in tertia instantia coràm Me extitit resolutum, adeout *Domini prò confirmatione sententiæ Rotalis respondere non dubitaverint*, attenta Justitia, dum validitas resultabat ex actis.

Quo enim ad Casale novum ipsimet scribentes prò Episcopo dedere manus victas in præterita instantia coram R. P. D. meo Ansaldo, cum in propositione Causæ sub die 14. Decembris, nec curaverint quidquam respectu illius deducere, agnito, quod non sufficiebat eis allegare assistentiam juris super exercitio jurisdictionis, ex quo existeret intra limites suæ diœcesis, dum contrarium ab Abbate ostendebatur, probando etiam, quod spatio centum, & ultra annorum reperitur in quasi possessione exercendi omnes actus jurisdictionales privativè quoad Episcopum, ut plenè firmatum fuit in decisionibus utriusque instantiæ.

Hinc sicut usquè tunc restrinxerunt se ad impugnandam jurisdictionem quoad Abbatiam Cadoxæ, ità, cum hodiè coram me informare recusaverint, Domini approbaverunt non solum ea, quæ in specie firmata fuerunt favore Abbatis quoad Casale Novum, verùm etiam alia de quibus in ultima decisione R. P. D. mei Ansaldi respectu Abbatiæ Cadoxæ.

Præmissa enim animadversione, quod scilicet nimia in congruum esset Priorè Abbatem
1 jus habere exercendi jurisdictionem quasi Episcopalem in Oppido Casalis Novi membro Abbatiæ Cadaxæ, & è converso illam jurisdictionem exercere non posse in eadem met Abbatia, quæ caput est, *Rota dec. 274. num. 1. part. 17. rec.*, plura fuerunt à DD. ponderata, quæ ad dependentiam, & annexionem concludere dignoscebantur.

Ex platea siquidem, seu parva Mappa, &
2 Testibus examinatis in vim commissionis Episcopi Castelli Maris ex relatione, & voto dicti Episcopi æditis de anno 1565., & tandem ex eadem intitulatione nullius diecesis deprehændebatur, pagum Cadoxæ esse caput compræhensivum oppidi Casalis Novi, ad quod ob rerum vicessitudines habitatores veteris Pagi Cadoxæ transmigrarunt, id
3 insuper comprobanre ipsamet denominatione casalis Novi, quæ supponit vetus, ac præcedens casale, seù Pagum verificabile profectò in illo Cadoxæ, ut in *secunda dec. R. P. D. mei Ansaldi* §. *Ad hunc siquidem cum seqq.*

Non deerant ulteriùs actus visitationum
4 hoc coadjuvantes, prò quibus explendis affigebantur edicta exprimentia Abbatiam Cadoxæ esse caput jurisdictionis, & revera visitationes incipiebant à S. Maria de Codoxa, & deinde per totum Territorium. Quinimo in eodem Palatio Abbatiæ præstabatur Priori obedientia ab Ecclesiasticis, & secularibus Casalis Novi, publicabantur ordinationes, sententiæ atque Censuræ, innumeraque alia ibidem peragebantur ab Abbatibus, ut
5 si addatur Carcer, qui in d. loco Cadoxæ retinetur, nil ampliùs abigendum esse putaverint Domini, quod sepedicta Abbatia veniat consideranda, uti caput Jurisdictionis, ex latè cumulatis in allegata *secunda dec.* §. *Atque ex his usq. ad fin.*

Neque prædictis obstare poterat, quod Abbatia Cadoxæ situata esset in Territorio, & districtu Montis Sani diecesis Caputaquen., quodque Monasterium S. Laurentii in Padula, ubi frequentiùs resident Priores Abbates Cadoxæ non polleret hac jurisdictione quasi Episcopali. Quandoquidem ut benè advertit decis. §. Cæterum, & seqq., non
6 potest ullum desumi argumentum à situatione, quia non procedit illatio à limitibus temporalibus ad limites spirituales, & nō subsistit, quod Monasteriū S. Laurentii sit caput respectu Abbatiæ Cadoxæ, cum illa fuerit à Sūmis Pontificibus unita Priori d. Monasterii

Posito igitur ex huc usque deductis, quod Abbatia Cadoxæ sit caput, & Casale Novum sit membrum ejusdem, parum relevare exin-
7 dè resultabat; quandoque in visitationibus descriptum fuisse Abbatem S. Mariæ Cadoxæ Ordinarium, & Superiorem Terræ Casalis Novi nullius diæcesis. Nam in præsentibus circumstantiis nimis clarè patet illa verba *Ordinarium*, & *Superiorem* &c. esse referibilia, & ad ipsam Abbatiam, & consecutivè ad Casale Novum non attentis Depositio-
8 nibus Testium subditorum Episcopi pendente lite expiscatis, cum, præter exceptiones temporis, & personæ ad evidentiam convincantur de mendacio, ex firmatis in *dicta decis. R. P. D. mei Ansaldi* §. *vindicato*,

cum

eam seqq., ut etiam benè diluitur vis, quæ fiebat in quibusdam processibus ab Episcopo Caputaquen. in Territorio Cadoxæ.

Depositiones verò quorundam Præsbyterorum asserentium de sola licentia Episcopi Sacramentum Pænitentiæ administrasse in Ecclesia Abbatiæ S. Mariæ de Codoxæ, nimis animosæ habitæ sunt, quando certum est,
9 quod in Ecclesiis Regularium, nullus accedente quoque licentia Ordinarii, valet similia peragere, saltem quoad non subditos, *Diana, Pignatel., & Pasqualig citat. in præfata decisione §. dinimus.*

Prout etiam nihil immorandum crediderunt DD. super nonnullis aliis attestationibus, quibus probari alias dicebatur pro Episcopo fuisse per ipsum præstitum consensum fundationi Conventus Cappuccinorum, Ecclesiam Montis Sani tumulasse, Cadavera Mortuorum in Territorio Cadoxæ, & Vicarium Foraneum Episcopi consuevisse quędam Jurisdictionalia in dicto loco Cadoxæ exercere, quoniam, præter latè expensa in decisione, placuit responsio, quod inter alias exceptiones, Testes sunt Mendica-
10 ti pendente lite, & ad perpetuam examinati, ideoque in nihilo attendendi, *cap. Quoniam frequenter in princ. ut lit. non context., Farinacc. de Test. quæst. 46. num. 2., Rota cor. Bich. dec. 533. num. 1.*

Denique particula Synodi Diocesanæ celebratæ de anno 1649., in qua, juxta deducta in præterita Instantia, magnum repositum erat fundamentum, quia ex illa desumi prætendebatur, quod usque de anno 1584.,
11 Sac. Congregatio coegerit Priorem Abbatem Cadoxæ renuentem ad ipsam Sinodum accedere in nulla consideratione haberi poterat, tum quia de ejus legalitate non constabat, tùm etiam quia carebat sigillo, &
12 subscriptione necessariis, ac tandem quia nulli dabatur subsequens processus con pila-
13 tus ad ostendendam justam coactionem, itaut potiùs hujusmodi actus faveat Abbati, quem cum probetur ab initio renuisse, non appareat subinde obtemperasse, *Rot. in nullius, seu Fulden Jurisdictionis super bono Jure 1. Iunii 1708. num. 124. coram R. P. D. meo Ansaldo*, & latè de hisce omnibus in secunda decisione præcedentis instantiæ §. *Aliquam cum duobus seqq.*, ad quam de cætero, necnon ad alias decisiones in hac causa æditas Domini se remisisse habere voluerunt.

Et ità unica tantum Parte &c.

NULLIUS, SEU CAPUTAQUEN. JURISDICTIONIS SUPER COMPULSORIA, ET REMISSORIA.
Veneris prima Julii 1712.

ARGUMENTUM.

Compulsoriæ, & remissoriç, quando articuli compulsandi sunt irrelevantes, & de eorum insubsistentia fuerit recognitum, omnino abnegantur, præsertim si de eis post discussam causam petitio fiat.

Tom. III.

Jurisdictionis Ecclesiasticæ confinia à materiali locorum descriptione non designantur.

SUMMARIUM.

1 *Compulsoriæ generales ad probationes cumulandas, etiam sine citatione conceduntur.*
2 *Speciales denegantur, donec non fuerint per Iudicem compulsanda Iura recognita.*
3 *Remissoria datur in materia prophana; quando tamen articuli sunt irrelevantes, et ad causam non facientes semper denegantur.*
4 *Irrelevantia articulorum in probanda extensione jurisdictionis Episcopalis super Abbatia quasi Episcopali, ex quibus probetur.*
5 *Talis extensio non probatur per hoc, scilicet quod Abbatia Parrocchiali Ecclesia non gaudeat, quę etiam nec Sacramentis retentione fruatur, ac sepulturas habeat.*
6 *Abbatia quoad temporale dominium descripta in una sui parte in Diœcesi Episcopali, nunquam dicitur in spiritualibus illi subiacere, et vide rationem in* n. seq.
8 *Episcopus ex quo non visitaverit Ecclesiam tanquam Parrochialitatis privilegiis destitutam, ut hac suę jurisdictioni non subiaceat, exinde inferri non potest.*
9 *Actus jurisdictionales diù gesti ab Abbate in Abbatia quasi Episcopali, Episcopi jurisdictionem super illa excludunt.*
10 *Confinia Oppidorum optimè probantur à plantis, illorum descriptionem ferentibus.*
11 *Testes contra publica documenta ad probanda confinia reyciuntur.*
12 *Iurisdictio Episcopalis nec coarctatur, nec circumscribitur à materiali locorum descriptione, sed etiam ad disjuncta, et separata extenditur secundum designationem Ecclesiasticorum confinium.*
13 *Compulsoriæ, et remissorię, si discussa lite petantur etiam super probationibus, quæ compulsari prætenduntur, nunquam concedi solent.*
14 *Subdelegatio Iudicis ad hunc effectum denegatur, quoties compulsorię, et remissoriæ non fuerint concessæ.*
15 *Extensio Territorii Ecclesiastici sub materiali inspectione temporalis jurisdictionis confinibus non cadit.*

DECISIO DCCXLVI.

Agnoscens Episcopus Caputaquen., quod decisiones in præcedentibus Instantiis contra se editæ undequaque firmiter subsisterent, quodque earum fundamenta nullatenus convelli poterant ex probationibus per ipsum usque nunc allatis, satiùs duxit super negotio principali dilationem expostulare, atque contextualiter insistere super Compulsoria, Remissoria, & subdelegatione Judicis in partibus ad effectum extrahendi jura, examinandi Testes formiter in faciem loci, conficiendique Plantam judicialem. Verum quemadmodum denegata dilatione, canonizatum extitit bonum jus Abbatis Cadoxæ per confirmationem Sententię Rotalis, ut in contemporanea mea decisione, ita pariter rejecta præsenti Instan-

tia, DD. *negative in omnibus* respondendum esse censuerunt.

Distinctè enim agendo, animadversum fuit,
1 quod compulsoria generalis absque ulla partis citatione, ac dubii disputatione quandocumque, & ad libitum obtineri valet, juxta vulgatam praxim. de qua *Vestr. lib. 6. cap. primo n. 12*, *Ridolph. in prax. p. prima cap. 12. n.* 169. Specialis vero nullo modo indulgeri potest, quia hùc usque nedum exhibita fuit copia jurium, quæ compulsari prætenduntur, verum nec etiam ea indicata fuerunt, prout opus est, ut prosequitur
2 *Vest. d. lib. 6. cap. primo sub nu. 12.*, *Ridolphin. d. p. prima cap. 12. n.* 180., *Rota cor. Duran. dec.* 376. *n. primo cum seqq.*, & per consequens, cum Judicis religio de illorum existentia, & relevantia instrui nequeat, frustra expetitur Compulsoriæ specialis præsidium, *Rota cor. Bich. dec.* 475. *n. primo*, *et cor. Zarat. dec.* 65. *nu.* 26., *et dec.* 1358. *n.* 9. *cor. Emerix. jun.*

Quo vero ad remissoriam, quamvis ver-
3 semur in materia prophana, attamen, cum arriculi sint prorsus irrelevantes, ea utique deneganda venit, *ad text. in l. ad probationem* 21. *C. de probat.*, *Rota dec.* 121. *n.* 3. *coram Dunozet. jun. dec.* 45. *nu. primo*, et 8. *cum seq. cor. Sa. me. Alex. VIII.*, *et dec* 73. *n.* 2 *cor. R. P. D meo Ansaldo, et in Verulana Abbatiæ super Remissoria*, *et Compulsoria* 16. *Iunii* 1710. §. *Quamvis enim cor. me.*

Hujusmodi autem irrelevantia, perspicuè
4 convincitur, ex quo tota articulatæ probationis vis dirigitur ad ostendendum, quod terra Montis Sani, sub cujus Territorio comprehenditur Abbatia, seu Monasterium S. Mariæ Cadoxæ, ejusque Territorium rusticum sita sit intra fines Diæcesis Caputa-
5 quen., quodque in præfatis pertinentiis Cadoxæ nulla unquam costructa extiterit Ecclesia præter illam S. Mariæ, quæ tametsi non sit Parrochialis, nec adsint in ea sepulturæ, solumque novissimis temporibus, postquam in Judicium delata fuit controversia super jurisdictione, inibi asservetur, & retineatur Sanctissimum Eucaristiæ Sacramentum: & tandem, quod sæpepicta Abbatia discontinuata remaneat à Casali Novo per intermediationem Fæudorum *di Spinazzo*, *e Gualdo*. Hæc enim omnia quatenus etiam ad evidentiam comprobarentur, non inde tamen melior evaderet conditio Episcopi, & deterius bonum jus Abbatis quoad jurisdictionem quasi Episcopalem in d. Monasterio, ejusque Territorio.

Et sane nihil ad intentum Episcopi suffragatur, quod Territorium Montis Sani comprehendens etiam Abbatiam Cadoxæ situm reperiatur intra limites Diæcesis Caputaquen. hoc namque assumptum in utraque sui parte ultrò jàm admissum fuit in anteactis causæ disputationibus, perperam tamen inde inferri contenditur, quod sicuti d. Terra Montis Sani subest jurisdictioni Episcopi Caputaquen., ita etiam subiecta censenda veniat Abbatia Cadoxæ, utpotè in illius Territorio descripta, atque comprehensa, quo-
6 niam hujusmodi comprehensio verificari commode potest quoad typographicam divisionem, seu descriptionem, & temporale dumtaxat dominium, non autem perneeesse includit spiritualem subiectionem, cum
7 ab extensione Territorii temporalis ad comprehensionem spiritualis jurisdictionis nulla penitùs legitimè fieri valeat illatio, ut per *per text. in cap. primo*, *ibique Gloss. in verbo locis de relig. dom.* tradit *Cardin. de Luca de jurisdiction disc. primo n.* 16., & 17. *cum concordan. plenè adductis in nullius, seù Fulden. Jurisdictionis super bono jure prima Iunii* 1708. §. *Pariformis cor. R. P. D. meo Ansaldo*, & *in dec. hujus causæ* 14. *Decembris* 1711. §. *Cæterum cor. eodem.*

Inutiliter pariter assumebatur Provincia
8 ostendendi, Ecclesiam S. Mariæ non esse Parochialem, in ea non extare sepulturas, ac nunquam ibidem asservatum fuisse Eucaristicum Sacramentum, inferendo ex his mirum non esse, si ex parte Episcopi non doceatur de ulla visitatione facta in d. Ecclesia, cum attentis circumstantiis, visitatio unicè spectaret ad Abbatem tanquam superiorem regularem, è qua proinde nullum jurisdictionis fomentum delumere potest.

Etenim absque ullo testium præsidio omnia præmissa concedit citata *dec.* 14. *Decembris* 1711. §. *Et nihilominus cor R. P. D. meo Ansaldo*, & libenter etiam concedi possunt ea, quæ ex præmissis deducuntur, quia sublato quoque adminiculo visitationum, su-
9 perabundant tot alii actus ibidem per Abbatem gesti à seculo, & ultra præseferentes omnimodam jurisdictionem quasi episcopalem, quibus è contra destitutus omnino apparet Episcopus, & ad evitandam inutilem repetitionem latè videre est in omnibus hujus causæ decisionibus.

Et ex his subvertitur etiam efficacia probationis ad hunc pariter effectum assumptæ, quod in Territorio Cadoxæ nulla unquam extiterit Ecclesia præter illam S. Mariæ; animadvertendo ulterius, quod assumpto
10 aperte resistit antiquissima planta, seu descriptio expleta à Regiis commissariis usque ab anno 1531., in qua enumerantur plures, & plurea Ecclesiæ in præfato Cadoxæ Terri-
11 torio edificatæ, proindeque eo magis admittendi non sunt Testes ad probandum id, de cujus contrario constat ex publicis, authenticisque documentis, *Bart. in l. primo §. Quam neget n.* 12. *ff. quemad. testam. aper.*, *Rota cor. Cavalcr. dec* 206. *nu.* 3., & *dec.* 447. *n.* 3., & 4. *coram Bichio*, & *in Romana depositi* 11. *Decembris* 1711. §. *Eoque clarius cor. me.*

Nullum tandem fundamentum per Episcopum constitui potest in eo, quod Abbatia Cadoxæ separata sit à Casali Novo per intermedia feuda *Spinazzi*, & *Gualdi*, quia omissis iis, quæ ponderantur in sæpedicta dec-

dec. R. P. D. mei Anfaldi 14. *Decembris*
1711. §. *De reliquo, & seq.*, satisfacit res-
12 ponsio, quod exercitium spiritualis jurisdic-
tionis non coartatur, & circumscribitur a
materiali unione, sed æquè protenditur ad
loca inter se distincta, & separata, quæ ubi-
cumque sita sint, infixam semper retinent de-
pendentiam à suo capite, *Barbos. de offic., & potest. Episc. part. prima tit primo cap. 7. n. 15., Card. de Luca de jurisdict. disc. 97. n. 5., & in miscell. Eccles. disc. 37. num.* 14.
cum aliis in mox citata *dec.* 14. *Decembris*
1711. *cor. R. P. D. meo Anfaldo*.

Satis comprobatam ex prædictis authu-
mantes DD. articulorum irrelevantiam, non
13 omiserunt insuper ponderare, quod præsens
instantia per Episcopum promovetur in fine
Judicii, postquam causa semel, atque ite-
rum funditus discussa, constanter semper re-
soluta extitit favore Abbatis, quo casu cum
abesse non videatur suspecta petitio, Com-
pulsoriam, & Remissoriam denegare sem-
per consuevit nostrum Tribunal, prout te-
statur in *dec.* 142. *n. primo cor. Bich., & dec.* 701. *n.* 2., *& dec.* 791. *num.* 9. *cor. Dunoz. jun., et dec.* 1358. *n. t., et* 2. *cor. Emer. jun.*

Posito autem, quod non sit locus Com-
14 pulsoriæ, & remissoriæ, in necessariam con-
sequentiam descendit negativa resolutio
quoad subdelegationem Judicis in partibus,
15 accedente potissimum, quod quæstio ver-
satur circa Territorium spirituale, & con-
sequenter, cum illud non cadat sub sensu
restium, & materiali inspectione, superflua
est quævis confinium designatio, ac Plantæ
confectio.

Et ita utraque &c.

SPOLETANA BONORUM.

Lunæ 4. Iulii 1712.

ARGUMENTUM.

Hæc parva decisio edocet de stylo Rotæ in expediendo causas post decennium à die emanatæ decisionis.

SUMMARIUM.

Expeditiones causarum in Rota de Stylo post decennium à die decisionis non conceduntur, nec demandantur, nisi prævia nova ejusdem dubii disputatione.

2 *Stylus iste aliquando juxta varias facti circumstantias cessat.*

3 *Rota non solet proponere causas, nisi mensis à die subscriptionis dubii sit elapsus.*

4 *Stylus iste aliquando limitationem patitur, juxta varias facti circumstantias.*

5 *Stylus, de quo in d. n. primo, à fortiori attenditur, si se nullus opponat, & per contradictas procedatur, et vide rationem.*

6 *Citatio in singulis actibus necessaria non est, si per contradictas procedatur, et vide, in quo casu.*

DECISIO DCCXLVII.

JOseph Dulcius, etiam si per tres conformes sententias, quarum duæ in nostro Tribunali emanarunt, condemnatus fuisset favore Josephi Balderii adimplere promissa in Instrumento emptionis cujusdam Molendini, voluit tamen sua jura experiri in gradu restitutionis in integrum cor. bo. me. dell'Olmo, coram quo itidem resolutionem contrariam reportavit, fuitque ulterius sub die 15. Decembris 1697. demandata causæ expeditio, ad quam usque in præsentem diem pars ipsa devenire neglexit.

Verùm hodie admisso ad causam Joanne Baptista Saraceno, uti cessionario præfati Balderii, instantiam iste promovit pro expeditione causæ coram me subrogato in locum bo. me. dell' Olmo, ad hoc ut facerem verbum in hac Rota memoralium; unde proposito Memoriali, responsum habui à Dominis, *quod causa expediretur extensa brevi decisione*.

Et hoc ad effectum declarandi, quod il-
1 cet ipsos non lateat inconcussus, & invaria-
bilis Tribunalis Stylus non demandandi expe-
ditiones causarum, vel ad eas devenire post
decennium à decisione edita, vel ab expe-
ditione decreta, nisi denuo dubium dispu-
tetur, ut testatur *Rota dec.* 950. *n.* 3. *coram Cerro, et dec.* 47. *n primo cor. Emerix jun. et in Romana testamenti* 11. *Aprilis* 1744.
§. *Cumque è converso cor. R. P. D. meo Anfaldo*, quem sanè stylum DD. nunc etiam
dixerunt esse semper inviolabiliter servandū.

Nihilominus, quia non potest introduci
2 stylus adeò generalis, qui omnes casus inde-
finitè comprehendat, nec aliquam patiatur
limitationem, juxta varias facti circumstan- 2
tias, ut in præcisis terminis styli servari so-
liti in nostro Tribunali non proponendi cau-
3 sas, nisi lapsus sit mensis à die subscriptionis
4 dubii, quod certis casibus possit ab eo rece-
di, & de facto sit recedendum, fuit dictum
in Romana Primogenituræ, et fideicommissorum de Corsinis 14. *Decembris anni mox elapsi* §. *Expedita cum seqq. coram me*, & in
simili de efficacia, ac potestate legis late
probant *Barbos axiomat.* 136. *num. primo, Socc. regul* 284. *ubi ponit* 55. *limitationes, Tiraquell. in tractat. Cessante causa, verba legis d n.* 130. *usque ad n.* 179.

Ideò DD. in hoc casu censuerunt, ex spe-
ciali ratione deveniri posse ad expeditio-
nem absque ulla dubii nova disputatione, ex
5 quo scilicet nullus comparuit, qui sese illi
opponeret, & in casu proceditur per con-
tradictas, itaut in hisce circumstantiis stylus
nec dici possit variatus, cum cessare videa-
tur illa necessitas novum dubium proponen-
di, quod semper partem contradicentem
præsupponit, ut in durioribus terminis de
6 stylo citandi ad singulos actus, quod non
sit de necessitate servandus, ubi proceditur
per contradictas, notat *Ubert. de citat. cap.* 11
n. 445., *et seqq.*

Et ita unica &c.

NOVARIEN. PECUNIARIA.

Lunæ 1. Augusti 1712.

ARGUMENTUM.

Nec decisio explicat ea, quæ à lege Curabit disponuntur.

SUM-

SVMMARIVM.

1 *Obligatus ad fructuum solutionem censetur proportionabiliter ad tramites capitalis fructiferi, & non ultra illud.*

2 *Lex Curabit quid disponat.*

3 *Lex Curabit tribuit actionem pro fructibus, etsi non fuerint percepti, dummodo percipi potuerint.*

DECISIO DCCXLVIII.

Domini, qui prius innixi equitate, & Juris rigore condemnaverunt Aloysium, & Michaelem ad solutionem fructuum correspectivè ad totam summ. capitalis lib.2000. atque subinde amplectentes solam æquitatem, dixerunt, *illos teneri ad fructus*, habito respectu dumtaxat ad creditum fructiferum cessum scutorum 700.; in hodierna audientia Memorialium occasione expetitæ expeditionis, *eam demandaverunt, extensa hac brevi decisione*, qua declarare noluerunt præfatos Aloysium, ac Michaelem ad stringendos esse fructus persolvere proportionabiliter ad universum Capitale lib.2000. non autem ad scut.700.

Adverterunt siquidem, quod valor monetæ Novarien. talis est, ut dicta scut.700. longe excedant lib.2000., ac proinde rationi minimè congruere posse existimarunt ad
1 majores fructus condemnationem admittere, quam præferebat ipsum Capitale, pro quo supradicti Aloysius, & Michael fuerunt condemnati, cum ipsamet æquitas *l. curabit*
2 *C. de act. empt.* eos tantum fructus refundere permittat, quos parere potuisset Capitale, seu pretium conventum, ut expressè disponitur in d. textu ibi -- *partem prætii, quam penes se habet cum usuris restiture* -- Quæ
3 procedunt, licet fructus non fuerint percepti, dummodo tamen percepi potuerint, prout verificatur in præsenti hypothesi, ex traditis per DD. de hac materia tractantes, ac signanter per *Lup. de Usur. incommentar. l. curabit n.2. n.141.*

Et ita utraque &c.

ROMANA FRUCTUUM CENSUUM,

Veneris 25. Novembris 1712.

ARGUMENTUM.

Census remanet fructiferus, etiamsi fundus evincatur, cum saltem loco damnorum, & Interesse fructus debeantur. Præsertim si creditori ex facto debitoris fuerit vetitum, quin sortem illico reciperet, vel alteram coæqualis fundi subrogationem reportaret, quo in sensu stetit Rota hac in eadem causa sub die 9. Maii dec.723.

SVMMARIVM.

1 *Census remanet infructiferus, si Creditor casu quo fundus evincatur, ex culpa sua sortem, & fructus negligat recipere, seu novam fundi subrogationem reportare.*

2 *Secus si culpa, & facto debitoris steterit, quin Creditor sortem, & fructus, seu novam fundi subrogationem retulerit*, & num.8., & 11.

3 *Amplia si bona debitoris, censitusque fundus sub Debitoris stent concursu, ex quo Creditor legitimo afficiatur impedimento. Quo casu fructus loco damnorum debentur.*

4 *Hæc est constant opinio, & ultima Sac. Rotæ.*

5 *Contrarium sentiit Eminentissimus* de Luca in Mantiss. sub tit. de Usur., & Camb. la 9. 10, & 11., *ejus vero opinio reprobatur, & vide rationem.*

6 *Census remanet infructiferus, si Creditor licet ei via detur expedita ad exigendam sortem, evicto fundo, non exigat*, & num 21.

7 *Amplia, & si tales pecuniæ, ut à Creditore exigerentur, in concursu emittere deberet de restituendo Prioribus, & potioribus obligationem.*

9 *Auctoritates Sacræ Rotæ juxta facti circumstantias sunt applicandæ, cum DD. opiniones non numerandæ, sed ponderanderandæ sint.*

10 *Fructus census debentur, quousque per retrosimilem actum, sors non restituatur.*

12 *Depositum sortis Census in abstracto fructuum cursum non resecat, si creditor eam recipere impediatur.*

13 *Creditor Census, si sors ab ipso cum obligatione de restituendo Prioribus exacta evincatur, jura non perdit, eique cum omnibus suis Privilegiis reviviscunt.*

14 *Et hæc est opinio Congregationis Baronum contra sensum Emi de Luca.*

15 *Creditor census, evicto fundo, sui Debitoris bona contra tertios in Salviani Judicio persequi potest.*

16 *Non tamen cogitur huic remedio se accingere, ne loco damnorum, & Interessi saltem fructus amittat.*

17 *Imo potest expectare, quod fundus ab aliis Concreditoribus de manu tertii Possessoris recuperetur, & hoc interim fructus non perdit.*

18 *Quæ dicantur diligentiæ factæ à Creditore pro exigenda sorte in casu evictionis fundi, ne dicatur culpa sua fructus perdidisse.*

19 *Creditor supradictus loco pecuniarum Habilia recipere non tenetur, nec talem Istantiam promovere, ut loco Damnorum & interesse fructus se perdidisse dici possit.*

20 *Congregatio Baronum alterius fundi subrogationem in hoc casu denegare solet, cum subhastationem bonorum de stylo mandet.*

22 *Nemo cum aliena jactura potest locupletari.*

DECISIO DCCXLIX.

Quamvis informante solum Marchione de Vidonis responsum fuerit coram me sub die 9. Maii proximi præteriti *executioni demandandum esse mandantum A.C*, eidem decernens fructus controversi Census loco damnorum, & interesse post evictionem fundi censiti, cum ejus scientia in concursu creditorum March. Cæsaris Baldinotti communis debitoris, Attamen adeo solidis, & facti, & Juris fundamentis suffultam cognoverunt

verunt DD. præfatam resolutionem, ut mi-
nime refragrantibus iis, quæ tam in Jure,
quam in facto à scribentibus hodie præcete-
ris creditoribus opponebantur -- *in decisis* --
persistendum esse censuerint.

Et sane exordiendo à dispositione Juris,
iterum arrisit DD. in hoc articulo distinctio
quæ in præcedenti decisione constabilita
fuit, quod scilicet, tunc solum judicialis
1 evictio fundi censiti, sciente creditore, Cen-
sus extinctionem, ac consecutivam cessationē
fructuum etiam loco damnorum, & Interesse
operatur, quando idem creditor, remoto quo-
vis impedimento liberè, & expedite recupe-
rare potest sortem ex dicta evictione effectā
repetibilem una cum fructibus præcedenter
decursis, sivè subrogationem fundi liberi
2 effectivè obtinere, si vero recuperatio sor-
tis difficilis, & intricata reddatur ex aliquo
Juris, vel facti impedimento proveniente
ab ipsomet debitore, qui bona sua in tertios
distraxerit, vel aliis præcedenter obligave-
3 rit, atque ideo stent sub concursu ad eorum
instantiam efformato; tunc profecto æquita-
tati, & Justitiæ consonum non videtur, ut
creditor Censuarius sorte simul, & fructi-
bus defraudetur, qui proindè si non tam-
quam fructus, saltem loco damnorum, &
interesse eidem debentur, juxta opinionem
tam firmiori authoritatum calculo, quam
eo fortius validissimis rationum momentis
communiter receptam, Auctoritatibus qui-
dem illam comprobarunt, *Cenc. de Cens.
quæst. 107. n. 13. cum seq., & nu. 21., ac 24.,
Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 61. num 9.
Posth. de manut. observ. 64. num. 7. in fin.,
Card. de Luc. de Cens. disc. 13. num. 11., &
de feud. disc. 81. num. 8. Modern. Asculan.
ad Stat. Urb. annot. 30. num. 402. cum seqq.
tom. 1. R.P.D. meus Ansald. de commerc.,
& mercat. disc. 87. num. 30.*

Eidemque constanter semper adhæsit no-
4 strum Tribunal, quemadmodum reassu-
mendo antiquiores resolutiones, videre est in
*decis. 71. num. 2., & seq., & dec. 528. nu. 1.
cor. Cavaler. dec. 1006. num. 4., & 5. dec. 204.
nu. 4., & 5. post Cenc. de Cens., & dec. 278.
fere per tot par. 5. rec.*, Et modernis hisce
temporibus frequentissime respondit, & si-
gnanter in *Romana Census 16. Junii §.
Firmato itaque, & 1. Julii 1699. §. Sub-
lata exceptione, cum pluribus seq. cor. Emo
Priolo in Lycien. Salviani 8. Martii 1706.
§. Fallente solum coram R.P.D. meo An-
saldo, & in Roman. Fructu. Census 27. Jan.
labentis anni §. Proprinsque cor. R.P.D. mea
Aldrovando, cum concordan. relatis in deci-
sione, quæ confirmatur §. Secus tamen, & seq.*

Neque contrariam amplexum est senten-
5 tiam in toties inculcata *dec. 336. par. 19. rec.*
ac in Æsina Census impressa apud *Card. de
Luc. in matissa sub tit. de Usur., & Camb.
la 9. 10., & 11.*, ut mordicus substinere
conabantur scribentes pro Creditoribus;
Etenim in themathe *d. decisionis* 336. eatenus
resolutum fuit indebitos esse fructus etiā lo-
co damnorum, & interesse, quatenus repo-
sita erat in facultate, & arbitrio Creditoris
expedita sortis recuperatio, & non obscu-
re innuit *Decisio sub num. 8., & 9.* loquendo
de sortis repetibilitate ibi -- *quæ ubi aliquo
casu facta fuisset repetibilis, itaut sit in mera
facultate emptoris illam recuperare, Census
habetur pro extincto &c.*

Clariusque assumpti veritatem assequimur
recurrendo ad *decis. 458. coram Royas*, quæ
subinde revocata extitit in *prædicta dec. 336.
ibi enim sub num. 5.* habetur, quod post evi-
ctionem fundi censiti deposita fuerunt in sa-
cro Monte Pietatis scut. 500., ex quibus Cre-
ditor Census absque ulla prorsùs difficultate
satisfactionem consequi poterat, quia vero
maluit Jura sua experiri in Judicio Salviani,
ideo jure merito recessum fuit à decisis de-
negando eidem fructus in recompensatio-
nem interesse, & damnorum, quę ex facto
proprio suaque culpa subjerat.

Retentis hisce terminis, prodierunt præ-
citatæ *Decisiones in Æsina Census*, omnes
namque relative se habent ad firmata in *sępe-
dicta decisione 336. par. 19. rec.* proindeque
intelligi debent sub analogia ejusdem suppo-
siti, liberę scilicet, & expeditæ facultatis
6 consequendi sortem, prout de facto explican-
do præcisè has resolutiones, animadversum
fuit in *Romana Fructuum Census 15. Ju-
nii 1711. §. Inapplicabiles propterea coram
R.P.D. meo Ansaldo.*

Quidquam non refragante replicatione
quod prædictæ decisiones loquantur de evi-
ctione fundi censiti in concursu Creditorum,
ubi attenta ejus indole, aliquas semper pati-
tur difficultates sortis recuperatio, & tamen,
his non obstantibus, denegata fuerunt Cre-
ditoribus censuariis damna, & Interesse.
7 Quidquid enim sit an ex simplici impedi-
mento, quod secum fert concursus propter
obligationem recipiendi pecunias sub vin-
culo de restituendo prioribus, & potioribus,
sublata dici debeat expedita facultas recu-
perandi sortem ad effectum, de quo agitur:
Hoc unum certum est, quod si ultra difficul-
tates concursui connaturales, alia quoque
8 emergant impedimenta, vel ob distractio-
nem bonorum in tertios, vel propter urgen-
tiam Creditorum anteriorum, tunc omnino
debiti sunt fructus loco damnorum, & inte-
resse, ut in his terminis latè, & disserte di-
stinguit *Rota in Romana Salviani 1. Ju-
nii 1693. §. Siquidem, cum pluribus seq. co-
ram bon. mem. Manuel; & in dicta Roma-
na Census 16. Januarii §. Hoc enim obje-
ctum, & 1. Iulii 1699. §. Sed hæc exceptio,
& seq. coram Emo D. Priolo*, Atque ideo
9 quæcumque authoritatum antinomia facili
negocio conciliata remanet, si juxta casuum
contingentias, ac peculiares facti circum-
stantias, prout par est intelligantur, quemad-
modum monet *Rota in Tarraconen. Bene-
ficii 11. Aprilis §. Decisio demum, & in
Melphiten. Beneficii 21. Iunii currentis §.
Idemque est sensus cor. Me.*

Et

Et re vera difficultas applicationis prædictæ distinctionis fuit ratio potissima, propter quam *Rota in Romana Salviani, seu Canonum 1. Decembris 1710. coram Eminentissimo Priolo* in suspenso reliquerit hujusmodi inspectionem, ut patet ex eius lectura in §. *fin.*, in quo de cætero approbantur fundamenta præcedentium decisionum, quæ juxta diversas facti circumstantias emanaverant.

Extrinseco authoritatum præsidio famulantur etiam intrinseca rationum momenta, quibus præfata opinio fulcitur, & per consequens eidem adherendum esset, etiamsi in authoritatum conflictu versaremur, cum ratio sit anima legis, & opiniones non numerari, sed ponderari debeant, ad *Text. in L. prima §. Sed neque C. veter. jur. enucl.*, *Rota in Lucana Fideicommissi 14. Decembris 1703. in princ. cor. Rmo Labacen.*, *& in Salernitana alimentorum 11. Ianuarii currentis anni §. Ex his cor. R.P.D. meo Scott. Almæ Vrb. Guber.*

Et quidem si natura Census id exigit, ut
10 fructus debeantur, quousque per actum retrosimilem sors restituatur, utique sim-
11 plex repetibilitas sortis profluens in abstracto ab evictione fundi censiti, nihil prorsus operabitur, nisi expedite ad actum reduci valeat, quia ubi lex aliquid disponit, tacitam, & subintellectam præfert conditionem, dummodo effectus subsequatur. &
12 propterea ad retardandum fructuum censualium cursum, quidquam non prodest sortis depositum, si pecuniæ ad manus Creditoris non perveniant, *Rota dicta dec. 278 nu. 14. par. 5. rec. dec. 453 num. 4., & 5. post Cenc. de Cens., & in Romana Fructuum Census 15. Iulii 1711. §. Et hinc cor. R. P. D. meo Aldrovando.*

Propiusque accedendo ad terminos præsentis hypothesis, receptum habemus, quod si
13 à Creditore censuario, qui in concursu sortem consequutus est sub obligatione de restituendo prioribus, & potioribus, & si de facto dd. pecuniæ avocentur per Creditores anteriores, jura Census usque tunc mediante retentione sortis consopita, illico excitantur, & reviviscunt, itaut eidem Creditori non solum competat actio pro evictione, & restitutione Capitalis avocati, verum etiam pro fructibus, perinde ac si Census extinctus nunquam fuisset, ex latè cumulatis per *Rotam in Romana Status Zagaroli 10. Decembris 1703. §. Prædicta regula & 13. Iunii 1704. §. Nec solutione, & seq. cor. bon. mem. Caffarello, & 27. Martii 1705. §. Responsione non atteuta coram bon. mem. Muto, & in Romana Salviani 23. Iunii 1710. §. Quoniam coram eodem bo. mem.*
14 *Caffarello*, & id ipsum sensit Congregatio Baronum contra sensum *Card. de Luca in Causa scribentis, ut ipse testatur disc. 81. de Feud., atque notat Adden. ad Pamphil. decis. 244. num. 15.*

Quanto potiori jure succurrendi venit per assignationem fructuum loco damnorum, & interesse Creditori, qui nullo unquam modo expeditam sortis restitutionem obtinere potuit, ut patet ad sensum.

Agnoscebant difficultatem provinciæ in jure Creditorum defensores, & proindè ex facti circumstantiis concludere satagebant, quod March. Vidono commodè datum erat repetibilitatem sortis ad actū perducere, sive quia propria jura anteriora in Judicio Salviani experiri poterat adversus Palatium propè ædes sapientiæ situm, & à communi debitore in tertium distractum, sive quia validius instare tenebatur pro illius deliberatione, aut adjudicatione, vel in omnem casum ejusdem subrogationem in locum evicti fundi reportare.

Verum pari insubsistentia iterum laborare visæ sunt hujusmodi exceptiones, ex firmatis in dicta decisione quæ revidetur à §. Absque eo quod usque in fine; singulas enim distinctè ponderantes, DD. animadverterunt,
15 quod quamvis evicto fundo censito, Creditor Censuarius persequi possit in judicio Salviani bona debitoris à tertiis possessoribus detenta, nihilominus nullo prorsus jure co-
16 gitur laboriosum hoc remedium expeditæ sortis repetibilitati adversativum intentare, sub pæna amissionis fructuum loco damnorum & interesse, punctualiter probat *Rot in d. Romana census 16. Januarii 1699. §. Non relevante coram Emo Priolo, & in Rom Immissionis 25. Februarii 1709. §. sicut neque cor. Me.*

Tutissimè itaque potuisset Marchio Vido-
17 nus posthabita hujusmodi sollicitudine, espectare, quod alii Creditores Palatium à tertiis possessoribus avocarent, & quodcumque impedimentum ad liberam sortis satisfactionem consequendam removerent, & tamen ipse etiā egit in Salviano, & post favorabilem sententiam agnoscens, quod ex pensionibus intra decennium retrahendis commodè satisfieri non poterat, anno 1599. reportavit à SSmo commissionem directam de more Congregationi Baronum ad effectum procedendi ad illius subhastationem, pro qua pluries, & pluries, sed semper inutiliter institit, nam non obstantibus reiteratis Edictorū affixionibus, nullus unquam comparuit oblator, donec tandem ipsemet cogitavit de subsidario remedio adjudicationis, quę suspensa primum, & postmodum etiam instantibus cæteris Creditoribus circumscripta fuit vigore decreti ejusdem Congregationis, à qua Palatium iterum deliberatum extitit favore Emi. Cardinalis de Carpineo. Ex quibus omnibus tantum abest, ut prompta sortis recuperatio reposita fuerit in libera facultate Creditoris, quin potius neque ejusdem sumptibus, & diligentiis, quibus minimè pepercit ad actum effectivè deduci valuerit, ut per longè debiliores circumstantias ponderando concludunt authoritates in præcedenti decisione §. Etenim, adductæ.

Absque eo quod obstare possit animadver-
fio,

sio, quod instantia pro adjudicatione promota solum fuerit anno 1710., quando commodè non comparentibus oblatoribus promoveri poterat usque ab anno 1700., vel saltem obtineri tunc temporis subrogatio Palatii in locum fundi censiti jam evicti. Quo-
19 niam dato etiam, quod March. Vidonus cogi potuisset ex facultatibus Cogregantionis Baronum recipere speciem loco pecuniæ sibi debitæ, profecto nullo modo tenebatur hujuscemodi instantiam adeò præjudicialem contra se excitare, imò potius sibi imputent Creditores, si per decenniũ insistere neglexerunt prò dicta adjudicatione, quæ tamen nec de facili expleri poterat, quia valor Palatii longe excedebat creditum Marchionis.

Eadēque responsione tollitur altera objecti pars, advertendo ulterius, quod difficilius
20 obtineri poterat subrogatio sæpedicti Palatii in locum fundi censiti, postquam res delata erat ad Congregationẽ Baronũ, quæ admittere non solet hujusmodi subrogationes, sed bona Debitorum mandat subhastari, & deliberari, prout quoque deprehenditur ex Commissione SSmi. directa eidem Congregationi ad effectum subhastandi Palatium, juxta suas facultates.

Cum itaque ex præmissis facti circumstantiis apertissime constet, quod Marchio Vidonus nulla penitus negligentia notari valeat in recuperatione sortis, quæ tamen libera, & expedita esse debet ad effectum retardan-
21 di cursum fructuum loco damnorum, & interesse, ex supra in jure firmatis, immeritò eorum solutionem detrectant Creditores, quorum insuper conditio detrimentum nullatenus passa est ex dilata deliberatione, & adjudicatione supradicti Palatii, nam interim ad eorum commodum defluxerunt pensiones, adeòut eo magis justitiæ, & æquitatis ratio postulet, ut hujus solutionis onus subeant, ne alias cum aliena jactura locuple-
22 rentur, contra regulam *Text. in l. nam hoc natura ff. de condit. indebit.*

Et ita, utraque &c.

ROMANA PECUNIARIA.

Lunæ 28. *Novembris* 1712.

ARGUMENTUM.

De evictione semper tenetur, qui jure Creditoris rem ad tertium spectantem vendidit, si de tali credito sufficienter non constet.

SUMMARIUM.

1 *Emptor sibi venditam rem restituere coactus, ad recuperationem pretii soluti actionem habet.*

2 *Fides Testium non percutientes tempus de quo agitur, ac generales, & vage reiiciuntur.*

3 *Medici non habent* Privilegium, *nisi prò cura ultimæ infirmitatis.*

4 *Vendens rem titulo potioris Crediti, talem potioritatem sustinere debet, alias prætium acceptum refundere tenetur, &* nu.6.

5 *Idem se habet in venditione coactiva virtute ratractus.*

7 *Venditio rei, licet coactiva facta ab illo, qui de ea adhuc pretium non solvit, non sustinetur, & si primi creditoris favore Emptor molestetur, prætium à secundo Venditore repetit.*

DECISIO DCCL.

POstquam Ven. Archiconfraternitas Sac. Stygmatum ad instantiã Ducis ab Altemps Creditoris Domus Ludovisiæ associationem passa fuerat pro rata scut. 1000. super Palatio, quod in vim Constitutionis Sa. Me. Gregorii XIII. à Gabriele Fonseca retraxerat, ut patet *ex dec. in Rom. associationis* 9. *Decembris* 1707. *cor Me*, Judicium pro liberatione à molestiis, & respectiuè pro refusione dictæ summæ adversus hæredes Venditoris excitavit. Cumque tam coram A C., quam nostro Tribunali voti compos effici obtinuerit, prævia decisione edita 1. Decembris 1710. cor. R.P.D meo Ansaldo. Hinc per ulteriorem appellationem instaurata causa coram Me, gemina hodie disceptanda proposita dubia: Alterum nempe *super admissione Articulorum* de quo in contemporanea decisione, Alterum vero *An esset locus statuto de duabus*, & DD. attenta validitate, & justitia præcedentium sententiarum *affirmative responderunt*.

Justitia enim, quæ unicè impugnabatur satis firmiter visa est inniti duplici fundamenta. Primo nempe quod Archiconfraternitas solvit Fonsecæ scut. 1000. cum supposito, quod totidem ille persolvisset Principi Ludovisio originario venditori mediante excomputatione servitii in qualitate Medici per decennium erga illius Domum præstandi juxta susceptam obligationem. Cum autem concludenter non probetur præfatum servitium, & è contra Archiconfraternitas evi-
1 ctionẽ pro dicta summa subire coacta fuerit, utique eidẽ succurrendũ venit, mediante hujus quantitatis restitutione, juxta famigeratam æquitatem *Test. si me, & Titiam ff. si cert. pet., quam latè exornat decisio præcedentis instantiæ* §. *Ratio*.

Neque ad concludendum præfatæ obligationis adimplementum attendi merentur ge-
2 minæ informes atrestationes, Tum quia nec per umbram percutiunt decursum decennii, intra quem conventum servitium prestandum erat, tum quia initium sumunt ab anno 1652. quando tunc temporis obligatio, quã suscepit Fonseca anno 1641. consumata penitus extitisset, ideoque tamquam generales, & vage, & præstitum tempus minimè designantes, nullum probationis gradum constituere possunt, *Alex. cons.* 54. *num.* 4., & 5. *lib.* 6. *Aretin. cons.* 3. *num.* 11. *Rota cor. Sa. Me. Alex. VIII. dec.* 16. *à n.* 17. *cum seqq.*, & *dec.* 420. *n.* 12. *par.* 12., & *dec.* 131. *n.* 2. & 3. *par.* 13. *rec.*. Et de facto hoc ipsum agnovit altera pars, quæ propterea contextualiter instat pro admissione Articulorũ ad effectũ supplendi, & roborandi hujusmodi imperfectas probationes.

Sed quando etiam plenè comprobatum esset controversum servitium, adhuc subsistit alterum fundamentum, quod non relevaret, quia cum in dubium non revocetur,
3 quod controversum Ministerium præstitum non fuerit in ultima infirmitate, sicuti inde sequitur, quod nullo prorsus in Jure potitur privilegio, ex latè firmatis *in d. Rom. associationis 9. Decembris 1707. §. Neque pariter cor. Me, quam de more supponit decisio R.P.D. mei Ansaldi §. Quia amplius*. Ita
4 in presenti inefficax omninò convincitur ad inducendam illam potioritatem, de qua tenetur Fonseca vendens jure Creditoris erga Archiconfraternitatem emptricem sub pæna refusionis pretii, argumento *Tex. in l.1. eod. credit. evict. pign. non deb., & probant autoritates in d. præcedenti decis. §. Potissimè cumulatæ*.

Absque eo quod quidquam prodesse possit iterum inculcata animadversio, quod in hy-
5 pothesi quæstio non sit de venditione voluntaria, sed agatur de coactiva prælatione Archyconfraternitatis, ubi Fonseca retractum patiens simpliciter de medio se substulit, adeout non teneatur ad evictionem, nisi ex dato, & facto proprio, quam etiam taxativè promisit, & actio dirigenda veniat contra primum Venditorem, cum quo fingitur initum fuisse contractum emptionis, & venditionis.

Etenim hæc omnia facili negocio collabescunt, cum facti præsidio suffulta non sint. Fonseca namque effectivè non persolvit Principi Ludovisio scut.1000, sed ipsius Creditorem sese constituit in hac summa, ideoque cum deinde ab Archiconfraternitate hujusmodi crediti solutionem consecutus fuerit, profecto se de medio simpliciter non substulit, sed
6 vendidisse censetur jure Creditoris, & consequenter semper recurrit onus præstandi se potiorem ad tuendam Archiconfraternitatem, aliàs pretii restitutionem evitare non potest, ut probatum est supra, & late prosequitur *decisio præcedentis instantiæ §. siquidem cum seqq.*

Atque hinc inapplicabiles penitus sunt quotquot authoritates in contrariũ allegantur, aliæ enim procedunt in casu, quo primus emptor integraliter persolverat pretium rei emptæ. Aliæ quando agitur de rigorosa evictione complectente etiam damna, & interesse, quæ nullo modo æquũ est, ut subeat emptor invitus qui ad retrovenditionè impellitur, ut patet ex earum lectura, & distinctè expendit decisio R.P.D. meui Ansaldi à §. siquidem cũ pluribus sequentibus. Nulla tamen percutit terminos presentis hypothesis, in qua pri-
7 mus emptor retineret id, quod non solvit, & cum aliena jactura evidenter locupletaretur contra omnia jura, & æquitatis principia, de quibus *Rota cor. Emerix jun. decis.1260. num.6. & dec.1169. num.12. & in Bonon. Transactionis 28. Junii 1706. §. siquidem coram R. P. D. meo Aldrovando*.

Et ita remisivè se habentibus DD. ad sæpedictam decisionem præcedentis instantiæ, resolutum fuit utraque &c.

EADEM SUPER ARTICULIS.

ARGUMENTUM.

Articuli licet in materia prohana semper admittantur, attamen si irrelevantes detegantur, & causa jam fuerit discussa, concedi non solent.

SUMMARIUM.

1 *Articuli in materia prophana semper admittuntur.*
2 *Articuli irrelevantes, & improbabiles semper reyciuntur.*
3 *Talis improbabilitas resultat ex examine testium octuagenariorum, de re antiqua deponere debentium.*
4 *Irrelevantia resultat, si admissa probatione quę fieri prætendatur, attamen ad rem, de qua agitur non tendat.*
5 *Articuli in tertia instantia petiti, uti suspecti reyeiuntur.*

DECISIO DCCLI.

Agnoscentes hæredes Gabrielis Fonsecæ, quod ex informi duorum testium depositione resultare non poterat concludens probatio ministerii, quod per decennium præstitum supponebatur erga Domum Ludovisiam ad formam illius obligationis, una cum dubio super negotio principali, aliud per me hodiè contextualiter proponi curarunt concernens admissionem articulorum, *quos tamen admittendos non esse* DD. censuerunt.

Et fanè quamvis versemur in materia pro-
1 phana, in qua de facili admitti solent, nihi-
2 lominus quia in hypothesi sunt prorsus improbabiles, & irrelevantes, utique reyciendi veniunt, juxta monitum *text. in L.ad probationem 21. C. de probat., Rota dec. 121. n.3. cor. Dunoz. jun., & in nullius, seu Caputaquen. jurisdictionis super compulsoria, & remissoria prima Julii labentis anni §. Quo vero cor. me*.

Improbabilitas convincitur, ex quo te-
3 stes octuagenaria ætate majores deponere deberent de continuatione servitii expleta per Fonsecam ab anno 1641. usque ad annum 1651., cujus assumpti difficultas quam ardua sit, considerandi patet.

Irrelevantia pariter est evidens, quia ex
4 deductis in contextuali mea decisione, etiam si perfectè probatum esset adimplementum obligationis per d. Fonsecam susceptæ, adhuc tamen non relevaret, nam cum ejus creditum nullo modo assumere valeat potioritatem ad liberandam Archiconfraternitatem à damno evictionis, ideo parum refert, an probetur nec ne.

His omnibus accedit, quod sumus in ter-
5 tia instantia, quo casu cum suspecta, ut plurimum esse soleat serotina isthæc probatio, tanto magis eiusdem admissioni locus esse non potest, *Rota dec. 141. n. primo coram Bich. dec. 1358. n. primo, & secundo coram Emer. jun.*, et in *dicta nullius, seu Caput aquen.*

quen. juridict. super compulsoria, et remissoria 1. Iulii proximi præteriti §. Satis cor. me. Et ita utraque &c.

VADEN. CANONICATUS.

Lunæ 5. Decembris 1712.

ARGUMENTUM.

Hæc decisio, quæ est confirmatoria alterius diei 14. Martii hujus anni, firmat, quod in concursu Patronorum, qui de Fundatoris familia esse debent, sicuti, & ab eis præsentari, illi de eadem familia præfertur, qui sit de linea fæminina in defectum masculorum secundo loco vocata, quando suam dependentiam per gradus distinctos concludentissimè probat ad exclusionem Patroni de linea masculina, licet primo vocata, qui per eosdem met gradus distinctè suam descendentiam à Fundatore nequeat probare.

SUMMARIUM.

1 *Præsentatus ad beneficium à legitimo, et vero illius Patrono, omnino est instituendus.*

2 *Ius præsentandi ad beneficium, et ab illius fundatore descendentia ex instrumento fundationis, fidibus Baptismatum, enunciativis in Instrumentis contentis, et testium depositionibus satis probatur.*

3 *Præsentatus à masculo ad beneficium, non excludit præsentatum à Fæmina in primi defectum ad tale jus vocata, nisi idem masculus de sua descendentia à Fundatore legitimè docuerit.*

4 *In dubio semper prævalet præsentatio illius, qui descendentiam distinctè probat, ad exclusionem Compatroni eam genericè tantum probantis.*

5 *Amplia etiam si Testator à se vocatos ad jus nominandi liberasset à rigorosa descendentiæ probatione, cum hoc intelligatur volitum, ne ad Ordinarium devolvatur collatio, quo casu leviores probationes de descendentia admittuntur.*

6 *Subamplia, ut hæc regula etiam servanda esset, quando res in pluribus Compatronis non versaretur.*

7 *Limitatur quando fæmina secundo vocata distinctè suæ descendentiæ gradus à Fundatore probat, ad exclusionem Masculi eam genericè probantis, licet esset primò vocatus.*

8 *Verba à Fundatore prolata, quod juspatronatus spectet ad Titium, ejusque filios, et descendentes, agnationem denotant, præsertim si masculorum adsit prælatio.*

9 *Compatronus, licet de familia Fundatoris genericè, attamen si distinctè descendentiam se probare non posse fateatur, semper postponitur fæminæ secundo vocatæ, quæ talem descendentiam per gradus distinctos probat.*

10 *Testes de auditu repelluntur.*

11 *Descendentia ut legitimè probetur, et per distinctos gradus, fides Baptismatum necessariæ sunt.*

12 *Descendentiam probari legitime necesse est, quando agitur de jure præsentandi, licet libri Baptismatum incendio, vel aliquo alio infortunio periissent.*

13 *Fundator, qui ad beneficium suos descendentes vocavit, in quos etiam jus nominandi reposuit, si cæteros de sui familia genericè excluserit, à pari exclusi censentur præsentati, qui sunt de illa in genere.*

14 *Præsentatus à legitimo Patrono tempore habili, qui erat in causa inter Compatronos vertente, non patitur exceptionem de præsentatione secuta pendente lite, cum novus litigator non dicatur.*

15 *Talis præsentatus ultimi status probatione non eget, et rationem collige.*

16 *Compatroni, qui ad præsentandum non comparuere, post publicorum edictorum affixionem, præsumuntur ad tale jus titulum sese non fovere.*

17 *Edicta publica in parva Oppido propalata, omnibus innotuisse præsumuntur.*

DECISIO DCCLII.

Revocata ad novum examen decisione cor. me edita sub die 14. Martii labentis anni, decernente institutionem controversi Canonicatus favore Ubaldi informantia, cum rationum momentis ibidem expensis nullatenus prævalere visa fuerint ea, quæ hodie pro Sebastiano Francisco adducebantur, DD. *in decisis persistendum esse* censuerunt.

1 Immotum siquidem rursus apparuit potissimum dictæ resolutionis fundamentum innixum præsentationi, quam Ubaldus à Maria Francisca vera, & legitima Patrona reportavit, in cujus sequelam proinde eidem debita est institutio, ut vulgata sunt jura, de quibus *in dec., quæ revidetur §. fortius vero.*

2 Hujusmodi autem qualitas Mariæ Franciscæ clarè convincitur ex instrumento fundationis, in quo cum juspatronatus reservatum fuerit favore descendentium utriusque sexus Pauli de Bartholuccis, utique ad illam spectare dignoscitur, eo ipso, quod ejus descendentia per gradus distinctos satis superque resultat ex fidibus Baptismatum, Instrumentorum enunciativis, Testium depositionibus, ac ex ipsa alterius Partis confessione, *Rota in Romana Beneficii 20. Martii 1699. §. Propterea coram R.mo Conchen., et in Sorana juris patronatus 27. Ianuarii §. Constat enim, et 10. Decembris 1710. in princ. cor. R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*, cum aliis in præcedenti decisione *§. Descendentia autem.*

3 Neque in concursu hujus præsentationis attendi potest altera Antonii de Bartholuccis, qui nominavit Sebastianum Franciscum filium sub obtentu, quod ex littera fundationis, fæminæ in defectum dumtaxat descendentium masculorum invitatæ fuerint ad d. juspatronatus, & per consequens præferenda veniat præsentatio à d. Antonio expleta. Quamvis enim obiectum subsistat in antecedenti respectu ad prælationem Masculorum, deficit tamen substantialiter in consequenti quoad probationem suæ descendentiæ à præfato

fato Paulo, quam nullo modo concludit, prout opus esset, *Lotter. de re benef. lib. 2. qu. 11. n. 94., & seqq.*, *Rota in Tuden. Parochialis de Reverteme 25. Junii 1708. §. Non sic coram R. P. D. meo Ansaldo*, 7. *Decembris ejusdem anni §. fin. cor. me*, 12. *Martii 1709. §. Pariter cor. R. P. D. meo Polignac.*, & 17. *Junii labentis anni §. Nec obstat cor. R. P. D. meo Falconerio.*

Præsertim, quia res est cum d. Maria Francisca, quæ ut præmisimus, indubitanter descendit à Fundatore, quo casu adaugetur necessitas æqualiter designandi prædictam
4 descendentiam, cum in conflictu præsentationum factarum ab illis, qui de eadem familia sese esse contendunt, semper prævaleat illa, quæ expleta fuit à Patrono suam descendentiam per gradus distinctos comprobante in exclusionem alterius prætensi Patroni, à quo generice tantum, & æquivocè ad hunc effectum adducuntur probationes, *Card. de Luc. de jurepatr. disc. 27. sub n. 5.*, *Rota cor. Duran. dec. 8. n. 3.*, & *seqq.* cum concordan. adductis *in Marsicen. Cappellaniæ 4. Julii 1698. §. Non tamen cor. R. P. D. meo Ansaldo.*

Absque eo quod ad evitandum onus hujus probationis quidquam prodesse possit peculiaris lex fundationis, in qua cautum reperitur -- *quod Posteri, & descendentes de dicta familia de Bartholuccis descendentibus à dicto Paulo perpetuis futuris temporibus non teneantur probare eorum descendentiam, sed ipsis sufficiat, quod non constet de contrario, & hoc, cum reputentur de d. familia de Bartholuccis ad effectũ consequendi d. juspatronatus*, -- quasi quod ex vi, & efficacia dictorum verborum, immunis censeri debeat Antonius Bortholuccius à quacumque sollicitudine distinctè concludendi suam descendentiam à Paulo.

Quoniam ut præventivè respondit decisio
5 quæ confirmatur §. *Nec relevat*, hujusmodi animadversio locum sibi fortasse vindicare posset, vel quoties Ordinarius descendentiam alicujus de familia impugnaret ad vindicandam Beneficii libertatem. Tunc enim attenta prædicta dispositione Fundatoris omnino conformi censuræ Juris, leviores sufficerent descendentiæ probationes, ut præter authoritates in d. §. adductas, probant *Garz. de benef. p. 7. cap. 15. à nu. 28.*, *Card. de Luca de fideicomm. disc. 50. n. 17.*, *Rot.*
6 *cor. Buratt. dec. 260. n. 8.*, & 9., vel quando non versaremur inter plures, qui eandem descendentiæ qualitatem sibi arrogantes super prælatione in jure eidem annexo, ad invicem certarent, per ea, quæ præcisè ponderat *Rota cor. Rojas dec. 254. n. 16.*, & 17. & *in dicta Tuden. Parochialis de Reverteme 17. Junii proximi præteriti §. Et absque ullo cor. R. P. D. meo Falconerio.*

Diversimode tamen res se habet in hypo-
7 thesi, quia cum Maria Francisca distinctè suam originem à Fundatore concludat, absonum omnino foret asserere, quod idem Fundator ad ejus exclusionem admittere voluerit alium, qui simplici tantum cognomine sibi coniunctus esset, ex firmatis in d. præcedenti decisione §. *Nec relevat.*

Incalescit assumpti comprobatio, ex quo in omnibus sæpedicti instrumenti fundationis partibus constantissimè juspatronatus reservatum fuerit favore illorum, qui verè descenderent à Fundatore ibi -- *Quod Bene-*
8 *ficium sit de jurepatronatus d. Pauli, ejusque filiorum, & descendentium, & rursus quod illud semper spectet ad dictum Paulum, ejusque filios, & descendentes de dicta familia &c. descendentibus à d. Paulo perpetuis futuris temporibus &c.* -- perspicuè datur intelligi, quod in verbis superius recensitis nomen familiæ neutiquam usurpatum fuerit in tota, & universali sua latitudine, prout ponderãdo vim prædd. dictionũ, quæ tanquã personalissimæ ad oculum designant descendentiam à Fundatore, traduut *Parif. conf. 51. n. 5. lib. 2.*, *Riminald. jun. conf. 482. n. 52.*, & *seqq.*, *Gratian. disc. for. cap. 645. n. 5.*, *Rot. cor. Emer. jun. dec. 1180. n. primo*, & *seqq.*, & *dec. 174. n. 17.*, & *seqq. p. 11. rec.*, & *in Faventina jurispatr. 12. Maii 1710. §. Ast quidquid cor. R. P. D. meo Ansaldo.*

Agnita inevitabili necessitate concludenter demonstrandi prædictam descendentiam, de facto assumpsit Sebastianus Franciscus hujusmodi provinciam. Verum cum ipsemet
9 semel, atque iterum fassus fuerit probare non posse primum gradum (Bartholomei scilicet Proavi) à communi stipite, jam inde patet, quod tota descendentiæ machina collabescit, juxtà authoritates relatas in *dec. quæ revidetur §. Atque hinc.*

Quin defectus hujus primi gradus sanari & suppleri valeat ex depositionibus Testium, aliisque extrinsecis adminiculis, quæ ad hunc effectum hodiè adstruebantur. Etenim probatio concernens descendentiam
10 Bartholomei à Paulo unice residet in geminis Testibus de auditu, quorum alter insuper ad perpetuam examinatus, subinde se retractavit. Alii vero Testes toto Cælo remotissimi sunt, & prorsùs inefficaces dignoscuntur ad intenti comprobationem, quia solum in genere asserunt se audivisse, quod Juspatronatus spectet ad descendentes à dict. Bartholomeo, cui neque concludunt communem fuisse habitationem cum Bernardino Patre Mariæ Franciscæ. Atque ulterius eorum depositiones ab aliis Testibus in contrarium adductis confliсtantur, & confunduntur, in
11 quibus terminis deficiente principali præsidio fidei Baptismatis sæpedicti Bartholomæi, legitimum probationis gradum constituere non possunt, ut generalibus omissis, punctualiter ad rem probat *Rota in d. Tuden. Parochialis de Reverteme 25. Iunii 1708. §. Non sic dici poterat coram R. P. D. meo Ansaldo*, & 17. *Iunii 1712. d. §. Et quamvis cor. R. P. D. meo Falconerio.*

Non refragante replicatione, quod dd. Testium depositiones robustiores vires assu-
mant

mant ex quo versamur in antiquis , agitur de paupere familia ex parvo Oppido descendendente, quodque magis est prædicta Fides Baptismatis , & Matrimonii haberi non potest propter incendium,quo absumpti fuerunt libri Baptizzatorum , & Matrimoniorum , cum in his circumstantiis , quantum detrahit temporis , & casus iniuria , tantum supplere debeat Judicis religio ; Nam ultra
12 quod semper recurrit responsio , quod descendentia concludentissimè in hoc casu probari debet , animaverterunt DD. ex dicto incendio periisse libros , in quibus adnotata reperiebantur nomina Baptizzatorum,ac Matrimonia ab anno 1588. ; cum autem in facto constet , quod dictus Bartholomeus usque de anno 1580. filium suscepit , evidens sit ejusdem nativitatem , & contractum Matrimonii nullatenus adnotari potuisse in libris combustis, ut patet ad sensum, immò cum in aliis libris præcedentibus , quorum primus incipit ab ann 1564. inscripti apparent duo filii Pauli Theodorus nempe , & Jacobus , utique verisimiliter adnotatus fuisset etiam Bartholomæus , si ab eodem Paulo descenderet .

Constito ex his , quod præsentatio subsistere nequeat ex defectu probationis descendentię à Paulo , perperam duplici alio medio impugnabatur præsentatio Mariæ Franciscæ ; primo nempè, quod ipsa præsentare non poterat extraneum, cum etiam in Jurepatronatus passivo juxta legem fundationis præferri debeant illi de familia de Bartholuccis, altero vero , quod dicta præsentatio sit nulla , & attentata , utpote facta pendente lite .

Prima namque objecti pars facili negocio diluitur , ponderando Fundatorem æqua-
13 liter disposuisse tam de Jurepatronatus activo, quam de passivo, sicut enim voluit , quod præsentarent illi de sua familia ita demandavit , quod unus de dicta familia præsentaretur , si ergo Antonius non est in probatis ad hoc, ut possit præsentare , per consequens nec Sebastianus Franciscus ejus filius dici potest de familia Fundatoris ad effectum reportandi coactive præsentationem à Maria Francisca .

Itidemque cessat altera , quia cum certa
14 sit pertinentia Jurispatronatus favore sæpedictę Mariæ Franciscę , dubio procul cedente præsentationi primo loco obtentæ Dominico , ab ipsa nominari potuit intra legitimum tempus Ubaldus , qui jam erat in Causa, atque ideo cum dici nullo modo possit novus litigator,eidem obstare nequit censura *Text. in cap.* 1., *& 2. ut lit. penden. in* 6.

Cum itaque ex hucusque firmatis in tuto
15 posita sint Jura Ubaldi per dictam præsentationem à Maria Francisca reportatam , supervacaneum existimarunt DD. aggredi inspectionem ultimi status , qui pariter eidem assistit , ut refert præcedens decisio , solumque hodie hunc ponderarunt in confirmationem exclusionis Antonii , & Sebastiani
16 Francisci , quia si isti revera descenderent à Fundatore , non omisissent tunc temporis comparere , propriaque Jura deducere adversus illos de Martellis, præsertim cum præcesserint publica edicta quæ proinde in
17 parvo Oppido omnibus innotescere præsumuntur, *Rota dec.*295. *num.* 11., *& 12. p.* 10., *& in Hostunen. Beneficii* 10. *Decemb.* 1708. §. *Ad hujusmodì coram R. P. D. meo Crispo* .

Et ita utraque &c.

MELPHICTEN. BENEFICII.

Lunæ 5. *Decembris* 1712.

ARGUMENTUM.

Hæc Decisio est confirmatoria alterius emanatæ die 27. Junii hujusmet anni.

Beneficium semper dicitur Clericale, quoties fundator ad personæ industriam non respexerit , sique vocaverit Sacerdotem, semper ad Sacerdotem habitu est ejus dispositio extensibilis , adeoque , ut Sacerdotale dicatur necesse est, quod expresserit , se voluisse per Institutum actu celebrari ; Ex quibus , & ex toto dispositionis contextu status Beneficii desumitur , & non ex dictionibus Sacerdos , vel Presbyter , cum promiscuè secundum communem usum loquendi Clericus sub utraqua dictione comprehendatur .

SUMMARIUM.

1 *Fundator Cappellaniæ qui facultatem dedit celebrandi,vel per se,vel per alium in principio , medio, & fine suæ dispositionis , & non ad Industriam personæ respexit , semper dicitur Clericale , & non Sacerdotale Beneficium erigere voluisse .*

2 *Cappellaniæ tali methodo erectæ, semper sunt Clericales, itleque est sensus Rotæ , & Sacræ Congregationis Concilii, nisi per æquipollens Testatorem personæ industriam elexisse deduceretur .*

3 *Fundator si sanguine conjunctum primo vocasset , qui fuisset Clericus , hæc habilitas ad Sacerdotium extendi nequit ad vacationes futuras , si ad industriam personæ respexisset , si vero non , potuisset institui qui per alium celebrasset .*

4 *Beneficium fuisse Clericale eruitur ex quo in pluribus partibus Testamenti , Fundator per alium celebrandi facultatem tribuerit .*

5 *Facultas celebrandi per alium semper subintelligitur tributa , nisi expresse de contrario constet .*

6 *Talis facultas data à Fundatore ex causa legitimi impedimenti in instituto , diversa est ab illa , quæ de sui natura à dispositione descendit in terminis supra expressis .*

7 *Fundator etsi actu Sacerdotem nominasset , habito respectu ad totum dispositionis contextum , attamen nisi expresserit onus celebrandi per se ipsum , semper Clericus poterit institui , & vide rationem* n.9.

8 *Nomen Sacerdos , actu celebrantem denotat , ad differentiam nominis Presbyteri ,* sub

sub quo lato modo etiam Clerici comprehenduntur.

10 *Nomen Sacerdos, & Presbyter ex quo actu celebrantem, necnon etiam Clericum secundum communem usum loquendi promiscue denotare possit, ob id de stylo Rotæ ex hujusmodi dictionibus Fundatorum voluntates, non interpretantur, ad declarandum, quod potius Clericale, quam Sacerdotale Beneficium dicatur.*

11 *Facultas celebrandi per alium data à fundatore Cappellaniæ, denotat illam esse clericalem.*

12 *Amplia, etsi Fundator in omni suæ dispositionis parte verbum* Sacerdos *protulerit, quod potius Sacerdotem habitu, & non actu voluisse denotat.*

13 *Sacerdos habitu intelligitur, qui intra annum potest ad Sacerdotium promoveri.*

14 *Beneficium Parochiale, etsi requirat qualitatem Sacerdotalem actu, attamen satis est, quod intra annum Institutus ad Sacerdotium ascendat.*

15 *Beneficium, quod ab initio fundationis fuerit clericale, juxtà mentem Testatoris, multum defertur observantiæ detentæ in prima Institutione, & ultimo statu.*

16 *Gratia Apostolica obtenta ad ætatis defectum supplendum, observantiam non resecat, & vide in quibus terminis.*

17 *Dictio dubitativa* forsan, *in affirmativam, ut plurimum resolvitur.*

18 *Præsentatio nuda, & simpliciter Papæ in expeditione litterarum enarrata, nunquam fuisse alicui conditioni subjectam præsumitur.*

19 *Institutio facta cum onere celebrare faciendi, donec ad Sacerdotium pervenerit Institutus, nunquam facit beneficium esse Sacerdotale actu.*

20 *Actus equivoci ab ultimo statu, qui sit primo uniformis repelluntur, præsertim si lis sit inter provisos, & de litterarum Apostolicarum executione agatur.*

21 *Ordinarius scire debet qualitates beneficii, deque eis vigil esse.*

22 *Status ultimus est attendendus, tum si agatur de quasi possessione præsentandi, cum de beneficii qualitate.*

23 *Gratificatio concessa ab Episcopo sine sigillo, & subscriptione nil probat, præsertim ad excludendum Provisum Apostolicum.*

24 *Testes pendente lite expiscati ad talem comprobandam gratificationem non admittuntur.*

DECISIO DCCLIII.

MAturu DD. examini suppositis hodie viribus, ac fundamentis Decisionis coram Me editæ sub die 27. Junii mox labentis anni, in qua consentaneè ad præcedenter firmata coram Eminentissimo Card. Priolo, resolutum fuerat *præcedendum esse ad legitimam executionem litterarum Apostolicarum* super derogatione medietatis vocum, quas anteriores in data reportaverat Julius Gadaleta coæqualiter præsentatus ad controversum Beneficium cum Joanne Laurentio de Lupis, compertum extitit, illa undequaque subsistere, & per consequens *novo confirmationis robore presistendo in decisis communienda esse existimarunt.*

Totum enim hujus Causæ momentum cum unicè resideat in eo, an Cappellania de qua est quæstio sit Sacerdotalis actu, vel potius Clericalis, quod solum pendet ab indagine voluntatis Fundatoris, non ex simplici verborum cortice, sed ex toto dispositionis concontextu, ac spiritu eliciendæ *Card. de Luc. de Benef. disc.61. num.6., & de Jurepatron. disc.15. n.4., Rota coram Merlin. dec.825. num.13., & in Romana Cappellaniarum 20. Aprilis 1711. §. Tota namque coram Emo Priola.*

Sedulo propterea iterum ponderantes DD. dispositionem Fundatoris, qui primo loco in Beneficiatum designavit Gualterium Clericũ *cum onere celebrandi, vel celebrare faciendi Missas quinque in qualibet hebdomada, & casu quo Dotes Capellæ augerentur, augeri quoque voluit onus Missarum sub ea expressione -- quod ipse Beneficiatus Cappellanus teneatur celebrare, seu celebrare facere septies in hebdommada* - Ac demum post obitum ejusdem Gualterii demandavit -- *quod hæredes præsentare debeant aliquem Sacerdotem, si reperiatur de linea masculina Patris, & si non reperiatur, de linea fæminina Matris ipsius Testatoris, & si de dd. lineis non reperiatur aliquis Sacerdos, præsentetur qualiscumque idoneus sacerdos cum onere celebrandi supradictas Missas prædicto modo* -- Pro comperto habuerunt ex fa-

1 cultate celebrandi per se, vel alium constanter repetita in principio, medio, & fine prædictæ dispositionis voluntatem Fundatoris simpliciter directam fuisse ad finem celebrationis Missarum, non autem ad industriam celebrantis, & consequenter nullatenus requiritur qualitas Sacerdotalis, tamquam conditio necessaria ad actum celebrationis, quem per alium adimplere datum est *juxtà authoritates planè cumulatas, tam in decisione præcedentis instantiæ 26. Junii 1711. §. Cum enim, quam in altera quæ confirmatur §. Quin potius.*

Et sanè si ex juris censura hujusmodi Cap-
2 pellaniæ, & Beneficia, cum residentię onus non præseferant, Clericalia potius, quam Sacerdotalia pręsumuntur, si juxta communem Doctorum traditionem, oracula Sac. Congregationis Concilii, ac judicata nostri Tribunalis, nunquam per Fundatores electa censetur industria Cappellani, & Beneficiati, sed vnicè volita Missarum celebratio. nisi eisdem injunctum fuerit expressè, vel per æquipollens onus celebrandi per se ipsos, ad latè tradita in magistrali *decis. 825. coram Merlin.* cum concordan. adductis in vtraque decisione hujus Causæ locis mox citatis: Quonam pacto in hypothesi adstrui poterit qualitas Sacerdotalis actu, quàm Fundator semel, ac iterum per ex-

expressam facultatem celebrandi per alium
remisit,ut solidè arguendo prosequitur pri-
ma decisio dicto §. *Cum enim.*

Neque ad evitandam hujus assumpti vim,
& efficaciam quidquam prodesse potest ex-
3 ceptio, quod facultas celebrandi per alium
taxativè concessa fuerit Gualterio simplici
Clerico, quem ex peculiari affectione,fra-
ternaque sollicitudine præeligere voluit
Fundator. Quodque illa de jure subintel-
ligatur, & ideò inefficax reputari debeat
ad alterandam dispositionem Fundatoris,
cum commodè simul stare possit, quod vo-
luerit præcisè in Cappellanum deputari
actu Sacerdotem, & tamen iste non te-
neatur celebrare Missas iniunctas per se
ipsum.

Prima siquidem objecti pars in omnibus
4 Causę propositionibus repetita, satis super-
que eliminatur, ex quo dicta facultas in
pluribus Testamenti partibus expressa, per-
necesse referri debet ad omnes Cappella-
nos, ex ponderatis in decisione Eminentis-
simi Prioli §. *Nec dd. verba, & seq.*, & in
alia coram Me à §. *Non attenta replicatio-
ne*, cum quibus DD. ad effugiendam inuti-
lem repetitionem transierunt.

Altera verò pariter cessat, quia facultas
5 celebrandi per alium, quæ de jure subin-
tellecta censetur, & aliquando à Fundato-
ribus permissa est in casu legitimi impedi-
menti, ubi scilicèt per infirmitatem, vel
fortuitum aliquem casum Cappellanus per
se ipsum celebrare non valet, vt in *dec.*403.
*num.*3. *&* 4. *par.*12. *recent.*, *& in Rhegien.
Jurispatronatus* 16. *Januarii* 1708. §. *Ab-
sque eo quod coram Reuerendiss. D. meo
6 Decano*, nil commune habet cum illa,
quæ indefinitè in hypothesi expressa fuit à
Fundatore, quæque proindè supradictum
7 effectum operatur. Et quamvis, ut subal-
ternè opponebatur, contingere possit,quod
Fundator præcisè electionem Sacerdotis
actu demandet absq; onere celebrandi per
se ipsum, hoc tamen nihil concludit ad in-
tentum alterius Partis, quousque insimul
non probet talem fuisse Fundatoris volun-
tatem in præsenti casu.

Porrò hujusmodi oneri neutiquam satis-
fit recurrendo ad postremas fundationis
partes, in quibus cautum extitit: *Quod hæ-
redes præsentare debeant Sacerdotem si re-
periatur de linea &c.*, *& si de dictis lineis
non reperiatur aliquis Sacerdos, presentetur
qualiscumque idoneus Sacerdos*, unde in-
fertur, quod qualitas adiecta verbo, verifi-
cari omninò debeat de tempore verbi, &
sic in actu præsentationis, præsertìm quià
iteratè etiam cum expressione idoneitatis
8 vsurpatum fuit dictum nomen *Sacerdos*,
quod juxtà germanam, & propriam indo-
lem, qualitatem Sacerdotalem actu desi-
gnat ad differentiam alterius nominis, *Pre-
sbyter*, sub cujus magis ampla, ac latè paten-
tique significatione comprehendi etiam
possunt simplices Clerici.

Etenim, quamvis in abstracto absolutum
9 videatur principium, qualitatem adjun-
ctam verbo, intelligendam esse de tempo-
re verbi, attamen in concreto casus nostri
inapplicabile prorsus dignoscitur, quia de-
stitutum apparet substantiali præsidio per-
sonalis adimplementi, seù oneris celebran-
di per se ipsum, quod pariter ad hunc effe-
ctum eidem verbo adnecti debet, *Rota co-
ram Merlin, dicta decis.* 825. *num.*5., *& in
dicta Romana Cappellaniarum* 20. *Aprilis*
1711. §. *Quæ omnia cum seqq. coram Emi-
nentiss. Priolo.*

10 Prout etiam, licèt nomen *Sacerdos* strictè
sumptum, adeò latam non patiatur extẽsio-
nem, qualem præsefert nomen *Presbyter*,
juxtà cumulata per *Lotter de re benef. lib.*2.
*quæst.*47. *à num.*52. *cum plurib. seqq.*, *Card.
de Luca de benef. discurs.* 96. *num.* 12., *&
seqq.* Nihilominùs secundum communem
loquendi usum, promiscuè utrumque pas-
sim usurpatur, adeout, cum uterque ter-
minus sit æquivocus, jure meritoque DD,
& Tribunalia, neque ex illo, neque ex isto
certam unquam, ac determinatam regulam
desumi posse censueverint pro investigan-
da Fundatorum voluntate, quemadmodum
protestata est *Rota in decis.*312. *num.*2. *cor.
Emer. jun.* & ideò etiam in casu, quo prę-
cisè demandatum fuerat, *ut eligeretur, seu
præsentaretur Sacerdos*, receptum habe-
mus, Cappellaniam habitam non fuisse pro
Sacerdotali actu *Pignat. consult.*2. *num* 6.,
*& seq. tom.*7. *Card. de Luca de Benef. dicto
disc.*96. *num.*16. *Rota coram Priol. dec* 41.
*num.*13. *&* 14. *repetit. in recent. decis.*184.
*par.*12. *& in Ortonen. Beneficii* 23. *Martii*
1708. §. *Parum relevante coram R. P. D.
meo Scotto Almæ Vrbis Gubernatore, &*
10. *Junii* 1709. §. *final. coram R.P.D. meo
Polignac, & in Melevitana Beneficiorum*
16 *Junii* 1710. §. *Frustra coram R. P. D.
meo Falconerio*

Graviusque urgent in præsenti recensitæ
authoritates, ponderando, quod in earum
themate ultra expręssionem Sacerdotis ap-
11 positum fuerat præcisum onus celebrandi,
quod hìc illatìm modificatum extitit per dd.
verba: *Modo prędicto, nempè per alium*, qua
modificatione attenta, tanto magis Cappel-
laniam dici non posse Sacerdotalem præci-
sè consuluit *Fab. de Anna cons.* 22. *per tot*,
& censuit Sac. Congregatio Concilii *in Ti-
12 burtina Cappellaniæ* 9. *Decembris* 1690.;
non obstante, quod tota dispositio in omni
sui parte concepta esset sub expręssione *Sa-
cerdotis*, undè inferebant DD., Fundatorem
in omnem casum respexisse dumtaxat ad
qualitatem Sacerdotalem habitu, non autem
13 actu. Propterea que cum Julius sit in ea
ætate constitutus, ut intrà annum ad Sa-
cerdotium promoveri possit, utique in eo
adimpleta remanet mens Fundatoris, *Ro-
land. à Vall. cons.*47. *num.*59 *lib.*1. *Roman.
cons.*335. *num.*1. *&* a *Gonzal. ad reg.*8. *Can-
cell. gloss.*5. *num.* 104. *Vivian. de Jurepatr.
lib.*6.

*lib.6. cap.6. n.26., Rota cor. Emer. jun. decis.*212. *num.* 11.

Quemadmodum in longè fortioribus
14 terminis assecutionis Parochialis, etsi indispensabiliter requiratur, ut provisus sit Sacerdos, attamen sufficit concursus hujus qualitatis habitu, quę commodè intra annum ad actum perduci valeat, ad *Text. in cap.cum ex eo de elect. & cap.si is ad quem de instit.in* 6., *Vivian.ubi sup. n.*29.

Irritò demum labore in medium rursùs afferri visa est decantata revisio, & correctio supradictę fundationis facta per Lambertinum, juxta cujus sententiam Cappellania dicitur Sacerdotalis ex simplici onere Missarii injuncto Sacerdoti, seu Presbytero, nam in confirmationem rationum, quas adversus hujusmodi circumstantiam perpendit pręcedens decisio §. *Nihil tandem, & seqq*, animadversum fuit, quod dicta correctio expleta extitit post obitum Fundatoris ad instantiam hæredum, & proindè eo fortiùs substantia, & qualitates fundationis petendę sunt à Fundatore non autem à sensu correctoris, ut de se patet.

Cum itaq; ex clara fundatoris dispositione
15 omninò conformi cum dispositione Juris, immota subsistat exclusio qualitatis Sacerdotalis, in evidentiam transire videbatur assumptum, coliimiantibus in id ipsum, tùm observantia immediatè proxima dictę fundationi, tum etiam remota ultimum statum constituente. Proxima quidem continuata apparet per plures status, nam primo loco (ut dictum est) ab ipsomet Fundatore nominatus fuit Gusiterius simplex Clericus, & post ipsum pręsentationem, & possessionem reportavit Clericus Ferrantes, qui ulterius eandem Cappellaniam retinuit usq; ad obitum in statu Clericali, quemadmodum in sequenti provisione testatus est Ordinarius.

16 Hinc non refragatur, quod subinde per dictum Ferrantem obtenta fuerit Gratia Apostolica dispensationis super defectu ætatis,& derogatione fundationis,quia cum jam praecessisset possessio Beneficii in vim præsentationis, gratia revalidatoria, utpotè ad cauthelam reportata, nhil prorsùs detrahit observantiæ ex dicto actu pręambulo resultanti *Rota decis.*105. *num.*4. & 5. & *decis.*110. *num.* 14. *par.* 19. *recen.* cum concordantibus in decisione, quæ confirmatur §. *Atque hæc*.

Quod autem Ferrantes nactus fuerit possessionem Beneficii vigore præsentationis, seu pręcedentis gratię pro pręsentato, perperam hodiè impugnatur, postquam in pręteritis causæ propositionibus ingenuè admissa fuit hæc veritas, quę insuper resultat etiam ex ipsamet secunda supplicatione, ibi: *institui obtinuit possessione forsan subsecuta*: quę verba pręseferunt confessionem jam captę possessionis, quamvis concepta
17 fuerint cum dicta dictione dubitativa, *forsan*, quià hęc non rarò in affirmativam resolvitur *Gloss.in cap.*2. *in verb.fortè de Testam., Jas.in leg. si ex falsis num.*5.*Cod. de transact. Card. Tusch. pract. conclus. tit.* 2. *litt.D. conclus.* 281. *n.*6. *Rota decis.*6. *n.*15. *par.*6. *recen.*

Pręterea frustrà recurritur ad possibilitatem, quod Ferrantes pręsentari poterit sub conditione dispensationis, hoc namque con-
18 cludenter probandum esset. Maximè quià in dicta supplicatione enunciata fuit simplex pręsentatio, quę si revera fuisset conditionata, utique Ferrantes Summo Pontifici id exprimere non omisisset, prout tenebatur *Rota in d.Rhegien.Jurispatronatus* 16. *Januarii* 1708. §. *Comperto coram Reverendiss.D.meo Decano.*

Incontrovertibiliter pariter' est tertius status emergens ex provisione Clerici Gratiani. Exceptio enim dispensationis ab Ordinario reportatæ, in omnibus causę propositionibus semper opposita, semperque rejecta, ut videre est in prima decisione §.*Nec talit*, & in altera §. *Tertia pariter*, neque in pręsenti ullo modo; justificabatur: Imò verba institutionis ad hunc effectum
19 adducta, ibi: *Cum onere celebrare faciendi Missas, donec ad ordinationem pervenerit Sacerdotalem*, ad hominem retorquentur, ex quo dant intelligere Beneficium minimè reputatum fuisse pro Sacerdotali actu, nam aliàs conferri non potuisset, nisi concurrente de tempore pręsentationis hujusmodi qualitate, ut probant authoritates in sępèdicta mea decisione §.*Ultra quod* cumulatę.

Subsequebantur alii status abundè ponderati in utraque decisione, quorum proindè examen iterum improbo labore assumere DD. superfluum censuerunt, cùm ex ibidem deductis partim pręcisam qualitatem
20 Sacerdotalem non concludant, partìm æquivoci detegantur, dum per accidens in actu Sacerdotibus verificantur, & uno verbo omnes absorbentur ab ultimo statu, qui firmiter stat pro qualitate Clericali, cumq; uniformiter concordet cum primis statibus fundationi proximis, & ulterius suffultus appareat assistentia, & pręsidio fundationis, nihil ultrà quærendum est in hoc judicio executionis litterarum Apostolicarum inter provisos, ut optimè probat prima Decisio à §.*At si adhuc, & seq.*,& latè tradit secunda decis.§.*Verùm omissis cum pluribus seqq.*

Nec illius vis eliditur ex supposita pupillari ętate Patronarum, aut subsecuta transactione inter istas, & Provisum; ætas namque pupillaris non probatur, neque proba-
21 ta ad intentum relevaret, quia ad Ordinarii vigilantiam, & sollicitudinem spectat inquirere super qualitate Beneficiorum, *cap. Ordinarii de offic. ordin. in* 6. *Rota coram Bich.decis.*280. *num.*30. & *decis.* 285. *n.* 9., & *in recen.* 233. *num.*2. *par.* 1. Concordia autem utpote inita super alimentis Patrono debitis, nullam habet connexionem cum provisione Beneficii, nec ab una ad aliam inferre

inferre licet vulgata *leg. Papinianus ff. de Minor!*

Minùs obstat, quod regula dicti ultimi status applicabilis non sit præsenti hypo-
22 thesi, in qua non agitur de quasi possessione præsentandi; etenim non solum in ista, sed etiam ubi agitur de qualitate Beneficii ultimus status attendi debet, *Rota in Mediolanen. Cappellaniæ* 20. *Februarii* 1690. §. *Atque hinc cor. Me, in Hypporegien. Beneficii* 11. *Februarii* 1704. §. *Et sanè coram bon. me. Muto, & in dicta Romana Cappellaniarum* 20. *Aprilis* 1711. §. *final. coram Eminentiss. Priolo.*

Cæterum aliæ exceptiones satis sublatæ apparent in præcedentibus Decisionibus, ad quas DD remissivè se habuerunt, respectu etiam ad postremum fundamentum gratificationis, quià cum hæc (ut ponderant dd. decisiones) notabiliter peccet in forma, ex quo non docetur servatam fuisse telam judiciariam, & ultimus careat substantialibus solemnitatibus, sigillo nempe Episcopi, & sub-
23 scriptione Testium, nullo modo purgari potest suspicio antidatæ in præjudicium Provisi Apostolici, nec ex quo idem Episcopus decesserit absque ulla declaratione
24 pro exoneratione conscientiæ, nec ex pluribus attestationibus pendente lite expiscatis, quemadmodum in fortioribus terminis respondit *Rota in Monasterien. Decanatus* 28. *Junii* 1709. §. *Quin attendi, &* 3. *Junii* 1711. §. *Frustra usque in fine coram R. P. D. meo Crispo.*

Et ità utraque &c

SYRACUSANA DONATIONIS.

Veneris. 9. *Decembris* 1712.

ARGUMENTUM.

Quilibet post conditum Testamentum inter vivos donare potest, licet de illius revocatione in dicta donatione mentionem non faciat.

Ad infirmandam donationem ex capite dementiæ, qua donans affici dicebatur, est concludentissimè probanda persistentia in tali statu de tempore præciso dispositionis; etiam si mille testes super dementia adducerentur.

Et ex quibus reconvalescentia probetur.

SUMMARIUM.

1 *Donatio universalis inter vivos destruit quodcumque Testamentum precedentèr conditum.*
2 *Amplia, si expressè donatio de revocatione Testamenti loquatur.*
3 *Testamentum, sicuti sola morte confirmatur, ideo nisi posset Testator ex post inter vivos donare, talis donatio cum eodem Testamento esset incompatibilis.*
4 *Dementia adimit facultatem disponendi de rebus propriis.*
5 *Demens, ut de sua re disponere nequeat, probandum est in dementia tempore præcisò dispositionis permansisse.*
6 *Mentis perpetua alienatio, quæ velle, & nolle dementem spoliavit, semper continuasse in ipso præsumitur, & onus sanitatem probandi de tempore dispositionis inest illi, qui eandem reconvalescentiam allegat.*
7 *Umor maleuconicus hominem furiosum non facit, quo casu dispositionem impugnanti inest onus probandi dementiam in actu dispositionis continuasse.*
8 *Dementes in isto statu contrahere non prohibentur, & de re propria disponere.*
9 *Dementia ante dispositionem, & post illam probata, etiam de tempore medio adfuisse præsumitur.*
10 *Præsumptio cedit veritati.*
11 *Ex quibus dementis reconvalescentia probetur.*
12 *Demens sanatus præsumitur, si fuerit ab Episcopo ad sacra peragenda habilitatus.*
13 *Amplia, si fuerit in Judicem electus.*
14 *Sub amplia, si adducantur Testes exceptione majores, & Medici fides super reconvalescentia.*
15 *In ea probanda de tempore proximo dispositioni à demente factæ, multum Episcopi attestationi defertur, & rationem collige* in num. sequenti.
16 *Episcopus debet esse sollicitus de qualitatibus illorum, qui Sacra peragere debent.*
17 *Preordinatio seria facta à demente ante dispositionem ad illius bonum regimen tendens, evidens reconvalescientiæ signum tribuit, & in quo ista præordinatio consistat.*
18 *Dispositio facta à tali homine coram Notario, & Ministris publicis, semper in statu sanitatis peracta præsumitur; maximè, si ad pias causas dispositio tendat.*
19 *Mille Testes super dementia in genere adducti, nisi tempus dispositionis præcisum percutiant, omninò reiiciuntur, & rationem collige* in numero sequenti.
20 *Sanitas mentis secundum naturam, & naturalis luminis carentia est contrà illam.*
21 *Ex quo demens disposuerit de bonis, quibus in dementiæ statu fuit spoliatus, ejus persistentia in illa non probatur,* & rationevide.
22 *Remotio Curatoris ei deputati necessaria non est ad excludendam reconvalescientiam quæ probetur superventa.*

DECISIO DCCLIV.

Licet Abbas Vincentius de Omodeis anno 1694. Testamentum condidisset, in quo suum scripserat hæredem Ven. Monasterium Immaculatæ Conceptionis Syracusarum, tamen recogitans corde, & memoria repetens, quod anteactis temporibus in dicta Civitate aderat Conservatorium pro recipiendis Puellis utroque Parente orbatis, cujus nulla ferme vestigia supererat, Sanctius opus se facturum fore putavit, si in illo instaurando, seu de novo erigendo proprium, ac universum Patrimonium impenderet.

Ad hunc igitur effectum Instrumentum universalis inter vivos donationis confecit anno 1700. 2. Julii, quibus diversis dispositionibus de tempore ejus obitus repertis, lis-

inter heredem, & Donatarium orta fuit, quam A. C. favore hæredis definivit, transivitque sententia in Judicatum, sed postquam ad nostrum Tribunal quæstio in gradu restitutionis in integrum delata fuit, pro Donatario Victoria stetit, nam per me proposito dubio -- *An constet de re judicata, seu potius de Causis restitutionis in integrum, itaut sit danda immissio* -- DD. responderunt -- *Constare de Causis, & dandam esse Immissionem Conservatorio erigendo*.

Nulla siquidem fuit difficultas circa con-
1 clusionem in abstracto, quod nempe donatio universalis inter Vivos facta, adimat quidquid relictum fuit in præcedenti Testamento, *ad Text. in l. Patrem ff. de alim leg. seg. rem legatam* 18. *ff. de adim legatis, Man. de conject. lib.* 12 *tit.* 2. *n.* 36. *vers. & ex hoc deducitur*, *& tit.* 6. *nu.* 12. *vers. undè si res legata Cyriacus controv.* 118. *num.* 1. *Card. de Luc. de testam. disc.* 66. *num.* 6. maxime quoties, ut
2 hic verificatur in Instrumento donationis expressa leguitur testamenti revocatio, quod
3 sicuti sola morte Testatoris confirmatur, ita impedire non poterat Vincentium, quin ad actum donationis universalis inter vivos cum eodem incompatibilem deveniret, & consequenter illius vigore Immissio esset concedenda Donatario, *Bart. in l. Creditores nu.* 19. *Cod. de pignor. Menoch. de adipisc. remed.* 5. *nu.* 140. *Rot. dec.* 184. *num.* 12. *par.* 18. *rec.*

Totum igitur causæ momentum in eo residere dignoverunt DD., an videlicet in concreto casus, de quo agitur prædicta locum sibi vindicare possent propter dementiam, qua Vincentium post Testamentum laborasse, pro parte Ven. Monasterii asserebatur, ob
4 quam illi nova dispositio suorum bonorum esset interdicta, ut sunt litterales *Text. in §. Item furiosi instit. tit. quib. non sit premiss. facere Testam, & in §. furiosi de curat. l. in adversa ff. de Testam. l. Senium cod. qui tefac. poss., & tot. tit. ff. de curat furios. dand.*
5 sed diligenti assumpto examine super allegata dementia, visum fuit, hanc de tempore præciso donationis, minime adfuisse, prout requiritur ad annullandum actum, non obstante, quod adducantur probationes alia tēpora percutientes, *R. P. D meus Ausald. dec.* 44. *n.* 17., *& in numeris cumulat. Rot. in Albanen. donationis* 9. *Martii* 1711. *§. Hæc autem cor. R. P. D. meo Aldrovrando, quę fuit confirmata* 11 *Jan.* 1712. *cor. Emo Priolo.*

Et fanè retenta distinctione Dementię latè deducta in Colonien. Canonic. & Ferculi 20. Aprilis 1711. §. Et quamvis cor. R. P. D. meo
6 Falconerio, haud quaquam probatur Vincentium incidisse in perpetuam mentis alienationem, adeout suo velle, ac nolle privatus remanserit, quo solo casu præsumptio viget pro illius continuatione, & onus probandi sanam mentē de tempore actus expleti incumbit ei, qui actum uti legitimum defendit, ac propterea resultabat terminos questionis hodiernæ respicere dumtaxat, vel amentiā positam in furore cum judiciis reversivis ad pristinum naturalem statum, vel aliam derivantem ab humore malenconico, quæ fa-
7 cit, & non facit hominem furiosum, sicque necessitas illam plenè, & concludenter probandi de tempore præciso donationis spectare dignoscebatur ad Monasterium, ex quo Dementes juxta hos postremos casus
8 nullatenus prohibentur contrahere, atque ad libitum de rebus suis disponere, ad *Text. in l. furiosum* 9. *cod. qui testam. fac. poss. & tradunt Mans. consult.* 29. *nu.* 32., *aliique congesti in d. Colonien. §. Et quamvis vers. in secunda.*

Quam utique probationem deficere existimarunt DD., etiam si allata fuerint documenta, quibus convincebatur Vincentium, & ante, & post donationem Dementia la-
9 borasse. Quoniam, quidquid sit ex antecedenti, & subsequenti dementia, præsumi debeat illam adesse etiam de tempore medio; hoc unum certum est, quod accedentibus argumentis reconvalescentiæ, exclusa remanet fatuitas, nec unquam præsumptio capax est
10 veritatem obumbrare, ad vulgatum *Text. in cap. affert. de præsumpt.*

Reconvalescentia etenim desumitur ex pluribus, & quidem validissimis Facti circumstantiis elicitis ex actibus de tempore proximo donationis & in eodem anno, de positione quoque qualificatorum Testium cor-
11 roboratis. Primo siquidem habetur, Vincentium post reditum ad patriam fuisse ab Ordinario admissum ad celebrandum incruentum Missæ sacrificium, tum privatim, tum solemniter in Ecclesia Cathedrali, cujus erat Canonicus, nec non in Ecclesia S. Augustini, qui actus celebrationis procul dubio eidem permissus non extitisset, si in fatuitate, & amentia perseverasset, juxta disposita *in Can. Maritum dist* 33., ac tradita per DD., & signanter per *Bonacc. de irregularit. disput.* 7. *quæst.* 2. *num.* 23. *Filucc. oper. moral. tom.* 1. *disput.* 15. *cap.* 7. *nu.* 187., *Suarez. tom.* 5. *disput.* 51. *Sect.* 1. *num.* 5., & exinde non levis promanat sanæ mentis conjectura per ea, quæ in debilioribus terminis solius confessionis sacramentalis firmavit *Rota coram Duran. dec.* 178. *num.* 14., *& cor. Celso dec.* 166. *num.* 17., *& in d. Albanen. Donationis* 9. *Martii* 1711. *§. Absque eo quod cor. R. P. D. meo Aldovrando.*

Ulterius Episcopus illi permisit confessio-
12 nes audire, Populo publicè in solemnioribus festivitatibus concionari, inter cæteros Canonicos Choro interesse, & divinam canere Psalmodiam, suffragium una cum aliis Canonicis ferre, fuitque etiam Vincentius adhibitus in concursibus ad Parochiales pro Exa-
13 minatore synodali, electus in suum Judicem conservatorem à PP. S. Augustini, à pluribus ad dirimendas lites in Judicem Compromissarium, pluraque alia gravissima negotia explere non destitit. Quamobrem magis magisque putarunt DD. nullatenus esse de sana mente, & reconvalescentia hæsitandum

dum, *Mans. allegat. consult.* 26 *num.* 28., *Rota cor. Merlin. dec.* 772. *n.* 10., *& in sepedicta Albanen. donationis citato* §. *Absq. eo quod.*

Circa hanc sanitatem mentis deponunt pa-
14 riter sex testes, qui cum illo magnam ne-
cessitudinem, ac familiaritatem habebant,
Rota in nullius, seù Sublacen. donationis
26. *Junii* 1711. §. *Accedunt cor. me*, de-
ponunt primarii Medici Civitatis Syracusa-
næ, qui postquam de mandato Episcopi tres-
decim continuis diebus explorarunt men-
tem, ac judicium Vincentii, illum sanæ men-
tis, ac sui compotem declararunt, *Mans.
consult.* 29. *n.* 15., *& seqq.*, *Rota coram
Mantic. dec.* 60. *n. primo*, *& dec.* 107. *nu-
mero* 6., *& seq. p.* 2. *divers.*

Prædictis adstipulatur amplissimum testi-
monium ejusdem Episcopi non oscitanter,
15 sed præviis pluribus congressibus cum Vin-
centio habitis exaratum, & quidem tempo-
re valde proximo donationi, scilicet sub die
19. Aprilis 1700., quo testatur illum esse
perfectissimę memoriæ, & intellectus, ap-
tumque non solum ad se ipsū gubernandum,
verum etiam ad alia magni momenti negotia
peragenda, cui sanè attestationi quammaxi-
mè est deferendum, cum eidem ratione
16 officii incumbat onus sollicitè, & accuratè
invigilandi super qualitatibus illorum, qui
functiones Ecclesiasticas, sacraque munia
peragere debent, *Rota dec.* 178. *n.* 14. *in fin.
cor. Duran.*

Additur etiam in comprobationem sanæ
17 mentis, quod Vincentius priusquam ad ac-
tum donationis deveniret, suam volunta-
ratem Senatori Salossia communicavit, ac
successivè minutam instrumenti proprio mar-
te, & caractere conscripsit, adiectis quam-
pluribus conditionibus pro Gubernio Con-
servatorii proficuis, adeout ex hac indubi-
sata præordinatione, & tam bene ordinata
dispositione summam prudentiam præsefe-
rente, vera, stabilis, nec non sana arguatur
mens in donante, *Mans. d. consult.* 29. *n.* 54.
& seqq., *Rota cor. Cerro dec.* 127. *n.* 24.,
& 25., *& in nullius, seu Sublacen. dona-
tionis* 26. *Junii* 1711. §. *Tum etiam quia co-
ram me.*

Quibus si jungatur animadversio haud esse
18 nempe credibile, quod testes qualificati,
una cum Notario, & Cancellario Regio, co-
ram quibus fuit stipulatum instrumentum,
admittere voluerint amentem, rationisque
expertem ad contrahendū, *Rot. in Romana,
seu Fanen. donationis* 12. *Junii* 1693. §. *Quar-
to reflectendo cor. Rmo D. meo Decano*.
Ac potissimum quia agebatur de loco Pio
erigendo, circa quod nulla poterat consi-
derari affectio, *Rota dec.* 52. *n.* 25. *post Al-
bit. de incostan. in judic.*, augebatur pro-
fecto vis ad comprobandam sanam mentem
Vincentii.

Adeout ex his omnibus DD. attendere
19 noluerint testes in contrarium adductos,
quippequia etiamsi mille darentur testimo-
nia super dementia, nunquam tamen præ-
valere possent tot argumentis, & probatio-
nibus sanitatem convincentibus, ut dictum
fuit *in prædicta Albanen. donationis* 9. *Mar-
tii* 1711. §. *Absque eo quod cor. R. P. D.
meo Aldrovanda*, præsertim cum non per-
cutiant tempus donationis; agitur enim de
20 probanda mentis sanitate, quę est secundum
naturam; e contra vero desipere, & ratio-
ne carere, naturali hominum statui omnino
repugnat, *Rot. dec.* 52. *n.* 16. *post Albit. de
inconstin. judic.*, *& in d. Albanen. donatio-
nis* §. *Hæc autem*.

Multoque minus tandem obstitit, quod
21 Vincentius in donatione quædam bona des-
scripserit, quæ jam fuerant deliberata, quod-
que constet de mense Junii 1700. ipsum fuis-
se sub Curatore. Quoniam bona describere
potuit ob ignorantiam, ex quo deliberatio
evenerat de anno 1698., quo tempòre insa-
nus erat, sicuti etiam potuit ignorare sibi
tunc temporis datum fuisse Curatorem, cu-
jus deputatio in omnem casum attenta resi-
22 piscentia probata ex supra deductis, revoca-
tione non indigebat, *Rip. in L. is cujus bo-
nis nu.* 41. *vers. ego non discedo ff. de verb.
oblig.*, *Rota dec.* 293. *n.* 21., *& dec.* 294. *n.* 9.
p. 8. *rec.*

Et ita utraque &c.

ROMANA PECUNIARIA, SEU LOCORUM MONTIUM.

Lunę 12. *Decembris* 1712.

ARGUMENTUM.

Inventarium debet terminari intra duos menses à die obitus defuncti computandos. Ex quibus defectuosum dicatur, & ex quibus dolosè factum. Descriptio turmatim congesta, in confuso, & generica de rebus hæreditariis redolet de mala fide, & inventarium nullum omnino reddit. In hac materia, lex neque Pupillo, neque Mulieri, neque Minori, & demum nemini parcit.

SUMMARIUM.

1 *Inventarium, ut validum dicatur, citationem omnino requirit adversus Creditores, & interesse habentes pro die, loco, & hora certis ad interessendum ejus confectioni.*

2 *Inventarium dicitur defectuosum in substantialibus, si intimatio ultra decimam diem ab illius executione protrahatur, & n.* 6.

3 *Inventarium, ut sit validum, in quolibet actu citationem requirit adversus interesse habentes, ut fraudis suspicio removeatur.*

4 *Limitatur, si fiat coram Judice, quia ejus præsentia quamlibet suspicionem excludit.*

5 *Attestationi Notarii non defertur, si dicat citationem fuisse executam, si de ea in actis non constet.*

7 *Inventarium non afficit non intimatos, & ac si non fuisset factum quoad eos reputatur.*

8 *Inventarium à nullitate non liberatur, ex quo non potuerit citari interesse habens,*

qui è loco distaret, quoties in ipso domum habuisset apertam.

9 *Ignorantia partitarum descriptarum in libris existentibus penes eam allegantem non præsumitur.*

10 *Inventarium, ut validum dicatur, spatio duorum mensium terminandum est, qui à die obitus defuncti computantur.*

11 *Inventarium continens descriptionem rerū genericè sine individua specificatione, videlicet argenta sine pondere, tabulas pictas sine nota Authoris, & similia, dolosum dicitur, & tanquam defectuosum non attenditur.*

12 *Limitatur regula circa stabilia, & si per concludentissimas probationes fraus removeatur.*

13 *Bona fides Inventarii defectum non sanat.*

14. *Hęreditas præsumitur opulenta, & qui eam tenuem prætendit, tenetur probare.*

15 *Hęreditas & si tenuissima, attamen ab accurata descriptione omnium in ea repertorum non liberat.*

16 *Inventarii defectus ex Testium depositionibus pendente lite expiscatis, circa res, quæ non dicuntur repertę, nunquam suppletur.*

17 *Testes nullam specificam mentionem facientes de qualitate Auctorum circa Tabulas pictas, in hac parte defectum inventarii non sanant.*

18 *Inventarium dicitur dolosè factum, & defectuosum, nisi adsit descriptio librorum, quando defunctus ratione sui exercitii illos retinere debuisset.*

19 *Inventarium dicitur defectuosum, si reperiantur descriptæ Scripturæ in confuso, & in genere* -- Una Scauzia piena di scritture -- *videlicet*.

20 *Publicus negociator præsumitur in ejus hereditate deseruisse scripturas suæ hereditati proficuas, quæ distinctè, & non in confuso sunt describendę.*

21 *Libri defuncti probant pertinentiam crediti juxtà illius descriptionem.*

22 *Inventarium redditur defectuosum ex omissione descriptionis partitarum, quæ adfuisse in hæreditate aliunde probetur.*

23 *Hæredes non præsumuntur ignorare, ad quem pertinuerint negocia à defuncto exercita, maxime si adsint libri ea denotantes.*

24 *Amplia, si ad eorumdem librorum exhibitionem pulsati, gravatoriæ metu devenissent.*

25 *Bona fides ad Inventarii defectum sanandum non attenditur*, & inspice rationem.

26 *Lex in materia defectus Inventarii nemini parcit.*

DECISIO DCCLV.

IN conflictu duarum decisionum æditarum coram Rmo D. meo Molines Decano, in quarum altera revocata prius sententia præcedenter làta, responsum fuerat, *Inventarium hæreditatis q. Cęsaris Brozzoli confectum à fratribus de Leonettis hæredibus, nullo jure potuisse substineri ob plures, & quidem validissimos defectus tàm in forma, quàm in substantia*, In altera vero admissis omnibus juris propositionibus, *contrarium ex facto fuit decisum*, quippe quia tot, & tantæ excusationes fuerunt adductæ, *ut ex quadam æquitate illis idem inventarium suffragari potuisse* DD. responderint.

Hodie causa reproposita, & omnibus hinc
inde pensatis, *placuit DD. redire ad primo lo-
co decisa*. Etenim sive sermo habeatur de
nullitatibus ipsam formam, sivè aliis ipsam
substantiam respicientibus, nulla excusatio-
ne illas velari posse compertum fuit. Et sa-
1 nè maximus defectus circa formam adim-
plendam ille extitit, quod non fuerunt ci-
tati Legatarii, & Creditores pro die, hora,
& loco certis ad interessendum confectioni
Inventarii, prout requiritur, *ad text. in no-
vell. 1. §. Hinc nobis Auth. de hered., &
falcid., & in Auth. sed cum Testator C. ad
leg. falcid.*, & latè firmat *prima decis. §. 24.
cum seqq.*, quæ utique sanctio, sicuti sum-
ma ratione nititur fundata in eo legali, &
naturali principio citandi omnes, qui interes-
se habere possunt in actu explendo, *Ubertur. de citat. cap. 7. n. 350.*, *Rota decis. 258.
n. 2. p. 2. rec.*, ita rigorosius est observanda.

Non attenta excusatione, quod de prædicto citationis concursu resultet ex Matrice Inventarii, in qua habetur ad instantiam hæredum sub die 26. Novembris 1677. fuisse citatos Legatarios, & Creditores in Urbe pręsentes, prout etiam absentes per affixionem citationis ad Valvas, & ulterius ex eadem Matrice depræhenditur, novam fuisse factam intimationem Creditoribus, & Legatariis die 2. Decembris anni mox enunciati, qua ipsis met pro hora 16., & 20. cum decem diebus seqq. notificabatur perficiendum esse Inventarium Domo defuncti,

Quoniam quidquid sit de legalitate supra-
dictæ Matricis, nuperrimè tantum productę,
hoc unum pro certo habuerunt DD.,
2 quod intimatio expleta die 2. Decembris in
omne casum protrhal nō potetat ultra diem
12. d. mensis, itaut oculariter appareret, ci-
tationem necessariam defecisse, utpote quia
Inventarium terminatum fuit die 24. Junii,
vel loquendo etiam ad sensum illorum de
Leonettis die 24. Januarii, quando citra
3 difficultatem citatio intervenire debebat in
quolibet actu prosecutionis, ne interesse ha-
bentes ignorare possent quid circa inventa-
rium ab hæredibus ageretur, & omnis sus-
picio fraudis cessaret, ad differentiam alte-
rius casus, quando ageretur de Inventa-
4 rio confecto coram Judice, cuius præsentia
omnem suspicionem excludit, in quibus ter-
minis procedunt quorquot auctoritates alle-
gatæ fuerunt ad probandum, quod sufficiat
unica citatio à principio, ut distinguendo
casus responsum fuit per *Rot. in Romana
annuæ præstationis, & census super relevatione 15. Junii 1711. § Et profecto cor. Emo
Priolo, & in confirmatoria 27. Januari anni currentis §. non quidem cor. eodem.*

Nec

Nec ad evitandam hanc nullitatem satisfe-
5 cit attestatio Notarii asserentis, omnes sessiones suisse peractas prævia citatione diem, horam, & locum certum præseferente, quodque de tacto semper intervenerit alter ex Creditoribus citatis. Neutrum enim suppositum reggit in facto; premisso namque, quod Notario testanti citationem fuisse factam non creditur, nisi citatio reperiatur in actis registrata, ut firmat *prima dec.* §. 25., animadversum fuit, quod Notarius se refert simpliciter ad primã intimationem,
6 quæ ultra decem dies fusfragari non poterat, sicuti, quod ille creditor, qui comparuit, intervenit dumtaxat in prima sessione, cum in aliis à Notario non legatur descriptus, prout absque dubio factum fuisset.

Accedit, quod in dicta unica intimatione non fuerunt comprehensi nec Lucretia Paulina, nec Augustus filius Actores, unde
7 quoad ipsos Inventarium haberi debet, ac si non adesset, ut dictum fuit in *prima dec.* §. 28., *& in Romana annuæ præstationis, & census 15. Junij 1711.* §. *Præterquam quod*
8 *coram Emo Priolo*, absque eo quod prosit excusatio, quod Lucretia erat absens, tùm quia habebat in Urbe Domum apertam, quod sufficit, *Ubert. de citat. cap. 11. n. 361., Rota dec. 330. n. 5. p. 19 rec.*, tùm quia in omnem casum erat præsens Augustus, qui debuisset omninò intimari, dum creditum ad ipsum jure proprio spectabat.

Replicatio vero, quod fratres de Leonet-
9 tis non haberent notitiam crediti, cessat ex facto, quia pecuniæ depositatæ conversæ fuerant in pretium tot locorum montium, de quorum existentia satis apertè constabat ex libris per dd. fratres retenta, ut in simili advertitur in *d. Romana annuæ præstationis & census super relevatione 27. Januarii proxime præteriti* §. *Fortiorque cor. Emo Priolo*.

Non minoris momenti est tertius defectus
10 Inventarii, nam istud non fuit terminatum intra spatium sexaginta dierum à jure, & à reformatione Sa. mem. Pii IV., & Pauli V. præfinitum, quia Brozzolus obiit die 13. Novembris; Inventarium vero etiam ad placitum hæredum finem habuit solumodo die 24. Januarii, quæ sanè nullitas haudquaquam obumbrari potest, ex quo Inventarium nequeat dici perfectum extra terminum statutum, sumpto principio à prima sessione, cum hæc necessitas expiendi inventarium intra duos menses regulanda omnimodo sit à die obitus defuncti, quando ut hic res agebatur inter præsentes, ex firmatis in prima *decis.* §. 31. *in fin., & per Rot. in Ferrarien. Cambii 30. Januarii 1711.* §. *Nullitatem coram R. P. D. meo Scotto, & in d. Romana annuæ prestationis super relevatione 15. Junii 1711.* §. *Addito cor. Emo Priolo*.

Multo magis peccat in substantia Inventa-
11 rium, DD. siquidem agnoverunt fuisse descripta Armaria, & Dolia absque ulla mentione an essent plena, vel vacua, argenta, nec non vasa ænea, ramea, & ferrea sine adnotatione ponderis, paramenta oloserica sine mensura, jocalia sine specifica qualitate, magnitudine, ac numero, Tabulæ pictæ sine nomine Authoris, adeout turmatim, & inordinatè omnia fuerint connotata, ac proinde nimia apertus aditus supponendi unàm rem pro alia est patens nullitas descriptionis, *Rota in d. Romana annuæ præstationis, & census super relevatione 15. Junii 1711.* §. *Sed ultra cor. Emo Priolo, & in Romana, seu Florentina Census 6. Iunii proxime præteriti* §. *Tandem, &* §. *sequenti coram me*. Quidquid secus dici posset ubi age-
12 retur de bonis stabilibus, vel probaretur legitima consuetudo tales informes descriptiones faciendi, atque excluderetur qualibet suspicio doli, & fraudis, in quibus terminis nos non versamur, nam aliàs actum esset de legalitate Inventariorum, & remanerent fu-
13 persluę tot legum sanctiones, si sub prætextu bonæ fidei omnia forent convalidanda, ut in *prima dec.* §. 39.

14 Corruente allegata paupertate, & ferè decoctione defuncti, quæ causat verisimilitudinem exigui, ac tenuissimi Patrimonii, utpotè quia hæc non præsumitur, sed est ab alleganre concludenter probanda, maximè in præjudicium tertii, *Rota decis. 455. n. 4.*
15 *par. 19. recent.* ultraquamquod illud, etiamsi verificaretur, nunquam substulisset necessitatem distinctè describendi res omnes in hæreditate repertas, ut supra probatum fuit, quarum rerum existentia in genere satis abundè remanet comprobata ex ipsomet inordinato Inventario, qualitas verò saltem quoad Tabulas pictas ex ipsomet Testamento, in quo enunciantur plures Tabulæ Salvatoris Rosæ, & aliorum non infimæ notæ artificum.

16 Huiusmodi autem omissiones suppleri minimè posse ex depositionibus Testium alias adductis, & pendente lite expiscatis existimarunt DD.. Quandoquidem præfati Testes nihil deponunt de argentia, atque jocalibus, ut per consequens in hac parte omissio, siue inordinata descriptio defendi non valeat. Nihil concludunt quoad paramenta, & tabulas pictas, nam si habeatur respectus ad paramenta, de istis nec verbum quidem quoad quantitatem, & mensuram, ut advertit prima Decisio §. 46. Neque ullo modo attendendus unicus Testis, qui paramenta existentia penès hæredes asserit esse proportionata mansionibus à defuncto inhabitatis, ad vulgatum *Text. in cap. veniens 10. de Testibus*.

Si verò habeatur respectus ad Tabulas
17 pictas, nulla pariter sufficiens ex Testibus haberi potest notitia de illarum qualitate, cum non faciant specificam mentionem de authore, nec dicant an essent originales, vel copiæ, & si aliqui Testes fatentur eas pro majori parte esse Originales, tanto major fit culpa hæredum, qui talem circumstantiam exprimere neglexerunt, sibique in prejudicium aliorum fraudandi aditum reser-

servarunt contra ea, quæ à jure constabilita habentur, ex supra probatis.

18 Hic oon sistunt omissiones, itaut magis magisque de bona fide sit dubitandum, DD. etenim adverterunt non fuisse descriptos libros defuncti, quos citrà difficultatem penès hęredes extitisse dicendum est, ut probatur ex epistola alterius hęredis scripta R. P. D. Ottono, & tamen in hisce libris quinque noo parvę summæ credita adnotata legebantur.

Constitit etiam fuisse omissas plures partitas ferri traditas March. Muto, quas îidem 19 hæredes exegeruot, necnon fuisse confusè adnotatas scripturas sub hac expressione: *Una scanzia con diverse scritture*: Non obstante, quod inter illas adesse posseut aliquę proficuæ hęreditati propter pręsumpsionem vigentem in publico Campsore, & de facto justificatum fuit adfuisse inter illas apocam sc.30. debitorum ab Antonio Oliva, quæ non obstante, quod extitisset girasa favore Valentini, adhùc prævia judiciali instâtia exacta fuit à fratribus de Leonettis hęredibus. Quamobrem tanto magis augebatur necessitas illam describendi in Inventario, prout etiam alteram apocam cambii sc.1500. contracti ab Alexandro Brugiotto.

Nequaquam obstante replicatione, quod ista respiceret commodum Comitis Ottoni, cujus favore defunctus bonam fidem recognoverat; Quandoquidem etiam si in dd. libris talis adnotatio habeatur, tamen in aperto fuit prędictam recognitionem, aut non extitisse expletam, aut nullum habuisse effectum, quia longè post ipsam adnotationem Brozzolus uti Principalis medietatem cambii exegit à Brugiotto, & pro reliquatu unacum fructibus decursis usque ad sui obitum descripsit debitorem! eundem absque ulla declaratione, quodque magis est iidem heredes à dicto Brugiotto exegerunt quidquid debebat Brozzolus ex prędicta causa, prout metu excommunicasionis fassus fuit idem debitor, itaut exindè cessare evidenter appareat quodcumque dubium super pertioentia cambii, quod ex 21 libris defuncti, & facto hęredum citrà difficultatem est hæreditarium, vt pooderat prima decisio §.52., & priùs recognoverat quoque *Rota in Romana Pecuniaria 9. Junii 1698. §. Cæterùm cum duobus seqq. cor. Rmo D. meo Molines Decano*, adversus quam, etiamsi pendeat revisio, nihilominus, quousque revocetur est supponenda, *Rota decis.80. num.5. par.19. recent.*

Succedebant tandem alię omissiones in 22 describendo nempè pecunias, quas ipsimet heredes saltèm in aliqua summa extasse fassi sunt in epistola scripta R.P.D. Ottono, & ulterius in connotando conspicuum capitale, quod Brozzolus cum participatione lucri implicaverat in negotio ferri per Lucatellum exercito, ut in prima decisione 23 §.53. Parvipensa excusatione, quod heredes ignorarent pertinuisse dictum negotium ad Brozzolum, quoniam scientia in hęredibus emicabat tum ex partitis libri penès ipsos existentis, tum ex epistola per Lazzarum Leonettum transmissa suprad. R.P.D. Ottono, ex qua profectò inficias iri nequit scientiam circa interesse Brozzoli resultare, tum denique ex quo Leonetti erant nepotes, & Procuratores defuncti in hoc negotio, & de illius effectibus disposuerunt, consignando eidem Ottooo ferrum in considerabili quantitate pro excomputando suo credito erga hęreditatem, & propterea nulla tergiversatione scientiam valent impugnare.

Et super additio istius negotii facta in Inventario per hæredes de anno 1698. nihil refert ad ioteutum, non solùm quia facta fuit, dum in discussione causæ agitatæ cum prædicto R. P. D. Ottono detecta extitis comparticipatio, quam Brozzolus habebat in negotio, ex animadversis iu prima decisione §. 55. Verùm etiam quia nulla legitur specificatio status, oulla mentio nominum debitorum, sed fuit de more expleta in confuso, quando procul dubio ex supra deductis de statu oegotii, illi de Leonettis plenissimè conscii erant, & consequenter à primo usque 24 ad ultimum, juncta animadversione, quod illi sine gravatoria post innuoiera subterfugia noluerunt libros hæreditarios exhibere, inane reddebatur diffugium à bona fide desumptum, dùm illa in tot, tantisque defecti-25 bus nimis erat inverisimilis, ac tanto minus admittenda in hac materia, ubi leges ad obviandum fraudibus, & aliorum indemnitati consulendum, ità rigorosè procedunt, ut 26 neque sexui, neque ætati parcere permittant, ut aliis allegatis dictum fuit in *Romana, seù Florentina Census 6. Iunii 1712. §. Hinc nihil coram Me.*

Et ita utraque &c.

ROMANA PECUNIARIA, SEU LOCORUM MONTIUM, SUPER CAUTHELA ANGELI.

Lune 12. Decembris 1712.

ARGUMENTUM.

Inventarii deficieotia, sicuti simplicis hæredis qualitatem inducit, ità, & à fortiori hæres Cauthelæ Angeli præsidio adversus hæreditarios creditores se tueri nequit.

Maritus ad exigendas dotis pecunias sibi in quantitate constitutæ, Uxoris mandato non eget, cum jure dominii ad ipsum pertineant.

SUMMARIUM.

1 *Qualitas simplicis hæredis inducitur tàm ob non confectum Inventarium, quàm ob illgitimè factum ex causa jurium confusionis.*

2 *Redditio rationis de bonis hæreditariis sine Inventario fieri nequit, multoque minus allegari potest cauthela Angeli.*

3 *Non reddens rationem de bonis hæreditariis, etiam in propriis ad defuncti debita tenetur.*

4 Cau-

4 *Cauthela Angeli, ut reiiciatur satis est, ut titulus, cui illa nititur, sit turbidus,* & num.7.

5 *Dotis constitutio ex nudis capitulis à conjugibus subscriptis absque recognitione caracterum, Testiumque subscriptione non probatur.*

6 *Capitula simpliciter subscripta, etiam si fuisset in actis pluries producta, dotis solutionem non probant, nisi saltem eorum valor sit à Judice canonizatus.*

8 *Maritus, si exegerit pecunias Mulieris procuratorio nomine, nunquam dici potest, se in causam dotis easdem exegisse, cum tali casu, mandato non egeat;* & rationem habes in num.sequenti.

9 *Dos in quantitate constituta, jure dominii ad Virum pertinet.*

10 *Mulier in prejudicium Viri suam Dotem nequit alienare.*

11 *Alienatio facta à Muliere de re, cuius pretium ad Viri manus non pervenerit, nunquam talis distracta res dotalis præsumitur.*

12 *Quartum dotale dote non constituta, nec soluta, nunquam debetur.*

13 *Retentio prò debito soluto dari nequit, nisi effectivè de solutione constet.*

14 *Extinctio Cambii non præsumitur facta de pecuniis illius, qui de hoc extremo non docet.*

DECISIO DCCLV.

FUit hęc Causa proposita coram Reverendiss. D. meo Molines Decano sub die 9. Martii 1711., sed non resoluta, ex quo pro parte illorum de Leonettis non fuerant producta jura in actis ad justificandam allegatam ab Ipsis Angeli cauthelam, undè ad effectum removendi quemcumque dilationis prætextum, opus habuerunt DD. demandare, quod novo termino pręfixo jura producerentur, eoque elapso Causa proponeretur, in cujus rescripti sequelam productis juribus in pręsenti Audientia: Ego, tamquam subrogatus in locum Reverendiss. Decani, proposui examinandum dubium: *An obstet cauthela Angeli*: quod *negativè* extitit *resolutum*.

1 Supposita enim nullitate Inventarii, de qua in alia mea contemporanea decisione, facilè fuit DD. negativum responsum dare, excludendo competentiam allegatæ cauthelæ, quoniam hoc casu illi de Leonettis habendi sunt, atque habentur uti hęredes simplices propter confusionem jurium, & actionum, quæ indubitanter emergit non solùm quoties quis nullo confecto Inventario adit hæreditatem, verum etiam, quando, ut hic, minus legitimè illud confectum fuit, *Rota in Romana Cambii* 3. *Februarii* 1710. & in illius confirmatoria 17. *Aprilis* 1711. §. *Quoties coram Me*.

2 Ac per consequens ob impossibilitatem reddendi rationem de bonis hæreditariis, quæ fieri nequit absque legitimo Inventario, hæredes privantur beneficio allegandi vulgatam cauthelam Angeli, *Rota in Romana Cauthelę Angeli* 2. *Decemb.* 1701. §. *Ceterum cor. cl.m. Card. Caprara*, & nuperrimè in *Reatina reintegrationis super Cauthela Angeli* 3. *Junii* 1712. §. *Sed cessat cor. Me*,

3 & sunt quoque condemnandi ad persolvendum debita defuncti in propriis bonis, ut notæ sunt regulæ, adeout tanto potiori jure dubium quodcumque cessare debeat respectu bonorum defuncti, contra quæ in præsenti mandatum dirigitur.

Hæc superabundare visa sunt DD. pro rejectione expetiti remedii ab Angelo mutuati, verum hujusmodi rationum momentis etiam semotis, cauthelam propositam locum sibi vindicare non posse iidem existimarunt; consistit namque credita deducta adversus hæreditatem Cæsaris Brozzoli, & quæ ad tria tantum restringebantur esse irrelevan-

4 tia, quandò in hypothesi sufficeret illa non esse clara, atque indubitata, qualia ad hunc effectum requiruntur, *Rota in Anconitana Cauthelæ Angeli* 14. *Maii* 1706. §. *Discurrendo post med.* & §. *Ex quibus*, & *in* §. *fin*, *cor. R.mo D meo Decano*, & *in dicta Reatina reintegrationis* §. *Vterque cor. Me*.

Primum siquidem respicit residuum Dotis Magdalenæ Ferrinæ debitum, ut asseritur, ab hęreditate Cæsaris Brozzoli, quod illi de Leonettis Legatarii ejusdem Magdalenę in hoc residuo tantum sibi persolvendum exagerant, veruntamen ex pluribus huius cre-

5 diti insubsistentia deprehenditur. Non justificatur enim Dotis constitutio ex solis Capitulis matrimonialibus, quæ simpliciter subscripta à conjugibus, præter defectum recognitionis manus nullo Testium, vel signi numinine roborantur, ut in fortioribus terminis firmatum fuit in dicta *Reatina reintegrationis super Cauthela Angeli* §. *Turbidum*

6 *coram Me*; absque eo quod vires acquirere potuerint, ex quo pluries in actis fuerint producta, quià dum nunquam fuerunt in judicio canonizata, simplex illorum productio robur illi addere non valuit *Rota cor. sanct. mem. Alex. VIII. decis.* 255. *n.*9.

Nullibi constat insuper, Dotem fuisse exactam, & quantum, & quale sit illud residuum Dotis non restitutum, proindeque si legatum cadit dumtaxàt super hoc residuo, utique res est reducenda ad certitudinem

7 quantitatis, ut allegari possit cauthela, quę nunquam in turbiditate fundatur, ex punctualiter firmatis in *Romana Cauthelæ Angeli* 1. *Julii* 1707. §. *Etenim coram bon.mem.*

8 *Omanna*, non attenta exactione sc. 532. facta à Brozzolo, quoniam ex illa tantum abest, quod probetur exactio dotis, ut quin immò remaneat exclusa, cum Brozzolus exegerit præfatam summam procuratorio nomine, quo mandato non eguisset, profectò si agebatur de Dote, quæ utpotè constituta in quan-

9 titate, ad maritum jure dominii spectabat, ad vulgata jura, de quibus *Rota decis.* 217. *n.* 11. *par.* 19. *recent.*

Prout

Prout, nec etiam exactio Dotis probatur alienatione quorumdam locorum montium facta à Magdalena cum consensu Viri, quià
10 si dd. loca Montium fuissent dotalia, utique Mulier eadem nequivisset alienare, sed alienasset Brozzolua, ut supra dictum fuit de
11 exactione pecuniarum; Undè tanto minùs ex hac alienatione convincitur pretium pervenisse ad manus Viri, quodque ipse in suos usus illud converterit, ut distinguendo casum, quo Vir alienet cum consensu Uxoris, à casu, quo alienat Uxor cum consensu Viri, tradunt *Gabr. cons. 58. num. 8. & seqq. lib. 2. Menoch. præsumpt. 22. num. 11. vers. declaratur tertio lib. 3., Boer. decis. 23. n. 5. Borguin. Cavalcan. decis. 33. n. 10. & seq. par. 1.*
12 Ex quibus cessat pariter secundum creditum circa quartum dotale, quandoquidem si illud regulatur à dote, utique quoties dotis quantitas ignoratur, quinimmò de illa nullo modo constat, superfluum, ac inane est de lucro dotis inquirere, *Rota coram Seraph. decis. 882. n. 6. & seq. coram Royas decis. 450. eodem num. 6.*

Creditum verò ultimo loco deductum, ex eo quod ipsi extinxerint de proprio cambium scut. 700. creatum à Brozzoio favore illorum de Cavallerinis, crediderunt DD. nullatenus esse admittendum pro justifican-
13 da Cautheia, quoniam cambium non probatur extinctum ab illis de Leonettis de propriis pecuniis, ut requiritur si ipsis danda esset retentio, *Rota coram Priol. decis. 392. n. 8 & in rec. decis. 179. n. 2. par. 13.*

Neque ulla datur justificatio, super aliqua solutione fructuum ab iisdem facta, itaut potius dubitari valeat cambium fuisse extinctum ab eodem Brozzolo, qui incontrovertibiliter pro alia rata scut. 300. illud extinxit
14 de anno 1671. nimisque inverisimile est, quod Leonetti si cambium extinxissent, adeo oscitantes extitetint in reportanda quietantia à Cavallerinis, qua possent comprobare non solùm factum extinctionis, verum etiam, quod propriis pecuniis extinctio ipsa fuerit expleta *Rota in Rom. Pecan., seù reintegrationis depositorum 17. Decembris 1708. §. Ex eadem ratione coram Reverendiss. D. meo Molines Decano.*

Et ita utraque &c.

VERCELLEN. REINTEGRATIONIS.

Veneris 16. Decembris 1712.

ARGUMENTUM.

Spoliatus amputatis omnibus diffugiis citiùs reintegrandus est. Læsio non probatur ex æstimatione antiqua rei deliberatę. Processus non integer omnino rejicitur, nec Testes de illius actibus deficientibus deponentes, attenduntur.

1 *Spoliatus illicò per Judicem reintegrandus est.*

2 *Instrumentum, quod sit sumptum desumpto, non citata Parte conscriptum, nihil probat.*

3 *Valor unius rei ab illius statu antiquo desumptus, ad probandam læsionem non attenditur.*

4 *Testes deponentes de Immissione à Judice concessa, se relativè habentes ad acta, iis non transportatis, neque exhibitis, non attenduntur.*

5 *Processus non integer, & post secutum spolium inceptus, rejicitur.*

6 *Sententię Judicum, & non Defensorum sensus attenduntur.*

DECISIO DCCLVI.

Repropositâ hodiè Causâ, ut mihi demandatum fuerat à DD. meis occasione Memorialis porrecti à fratribus de Badinia, non dubitarunt DD. *persistere in decisis* non obstante recenti Jurium productione, ob quam defensores D. Principissę denuo instabant pro dilatione.

Tantoque magis, quià quod ad exceptiones, quæ in præcedenti instantia fuerunt per eos adductæ, & quæ modo ex juribus de novo productis deducebantur, constitit, nullam ex eis mereri animadversionem, nam distinctè procedendo, si ponderentur illæ, de quibus actum fuit coram R.P.D. meo Falconerio, jam satis superque tam in decisione cor. ipso edita sub die 3. Julii 1711., quam in alia cor. Me 22. Junii prox. præteriti fuit illis responsum, & objectis satisfactum, itaut superfluum sit aliud repetere in pręsenti, cum ob contumaciam alterius Partis non informantis, nil quidpiam in contrarium auditum fuit.

Si verò examinandæ sint alię exceptiones ex juribus noviter productis resultantes, utique ex eis non valuerunt DD. dimoveri à resolutione capienda, non solùm quià in hac
1 materia spolii amputatis omnibus diffugiis, quantocitiùs fieri potest, spoliatis consulendum est, verùm etiam, quia jura exhibita nil prodesse ad intentum exhibentis visum
2 fuit. Instrumentum etenim acquisitionis Molendini factæ de anno 1576. à Jo: Baptista Confalonerio præterquamquod est sumptu desumpto, non citata Parte extractum, nil commune habet cum hodierna controversia, & potiùs favet modernis Actoribus, qui eundem Jo: Baptistam in suum authorem recognoscunt.

Neque super illo vis fieri poterat ad excludendam lęsionem, quià probetur tunc temporis, valorem totius Molendini fuisse
3 sc. 500. nam in primis non benè pętenditur ex valore tam remoti temporis anni scilicèt 1576. desumi posse valorem de tempore transactionis initę anno 1668. cum in dies rerum valor immutetur, *Rota decis. 115. n. 5. & seqq. par. 15. recent., & in Romana redditionis rationis super reservatis 22. Junii 1711. §. Eamdemque coram Me*, & ulterius In Instrumento legitur, valorem esse in sc. 500. auri Italiæ, sicque nullo modo evitari posse, lęsionem comprobatam ex eo, quod cessio fuerit reportata pro solis sc. 76. ut in decisione cor. Me §. *fin.*

Minoris

4 Minoris momenti habenda est fides duo-
rum testium deponentium Rocchum au-
thoritate Judicis missum fuisse in possessio-
nem medietatis Molendini, prout constat
in actis Causæ, quandoquidem actis non
exhibitis, nec transportatis, testibus rela-
tivè ad illam deponentibus non creditur,
Rota in Monasterien. Cappellaniæ 25. Novembris 1711. §. Utique coram Me, & in
omnem casum jam satè probatum fuit co-
ràm R. P. D. meo Falconerio, & coràm
Me possessionem fuisse nullam, atque at-
tentatam.

Tandem ejusdem irrelevantiæ putarunt
5 Domini quemdam Processiculum, utpotè
sumentem initium, postquam spolium com-
missum fuerat, nec non alteram fidem Ad-
vocati de Partibus testantis pro veritate
consuluisse Actoribus transactiones forè
sibi proficuas, quia fideicommissum erat
6 purificatum favore Rocchi: non enim quid
Advocati senserint attendendum est, sed
quid Judices definierint, prout in hac quæ-
stione contrà sensum dicti Advocati fa-
ctum fuit in nostro Tribunali, tum coràm
R. P. D. meo Falconerio, quàm coram Me,
ut ex Decisionibus, ad quas DD. iterum se
remissivè habuerunt.

Et ità unica &c.

ROMANA IMMISSIONIS.

Veneris 16. Januarii 1713.

ARGUMENTUM.

Fratres inter sese condividentes tam bona li-bera, quam Fideicommissaria, & ad rescean-das lites super eisdem bonis transigentes, & reciprocum fideicommissum super eis ordi-nantes, si eveniat, quod in portionem unius bona Fideicommissaria, & in alterius bona libera obveniant, sicque ad equalitatem ser-vandam, & commodum vocatorum respe-xerint, primeuum Fideicommissum ad invi-cem sese remisisse præsumuntur, ne exoriatur inequalitas, & lesio inter ipsos, eademque taliter facta condivisio, transactio, & novum Fideicommissum ad bonum commune inten-tum ejus Virtus est, ut etiam descenden-tes jure proprio venientes ad primeuum Fi-deicommissum, afficiat.

SUMMARIUM.

1 *Scientia fideicommissi præsumitur adfuisse in Fratribus condividentibus, & hinc inde illud fuisse remissum, si ad equalitatem, & bonorum libertatem respexerint.*

2 *Amplia, si ex transactionis contextu pluries libertas volita super bonis ervatur, & unus sibi facultatem bona vendendi reservaverit.*

3 *Subamplia, si ad observantiam hujusmodi transactionis fuerint etiam obligati hæredes.*

4 *Tales Hæredes sic obligati dictam observare transactionem non teneretur, nisi bona ad eos perventa è vinculis fideicommissi fuissent dissoluta.*

5 *Condividentes si Fideicommissum reciprocè remiserint, possent novum super illis erigere, uti bona libera.*

6 *Amplia, si intercesserint bona fides, & vocatorum utilitas per ordinationem novi fideicommissi reciproci inter transigentes, & ad aguationem conservandam.*

7 *Immissio ex juribus illius novi Fideicommissi adversùs allegantem primeuum, ut suprà remissum, conceditur.*

8 *Statutum Urbis in capitulo 146. ad conservandam agniationem, Fæminas proptèr masculos excludit.*

9 *Extensio statuti de casu ad casum, & de persona ad personam per Rotam, & DD. aliquando admittitur.*

10 *Extensio superaddita, si sit Juris communis correctoria, non datur*, & rationem vide. num. 12.

11 *Statutum Urbis capitulo 145. excludit Fæminas stantibus filiis, & Nepotibus masculis.*

13 *Pater in hæreditate Filii, una cum aliis fratribus illius consuccedit.*

14 *Fideicommissum censetur remissum à condividentibus, si eo stante, inequalitas sequeretur.*

15 *Detractionum consumptio est ab allegante probanda.*

16 *Inventarii defectus adversùs consuccessorem allegari nequit.*

17 *Detractionum consumptio non probatur per hoc, quod mulier majorem Dotem secundo Viro constituerit, cùm hoc simplex præsumptio reputetur.*

18 *Dotis augumentum non potest dici sibi factum à Muliere de bonis Fideicommissariis primi Viri, si aliunde alia bona aquisiverit, de quibus dotem secundo Viro constituere potuerit.*

19 *Transactio facta super bonis Fideicommissariis, & divisio ad bona conservanda diuque observata attendenda est, licet condividentes Fideicommissum divisissent, si ad id, pro bono Pacis devenissent.*

20 *Afficit etiam Hæredes Jure proprio venientes, si alteri ex condividentibus in contrapositionem liberorum, fideicommissa bona obvenissent.*

21 *Nemo sui Auctoris factum impugnare valet.*

22 *Amplia, ut dicta divisio multo magis hæredes afficiat, si ea stante, Inventariū de bonis unius ex transigentibus fuisset omissum.*

23 *Exceptio detractionum Immissionem non retardat, maximè si respectu Axis hæreditarii sint modicæ.*

24 *Detractiones legitimario retardantur, si de Bonis fideicommissariis rationem reddere teneatur, si quæ alienaverit, in istam causam reputantur.*

25 *Redditio rationis facienda, detractionum creditum reddit illiquidum.*

26 *Fructus maturati in vita Fideicommittentis, uti proprietas considerantur, & sunt investiendi, ac sub usu fructu non cadunt.*

27 *Detrahens non potest sibi majores facere detra-*

tractiones, ex quo defuncti cambium extinxerit, nisi ære suo talem extinctionem fecisse probet.

28 *Deliberatio facta de bonis fideicommissariis, in causam detractionum imputatur, si deliberanti competunt.*

29 *Legitima spectans ad unum ex fratribus, si in pupillari ætate decesserit, fratri superstiti accrescit.*

30 *Legitima ex bonis Patrui non detrahitur, si suam hæreditatem Fideicommisso subjecerit.*

31 *Substitutio Pupillaris, quidquid sit, si in contractu fieri possit, attamen si dicto contractui Testamentum præcessisset, in quo fuisset ordinata, semper sustinetur.*

32 *Substitutio Pupillaris nequit fieri de bonis Pupilli, sed de substantia illius, qui Testamentum condidit.*

DECISIO DCCLVIII.

CUM fundamenta, quibus nititur Decisio hujus Causæ edita coram Me die 15 Aprilis proximè præteriti, undequaque subsistentia Dominis visa fuerint, non hæsitarunt illis in hodierna repropositione confirmationis robur superaddere, respondendo pro persistentia *in decisis*.

Iterum siquidem crediderunt Domini omni Jure Francisco Actori debitam esse postulatam Immissionem ex novo fideicommisso Bruti, quia potissimum præcedentis resolutionis momentum ex remissione fideicommissi Alexandri Podii desumptum nullo modo concuti poterat. Recurrebat etenim, quòd Brutus, & Franciscus sen. Fratres post mortem Hieronymæ Matris plures controversias exercitarunt, & præcipuè illam respicientem Tenutam *di Ponte Mammolo*, quam Franciscus uti universalis Donatarius Matris totam ad se spectare, Brutus verò è contra pro medietate tamquam fideicommissariam Avi sibi esse adjudicandam contendebant; adeout iste introducto Judicio in Foro Capitolino, priùs immissionem ad tertiã partem Tenutæ, deindè ad residuum medietatis reportaverit, quæ Judicata fuerunt etiam in secunda Instantia confirmata, sed iisdem non acquiescens Franciscus petiit restitutionem in integrum, sibique concedi obtinuit terminum statutarium ad propria Jura deducenda.

In hoc rerum statu ad tollendas omnes, & quascumque fraternas disputationes actum fuit de concordia, & hæc habuit effectum, nam Fratres ad amicabilem transactionem, seù divisionem devenerunt, in cujus Instrumento, sublatis litibus universis, habitoque particulari respectu ad æqualitatem servandam etiam post ipsorum mortem, nec non relativè ad Testamentum præcedenter conditum à Bruto, reciprocum ordinarunt fideicommissum, atque omnia bona uti communia diviserunt, & assignatis nonnullis bonis liberis Francisco, correspectivè obvenit Bruto præfata Tenuta *di Ponte Mammolo*, hac adjecta notabili expressione — *Che il Casale
di Ponte Mammolo fuori di Porta S. Lorenzo spetti liberamente al Signor Bruto &c. trasferendoli detto Signor Francesco tutte le sue ragioni con la clausala del Constituto &c.*

Hisce itaque in facto repertis, non fuit à
1 Dominis dubitatum de scientia fideicommissi Alexandri, de existentia litium inter dividentes, de bona fide, & volumtate eorumdem circa remissionem vinculi fideicommissarii, dum voluerunt, quod unusquisque suam portionem bonorum cum plenaria libertate possideret, ut proinde in talibus circumstantiis, & maximè ad tollendam inæqualitatem inter Fratres, Jure merito fideicommissum fuisse remissum dicendum veniat, ut præter authoritates adductas *in decisione*, quæ revidetur §. *Quibus stantibus*, firmavit *Rota in Camerinen. Bonorum 27. Junii* 1712. §. *Validus coram Me* approbando alteram *R. P. D. mei Ansaldi* jam allegatam, *& in Pisauren. Emphyteusis* 29. *Ianuarii ejusdem anni per tot. coram dicto R. P. D. meo Ansaldo, & in illius confirmatoria* 2. *Decembris proximè præteriti* §. *Scrutatis enim coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urb. Gubernatore*.

Quibus si adjungatur, quod in transactio-
2 ne sæpè sæpiùs leguntur apposita verba omnimodam libertatem bonorum præseferentia, quodque Franciscus pro extinguendis pluribus debitis communibus in se accollaris reservavit sibi facultatem vendendi bona, quæ illi in divisionem obvenerant, ac tandem quod fuit promissa observantia transa-
3 ctionis etiam nomine hæredum, utique magis, magisque comprobata apparet remissio fideicommissi, quo vigente procul dubio, nec bona libera esse poterant, neque facultativæ alienationi pro exsolvendis debitis contrahentium obnoxia, prout nec etiam hæredes obligati fuissent observare contra-
4 ctum, qui sine præfata remissione per mortem Fratrum dividentium expirasset, *Ruin. cons.* 38 *num.* 10. *vers. secundo principaliter, & numeris seq. lib.* 2., *Actolin. resol.* 54. *n.* 6., *Rota dec.* 206. *num.* 5., *& dec.* 371. *num.* 13. *par.* 19. *rec., & in dicta Camerinen. Bonorum* 17. *Aprilis* 1711. §. *Admodum coram R. P. D. meo Ansaldo, &* 27. *Junii* 1712. §. *Et sanè cor. Me*.

Et consequenter ex prædictis aperte resul-
5 tat potuisse Fratres de Gottifredis novum super Tenuta *di Ponte Mamolo* fideicommissum instituere, dum illa jam libera, ac de
6 proprio patrimonio effecta erat, maximè quia actum fuerat inter ipsos transigentes cum omni bona fide, & utilitate Vocatorum, necnon in ipsa transactione ordinatum legebatur reciprocum fideicommissum pro conservatione agnationis, ex latè ponderatis *in Romana Fideicommissi de Quadris* 26. *Apri-*
7 *lis* 1700. *coram bon. mem. Jacometto*, confirmata 7. *Martii* 1701. *coram R. P. D. meo Ansaldo*, de qua in alia mea decisione §. *Quo verò*; Itaut immissio ex Juribus istius posterioris, & clari fideicommissi nullatenus

nus retardari possit in concursu dispositionis Alexandri jam extinctæ, vel in omnem casum tot, ac tantis exceptionibus debilitatæ, ut in *dicta decis.* §. *Non attento*, & dictum fuit *in Ariminen. Fideicommissi Bandi de Bandis* 12. *Februarii* 1703. §. *Nam hos objectum*, & *seqq. cor. Emo Cardinali Priolo*.

Quæ omnia potiori Jure admittenda esse putarunt Domini, quia loquendo etiam ad sensum Marchionissæ Tenuta *di Ponte Mamolo* solum pro medietate spectare poterat ad Brutum, prout deducitur ex Judicatis Curiæ Capitolinæ, quando cæteroquin adhuc in facto subsistere recognitum fuit, quod quarta Pars præfatæ Tenutæ supposita neutiquam erat fideicommisso Alexandri, utpote quia hæc libera devenerat in Hieronymam
8 filiam ex Juribus Archangeli Fratris ab intestato defuncti, juxtà sanctionem Juris communis relatam *in alia mea decisione* §. *Philippus vero*. Non obstante hujusmodi acquisitioni Statuto Urbis *lib.* 1. *cap.* 146. excludente ad conservandam agnationem fœminas propter Fratres masculos, quod ex identitate, & mojoritate rationis asserebatur extendendum ad Patrem, adductis in comprobationem pluribus Authoritatibus, inter quas præcipua erat *decisio* nostri Tribunalis *in Tridentina Bonorum, seu Immissionis super successione in bonis Philippi Iacobi*, & *Isabellæ* 15. *Martii* 1706. §. *Neque obstare*, & *seq. cor. R.P.D. meo Scotto*.

Quandoquidem licet aliquando ex iden-
9 titate, ac majoritate rationis consueverit per Doctores, & per nostrum Tribunal admitti extensio Statuti de casu ad casum, at-
10 que de persona ad personam, tamen certum est in hac materia correctoria Juris communis, nunquam extensionem fuisse factam, nec fieri posse respectu excludere contendentis, qui sine difficultate debet esse expresse nominatus, & comprehensus in capite excludente Statuti, sicuti passim videmus in terminis Statuti Urbis *cap.* 145. *de success. ab Intest.*
11 quod excludit fœminas extantibus Filiis, seu Nepotibus masculis, & nihilominus præter has personas nominatas, nequeunt fœminæ
12 ab aliis excludi, multoque minus si etiam uno gradu sint proximiores, itaut cessante ista clara, & litterali inclusione, fœminis aperta sit successio, prout de Jure communi practicatur, *Altograd. consf.* 48. *per tot. lib.* 1., ubi loquitur in præcisis terminis, rejicitque alteram opinionem tenentes, & *consf.* 41. *num.* 18. *lib.* 2., *Rocc. disput. Iur. capit.* 38. *num.* 1., *Rota in Spoletana successionis* 17. *Februarii* 1710. §. *Intelligendo coram R. P. D. meo Ansaldo*, & latè *in Recinaten. successionis* 6. *Iunii proximè præteriti* §. *Hisce firmatis cum seq. cor. Me*.

Qua retenta distinctione, de per se corruebant authoritates in contrarium allegatæ, dum omnes loquuntur in terminis Statuti expressè excludentis Fœminas etiam propter Patrem, & inapplicabilis insuper detegebatur *d. Decisio in Tridentina bonorum* &c. *coram R.P.D. meo Scotto*, nam in illo casu agebatur de excludendis fœminis in concursu Fratrum, & Patris, ut bene delumitur ex §. *Non controvertebant*, ac propterea si aderant de medio Personæ Fratrum sine du-
13 bio excludentes fororem, utique etiam erat admittendus Pater ad consuccessionem filiorum, ad quam de Jure vocabatur, nec à Statuto reperiebatur exclusus, minimè repugnante hæreditarem plures diverso jure nancisci, *Capyc. Latr. dec.* 61. *num.* 5., *Franc. dec.* 43. *n.* 4., *Constant. ad Stat. Urb. annot.* 40. *num.* 39.

Neque Domini dimoveri potuerunt à resolutis ex iis, quæ denuo in contrarium deducebantur tùm ad evitandam inæqualitatem divisionis, tùm etiam ad ustendendum præjudicium, quod inculcabatur inferri minimè potuisse Gaspari jure proprio venienti, quoniam hodie quoque in facto nimis clarum erat inter omnia bona divisa, vix Tenutam *di Ponte Mammolo* extitisse fideicommisso Alexan-
14 dri obnoxiam, dum alia bona incontrovertibiliter non subjacebant fideicommisso, & *Casale di Santa Anastasia* in vim detractionum competentium Hironymæ liberum evaserat, proindeque inevitabilem esse illam maximam inæqualitatem summopere pro remissione fideicommissi attendendam, quatenus controversa Tenuta in Franciscum fen. cum plenaria libertate non devenisset, ad late firmata *in dec.* quæ revidetur §. *Non attenta cum seq*.

Quas profectò detractiones Hieronymæ
15 competentes minimè dici posse consumptas censuerunt Domini, quoniam talis consumptio neutiquam probatur, quinimmò, coacervatis omnibus alienationibus imputandis, compertum fuit istas æquare non posse solam facultatem eidem in Testamento relictam alienandi bona valoris scutor 10000, quan-
16 dò ulterius plures aliæ detractiones fieri poterant absque eo quod attendi mereatur defectus Inventarii, cum res sit inter Personas insimul succedere volentes, quibus nullo Jure permissum est simile objectum opponere, ut plenè *in decision. hujus causæ* §. *Non attento*.

Nequaquam suadente illarum consumptio-
17 nem majori dote à Hieronyma constituta secundo viro, nam præmisso hanc esse simplicem præsumptionem non admittendam in hoc judicio immissionis, ponderarunt Domini, quod hujusmodi dotis augumentum
18 dici non poterat factum de re Fideicommissaria, quia in secunda Dotis constitutione fuerunt assignata bona tàm propria, quàm Paterna, necnon aliunde quæsita, qualia erant illa ex Testamento Patrui, ex successione Fratris, ac tandem ex bonis maternis, ac prænortuo viro, prout dictum fuit in alia mea decis. §. *Nequaquam*.

Et revera præterquam, quod urgebat animadversio bona in dotem tradita, fuisse ad pompam pluris æstimata, quam valerent, ut ex posterioribus alienationibus comproba-

tur, recognitum fuit plura eſſe, quæ jure
proprio ad Hieronymam ſpectabant, cujuſ-
modi inter cætera erant bona ſita in Caſtro
Podii Donadei vendita uti propria, ac libe-
ra præſentibus, nec reclamantibus ſubſtitu-
tis Fideicommiſſariis, creditum primæ do-
tis ſcutorum 3000., lucrum dotale, aliaque
non modica pecuniarum ſumma, pro quibus
omnibus hæreditas primi viri fructus perſol-
vebat, itaut ſi addantur alia, quæ habere
poteras jure illarum ſucceſſionum, de qui-
bus mox ſermo habitus fuit, & præſertim
medietas hæreditatis Archangeli, ob quam
facienda erat ſubductio à fideicommiſſo Ale-
xandri de quarta portione omnium bonorum
pro indiviſo poſſeſſorum cum Philippo ejus
Fratre, & Patre reſpective dicti Archan-
geli, utique nimis vanum depræhenditur
objectum de promptum à quantitate ſecundę
dotis, longe primam excedentis, quia ad
oculum conſtat, hiſce omnibus ſimul junctis,
& calculatis ampliſſima facultate alienandi
bona pro ſcut.10000., necnon aliis detra-
ctionibus quantitativis, dotem benè potuiſ-
ſe conſtitui in hac majori quantitate, & fi-
deicommiſſum Alexandi ad quid minimum
reduci, quod etiam abſumebatur tàm à plu-
ribus legatis in ſumma ſcutorum 1492. perſo-
lutis, quam ab expenſis in magna quantitate
factis pro conſtructione Cappellæ juxta vo-
tum Teſtatoris expleta, atque pro recupe-
ratione d. Tenutæ *di Ponte Mammolo*.

Magnificatum vero præjudicium Gaſparis
19 attendi non poſſe itidem dixerunt Domini,
tum quia dum tranſactio fuerat ſpatio 60., &
ultrá annorum obſervata, atque à Gaſpare
expreſsè approbata, nec non fuerat cum tan-
sa bona fide expleta, & quidem ad dirimen-
das omnes lites, ad conſtabiliendum reci-
procum fideicommiſſum pro conſervatione
agnationis, in quo omnia bona etiam libera
fuerunt cum magna utilitate vinculo reſtitu-
tionis ſuppoſita favore Deſcendentium Fran-
ciſci, & Bruti, quando ſecus iſti ad mutuam
20 ſucceſſionem aſpirare non potuiſſent, procul
dubio illorum ſucceſſores ipſam afficere no-
sum eſt, etiamſi independenter, & ex pro-
pria perſona vocarentur, *Urceol. de tranſt. quæſt.50. num.1. cum ſeq., R. P. D. meus Anſald. dec.47. num.12. 19., & 20. Rota in Romana fideicommiſſi de Maximis ſuper primis quatuor ſubrogationibus* 18. *Junii* 1708.
§. *Progrediendo coram R.P.D meo Scotto, & in alia Romana fideicommiſſi de Maximis ſuper partita ſcutorum* 5150. *quintæ ſubrogationis* 22. *Aprilis* 1709. §. *Sed è contra cor. eodem*.

Tùm etiam quia idem Gaſpar fuit inſtitu-
tus hęres Univerſalis à Bruto Patre, & condi-
21 vidente, cujus hæreditatem cum ipſe adive-
rit, haud amplius ei, ac Marchioniſſæ illius
Jura repræſentanti datum eſt factum ſui Au-
thoris impugnare, ex vulgatiſſimis Juribus, &
in terminis noviſſimè firmavit *Rota in dicta Piſauren. Emphyteuſis* 29. *Januarii* 1712.
§. *Subintelligendo coram R. P. D. meo Anſaldo, & in confirmatoria* 2. *Decembris proximè præteriti* §. *Moti cor. R. P.D. meo*
22 *Scotto*, potiſſimum ex quo Gaſpar omiſit
coficere legitimum Paternæ hæreditatis In-
ventarium.

Sublato fideicommiſſo Alexandri, Domini
pariformiter ſunt arbitrati, haud eſſe atten-
dendas detractiones adductas per Marchio-
23 niſſam ex Perſona Gaſparis pro impedienda
immiſſione ad alia bona Bruti ultimi fidei-
committentis, quandoquidem denuo con-
ſtitit hæreditatem Bruti aſcendere ad valo-
rem ſcutorum 11392., non computatis mobi-
24 libus magnæ æſtimationis, detractiones ve-
ro competentes importare ſcuta 2273., &
per conſequens illas minimè poſſe retardare
immiſſionem, ut in deciſione, quæ revide-
tur §. *Probata*, concurrentibus præſertim
defectu redditionis rationis quorumdam prę-
25 tioſorum mobilium, & perceptione fru-
ctuum bonorum à die motæ litis, qui ſi lon-
ge ſuperexcedunt metam detractionum, pro-
fecto ſunt imputandi, & illiquidas reddunt
ipſaſmet detractiones per ea, quæ firmata
fuerunt *in dicta deciſione* §. *Maximè quia*.

Abſque eo quod As hæreditarium minui
poſſit ex deductione partitarum ſcutorum
26 ſcilicet 947., & ſc.534., quia prima ſortita
erat naturam ſortis, & altera continebat fru-
ctus in vita Bruti maturatos, & à Marchio-
niſſa exactos mediante deliberatione domus
in hanc cauſam ejus favore expleta, exinde-
que procul dubio in illius hæreditate erant
calculandæ, ex late deductis in ſæpè dicta de-
ciſione §. *Nec calculus*, prout nec etiam ul-
lam conſiderationem promerebatur aſſertum
27 augumentum detractionum propter ſc.200.,
quæ prętenduntur exburſata in extinctionem
cujuſdam cambii, & ſcuta 900. ob delibera-
tionem vineę propè Tenutam *di Ponte Mammolo*, quoniam ut reſpondetur in deciſione
28 §. *Cæterum cum ſeq.*, cambium non proba-
tur extinctum de propriis pecuniis, & deli-
beratio vineæ eſt adſcribenda detractionibus
competentibus Hieronymæ.

Nullaque ulterius vis fieri poterat ſuper
Trebellianica, nam iſta ex formula ſubſtitu-
tionis prohibita dignoſcebatur, ut in præ-
cedenti deciſione §. *fin.*, & multo minus ſu-
29 per legitima Xaverii in pupillari ætate
Gaſpari Fratri prædefuncti, cum hæc licet ſu-
praviventi accreverit, tamen in eum deve-
nit cum onere reſtitutionis favore ſucceſſivè
vocatorum ex voluntate Teſtatoris, qui fi-
lios, & deſcendentes Franciſci fratris invita-
vit ad ſucceſſionem totius propriæ, ac ſuo-
rum filiorum hæreditatis, *Burſat. conſ.226. n.102. tom.2., Peregr. de fideic. art.8. nu.33.*
30 *circa fin. Menoch. de præſumpt. lib.4. præſumpt.74. num.2., & ſeq., Fuſar. de ſubſtit. quæſt.655. num.1., & ſeqq., Giurb. deciſ.11. num.8., Rota dec.172. num.3. cum ſeq. par.4. rec. tom.1.*

Parvi penſa replicatione, quod ſcilicet
ſubſtitutio Pupillaris nequeat fieri in con-
tractu, nam quidquid ſit de concluſione
ſum-

sumpta in abstracto, adverterunt Domini,
quod in præsenti hypothesi substitutio Pupil-
31 laris dici non poterat simpliciter facta in
contractu, quia præcessit Testamentum, in
quo illa expresse legitur, solumque in concordia, & divisione fuit declarata, quo casu substineri tradunt *Bald. cons.439., & consil.440. tom.2., Molphes. cons.26. post. ejus consuetum Neapol. n.17. cum seq. tom.3., Laderch. cons. 9. in fin., Roc. disputat. Iur. cap.5. nu.58., & 59., Leon. de subst. tit. de*
32 *Pupill. nu.132., & num.161., Polidor. iisdem tract., & tit. n.43.*, ac signanter quia
hic non agitur de bonis propriis Pupilli, sed de bonis in universum à substantia Paterna provenientibus, *Fontanell. de pact. nupt clausula.4. Glos. 25. n.2. cum seq., Torr. de pactis futur. success. lib.3. cap.2. n.6.*

Et ita utraque Parte acerrimè informante &c.

ROMANA RESCISSIONIS CONTRACTUS.

Veneris 20. Ianuarii 1713.

ARGUMENTUM.

Læsio inficit omnes contractus, & si sit enormis resider in lædentis arbitrium, vel rem restituendi, vel ad quanti interest læsio pretium refundendi; si enormissima, quæ ultra bessem est, contractus omnino destruitur. Si alter ex contrahentibus summam impendendam individuasset, sicque majori opus fuisset pro perfectione rei, de qua fuit initus contractus, tali casu illud plus se donaturum dixisset, non per hoc, si ultra bessem læsio exoriatur, contractus unquam subsistinebitur, cum illi *plus* ultra bessem non sit extensibile.

SUMMARIUM.

1 *Termini substantiales servati in sententia, quamcumque nullitatem in causæ decursu sanant.*

2 *Sententiæ nequeunt dici inter se discrepantes, nec contra formam decisionis expeditæ, si per æquipollens decisio ferat id, quod sententia, & una sententia ferat id, per æquipollens, quod & altera.*

3 *Liquidatio laboreriorum facta à Peritis ad tramites prætii conventi in instrumento, quæ conventio consona Juri sit, dicitur justa, etiamsi de cætero instrumentum esset nullum.*

4 *Sententia approbans contractum, qui sit enormissimè læsivus, dicitur nulla.*

5 *Læsio oritur in contractu, qui ferat, quod unus satisfieri debeat ex pensionibus, quæ nisi post longissimum tempus debitū extinguerent.*

7 *Læsio ænormissima est ultra bessem, quæ quemcumque contractum inficit.*

8 *Læsio non evitatur, licet unus promisisset se ad perfectionem deducturum ædificium pro designata summa, & casu quo ad plus ascendisset se donaturum illud plus promisisset, si tamen idem plus ultra bessem se extenderet.*

9 *Amplia, etiam si talis læsio allegaretur ab Artifice in contractu concernente artem propriam, licet non præsumatur ignorans in ea, & collige rationem.*

10 *Æstimatio Ædificiorum tangit munus Architectorum, & non Fabrimurariorum.*

11 *Contractus, qui per aliquod accidens læsionem involvat citra culpam unius ex contrahentibus, rescinditur.*

12 *Contrahens, qui in promissorum adimplemento deficiat, & ex hoc consocium lædat, ad quanti interest dicta læsio favore istius obligatur.*

13 *Contrahens ab observatione contractus liberatur, si læsionem in eo latentem dignoscere non potuerit, & per accidens læsio enormissima supervenisset.*

14 *Contractus posterior, qui sit læsivus non convalidat actum præcedentem pariter nullum.*

15 *Renunciatio læsioni ænormissimæ ex conjecturis inferri nequit, sed ea per concludentissimas probationes firmari debet.*

16 *Læsio ænormis facit lædenti actionem competere, vel ad restituendam rem, vel ad quanti interest eadem læsio.*

17 *Læsio enormissima facit, ut omnia sint in pristinum reducenda, & quidquid impensum fuerit restituatur.*

18 *Beneplacitum Apostolicum necessarium non est, ut Ecclesia valide deveniat ad solutionem laboreriorum, secus si de alienatione ex alia causa ageretur.*

DECISIO DCCLVIX.

TRes in hac causa, inter quas geminæ nostri Auditorii emanarunt sententiæ, quibus favore Sanctis Mazzocchii Fabrimurarii PP. Carmelitæ Discalceati S. Mariæ de Schala prævia rescissione contractus ex capite læsionis enormissimæ condemnati fuerunt ad restitutionem impensi ab eodem Sancte pro constructione Fabricæ, sed hisce minimè PP. acquiescentes, ad Signaturam Justitiæ recursum habuerunt, obtinueruntque rescribi -- *Sine præjudicio ad effectum exequendi super fabrica, in reliquit olteri qui ad legitimam* -- in cujus rescripti sequelam commissa mihi causa, illaque per me hodie proposita sub dubio -- *An constet de re judicata, & respectivè an sit procedendum ad legitimam*- DD. maturo examini subjicientes fundamenta decisionum R. P. D. mei Crispi, atque Eminentissimi D. Cardinalis Prioli, existimarunt illa undequaque subsistentia, ac proinde responderunt *constare de re judicata, & esse procedendum ad legitimam juxta modum inferius exprimendum.*

Et quidem jurementò, nàm concurrunt validitas, ac justitia rei judicatæ, absque eo quod prima valeat controverti, vel sub motivo difformitatis sententiarum A. C., & R.P.D. mei Crispi, vel sub prætextu, quod iste sententiam pronunciaverit contra formam decisionis ab ipso editæ; quandoquidem iterum constitit assertam nullitatem esse pænitus insubsistentem, quia attentis substan-

stantialibus, prout fieri debet, sententia
Rotalis nullo modo discrepat ab altera præ-
cedenter lata, neque dici potest contra for-
mam decisionis. In illa enim dictum fuit con-
tractum esse nullum, & ad equalitatem redu-
2 cendum, ac PP. esse condemnandos ad re-
fundendum id, quod probatur impensum in
fabrica; cum autem sententia condemnet ad
scuta 4327., quia hæc eadem summa proba-
tur revera impensa ex relatione peritorum,
inde patet nullã adesse in ea discrepantiam,
& ideò jure merito ad solutionem condem-
nandos Patres juxta formam decisionis, & in
hoc conveniunt sententiæ, ex latè deductis
in dec. Emi D. Cardinalis Prioli nu. primo
cum duobus seqq.

Non obstante quod Periti non potuerint
liquidare pretium fabricæ, se referentes ad
3 taxam stabilitam in instrumento, quando è
contra Instrumentum nullum, & irritum
declaratur, quia periti non liquidarunt pre-
tium fabricæ, sed laborerinrum, se referen-
do non ad substantiam, sed ad taxam in In-
strumento concordatam, quam justam agno-
verunt, quod nullam involvit repugnan-
tiam, cum stet benè simul, quod irritum fue-
rit instrumentum, & justa sit taxa laborerio-
rum in eo conventa.

Clarior subinde visa fuit sententiatum ju-
4 stitia, ex quo DD. existimarunt satis super-
que constare de enormissima læsione. Siqui-
dem Sanctes assumpsit in se onus perficiendi
fabricam sub expressà credulitate, quod im-
pensæ excedere non possent scuta 2000., &
illa superaddita lege, quod ipsimet persol-
verentur à Patribus scuta 1065., reliquum
vero retrahendum esset ex pensionibus Do-
mus edificandæ, ac proinde si incomperto
fuit nihil eidem fuisse de promissa summa
persolutum, pensiones domus constructæ
6 fuisse perceptas ab iisdem Patribus, & Ædi-
ficium adhuc non treminatum superare im-
pensam scut. 5000., atque requiri alia scuta
2400. ad illius terminationem, utique acce-
dente potissimum animadversione, quod so-
lutio ex pensionibus, nisi ferè post sæcula
perfici posset, nimis evidens erat læsio ultra
7 bessem, in quibus terminis citra difficultatem
solet à Doctoribus connotari cum epitheto,
enormissimæ, quæ influit in nullitatem con-
tractus usque ab initio, *Rota in Camerinen.*
immissionis 27. *Junii* 1710. §. *fin. cor. Me*, &
in Vercellen. reintegrationis 22 *Junii* 1712.
§. *fin. itidem cor. Me*, & latè probant *decis.*
præcedentes, *videlicet prima in* §. *Descen-*
dendo cum seqq., *secunda in* §. *Iustitia verò.*

Minime attento, quod in instrumento sum-
ma non fuerit redacta ad certam quantita-
tem, quodque Sancti Fabromurario, uti Pe-
rito prohibitum sit in hac materia ad suam
artem spectante lesionis exceptionem alle-
gare, cessabat namque obiectum in utraque
8 parte, quia quoad primam, licet Sanctes
promiserit fabricam perficere, etiam in ca-
su, quo plus esset impendendum, quàm scu-
ta 2000., nihilominùs nunquam admitten-
dum est illud plus extendi posse ad impen-
sas adeò excessivas, & superantes non solum
in medietate, sed in duplo, ac in triplo sum-
mam expressam, & consequenter resultat
inevitabilem esse læsionem enormissimam,
Salicet. in l. 2. C. de rescind. vendit. nu. 13.,
Cagnol. ibidem num. 129., aliique relati tum
in dec. R.P.D. mei Crispi §. *Quin obesse*, &
in alia Eminentissimi Prioli §. *Etenim.*

Quod autèm hic agatur de Fabromurario,
qui præsumitur optimè informatus de Ædi-
ficiis construendis, impedire non potest,
9 quin ipse enormissimè læsus conclamare va-
leat adversus contractum, sibi adeo notabile
prejudicium irrogantem, quoniam licèt dif-
ficilior sit casus læsionis propter difficulta-
tem, quæ considerari potest in illa proban-
da, tamen certum est, quod data hujuscem-
modi probatione, nulla est constituenda dif-
ferentia inter Peritum, & alios non Peritos,
prout conciliando opiniones benè advertit
Pacion. de locat., & *conduct. cap.* 18. *nu.* 6.,
& *seqq.*, & admisit *Rot. in Bononien. Por-*
tarum 28. *Novebris* 1692. *per tot. cor. bon.*
mem Manuel, ac firmant *decisiones* hujus
causę, ut videre est *in prima* §. *Haud rele-*
vante, & *in secunda* §. *Precognitio.*

Fortiùs ponderando, quod nec etiam Fa-
bermurarius dici potest verè Peritus in æsti-
10 mandis Fabricis, cum hęc sit ars spectans ad
Architectos, ex animadversis in *dicta decis.*
R.P.D. mei Crispi dicto §. *Haud relevante*,
quodque nec poterat prævidere ea, quæ su-
pervenerunt tàm ex detectis minus solidis
fundamentis antiquæ Domus, quàm ex ędicto
Præsidis viarum, propter quod necesse fuit
11 cum maximo impendio novam fabricam in-
choare juxta formam exhibitam per ea, quæ
latè deducta fuerunt in sæpedictis *decisio-*
nibus citatis §. *Haud relevante*, & §. *Preco-*
gnitio.

Quin prædicta obstare posse crediderint
DD. novum contractum initum à Mazzoc-
chio, quia tantum abest ex hoc ullum re-
sultare præsidium favore Patrum, ut potius
magis magisque comprobetur intollerabile
12 damnum huic illatum. Convenerat enim
ut supra dictum fuit de construenda Domo
sub certa spe reportandi quam primum solu-
tionem scutorum 1065. retrahendorum si-
gnanter ex venditione quarumdam Domun-
cularum, sed ista posthabita conventione Pa-
tres promissis non steterunt, immo semper
pensiones Domuncularum imbursarunt, &
non attentis continuatis coquæstionibus,
adimplementum propriæ obligationis negle-
xerunt, ut proindè Sanctes in dies pecuniis
indigens facile fuerit allectus pro elevandis
superioribus Mansiunculis vulgo Medianinis
secundum perficere contractum, in quo evi-
dentior læsio desumitur, nam fuerunt dum-
taxat eidem persoluta scuta 600., sub fæno-
re tamen scut. trium pro centenario adiecta
ratificatione primævæ stipulationis.

Unde suo marte corruit jus hujus secun-
dæ conventionis, nec ratificatio, super qua
in-

insistunt Patres, ullatenus valuit primum
contractum convalidare, quia non probatur
13 Fabrum murarium habuisse certam ac spe-
cificam scientiam præcedentis læsionis, dum
apparet tunc temporis fabricam fuisse qui-
dem inchoatam, sed non redactam usque
ad mansiunculas, in quarum elevatione dum-
taxat fundamenta domus fuerunt detecta in-
subsisteutia, & ulterius nulla datur justifica-
tio, quod Ædictum Præsidis Viarum fue-
rit prçcedenter factum, quodque impensum
ad tantam summam jam asceuderat, ut exin-
dè Mazzocchius satis de rebus suis certioratus dici possit, ex firmatis in *dec. Eminentissimi Prioli §. Irrelevantia*, quibus addi pos-
sunt *Urceol de transact. cap. 95. nu. 40., & seqq., Rot. cor. Merl. dec. 613. n. 27., & 28.*
Multoque minus ratificatio prioris con-
14 tractus, & læsionis renunciatio admittenda
venit. quooiam oova stipulatio nullitatem,
& maximam læsionem præseferens apta nun-
quam esse potest coovalidare actus aotece-
denter gestos, ut ponderant *decisiones, prima nempe in §. Non attento, altera verò in §. secundo quia*, & præsertim ex quo omuia
inferuntur à conjecturis, ac prçsumptionibus,
quæ in hac materia non admittuntur, cum
enunciatio enormissimæ læsionis tunc solùm
15 locum sibi vindicare possit, quatenus sit
clara, & aperta, atque nulla tergiversatio-
ne impugnanda, *Ancharan. quæst. 4. n. 6., & 10. p. 2., Farinac in repert. de contract. qu. 48. nu. 10. in princip., & n. 18. in fine, Urceol. de transact. d. qu. 95. à n. 38. ad 41.*, aliique congesti *in dec. Eminentissimi Prioli §. Tertio deniaue.*
Quo verò ad secundam partem dubii; Do-
mini existimarunt *esse procedendum ad legitimam* posthabitis omnibus, quæ deduce-
bantur, tùm circà deficientiam Beneplaciti
Apostolici, tùm circa obiationem factam à
Patribus de restituendis Domibus ædificatis,
16 vel de supplendo pretio, in quo Sanctes læ-
sus reperitur, quoniam respectu oblationis
itidem DD. censueruot illam admitti non
posse, cum res non sit io puris terminis enor-
mis læsionis, quo casu agitur remedio rescis-
17 sorio ad famigeratum *text. in l. 2. C. de rescindend. vendit.* Sicque optimo jure lędenti
competit electio restituendi rem, vel sup-
plendi justum pretium; sed agitur de lęsio-
ne enormissima, propter quam omnia in pri-
stinum sunt restituenda, & quidquid impen-
sum probatum fuerit, venit reficiendum, *Constantin. ad Statut. Urbis tom. 2. adnotat. 46. art. primo n. 23., Rota post Urceol. de transact. dec. 7. n. 4.*, & habetur in decisionibus
hujus causæ, videlicet *in illa R. P. D. mei Crispi nu. fin., & in alia Emi Prioli §. Verum, & §. Altera vero*, præter quam quod
pars fabricę est intra septa Monasterii, ideo-
que tanto minus talis oblatio est attendenda,
ut ponderat *decis. Emi Prioli §. Prout nec placuit.*
Respectu vero Beneplaciti Apostolici
18 preter responsiones adductas in *d. dec. Eminentissimi D. mei Prioli*, denuo adverterunt DD., quod hic non agitur de ulla alienatione facienda in vim alicujus contractus, sed eo de medio ex ratione enormissimæ læsionis sublato, agitur de reficiendo pretium, ac impensam laborericorum per Sanctem Fabrum muarium de proprio exbursatorum, ad quam Ecclesia ratione Justitię, & ęquitatis tenetur etiam absque Beneplacito Apostolico pro rata, in qua fuit facta locupletior

Atque hinc DD. consulentes utriusque partis iodemnitati voluerunt superaddere modum, quod ad legitimam exequtiooē esset procedendum, videlicet, *ut Sanctes pro rata fabricę, quę est incorporata Monasterio, possit procedere ad subbastationem aliorum bonorum etiam Patrum ad sibi satisfaciendum, pro residuo verò ejus crediti exequatur super fabrica extra Conventum, & quatenus non sufficiat, satisfiat ex fructibus cæterorum bonorum Patrum.*

Et ita utraque parte &c.

ROMANA QUARTI DOTALIS, SEU LOCORUM MONTIUM.

Veneris 20. Ianuarii 1713.

ARGUMENTUM.

Quartum dotale, quod extantibus filiis, quoad usumfructum tantum à muliere superlucratur, iis etiam matri præmorientibus, nuoquam ab eadem quoad proprietatem acquiritur, cum Statutum in hac parte filiorum favorem non respiciat, & ex hoc ratio illius cessare non dicatur.

SUMMARIUM.

1 *Via exequtiva competens mulieri quartum dotale postulanti, competit hæredibus viri pari passu, si ad illius repetionem jus habetur.*

2 *Clausula Signaturæ* S. Q. E. *vim executivam præservat.*

3 *Quartum dotale superlucratur à vidua quoad usum fructum tantum, extantibus filiis, & post obitum illud restituere tenetur.*

4 *Amplia, etiamsi filius Matri prædecedat, cum ex hoc ratio non cesset Statuti quæ est, ut in* num. seq.

5 *Mens Statuti in hac parte filiorum favorem non respicit.*

6 *Loca Montium in quæ authoritate Iudicis quartum dotale fuit reinvestitum, numquam in liberum mulieris dominum pertranseunt.*

7 *Amplia, si fuisset adjecta expressio, quod stabant pro lucro dotis.*

8 *Clausula salutari* Senza pregiudizio *est cujuscumque Iuris præservativa.*

9 *Emens nomine proprio rem, licet cum alienis pecuniis, sibi dominium, & non pecuniarum domino acquirit, sed solum ad quantitatem restituendum tenetur.*

10 *Limitatur regula, si in emptione ejus causa exprimeretur quæ coacte ex hominis, vel Iudicis imperio fieret.*

11 *Ex-*

11 *Expressio facta in ordine* -- à chi avera liberamente, e senza vincolo rallegnato -- *in materia locorum montium reicit omne vinculum ex parte resignantis, & non ex parte acquirentis.*
12 *Consensus mulieris adibitus in investimento sui quarti in locis montium, terminato usufructu, in illorum resignatione necessarius non est, & vide casum.*
13 *Ususfructus quarti dotalis sequuto mulieris obitu, ad domum viri devoluitur, & cum proprietate consolidatur.*
14 *Bona fides non est allegabilis in resignatione montium circa eorū pertinentiam, si in litteris patentibus legatur vinculum, cum quo fuerunt erecta.*
15 *Ususfructus consolidatus cum proprietate facit, ut titulus ad non titulum reducatur & tales fructus ab initio debentur.*
16 *Bona fides hic locum non habet.*

DECISIO DCCLIX.

Dissoluto per obitum Comitis Nicolai Marsciani matrimonio, superstite ex eo Josepho unico filio, ac hærede, Comitissa Victoria de Cansacchis vidua relicta pro restitutione Dotis in summa scut. 5000. constitutę, & solutione quarti dotalis, quod superlucrata fuerat ad formam Statuti Urbis, institit contra Com. Philippum prædefuncti Viri Germanum fratrem, tam uti fidejussorem, quàm uti legitimum Tutorem, & Curatorem prædicti Josephi Nepotis, taxatisque amicabiliter fructibus recompensativis, dilationem concessit debitori ad explendam utriusque debiti satisfactionem.

Cum autem subindè decessisset d. Joseph, scripto sibi hærede Com. Philippo patruo, Comitissa Victoria prætentionem excitavit, quod quartum dotale sibi quæsitum esset etiā quoad proprietatem, & A.C. summam scut. 1250. prod. lucro debitam *mandavit recipi ad effectum investiendi eum consensu Com. Philippi solventis, sine præjudicio jurium partium, aliàs deponi*, prout de facto ad normam hujusmodi provisionalis decreti investita fuit in tot locis Montium, quæcum postmodum Philippus, aliique ad Cansacchis Comitissæ Victoriæ interim defunctæ hæredes in proprium creditum transferri obtinuissent, sub ea tamen expressione *quod erant investita pro dicto Quarto Dotali* -- hinc sæpedictus Comes de Marscianis gemina adversus illos in Tribunali A.C. reportavit mandata, alterum nempe de transferendo dicta loca Montium, alterum vero pro restitutione fructuum indebitè perceptorum à die obitus Comitissę. Delegataque mihi appellationis causa cum clausula *si quid exequendum*, & propositο consueto dubio, DD. attenta *validitate* ęque ac *Justitia, mandata esse exequenda* censuerunt.

Validitas namquè, quæ ex actis resulta-
1 bat frustra impugnabatur sub obtentu, quod pro repetitione dicti lucri dotalis competere non poterat uia executiva; ultra quod enim cum illud executivè persolutum fuerit, pari remedio vindicari poterat, *Rot. dec.* 110 *nu.* 12. *par.* 12. & *dec.* 316. *num.* 2. *par.* 15 *rec.*, & *in Viterbien. fideicommissi* 16 *Junii* 1699. § *Nec curandum cor. Emo D. Card. Priolo*, & *in Romana Status Zagaroli* 10. *Decembris* 1703. §. *final. cor. bo. me. Caffarello.*

Cessabat omnis prorsus difficultas in hypothesi, ex quo Signatura Justitiæ, non obstante hac exceptione, appellationis causam commisit cum clausula *S. Q. E*; per hujusmodi enim rescribendi modum præservata, & canonizata dicitur via executiva, de qua proinde in nostro Tribunali dubitari amplius non potest, ex plenè cumulatis *in Romana Pecuniaria* 22. *Febr.* 1704. §. *Validitas cor. Me, in Romana Status Zagaroli* 27. *Martii* 1705. §. *Ex quibus cor. bo. me. Muto, in Baren. Censuum, & Legati* 20. *Januarii* 1710. §. *Objecta namque nullitas coram Emo Priolo, & in Balneoregien. Pecuniaria* 8. *Junii* 1711. §. *Præsertim cor. Rmo D. meo Decano.*

Et contrariæ authoritates locum sibi vindicant, quando nullitas ex defectu viæ executivæ non fuit in Signatura deducta, vel quoties apertissimè constat, viam executivam non competere, ut prosequitur *Rota in Romana Census* 14. *Martii* 1701. §. *Verum cor. R. P. D. meo Ansaldo, & in d. Rom. Status Zagaroli* 27. *Martii* 1705. *d.* §. *Ex quibus in fin. cor. bo. me. Muto.*

Justitia verò, quoad mandatum de transferendo loca Montium, de quibus agitur, fatisfuperque emergere visa est ex litterali dispositione Statuti Urbis *cap.* 131 *lib.* 1., ubi sancitum legitur, quod post dissolutum Ma-
3 trimonium extantibus liberis, Conjux superstes fructum dotale quoad usumfructum tantum consequi possit, quodque illud post ejus obitum cui de jure restituatur. Quamobrem, cum Com. Philippus quartum dotale ex propriis pecuniis persolverit ad effectum investiendi (quam legem solutioni adiectam ipse etiam Judex approbavit) consequens est, ut terminato usufructu per obitum Comitissæ, illicò investimentum, seù loca montium ad eundem Com. Philippum reverti debeant, *Rota decis.* 95. *num.* 9., & *seqq.*, *decis.* 96. *à num.* 1. *cum pluribus seqq.*, & *decis.* 97. *à n.* 9. *post Modern. Asculan. ad Statut. Urb.*, & *in Rom dotis* 2. *Julii* 1708 §. *Quia cor. Rmo D. meo Decano*, & 6. *Junii* 1710 §. *Respectu coram R P. D. meo Aldovrando.*

Tametsi in hypothesi filius matri præde-
4 cesserit; nam per hoc nullo modo cessat ratio Statuti, nec mulier lucri proprietatem prætendere potest, *Fenzon. ad Stat. Urb. d. cap.* 131. *nu.* 35., *Modern. Asculan. ad idem Statut. annot.* 33. *n.* 136., *Rota cor. Vbag. decis.* 39. *num.* 20., & *decis.* 676. *n.* 7. *par* 18. *rec.*, & *in Romana Dotis, & Lucri* 14. *Aprilis* 1698. §. *Contemplatio coram Eminentiss. D. Card. Priolo.*

5 Ea convincenti ratione, quià Statuentium mens nullatenus directa apparet ad favorem filiorum, si enim in eo reposita esset, utique

non

non demãdassent lucri restitutionem absoluto usufructu faciendam, esse cui de jure, sed commodo eorumdem filiorum, qui in eo succederent, uti filii, & ex propria persona, non autem uti Patris hæredes, *Rota cor.Coccin.decis.*1981.*n.*2.*& seqq.*, *& cor.Peutinger. decis.*139.*n.*4.*et dicta decis.*95.*n.*12.*post Modern.Asculan.ad statut.Urb.*, *& in Romana redditionis rationis super reservatis* 22. *Iunii* 1711. §. 1. *in fin.coram R.P.D.meo Falconerio.*

Neque ad evitandam statutariæ dispositionis censuram quidquam prodesse potest exceptio, quod ab illa recessum fuerit, ex
6 quo controversa loca montium per Comitissam sibi comparata fuerint absque obligatione, & cautione de illis restituendis post obitum, & consequenter in ejus dominium ab initio transierint, adeout in omnem casum, ejus hæreditas sit tantum debitrix quantitatis receptæ, non autem locorum Montium, quæ attenta peculiari libertate à quocumque vinculo, immunia reputantur, nisi illud in litteris Patentibus expressum fuerit.

Obiectum namque, nec in facto subsistit, multoq; minus relevat in Jure; In facto siquidem non regit, quià Com. Philippus judicialiter interpellavit Comitissam Victoriam ad recipiendum sc. 1250. pro quarto Dotali in usufructu tantùm, & authore Prætore dicta summa deposita, ac postmodum investita exitit in locis Montium sine præjudicio jurium ambarum partium, adjecta insuper
7 declaratione, quod erant pro lucro dotali ejusdem Comitissæ. Quamobrem, & si in dubium revocata non fuerit naturalis libertas locorum Montium, attamen in hypothesi ipsæmet litteræ patentes adversantur ipsæ libertati, dum præseferunt vinculum expressum eadem loca afficiens, & subjiciens juri, quo regulandum erat lucrum dotale,
8 cujus reversio ad Viri hæreditatem, juxtà sanctionem statutariam, satis præservata fuit, mediante dicta clausula salutari, *sine præjudicia &c. Rota coram Cerro decis.*556.*n.*24., *& cor.Emer. jun.decis.*1804.*n.*7., *& dec.*681. *num.*11.*par.*19.*recen.*

Nullam pariter relevantiam habet in jure,
9 quià licet vera sit regula, quod emens nomine proprio aliena pecuniis, sibi, non pecuniarum Domino acquirat, solumque ad quantitatis restitutionem teneatur, ad *Text. in leg.* 1. *Cod.si quis alteri, vel sibi*, & tradita per *Canonistas in cap. Inquirendum de pecul. Cleric.* Attamen quæ indubitata est li-
10 mitatio, quod dicta propositio procedere non possit, quando acquisitio rei non spontè, & simpliciter, sed cum expressione causæ, ità urgente legis, vel hominis precepto facta fuit, prout in præsenti casu, *Peregrin. de fideicomm. art.* 44. *sub num.*28., *Andreol. controv.*125. *n.*11. *& contron.*182.*num.*15., *& seqq.*, *Urcecl.consult foren.cap.*100.*n.*40., *Rota cor. Cerro decis.*33. *num.*3.*&* 4., *& coram Priola decis.*437.*num.*15., *&* 16., *& in recent.*

*decis.*70. *num.*4., *& seqq.part.*9., *& decis.*308. *num.*5. *par.* 11.

Quin relevet, quod ordo per Comitissam directus Sac. Monti Pietatis ad effectum emendi loca Montium sub ea expressione:
11 *à chi haverà liberamente senza vinculo alcuno rassegnato*: subscriptus appareat ab Actore, inde inferendo, quod liberæ acquisitioni consenserit. Etenim præterquamquod hujusmodi expressio rejicit dumtaxat vinculà ex parte resignantis, & nequaquam verò illa, quæ ab acquirente, & ex forma depositi proveniunt, ut notum est, illatio penitùs corruit, animadvertendo, quod dictus
12 consensus necessarius erat, juxtà legem depositi authoritate Judicis roboratam, ad quam idcircò, tamquam ad causam præambulam vnicè referri debet, non autem ad remissionem præcedentis obligationis, *Bartol. in leg. singularia n.* 10. *vers. quandoque ff. si cert.pet.*, *Cephal.cons.*351.*n.*23., *& seqq.*, *Rot. coram Cerro decis.* 100. *n.*17., *& cor. Emer. jun. decis.*618 *nu.*6. Et de facto hoc non obstante, investimentum religiosè suppositum fuit vinculo lucri dotalis.

Atq; ex his in necessariam consequentiam venit justitia alterius mandati pro restitutione fructuum relaxati. Si enim dominium, & proprietas locorum Montium spectabat ad Com.Philippum, eujus pecuniis fuerunt empta, utique per obitum Comitissæ Victoriæ ususfructus, operatione legis, statim consolidatus fuit cum proprietate, & proindè fructus usque tunc debiti erant eidem
13 Com.Philippo, *Rota in Romana Pecuniaria, seu locorum Montium* 15.*Ianuar.* 1706. §. *Quod verò cor.bon.mem. Muto*, *& in Romana Dotis* 6.*Iunii* 1710. §. *Nullitas cor. R.P.D.meo Aldrovando*, *& in dicta Romana redditionis rationis super reservatis* 22.*Iun.* 1711. §. *Censuerunt cor.R.P.D.meo Falcon.*

Absq; eo quod eorū restitutionē detrectare valeat usufructuariæ hæredes sub præsidio bonæ fidei, quia hæc prorsus absfuit, immò po-
14 tiùs ex ipsamet locorum montium translatione, & litteris Patentibus positiva convincitur mala fides, eo ipso, quod expræssum præseferebant vinculum lucri dotalis, *Rota coram Manzaned.decis.*147.*num.*2., *&* 3., & *in Romana Immissionis* 27.*Iunii* 1708.§.*Nec relevat cor. Me*, *& in Romana donationum super fructibus* 24.*Iunii* 1710. *per tot.coram R.P.D.meo Crispo*; posita dicta consolida-
15 tione ususfructus cum proprietate ministerio legis inducta, titulus reducitur ad non titulum, & fructus indistinctè debentur ab
16 initio, cum tali casu inefficax reddatur prætextus bonæ fidei, quemadmodum prosequitur *Rota coram Manzaned. dicta decis.* 147. *à n.*1., *& in dicta Romana Pecuniaria, seu locorum Montium* 15.*Ianuarii* 1706. §. *Absque eo quod cor. bo.me.Muto.*

Et ita utraque &c.

PRÆNESTINA FIDEICOMMISSI.

Lunæ 23. Ianuarii 1713.

ARGUMENTUM.

Fideicommissum reciprocum, & linealem reciprocam dicitur se voluisse Testator, si ad perpetuam suorum bonorum conservationem in sua Familia respexisset, ac etiam si duos filios primario instituisset, numquam dicitur in duobus columnellis fideicommissum divisum se voluisse, præsertim accedentibus requisitis à *lege Titia Sejo*. Detractionum exceptio fideicommissario hæredi immissionē retardat si sint certæ, & non doceatur de distractionibus à legitimario factis.

SUMMARIUM.

1 *Testator desiderans ejus bona in sua familia servari, detractiones etiam prohibendo, non solum dicitur se voluisse perpetuum, sed reciprocum fideicommissum.*

2 *Reciproca linealis argumentis etiam, et conjecturis probatur, licet à* lege Titia Sejo *requisita deficiant.*

3 *Amplia, ut à fortiori sit illius vocatio præsupponenda, si Testatoris voluntates sinè tali præsidio adimpleri nequeat.*

4 *Testator, si prohibuerit quamcumque suorum bonorum distractionem, ut conserventur bona in familia, reciprocam omninò se voluisse dicitur.*

5 *Perpetuitas fideicommissi reciproci deducitur, ex quo Testator sua bona strictè prohibuerit ad hæredes extraneos pertransire.*

6 *Reciproca linealis etiam in transversali fideicommisso inducitur, si de arcta Testatoris prohibitione tòm institutis, quàm substitutis in distrahendis bonis penès exterot injuncta resultet.*

7 *Testator, qui reciprocam expressè in filios ordinavit, à fortiori eam voluisse in remotiores gradus tamquam minus dilectos præsumitur.*

8 *Gravamen reciprocæ linealis in primo institutis volitum, ad quoscumque descendentes protenditur.*

9 *Amplia, si per Testatorem Legittimæ, & Trebellianicæ distractio fuisset prohibita, ac exclusus Fiscus in casu patrati criminis per hæredes, & masculorum indefinita prælatio.*

10 *Fideicommissum reale inducitur ex verbis in rem conceptis.*

11 *Reciproca linealis inducitur, ex quo Testator ad perpetuam bonorum conservationem penès institutos respexerit.*

12 *Testator non dicitur divisisse fideicommissum si filios, & descendentes pro æquoli vocasset, sed voluisse reciprocum inter illos, si per modum unius suum patrimonium penès institutos, & substitutos gravasset.*

13 *Amplia, si Testator unicuique ex duobus filiis institutis portionem assignasset, quoties vocatio ad perpetuam bonorum conservationem, & universalitatem respexisset, quæ totum patrimonium complecteretur.*

14 *Legatum à fideicommittente relictum sub fideicommisso non cadit.*

15 *Immissio retardatur hæredi fideicommissario ex causa detractionum legittimario competentium, etiamsi iste Inventarium omisisset, si non constet eundem bona distraxisse*, & num 18.

16 *Omissio Inventarii inter cohæredes ex descriptione bonorum à defuncto facta suppletur.*

17 *Immissio non retardatur hæredi fideicommissario titulo detractionum, si legittimarius magnam bonorum copiā distraxisset.*

18 *Limitatur regula, si non doceatur de alienationibus ab isto factis, & de universali fideicommisso agatur, quo casu competunt quantitativæ, & quotitativæ detractiones.*

19 *Res exigui valoris in hereditate non repertæ præsumuntur à fideicommittente, non à legittimario dispersæ, si post conditum fideicommissum nonnullos annos supervixisset, etiamsi dictus Testator eas descripsisset.*

20 *Soror in fideicommisso, et hæreditate fratri succedit, si sine filiis frater deficiat, & per medium illius etiam paternam hæreditatem, licèt exclusa, dicitur agnoscere.*

21 *Detractiones non dicuntur consumptæ ex perceptione fructuum, si legittimarius esset ereditor, quo casu per imaginariam solutionem suos fructus faceret.*

DECISIO DCCLXI.

EXoptans Bernardinus Cursonus perpetuam omnium suorum bonorum conservationem penès suos descendentes, in suprema Tabulis scripsit hæredes Perseum, & Joannem Baptistam filios pro æquali portione, eosque ad invicem substituit quandocumque morerentur sine filiis masculis, in quorum defectum vocavit fœminas in infinitum, omnibusque hæredibus institutis, & substitutis enixè prohibuit quamcumque alienationem, etiam ex causa detractionum ex adjecta ratione -- *Perche l'intenzione, e voluntà di detto Testatore fù, & è d'indurre, e fare un perpetuo fideicommisso de' suoi Beni fra li suoi Descendenti, & altri Eredi instituiti, e respettivamente sostituiti &c.*

Successerunt in prædicta hæreditate Perseus, & Joannes Baptista, cumque ejusdem Persei descendentia defecisset in Antonia filia, quæ ex omnibus bonis Canonicatum in Ecclesia Cathedrali fundari mandaverat, hinc Maria Angela, & Valentia neptes præfati Joannis Baptistæ sub fundamento, quod eadem bona ad se devoluta essent in vim reciprocæ linealis, judicium immissionis intentarunt coram A.C. adversus Joannem Baptistam

tistam Petruccinum antedicti Canonicatus
possessorem, & Dominicum Petruccinum,
cui jus prǽsentandi ad illum relictum
fuerat.

Reassumptoque postmodum hujusmodi
judicio per Joannem Baptistam Spezzam fi-
lium dictæ Mariæ Angelæ interim defunctæ
contra prædictum patronum, & Balthassa-
rem Filiuccium in eodem Canonicatu suc-
cessorem, R. P. D. meus tunc A. C. Cerrus,
nunc meritissimus Collega noster Immissio-
nem Actori, reisque conventis retentionem
ex capite detractionum concessit. Quamob-
rem delegata mihi appellationis causa, ac
proposito consueto dubio, *V. D. dandam esse
Immissionem juxtà modum*, inferiùs expri-
mendum censuerunt.

Resolutioni fundamentum præbuit tam
1 littera Testamenti, quam spiritus, & sub-
stantia dispositionis Testatoris, ex quibus
apertè constitit volitum fuisse nedum perpe-
tuum, & descensivum fideicommissum in
qualibet linea, sed etiam reciprocum de li-
nea ad lineam, & per consequens, evacuata
penitùs linea Persei per obitum Antoniç, im-
missio denegari non potest Actori unico su-
perstiti ex linea Jo. Baptistæ per medium
Mariæ Angelę matris, *Rota decis. 467. num. 1.
& 3. par. 5., & decis. 166. n. 13 par. 17. rec.*

Et sanè, cum indubitati juris sit, quod re-
2 ciproca linearis in quocumque casu tacitè
induci potest argumentis, & conjecturis,
quamvis deficiant tria illa vulgata requisita,
de quibus in famigerata *leg. Titia Sejo §. Se-
ja libertis ff. de legat. secundo*, ut probant
*Altograd. cons. 92. n. 3., & seqq. lib. 1., Card.
de Luca de fideicomm. disc. 100 num. 4., Rota
coram san. mem. Alexand. VIII. decis. 1. à
num. 23., & in Bononien. fideicommissorum
de Herculanis 13 Iunii 1701. §. Quoad secun-
3 dum coram bon. mem. Muto*, quodque ex his
inducta censetur, quoties voluntas Testato-
ris sine ejus præsidio perfectè adimpleri ne-
quit, *Vrceol. consult. 80. num 6, Card. de
Luca de fideicomm. disc. 34. num. 8., Rota
decis. 319. num. 4., & seqq. par. 12. recent., &
in Ravennaten. fideicommissi Julii Camilli
de Abbiosis 7. Aprilis 1710. §. Quin ad indu-
cendam cor. R. P. D. meo Crispo.*

Littera profectò Testamenti illam perne-
cesse concludit ex pluribus, & signanter, ex
4 quo Testator strictissimè prohibuit quam-
cumque suorum bonorum alienationem; &
tamquam causam finalem hujus dispositionis
unicè sibi proposuit eorundem perpetuam
conservationem in hæredibus institutis, &
substitutis, ibi — *Poiche l'intentione, e vo-
lontà di detto Testatore fù, & è d'indurre à
fare un perpetuo fidecommisso de suoi beni,
frà suoi descendenti, & altri heredi instituti-
5 ti, e sostituiti* — quamobrem evidenter as-
sequimur injunctum fuisse omnibus grava-
men reciprocæ, cum ejus ope tantum evite-
tur scissura hæreditatis, illiusque transitus ad
hæredes extraneos, & consequenter non
alio medio subsistere potest perpetuitas fi-
deicommissi super omnibus demandata, *Pe-
regrin. cons. 62. num. 20. lib. 1., Altograd d.
cons. 92. num. 19., & seqq. lib. 1., Mans. con-
sult. 355. num. 41., & 42., Card. de Luca de
fideicomm. discurs. 101. num. 3., Rota in Bo-
nonien. fideicomm. de Vrsis 26. Martii 1708.
§. Argumenta coram Rmo D. meo Decano,
& 10. Maii 1709. §. Omnemque cessare cor.
R. P. D. meo Aldrovando.*

6 Tanta enim est vis, & efficacia, quam sibi
vindicat indefinita, & independens aliena-
tionis prohibitio ad integralem conservatio-
nem bonorum penes institutos, & substitu-
tos, ut in casu etiam, quo agatur de fidei-
commisso per transversalem, censeatur apta
ad inducendam reciprocam linearem, quem-
admodum constanter firmavit *Rota in Ra-
vennaten. fideicommissi Julii Camilli de Ab-
biosis 1 Iulii 1707. à §. Maximè quia, & 16.
Ianuarii 1708. §. Et licet coram Me, & 7. A-
prilis 1710 §. Et sanè cum pluribus seqq. cor.
R. P. D. meo Crispo.*

7 Et de facto, ut finem votis omnibus exop-
tatum faciliùs assequi posset Testator, reci-
procam explicitè ordinavit inter Perseum, &
Joannem Baptistam filios, proindeque multò
magis repetita censeri debet respectu ad cę-
teros descendentes remotiores minùs dile-
ctos, *Soccin. jun. cons. 81. num. 46., & seqq.
lib. 1., Rodulphin. alleg. 33. num. 11., Rota de-
cis. 432. num. 13. coram Priol., & decis. 570.
à num. 19. par. 19. recent., & in Forolivien.
fideicommissi de Torellis 28. Iun. 1702. §. Ter-
tia, & 15. Ianuarii 1703. §. Secunda conje-
ctura cor. bon. me. Muto.*

8 Potissimum quia concurrunt verba repeti-
ta, ibi — *Sostitui ad essi le figliole, e li loro
figlioli, e descendenti con il medemo carico
di fideicommisso trà di loro in infinito*, ideò-
que ad quoscumque descendentes protendi-
tur gravamen reciprocę primis heredibus
institutis impositum, *Rota decis. 599 num. 2.
cor. Emer. Iun., & decis. 610. n. 2., & seqq. co-
ram Rembold., & in Interamnen. fideicomm.
11 Decembris 1702. §. Plures namque, &
§ Nec discordat coram Reverendiss. D. meo
Decano.*

Atque hinc robustiores vires assumunt
cęterę conjecturę à dicto Testamento desum-
9 tæ, prohibitio scilicèt Legitimæ, & Trebel-
lianicę, exclusio Fisci in casu delicti sub ex-
pressione, quod delinquentis portio devol-
vatur ad alios Proximiores, digressus ad plu-
res gradus substitutionum cum indefinita
masculorum prelatione, & repetitæ dictio-
nes perpetuitatis notam pręseferentes. Quæ
omnia passim ad hunc effectum ponderari so-
lent, ut videre est apud *Altograd. dicto cons.
92. num. 7., Rocc. disput. jur. select. cap. 15. à
num. 9., Card. de Luca de fideicomm. dicto di-
sc. 101. num. 10., & seqq., Rota cor. sanct. me.
Alex. VIII. decis. 117. n. 4., & decis. 306.
n. 19. cum seqq. par. 18. recen.*

Mirabiliter etiam litteræ Testamenti
famulatur substantia, & natura ipsius dispo-
10 sitionis, quę utpotè peculiari modo in recta

directa, juxtà verba superiùs transcripta,
realis omninò DD. visa est, ad tradita per
Decian. cons.103. num.3. lib.2., *Becc. cons.*
24. num.24., *Mans.consult 216 num.12.,&*
13., *Rocc.disput.Jur. select. cap.23.num.27.*,
Rot.decis.193. num.2., & 7. part.1., & decis.
11 *268. nu.7. par.14. recent.*, & propterea va-
lidius constabilitur assumptum pro inducen-
da reciproca de linea ad lineam, *Altograd.*
dicto cons.92. num. 32., & seqq.lib.1., *Gra-*
tian.discept.forens. cap.828. num.41., & 45.,
Rota coram Cerro decis.796.num.7., & in
recen.decis.411. num 9. par.14., *& in Bono-*
nien. fideicommissorum de Herculanis 13.
Iunii 1701. §. *Præcipue cor. bo. me. Muto.*

Nec quidquam præmissis obstare potest
12 animadversio, quod cum Testator ab initio
duas constituerit lineas, Persei nempè, &
Joannis Baptistæ, ac inter eos diviserit hæ-
reditatem pro æquali portione, censeatur
proindè demandasse fideicommissum descen-
sivum discretivè in unaquaque linea, non au-
tem reciprocum de una ad aliam. Etenim eo
ipso, quod Testator, ne dum filios, verũ etiã
substitutos omnes uti suos, & à se ipso descen-
ndentes contẽplatus fuit specialiter sese desi-
gnando tamquam omnium caput, & princi-
pium, ibi -- *Poiche l'intentione del Testato-*
re è d'indurre un perpetuo fideicommisso de'
suoi Beni, frà suoi descendenti -- & infertius:
Per incitare li suoi figlioli, quanto gl'altri
Discendenti dal Testatore -- optimè datur
intelligi lineas filiorum consideratas fuisse
per modum unius, *Fusar. cons.18. sub n.14.*,
Card. de Luc.de fideicomm.disc.104.num.6.,
& 7., *Rota in dicta Bononien. fideicommis-*
sorum de Herculanis 13 Iunii 1701. §. *Ad*
hanc eamdem, *& in Forolivien. Fideicomm.*
de Torellis 24. Junii 1702. §. *Maxime quia,*
confirmata 15. Iannarii 1703. §. *Ultra requi-*
sita in fin. cor. bon.mem. Muto, *& in dicta*
Ravennaten. fideicommissi Iulii Camilli de
Abbiosis 8. Aprilis 1710. §. *Quidquam vers.*
Alterum nimirum cor. R.P.D. meo Crispo.

13 Expræssio verò portionum facta respectu
ad eosdem Institutos, nihil prorsùs refraga-
tur, quia postmodum substitutio, & vocatio
descendentium in infinitum directa extitit
ad totalitatem, & universalitatem bonorum
per uerba generalia -- *de' suoi Beni* -- totum
fideicommittentis patrimonium complecten-
tia, quemadmodum huic præcisè obiecto re-
spondendo prosequitur *Rota in dicta Ra-*
vennaten.fideicommissi Iulii Camilli de Ab-
biosis 7. Aprilis 1710. §. *Alterum verò cor.*
R.P.D. meo Crispo.

Constito ex his, quod debeatur Actori
Immissio, non hæsitarunt pariter DD.decer-
nere retentionem favore Canonicatus, il-
liusque possessoris ratione detractionum,
quæ Perseo, à quo causam habet fundatrix
14 competebat, & quidem pro medietate do-
tis Ascentiæ Uxoris fideicommittentis in
summa sc. 45. necnon pro restitutione alte-
rius dotis Graviliæ ejusdem Persei Uxoris
in sc. 334., cum ipsemet fideicommittens
per viam legati has restitui mandavit. Et
tandem pro legitima debita tamèn in sola
medietate tertiæ partis reliquorum bono-
rum, cum altera medietas spectaret ad Joan-
nem Baptistam Collegitimarium, & in hoc
repositus est modus resolutioni adiectus.

15 Absque eo quod ad impediendas dd. de-
tractiones, & signanter quantitativas, atten-
di mereatur defectus Inventarii hæredibus
gravatis oppositus, juxta deducta per *Rotam*
in Spoletana Immissionis 15. Februar. 1704.
§. *Recurrendo cum seqq. coram R.P.D. meo*
16 *Ansaldo*. Ultra quod enim hujusmodi
omissio suppleri videbatur ex descriptione
bonorum per fideicommittentem facta in
17 Testamento; dicta decisio procedit, quan-
do præter defectum Inventarii concurrunt
notabiles alienationes, ex quibus detractio-
nes accidentales probabiliter extenuari po-
tuerunt (quoties tamen nulla assignatur alie-
natio, & res est de fideicommisso universa-
li) ut in hypothesi; tunc utique intactum
remanet jus hæredis gravati consequendi
detractiones quantitativas, æquè, ac quoti-
tativas, *Rota coram Celso decis.1.num.3. cum*
seqq., & decis.123. num 6., & seqq. par.16 re-
18 *cent., & in Ravennaten. Immissionis 20. Ju-*
nii 1707. § *Quandoquidem cum pluribus*
seqq. coram R.P.D. meo Aldrovando, *& in*
Vasionen. Fideicommissi 21. Martii 1708.
§. *Rursus cum seqq. cor. bon. me. Omanna.*

Neque ad probandas alienationes prodesse
19 potest animadversio, quod non reddatur ra-
tio de aliquibus Bonis (exigui tamen valo-
ris) in dicto Testamento descriptis; tum
quia hæc fortasse distracta fuerunt ab ipso
Testatore, qui post conditum Testamen-
tum per nonnullos annos supervixit, tum
& fortius, quia non probatur, quod dd. Bo-
na pervenerint ad manus Persei, prout opus
esset, *Rota coram Peuting. dec.485. nu.17.*,
& coram Dunoz. Jun. dec.254. num.1., *&*
dec.591. num.1. par 19. rec., præsertim cum
obvenire potuerint in portionem Jo. Bapti-
stæ ejus Fratris, & Cohæredis.

Minusque ad intentum confert exceptio,
quod non probetur Antoniam fuisse heredem
Persei Patris, dum iste reliquit post se etiam
20 Felicem Angelum filium, qui propterea
tamquam masculus in vim statutariæ dispo-
sitionis sororem excludebat. Etenim cum
Felix Angelus innuptus, & intestatus deces-
serit, successio omni Jure aperta fuit favo-
re Antoniæ sororis, quæ cum subinde Bona
possederit, & de illis etiam disposuerit, du-
bio procul fraternã, & perconsequens Pater-
nam hæreditatẽ agnovisse dicitur, *Bald.consi-*
gl.224. num.1. lib.2., *Cyriac. controv. 224.*
num.4, *Card. de Luc. de hæred. disc.12. n.9.*
Rota coram Coccin. dec.1506. num.3., *& de-*
cis.2197. num.3., *& in Romana fideicom-*
missi de Palmeriis 14. Junii 1702. §. *Certius*
coram Eminentissimo D. de la Tremoille.

Inutiliter tandem prætendebatur, Detra-
21 ctiones consumptas fuisse ex diuturna fru-
ctuum perceptione, quia cum Perseus de-

, tem-

tempore aditæ hæreditatis esset creditor Patris, utique intra ratam dd. Detractionum in vim imaginariæ solutionis fecit fructus suos, ac ab eorum restitutione successores liberavit, *Rota in Beneventana nullitatis Testamenti super retentione 22. Iunii 1708. §. Potissimè coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore, & 13. Ianuarii 1710. §. Nec suffragari cum seq. coram Me.* Quo vero ad fructus aliorum Bonorum agendum erit in suo congruo, & particulari Judicio adversus Canonicos, qui illos perceperunt.

Et ita utraque &c.

AMERINA RESTITUTIONIS FRUCTUUM.

Veneris 27. Ianuarii 1713.

ARGUMENTUM.

Hæc Decisio est alterius sub 29. Aprilis 1712. confirmatoria, & firmat, quod Fructuum Liquidatio facta à Perito ad Tramites taxæ Legalis dicitur Justissima.

SUMMARIUM.

1 *Fructuum perceptio in genere ex Colonorum depositionibus satis probatur.*

2 *Quantitas fructuum perceptorum ex relatione periti Iudicialiter electi concludenter probatur.*

3 *Liquidatio fructuum secundum taxam legalem justa est, etsi illa minor esset, diceretur æquissima.*

4 *Fructus si remanserint penes Colonos ex culpa illius, qui eos tenebatur restituere, omnino debentur, nec per hoc ullo modo excusatur.*

DECISIO DCCLXII.

Obligato R. P. D. de Petrignanis decisione edita coram Me sub die 29. Aprilis mox elapsi ad restitutionem tertiæ partis fructuum bonorum assignatorum pro dote Elenæ Scarnardæ favore Francisci Angeli fratris, fuit tamen eidem reservata actio repetendi dd. fructus ab Annibale altero fratre, quem illos percepisse excipiebatur. Unde in præsenti quæstionem excitavit præfatus R. P. D. de Petrignanis adversus Annibalem pro repetitione fructuum, & proposito dubio -- *An, & in qua summa sint restituendi fructus ab Annibale percepti* -- DD. responderunt *fructus esse restituendos in quantitate, & juxta modum in decisione exprimendum.*

1 Non enim visum fuit considerari posse aliquam difficultatem circa debitum, seu perceptionem fructuum in genere, quia ipsemet Anibal fassus fuit illos habuisse, ut resultat ex depositione Colonorum, atque aliorum, & proinde solum opus fore putaverint DD. exatare quantitatem, super qua deter-

2 minarunt standum esse relationi Periti Rotalis jam approbatæ *in dicta decisione edita coram Me sub. die 29. Aprilis proxime præteriti* in qua distinctè omnibus consideratis, at-

3 que perpensis, fructus calcularunt etiam in minori quantitate, quam exigat taxa legalis, quando cæteroquin idem met Anibal affirmavit fructus taxam superantes exigisse, quod insuper comprobatur ex dicto Colonorum cor. Gubernatore Amerino examinatorum, & per consequens dignoscatur inevitabilis restitutio fructuum, juxta quantitatem à Perito liquidatam, ut patet ad sensum.

4 Ninime attento, quod quædam portio fructuum relicta fuerit ab Anibale penes Colonos, quoniam sibi imputare debet, nec enim potest sub hoc prætextu à restitutione se vindicare, ex quo tenebatur alios fratres citare, si curasset, quod Coloni essent depositarii, & se se ab onere restitutionis liberare, ut etiam dictum fuit in alia decisione *§. Minime.*

Et ita utraque &c.

LAUDEN. PENSIONUM SUPER MANUTENTIONE.

Lunæ 30. Januarii 1713.

ARGUMENTUM.

Effectus Judicii possessorii nequit retardari per exceptiones altioris Indaginis, & ad Petitorium remittendas. Remissoria semper conceditur, si materia ad Victoriam Causæ tendat.

SUMMARIUM.

1 *Manutentio in Iudicio summariissimo Possessorio exactionis pentionis cui probet Possessionem, seu quasi in eadem exactione, non potest retadari.*

2 *Exceptiones requirentes altiorem Indaginem in hoc Iudicio non attenduntur.*

3 *Amplia, etiamsi Litteræ Apostolicæ à Pensionario relatæ, fuissent cum Clausula* dumodo remaneant centum pro Rectore concepte, *in his terminis talis exceptio non attenditur.*

4 *Ista exceptio ad petitorium remittitur.*

5 *Petitorium non retardat Possessorium, donec super eo res Iudicata non adsit.*

6 *Protestatio facta à Rectore beneficii desolvendo Pensiones metu excommunicationis, & obligatio de eas solvendo, donec fuerit decisum petitorium, exuberat ad confirmationem* Judicii Possorii.

7 *Remissoria conceditur, si articuli sint relevantes, & materia conferat ad victoriam causæ.*

8 *Amplia, etiamsi dubitaretur, an dicta materia esset Remissoriam petenti profutura.*

9 *Remissoria in materia profana facillimè conceditur.*

10 *Limita, si propriæ confessioni adversetur, & ad illius destructionem tendat.*

11 *Pensiones excessivæ per quas Conciliaris congrua Rectori non remaneat, non substinentur.*

DE-

DECISIO · DCCLXIII.

PEnsiones impositas usque de anno 1686. à
san. mem. Innocentio XI. super Ecclesia
Parochiali Vicariæ S. Petri Laudæ veteris
nuncupatæ . quæ nunc reperitur commendata
, ut asseritur , Ven. Collegio Germanico
& Ungarico Urbis , semper persolverunt Vicarii
pro tempore existentes , cum hac sola
differentia , quod ab anno 1695. , propter
translationem de medietate factam favore
Jacobi Philippi ab Episcopo Menatto uno ex
Pensionariis jam defuncto , fuerant prædictæ
pensiones ad minorem quantitatem redactæ
.

Verum , cum de anno 1705. ob vacationem
per obitum Prædecessoris fuerit provisus
de Vicaria Jo. Baptista Galmutius , qui
non obstante præstito consensu dd. pensionibus
, & emissa consueta obligatione de illas
solvendo , cæpit prætendente se minimè
teneri ad hujusmodi pensionum satisfactionem
. Quamobrem introducto per Pensionarios
Judicio in Curia Episcopali Lauden.
, tàm super manutentione exigendi ,
quam super executione litterarum Apostolicarum
in omnibus illorum favore fuit pronunciatum
, & consecutive devenit Beneficiatus
ad transactionem , in qua , sibi reservato
dumtaxat Jure agendi in petitorio super
congrua in litteris Apostolicis præservata,
promisit terminos pensionum decursos,
& decurrendos hoc interim exbursare ,
quam promissionem quoad decursos adimplevit
.

Hisce tamen non obstantibus pro novis terminis
maturatis, opus fuit pensionariis de anno
1711. Judicium super manutentione , nec
non super executione litterarum in eadem
Curia Lauden. contra prædictum Galmutium
instaurare , qui non acquiescens novo Judicato
sibi contrario , obtinuit à Signatura
Causam nostro Auditorio delegari , mihique
committi , in cujus sequelam propositis
in hodierna audientia duobus dubiis , & dilata
resolutione quoad illud respiciens
executionem litterarum , injunctum fuit ,
quod repropeneretur Causa , citato Collegio
Germanico , & Ungarico Urbis, DD.
non hæsitarunt aliud concernens manutentionem
, ac remissionem definire, respondendo
— *dandam esse manutentionem Pensionariis*
, & è contra *concedendam remissoriam
Vicario* .

Quo enim ad manutentionem , visum fuit
1 nullatenus illam posse denegari Pensionariis,
quippe quia isti non solum sunt in possessione,
vel quasi exigendi pensiones à duobus prædecessoribus
Vicariis , sed etiam à moderno
Contradictore , in quibus sane terminis
natura hujus Judicii possessorii , & equidem
privilegiati , exigit , ut Pensionarii debeant
continuare in perceptione suarum pensionum
rejectis omnibus exceptionibus altiorem
2 rem indaginem requirentibus , ut per *Text.
in cap. cum Ecclesia Sutrina de caus. possess.,
& propriet.*, notant ibidem *Abb. nu.*23.,*Rip.
num.*13. *Guidopap. dec.*629. *per tot.*, *Pat.
dec.*151. *lib.*3., *Seraph. dec.*436. *n.*1., *Peutinger.
dec.*273. *n.*9. , *& seq.*

Absque eo quod attendi possit , Litteras
3 Apostolicas fuisse expeditas cum clausula
dummodo remaneant centum pro Rectore ,
quodque Vicarius protestatus fuerit solvere
metu excommunicationis . Quandoquidem
respectu prædictæ clausulæ , DD. advertenrunt
nunc non esse inquirendum de illius verificatione,
quia sufficit ad effectū de quo agi-
4 tur , probare solum possessionem exigendi ,
& ad Judicium petitorium remitti debet inspectio
, *Marescot. var. resol. lib.*1. *cap.*21.
*num.*1., *Gratian. discept.*113. *num.*28. , *Rota
coram Bich. dec.*210. *num.*27., *& dec.*410.
*num.*3. *coram eodem*, *& coram Seraphin.
dec.*1429. *num.*1. , *& seq.*, *& coram Cavaler.
dec.*429. *num.*2 , cum omni Juri repugnet
quem privari sua possessione , donec res
in petitorio disputetur , & tritum apud Doctores,
& Tribunalia sit, petitorium ad retar-
5 dandum possessorium nunquam attendi, quousque
de illo non constet per rem judicatam,
vel per Instrumentum , vel tandem per confessionem
Partis , *Rota in Parmen. Beneficii
super executione Litterarum Apostolicarum
17. Martii* 1710. §. *Minime coram R.
P.D. meo Aldrovando*, *& in Melphiten.
Beneficii 22. Iunii* 1712. §. *Eademque coram
Me* .

Respectu vero protestationis emissæ in
6 actu solutionis , satis fuit ponderare , quod
Galmutius , licet metu excommunicationis
Pensionariis satisfecerit , tamen se se obligavit
de solvendis pensionibus usquequo in petitorio
sua Jura discuterentur , ac per consequens
, prætermissa dicta protestatione, uti
contra factū in futuro promissum, ex propria
obligatione teneri certum est , quando cæteroquin
exuberaret ad manutentionem , prædecessores
Vicarios in solutione pensionum
non cessasse , ex authoritatibus allegatis in §.
Quo enim quibus , *ad stipulatur Adden. ad
Gregor. dec.*313. *n.*6.

Devenientes modo DD. ad remissoriam ,
existimarunt , illam dandam esse Vicario , ex
quo fumus materiæ articulatæ colligitur sufficiens
à depositionibus Testium asserentium
fere omnes redditus Beneficii absorberi ab
oneribus eidem infixis , adeout stante hac
7 relevantia articulorum , qui probati inducerent
nullitatem pensionum , vel saltem illarum
reductionem exposcerent , utique remissoria
nullo modo valeat denegari , dum
ista semper admittitur , quoties materia quoquo
modo conferre potest ad Victoriam Cau-
8 sæ, quinimmo etiamsi dubium sit illam esse
pro futuram , maximè in materia profana ;
9 in qua de facili conceditur, *Rota in Tuden.
Parochialis de Reverteme super remissoria
7. Decembris* 1708. §. *Et sane coram Me* , *&
in Romana Pecuniaria super articulis* 28.
Novembris 1712. *eodem* §. *Et sane pariter
cor. Me* .

Non attento remissoriam locum sibi vendicare

10 dicarè haud quaquam posse contra propriam confessionem, quoniam hic non agitur de dextruenda confessione concernente valorem Beneficii in genere expressum, & approbatum, sed de probandis oneribus Beneficii, circa quorum quantitatem nulla intercessit Vicarii confessio, ac proinde non
11 arctatur supportare tot onera, quæ redditus penè omnes absumunt, nec intactam ejus congruam relinquunt, prout ex nota Conciliari dispositione, & expressa præservatione facta in Litteris Apostolicis habere debet.

Et ita utraque &c.

ROMANA SCHEDULARUM, ET SOCIETATIS.

Veneris 3. Februarii 1713.

ARGUMENTUM.

Schedula Camerali obligatione vallata, & subscripta vim Instrumenti habet, & causa in ea expressa attendenda est, quoad usum pecuniarum, & ad aliam omnino diversam trahi nequit.

SUMMARIUM.

1 *Schedula Cammerali obligatione munita habet paratam executionem.*
2 *Pecuniæ contentæ in Schedula mutui ad nullam aliam causam sunt referibiles, quam ad ibi expressam.*
3 *Amplia, si adsint circumstantiæ partium voluntati famulantes.*
4 *Verba prolata determinata ad tempus futurum, trahi nequeunt ad præteritum.*
5 *Confessiones emissa in notula, habet vim Iudicialis confessionis, & si à parte fuerit acceptata, illi omnino standum est.*
6 *Quantitas Frumenti retracti ex Prædio probatur ex assignatione Frumenti facta penès libros Annonæ.*
7 *Expensæ factæ pro cultura Arvorum, si ex notulis expensarum deduci nequeant, ad Peritorum Iudicium recurritur.*
8 *Periti cum supposito erroneo procedentes, & assertioni judicialiter remissæ adversantes non probant.*
9 *Expensarum repartitio ad rationem sc. 10. pro quolibet rubro sato dat intelligere, quot terræ rubra sata sint.*
10 *Notulæ expensarum manu debitoris exarata, & ab hærede productæ satis probant, & erroneitatem de illis allegans ad quid teneatur.*

DECISIO DCCLXIV.

GEmina reportaverat Mandata in Tribunali Eminentissimi Vicarii Joseph Raffaellinus advesùs Aloysium Garzium, uti hæredem Jo. Vincentii Possidonii debitoris, alterum nempè pro summa scutorum 356. vigore quarumdam Schedularum, alterum vero scutorum 385. pro reliquatu Societatis agrariæ inter ipsos initæ, commissaque appellationis Causa Eminentissimo D. Cardinali Priolo, tunc Tribunalis nostri ter emerito coauditori, eaque proposita sub die 7. Octobris 1711. responsum fuit -- *Primum Mandatum pro nunc esse exequendum in solis scutis 206., alterum vero pro tota summa.*

Quamobrem revocatis hodie ad novum examen viribus dictæ Decisionis coram Mè, in ejus locum suffecto, nec non assumpta inspectione super reservatis, DD. *persistentes in decisis*, illius fundamenta approbarunt, & primum Mandatum esse exequendum etiam pro summa reservata censuerunt, ut in mea contextuali Decisione.

Justitia namque primi Mandati pro summa scutorum 200. (cum respectu residualis
1 tenuissimæ quantitatis scutorum sex in dubium non revocetur) clarè iterum emergere visa est ex Schedulis Camerali obligatione vallatis, in quibus Possidonius se se debitorem constituit Raffaellini, dictamque summam ad omnem ejusdem requisitionem persolvere promisit, ideoque ritè recteque contra illius hæredem relaxatum extitit Mandatum, cujus executio sub quovis prætextu evitari non potest, *Rota coram Cels. dec. 355. n. 2., & cor. Cerr. dec. 602. n. 1., & dec. 199., & dec. 226. n. 1. post Zacch. de oblig. Cameral.*

Nec quidquam suffragatur repetita exceptio, quod præfata quantitas referri debeat
2 ad præambulam causam Societatis, quam Raffaellinus cum Possidonio inierat sub obligatione eidem subministrandi pecunias pro cultura Tenutæ Aguzzani necessarias; Etenim hujusmodi assumpto apertissimè adversantur dictæ Schedulæ, quæ purum, & simplex mutuum dumtaxat præseferunt, proindeque, cum contrahentes præcisè solutionis Causam determinaverint, liberamque pecuniarum restitutionem in pactum deduxerint, perperam per subauditos intellectus dicta solutio in præsumptam, & possibilem Societatis causam detorqueri contenditur, ad *Text. in l. 1. ff. de solut., & in l. si usuras C. de usur., Gratian. discept. 224. à n. 18., & seq., Rota cor. Cerr. dec. 360. n. 16., & cor. Emerix. Iun. dec. 47. n. 6., & dec. 1109. num. 7., & in rec. dec. 360. num. 4., & 8. par. 19.*

Eoque potissimum, quia expressæ Partiū voluntati mirabiliter famulantur peculiares facti circumstantiæ, quas distinctè refert, & ponderat decisio Eminentissimi D. Cardinalis Prioli à §. *Idque cum pluribus seqq.*, cum qua DD. ad evitandam inutilem repetitionem transierunt.

Agnoscentes præmissorum efficaciam Scribentes pro Aloysio, novum defensionis præsidium adstruere satagebant, ex quo Raffaellinus in Apoca sub die 12. Martii 1703. exarata, asseruit se bonificaturum Possidonio scuta 277. ex causa Societatis, indè inferendo, quod in omnem casum sæpedicta summa scutorum 200. compensata fuerit cum dd. scutis 277. Verum ultra quod notabilis concurrit utriusque quantitatis discrepantia, insubsistens

4 stens prorsus detegitur obiectum, animadvertendo bonificationem in Apoca expressam conceptam esse per verba futuri temporis, & per consequens nullo modo referri potest ad scuta 200. longè ante soluta, sed unicè respicit summas impostерum persolvendas *l. si servitus ff. de servit.*, *Oldrad. cons. 310. per tot*, *Gratian. discept. farens. cap. 497. num. 21.*, *& 22.*, *Rot. cor. Emerix jun. dec. 724. n. 19.*, *& dec. 521. n. 18. p. 19. rec.*

Subsistunt pariter fundamenta decisionis, ex quibus probata remanet justitia alterius
5 mandati pro reliquatu Societatis relaxati. Nam ex notulis per Posidonium ad formam susceptæ obligationis exaratis, & per Garziam postmodum judicialiter exhibitis resultat, quid, & quantum durante societate impensum fuerit, *Rota dec. 411. num. 2.*, *& 3. p. 14. rec.*, *& in Romana fideicommissi Mutii de Bubalo super arte agraria 12. Maii 1702. §. Quarto in idem cor. R. P. D. meo Ansaldo, & 2. Maii 1710. §. Validitat*, *& seqq. coram Me.*

Itidemque ex confessione ejusdem Possidonii, mediante assignatione frumenti, &
6 segetum facta in libris Annonæ, clarè desumitur præcisa quantitas utilium, quæ ex tenuta retracta fuerunt, eorumque valor, *Rot. coram Burat. dec. 621. n. 87.*, *et cor. Pen. dec. 1150. n. 2.*, *cor. Bich. dec. 495. nu. 7.*, *et dec. 580. n. 17.*, *et cor. R. P. D. meo Ansaldo dec. 11. n. 8.*

Quamobrem subductis omnibus expensis,
7 bonificatisque partitis per Raffaellinum receptis, incontrovertibile est ejus creditum in residuali summa scutorum 385., juxta calculum distinctè efformatum in decisione, quę confirmatur §. *Expedito autem*.

Absque eo quod ad evertendam hujus crediti realitatem impugnari possit d. Calculus sub obtentu, quod in præfatis notulis designatæ tantummodo fuerint expensæ anni 1703., non autem duorum subsequentium, quibus perduravit Societas, & consequenter attendi debeat novissima quædam extrajudicialis Peritia, in qua recensentur expensæ probabiliter necessariæ pro Cultura rubrorum 22.

Hujusmodi siquidem prætensio in omni sui parte penitùs corruit, vel enim ex lectura dictarum notularum illico convincitur adnotatas extitisse omnes expēsas totius triennii, vel quando etiam ad supplendos prætensos earum defectus recurrendum esset ad
8 Peritos, nihil profecto concluderet assertio illorum, quos adducit Aloysius, nam procedunt cum supposito, quod quolibet anno per Possidonium sata fuerint Rubra 22., & tamen in contrarium urget ejusdem confessio
9 in sæpedictis notulis emissa, ibi -- *Maesi a scudi 10. il rubbio scudi 200.*; facile est enim ex repartitione dictarum expensarum ad rationem scutorum 10. pro quolibet rubro deprehendere sata fuisse rubra 20. dumtaxat.

Perspicua itaque ex his redditur irrelevantia exceptionum, quæ adversus dictas notulas, debitoris manu exaratas, & ab hæ-
10 rede per productionem solemniter approbatas objiciuntur, proindeque eisdem tanto magis adherendum venit, cum ad hunc effectum sufficiat, ut impicti errores, & defectus univocis, & concludentissimis probationibus non justificentur, *ad text. in l. unica C. de error. calcul.*, *Ruin. cons. 10. num. 16. lib. 3.*, *Rot. dec. 262. n. 25. p. 6.*, *et dec. 182. n. 8. p. 19. rec.*, *et in Romana fideicommissi Mutii de Bubalo super arte agraria 2. Maii 1710. §. et prescindendo coram me.*

Et ita utraque &c.

EADEM CORAM EODEM SUPER RESERVATIS.

Veneris 3. Februarii 1713.

ARGUMENTUM.

Socius mutuas si recipiat pecunias à consocio cum clausula *per altrettanti*, nunquam dici potest, ut referibilis sit earum versio in causam expensarum societatis, & sic tempus proprium, in quo cadunt ipsæ expensæ, dies schedulæ percutiat:

SUMMARIUM.

1 *Exequutio subscriptæ Schedulæ, Camerali obligatione munitę, nequit per equivoca obiecta, & possibilitates retardari.*

2 *Circumstantiis Schedulæ valorem comprobantibus multum defertur.*

3 *Schedulę diversæ, alię quæ cantent exaratę per debitorem ad designandas pecunias pro cultura receptas, & alię cum clausula* per altrettanti *conceptę, istę nullo modo sunt referibiles ad primam causam culturę.*

4 *Amplia, si attenta ista expressione causę diversa, Creditor in causam designatam aliquas solutiones recepisset.*

5 *Socius, & si recepisset à Consocio pecunias ex causa mutui de tempore, quo impensę faiendę erant pro recollectione Socialium segetum, attamen non potest in istam causam illas applicare ad destruendam vim clausulæ* per altrettanti *in schedula appositę.*

DECISIO DCCLXV.

Quamvis suspensa fuerit sub die 7. Decembris 1711. coram Eminentissimo Cardinali Priolo quoad scuta 150. executio mandati, quod pro summa scutorum 356. in vim quarumdam Schedularum ad sui favorem relaxari obtinuerat Joseph. Raffaellinus adversus hæreditatem Possidonii debitoris. Nihilominus hodie cor. Me, & in ejus locum subrogato vindicata exitit ab opposita turbiditate dicta residualis quantitas, proindeque præfatum mandatum exequendum esse, etiam pro summa reservata DD. responderunt.

Tota namque difficultas in anteacta causæ propositione unicè resedit in eo, quod scuta

ta 150. debita apparent vigore Schedularum seu *Pagherò per altrettanti*, nulla facta causæ expressione, nullaque superaddita obligatione de illis restituendis, quæ tamen apposita fuit in aliis præcedentibus schedulis, de quibus in contextuali mea decisione, ideoque locum sibi vindicare videbatur præsumptio, quod hujusmodi quantitas in præambulam causam expensarum societatis cedere posset.

Verum præmittentes DD., quod simplex
1 hæc possibilitas, & equivoca illatio, nullo
modo retardare potest paratam executionem dictarum schedularum, ex adductis in
d. contemporanea decisione §. *Justitia nam-*
2 *que*, animadverterunt ex validiori facti circumstantia penitus sublatam esse præfatam
præsumptionem; constat enim, quod ubi
Raffaellinus notabilem pecuniarum quantitatem pro cultura Tenutę subministravit, id
clarè, & præcisè declaratum fuit à Possidonio sub ea expressione -- *per contraporli nel-*
3 *la Compagnia da noi fatta*, quapropter cum
schedulæ de quibus agitur, hujusmodi careant declaratione, & simpliciter cantent --
per altrettanti, -- utique ex hoc discretivo contrahendi modo tutissima desumitur interpretatio ad hoc, ut controversa summa referri debeat ad expressum, & purum mutuum, non autem ad possibilem causam societatis, *Rota cor. Merlin. dec.* 800. *n.* 11., & *cor. Emerix jun. dec.* 556. *cum.* 2., & *dec.* 454. *num.* 12. *p.* 18. *rec. cum concordan. adductis in dec. Emi Prioli* §. *Secundo etiam*.

Maximè quia attenta vi, & efficacia dis-
4 eretivæ hujus formulæ, per Partes adhibitæ,
jam bonificatæ fuerunt Raffaellino aliæ partitæ non obstante, quod adversus illas urgeret correspectivitas temporis, quo traditæ fuerunt pecuniæ, & inita Societas, ut in d. dec. Eminentissimi Prioli §. *Qua de re*, ideoque potiori jure eidem debentur dd. scuta 150. post nonnullos annos à die contractæ societatis persoluta, ut de se patet.

Nec aliqualis saltem correspectivitas ad
intentum desumi potest, ex quo sæpedictæ
5 solutiones factæ appareant de mensibus Jun.,
& Julii, quo tempore necessariæ sunt expensæ pro segetum recollectione, quia esto etiã, quod ad hunc effectum pecunias sibi comparaverit Possidonius, attamen exindè respectu Raffaellini non excluditur causa mutui; semper enim recurrit responsio, quod traditę non fuerint *per contraporli nella Compagnia*, quemadmodum supra animadversum extitit, cum Possidonius haberet in manibus majorem summam effectuum socialium, quorum medietas Raffaellino debita erat, ut in altera contextuali decisione.

Et ita utraque &c.

CAMERINEN. BONORUM.

Lunę 6. Februarii 1713.

ARGUMENTUM.

Hæc decisio est confirmatoria alterius præcedentis diei 27. Junii 1712., & disponit, quod

Condividentes inter se fratres æqualitèr iàm bona libera, quàm fideicommissaria, si realiter constet eos ad æqualitatem in divisione respexisse, semper tale fideicommissum per eosdem ad invicem fuisse remissum censetur, cum implicaret in terminis voluisse divisionem æqualem in una parte, & in altera servare voluisse vinculum fideicommissi supèr altera.

SUMMARIUM.

1 *Scientia Fideicommissi in condividentibus adfuisse præsumitur, si in divisione de ea mentionem fecerint.*

2 *Remissio fideicommissi, ex quibus coniecturis, verbis, ac adminiculis deducatur.*

3 *Fideicommissum remissum censetur, si condividentes ad portionum æqualitatem hinc inde respexerint, & bona fideicommissaria obvenerint illi in portionem, qui in contrapositionem alteri condividenti bona libera deservit.*

4 *Æqualitas in divisione volita eruitur, ex quo condividentes in casu molestiarum convenerint, ut omnes ad refectionem damnorum hinc inde pro ęquali tenerentur.*

5 *Amplia, si dedissent normam alteri divisioni futurę, in quà etiam ad æqualitatem hinc inde servandam condividentes respexissent.*

6 *Subamplia: Si unus ad ęquandas portiones aliquam pecuniarum summam persolvisset.*

7 *Inęqualitas divisionis probari non potest per testes informes, ac pendente lite expiscatos.*

8 *Amplia, ut etiamsi dicta talium testium circa valorem rei essent uniformia antiquo illius valori, cum valor rerum in dies mutetur.*

9 *Testes ad perpetuam examinati confunduntur in dicto aliorum publico Instrumento cohęrentium.*

10 *Existentia Fideicommissi non satis probatur, ex quo fuerit ratificata à muliere in aliquo Instrumento de suis juribus ignara.*

11 *Amplia, si talis mulier de errore admonita, in alio Instrumento tale fideicommissum impugnasset.*

12 *Hęres, qui ex facto sui Authoris de evictione fundi tenetur, non potest opponere fideicommissum super illo*, juxta text. in l. Vindicantem.

DECISIO DCCLXVI.

NOvo suppositâ examini decisione coram me edita 27. Junii anni mox præterlapsi, in qua informantibus dumtaxat Francisco Antonio, aliisque fratribus de Broliis, confirmata extitit sententia Rotalis eisdem decernens manutentionem super Domo, & Apotheca ad usum Aromatariæ, necnon reintegrationem ad Prædium *de' Fonti*, cum illius firmitati nihil prorsus detrahere visa fuerint momenta rationum, quæ pro Romulo, ceterisque pariter de Broliis hodiè adducebantur. DD. *in decisis perstiterunt*.

Solidum namque, & immotum rursùs apparuit d. resolutionis fundamentum innixum remissioni fideicommissi, cui obnoxia præten-

tenduntur bona, de quibus agitur. Cum
1 enim non controvertatur, nec controverti
possit Authoribus Partium, qui anno 1646.
ad divisionem bonorum, & hæreditatis Ve-
nantij de Broliis devenerunt, præcisè inno-
tuisse fideicommissum particulare super dd.
bonis per eum ordinatum, eo ipso, quod de
hoc peculiarem mentionem fecerunt in præ-
dicta divisione, quæ nihilominus munita ex-
2 titit amplissimis clausulis hæredum, & suc-
cessorum complexivis, perpetuamque actus
observantiam præseferentibus, & quidem
sub strictissima promissione evictionis damno-
rum, & interesse in casu contraventionis.
Profecto in his terminis ad arguendam fidei-
commissi remissionem recurrunt ea omnia,
quæ latè ponderata fuerunt tàm in decisione
præcedentis instantiæ 17. Aprilis 1711. à §.
*Admodum cessare coram R. P. D. meo An-
saldo*, quàm in illa, quæ confirmatur §. *Et
sane cum seqq.*

Incalescit assumpti comprobatio, animad-
3 vertendo, quod condividentium voluntas
semel, atque iterum directa præcisè digno-
scitur ad æqualitatem portionum inter ipsos
servandam, proindeque cum in portionem
Thæsei (à quo jus suum metiuntur Actores)
obvenerint bona fideicommissaria, cæteris
verò assignata fuerint bona omnino libera,
ut toties expressa, & volita æqualitas sub-
stineatur, pernecesse in illis admittenda ve-
nit remissio, & resolutio cujscumque vinculi,
quemadmodum prosequitur prima decisio §.
Et si adhuc, & altera §. *Validius*, ac pon-
derata hujusmodi dumtaxat circumstantia,
novissimè firmatum fuit in *Romana immissio-
nis 15. Aprilis* 1712. §. *Quibus stantibus, &
in ejus confirmatoria* 16. *Januarii proximè
præteriti* §. *Hisce itaque cor. me*, atque in
longè fortioribus terminis, in quibus pæni-
tus desiderabatur Instrumentum, seù aliud
quodcumque divisionis vestigium, ex quo
dividentium intentio desumi posset ad evi-
tandam inæqualitatem, respondit *Rota in
Pisauren. Emphiteusis* 29. *Januarii* §. *Defi-
ciente igitur cor. R. P. D. meo Ansaldo, &
2. Decembris* 1712. §. *Servitutis enim coram
R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore.*

Nec quidquam obstare potest exceptio,
quod in hypothesi æqualitas à contrahenti-
bus volita, respiciat solum nonnulla bona,
non autem integras uniuscujusque portiones,
quodque in omnem casum cesset prorsus
quælibet ratio inæqualitatis, ex quo portio
Thæsei fuit pinguior, majorisque valoris,
ideo compensata dici debeat eventualitas fi-
deicommissi super dd. duobus corporibus
præservata.

Prima enim objecti pars illicò corruit ex
lectura Instrumenti divisionis, ubi in casu
4 quo aliquis ex condividentibus molestias,
seu detrimentum quomodolibet pateretur
super prædictis bonis, contrahentes omnes se
se obligarunt -- *Communiter, & æqualitèr
concurrere tàm ad defensionem partis læsæ,
quàm ad refectionem damnorũ, ità, & talitèr,
quod omnes ex ipsis fratribus non debeant
substinere aliquod damnum, expensam, vel
interesse, licèt modicæ quantitatis, & sum-
mæ pro alio &c.* qui sanè verborum contextus
universam divisionem informans, & æqualem
omnium bonorum obligationem præseferens,
ad hoc, ut ea in unoquoque ex condividenti-
bus æqualiter conserventur, per necesse præ-
supponit divisionis æqualitatem, ut patet ad
sensum.

In idemque collimant tùm subsequentia
5 verba, quibus partes usæ fuerunt, præscri-
bendo normam futuræ divisionis quoad Do-
mum post obitum Matris, ejusque Dotem
ibi -- *debeant dividi inter ipsos fratres, eo-
rumque hæredes, & successores pro æquali
portione* repetita eadem phrasi respectu mo-
bilium, massariarum, nec non Creditorum,
quæ imposterùm reperiri possent.

Tùm, & fortiùs factum dicti Thæsei, qui
6 paulò post *pro æquandis portionibus* persol-
vit Antonio Fratri scuta 196., adeo ut ex his
omnibus citrà expressam evidentiæ facti im-
pugnationem, æqualitas divisionis in du-
bium revocari non valeat.

Parique in subsistentię nota laborare visum
est objectum in altera sui parte, nam portio-
nem Thæseo assignatam pinguiorem exti-
tisse, cæterasque in notabili summa scutorum
1000 superasse, non aliunde probatur, quàm
ex simplici, & informi depositione Testium
7 pendente lite, & post editas in causa resolu-
tiones expiscatas, & propterea nullum proba-
tionis gradum constituere possunt, ut vul-
gata sunt Jura, de quibus *Rota coram Priolo
dec.23. num.3., & dec. 243. num.7. coram
Emerix jun., & in Nullius seù Caputaquen.
Jurisdictionis 1. Julii* 1712. §. *Proùt etiam
coram Me.*

Absquè eo quod dd. Testes robur aliquod,
& veritatis fomentum recipere queant ex
documentis annorum 1615., & 1618., quibus
probari contenditur major, & perspicuus
valor bonorum, quæ in Thæseum obvene-
runt. Etenim à valore d. temporis perperam
infertur ad valorem de tempore adeò remo-
to expletæ divisionis, anno scilicet 1646.,
cùm pretia ipsa tot, tantisque rerum humana-
rum vicissitudinibus obnoxia dignoscantur,
& in dies varientur, ad *Text. in l. pretia re-
rum §. Nonnulla ff. ad leg. Falcid., Fab. in suo
Cod. lib.4. tit.30. defin.19., Gratian. disc ept.
forens. cap.826. num.27., Rota decis.115. nu.
4., & 5. par.16. rec., & in Eugubina bona-
rum super 2. Dubio 14. Junii* 1709. §. *Tùm
etiam coram Emo D. Polignac.*

Minùsque ad intentum conferunt alii Te-
stes asserentes, quod Thęseus post divisionem,
sæpè sæpiùs fallus fuerit, controversa bona
fideicommissi vinculo subjecta remansisse,
ultra quod enim eandem exceptionem
patiuntur, ex quo pariter ad perpetuam
examinati fuere, adhùc illis nullo modo de-
ferendum venit, quia post lapsum tanti tem-
poris inverisimiles omninò sunt eorum asser-
tiones, & ulteriùs confunduntur à contrarii-

Te-

Testibus, quorum dicta præsidio, & assistentia Instrumenti divisionis fulciuntur, *Rota coram Celso dec.216. num.34., & coram Bichio decis.48. num.12., & dec 447. num.6., & in rec. dec.431. num.13. par.19.*

Nonnullum tandem fundamentum consti-
10 tui potest in confessione, quàm Maria Antonia altera ex filiabus ejusdem Thadæi super existentia controversi fideicommissi emisit in Instrumento Transactionis initæ cum Francisco Antonio de Brollis. Hujusmodi namque confessio nullatenùs præjudicium Irrogare potuit mulieri suorum jurium prorsus ignaræ, sed tamquàm erronea semper, & quandocumque emendari valet, *Gratian. discept. forens. cap.501. num.5. & 8., Mans. consult. 178. num 11. cum pluribus seqq., Rota coram Durano decis.39. num.2. & 3., & in Bononien. fideicommissi 15. Aprilis 1701. § Cæterum inutilis coram Emo de la Tremoille, & in Asculana Dotis, & legitimæ 2. Junii 1710. §. Atquè ideò coram Me.*

Et de facto agnito errore, dicta Mulier una
11 cum alia Sorore devenit ad celebrationem alterius Instrumenti, in quo existentia fideicommissi impugnata fuit, ideoque tantò minùs attendi meretur dicta confessio, utpotè emissa in actu, qui ineffectuatus remansit, ad *Text. in l. sciendum §. Quì fundum, & in l. non est mirum in fin. ff. qui satisd. cog., Rot. dec. 270. num.14. par.18., & dec.381. num.17. par.19. rec.*

Atquè ex his, aliisque deductis in præcedentibus decisionibus, satis superque constat de remissione fideicommissi, cùm de cætero
12 adversus jura fideicommissaria tuentes, urgeat semper fatalis exceptio, quod in omnem casum utpotè dividentium hæredes evitare nequeant evictionem ab illis in divisionis Instrumento promissam, juxta vulgatam censuram *Text. in l. vindicantem ff. de evictjon.* quemadmodum ponderat utraque Decisio, cum quibus in reliquis Domini transierunt.

Et ita utraque &c.

VERCELLEN LIBERATIONIS A MOLESTIIS.

Veneris 20. Februarii 1713.

ARGUMENTUM.

Venditor de evictione obligatus, ad omnia damna in casu evictionis pro Emptore tenetur. Cessio Jurium, quod idem sit, ac vera venditio, ex quibus deducatur.

SUMMARIUM.

1 *Obligatus de evictione in venditione rei, tenetur liberare à molestiis Emptorem, & mandatum ad factum justè contra illum relaxatur.*

2 *Obligatio Censualis comprehendit etiam ea, quæ ex juris interpetratione veniunt.*

3 *Amplia si contineat clausulam* -- in ampla Juris forma, *quæ etiam promissionem indemnitatis rei præsefert.*

4 *Cessio Jurium, quam unus habet super re facta prò prætio, venditionis naturam inducit.*

5 *Amplia si verba cessionem secùs ferentia, essent apposita de Stylo loci, & hoc confirmaretur à Notario, & Testibus.*

6 *Contractus natura, & an sit venditio, seu cessio Jurium probatur ex confessione contrahentis, & ex quibus aliis probari possit.*

DECISIO DCCLVII.

Postquam D. Principissa Messerani emit de anno 1668. Molendinum nuncupatum *del Fasolo* ab illis de Secchia pro pretio sc. 890., fratres de Bandinis cæperunt eamdem super d. Molendino molestare, & à Judice de partibus obtinuerunt mandatum de reintegrando, quod fuit confirmatum coram R. P. D. meo Falconerio, ac insuper approbativè ad præcedentia Judicata, duę coram Me editæ fuerunt decisiones, à quibus nunc pendet nova Audientia, unde ex parte D. Principissæ introductum fuit Judicium liberationis à molestiis adversus Venditores, eorumque hæredes, atque Commissione mihi directa proposui in hodierna audientia dubium -- *An sit relaxan. mandatum pro liberatione à Molestiis*, quod DD., altera Parte non informante *affirmativè resolverunt.*

Constat siquidem ex Instrumento vendi-
1 tionis, fratres de Secchia sese obligasse de evictione in forma Juris validà, & cum obligatione Camerali, ac per consequens ipsos teneri præstare indemnem D. emptricem, adeout superventis molestiis, de quibus supra dubitari nequeat, contra illos esse relaxandum mandatum ad factum pro liberatione, ad *Text. in l. ex his prædiis cod. de evict., Rot. coram Ludovis. dec.25. num.1., & dec. 394. num.2. par.15. rec., & in Romana præstationis fundi liberi 28 Novembris 1717. §. Sed. in præsenti in fine cor. R P.D. Scotto*
2 *Almę Urbis Gubernatore*, cum etiam ista censeatur in pactum deducta, *Posth. resol. 185. num.14. & seqq., Rota post. Zach. de oblig. Camer. dec. 84. nu.7. & 8., in Rom. redditionis rationis 14. Februarii 1710. §. Et quidem cor. Emo Priolo.*

Atque ideo nihil refert, quod in Instrumento hujusmodi promissio non legatur explicata, quoniam ex allegatis, sufficit obli-
3 gatio Cameralis, maximè, quia legitur adjecta clausula *in ampla forma di ragione*, quæ etiam de perse æquipollet promissioni indemnitatis defensionis, & liberationis, *Paris. cons.16. n.125. lib.3., Mangil. de evict. quest. 2. num.13., & quæst.61. num.11., Rot. coram Coccin. dec.16. num.13., & seq.*

Non obstat, quod minimè agatur de con-
4 tractu venditionis, quia dumtaxat fratres de Secchia cesserunt Jura sibi ipsis super Molendino competentia, nam licet à principio videatur Instrumentum incipere à distractione, & alienatione Jurium, tamen ex verbis subsequentibus, ac à toto tenore, & integro contextu Instrumenti constat fuisse verè fa-

5 ctam venditionem, ac alienationem Molendini, & verba illa cessionem importantia fuerunt adjecta de stylo regionis, de quo deponunt Notarius, aliique Testes, & comprobatur ex eodem met Instrumento acquisitionis controversi Molendini expletæ de anno 1575. favore Joannis Baptistæ de Confaloneriis, in quo habentur eadem verba, & fuit prorsus eadem forma servata.

Quibus adstipulatur tum factum Venditorum, qui apud Principem institerunt pro
6 alienatione Molendini cum suis annexis ad evitandas continuas expensas, tum etiam rescriptum Principis Messenari, præcisè permittentis fratribus expostulatam alienationem, cum procul dubio ex rescripti formula, nec non ex confessione contrahentis, satis superque desumi valeat natura, & veritas contractus, *l. eum precibus C. de probat., Rota in Ferrarien.bonorum super datione in solutum 27. Aprilis 1711. §.26. cor. R.P.D. meo Ansaldo.*

Et ita unica tantum &c.

SUTRINA PRÆCEDENTIÆ.

Ven. 10. Februarii 1713.

ARGUMENTUM.

Substitutus à Parocho in peragendis functionibus Parochialitatem concernentibus, omnibus iis præheminentiis gaudet, quibus, & ipse Parochus.

Functiones Parochiales nil habent commune cum functionibus, quæ Collegialitatem Ecclesiæ respiciunt ex diversitate rationis, & personarum dignitatibus.

SUMMARIUM.

1 *Functiones Parochiales sunt explendæ cum omni præcedentia, ab habente curam Animarum.*

2 *Parochus potest sua munia alteri demandare ex dispositione Concilii* Sess.21 cap.4.

3 *Substitutus à Parocho in gerendo Parochiales functiones, illius personam in omnibus repræsentat,* & num.5.

4 *In materia præcedentiæ Ecclesiasticæ, sicuti plures sunt regulæ ex qualitate personarum, & officiorum desumptæ; ratio, quæ militat de Coadiutore, & similibus, non eadem est, quæ de substituto à Parocho, quoad functiones Parochiales.*

6 *Præcedentia Parochi deducitur ex delatione Stolæ ante Crucem, & ex perceptione duplicis emolumenti.*

7 *Inter Sacerdotes major est delatio Stolæ, & inter Prælatos delatio Pallii.*

8 *Jus associandi Cadavera pertinet ad jus Sepulturæ, quæ inter jura Parochialia connumerantur.*

9 *Parochus debet explere omnia funus concernentiá, si Cadaver transferatur ad suam Parochiam, & ibi Funus debet peragi.*

DECISIO DCCLXVII.

Contendens Dominicus Antonius Julianus tanquam Subdecanus, seù antiquior Sacerdos post Carolum Jacometium Archipresbyterum in Ecclesia B. Mariæ Assumptæ Terræ Anguillariæ, sibi isto absente competere facultatem peragendi functiones Parochiales, & signanter illas super Cadaveribus defunctorum, tàm in eorum domibus, quàm in Ecclesia cum Superpelliceo, & Stola in loco ante Crucem, etiam comitante, ac præsente Capitulo, atque percipiendi duplicatum emolumentum, itaut eidem Archipresbytero non liceret alium Sacerdotem ad sui libitum tempore absentiæ subrogare, institit coram Vicario Generali Sutrino prò manutentione in præfatarum functionum exercitio, illamq; adversus Archipresbyterum reportavit.

Devoluta postmodum causa ad A. C., fuit revocatum judicatum de partibus, prout factum extitit etiam in ulteriori instantia abR. P.D. Amadorio Judice Commiss., sed iterum reclamante Dominico Antonio Juliano, quæstio delata fuit ad nostrum Tribunal, & commissio mihi directa, undè in sequelam proposito per me consueto dubio -- *An scilicet sit locus Statuto de duabus* -- Domini, attenta validitate, quæ non est controvertibilis propter rescriptum Signaturæ, atque justitia, responderunt -- *Constare de duabus, juxtà modum,* inferius exprimendum.

Separatis siquidem functionibus Ecclesiasticis à merè Parochialibus, visum fuit Dominis præsentem controversiam optimo jure definiri posse, absque eo quod ulla daretur
1 resolutio super qualitate Collegialis Ecclesiæ, circa quam suffragia fuerunt in duas partes divisa, nam posthabito sermone functionum non Parochialium, utpote dependentium à Collegialitate, & restricta difficultate ad illas merè Parochiales, utique constitit, quod sicut istæ sunt explendæ cum omni præcedentia ab Archipresbytero curam Animarum habente, *Panimoll.decis.* 1. *annot.9.n.7.,*
2 *& seqq., Barbos.de Paroch.par.1.cap 9 n.3. ad 5., Capon.discept.4. num.5., & 6. tom.1.,* & resolvit Sacra Congregatio Concilii *in Imolen. jurium Parochialium 12. Februarii, & 23 Iulii 1707.* Ita cum extra difficultatem sit, ipsum posse alteri sua munia demandare ex *Sac. Concil. Trident. sess.21. cap.4. de reformat.,* & tradit *Letter.de re benefic. lib.3, quæst.27. num.165.* dicendum venit favore
3 ejus substituti, qui illius Vicesgerens tempore absentiæ in omnibus, ac per omnia Archipresbyterum repræsentat, ad *Tex.in leg. prima Cod. de Offic.Vicar., Abb. in cap.postulasti num.8. de concess. præbend., Natta cons. 638. num.8. lib.3., Mastrill. de Magistrat. lib.1. cap.29. num. 33. ad 37., Gratian. discept.298. n.4., Pignatell. consult.Canon.46. num.2. tom 7.*

4 Non attento, quod in hac materia præceden-

dentiæ, quam potissimùm impugnabat Dominicus Antonius, plures habeantur regulæ à qualitate personarum, & officiorum desumptæ, adeout non eadem sit ratio coadiutorum, ac supernumerariorum, aliarumque personarum, quæ officia jure proprio non retinent, quoniam istæ applicari non possunt terminis præsentis hypothesis, in qua agitur de Substituto, & Vicario, quoad functiones Parochiales, cuius favore cautum habetur,
5 ut illi præstetur idem honor, eadem præcedentia, quæ substituenti, ac subroganti in prædictis functionibus à jure conceditur, juxtà authoritates supra allegatas, pluresque Sac. Rituum Congregationis resolutiones, de quibus apud *Pignatell. dicta consult.* 46. *n.* 4. *tom.* 7, & notant *Samuel. de Sepultur. tract.* 1. *disput.* 3. *contr.* 2. *n.* 11., *Gratian. dicta discept.* 298. *n.* 84.

Quę omnia eo magis procedere debere dixerunt Domini, ex quo post latam ab A.C. sententiam decernentem jus exercendi functiones super Cadaveribus defunctorum, cum superpelliceo, & Stola in loco antè
6 Crucem, & duplici emolumento etiam præsente, ac associante Capitulo, spectare tempore absentiæ ad substitutum, idem Dominicus Antonius Julianus subindè renunciavit liti, necnon sententię approbanti instantiam Archipresbyteri hæc omnia complectentem acquievit.

Quamobrem evidenter dignoscebatur, nunc irrelevantem esse hujusmodi excitatam prætensionem circa præcedentiam, non obstante præservatione quoad eam in actu renunciationis emissa; nam admissa facultate deferendi Stolam, & quidem in loco antè Crucem, duplexque percipiendi emolumentum, procul dubiò subsequitur, præcedentiam quoque sub Curato debitam esse, cum incompatibile sit, queunt habere locum digniorem, majus emolumentum, ac distincta nobiliora insignia, alium verò præcedentiam obtinere, idemque honor esse debeat Stolæ,
7 inter Sacerdotes, ac Pallii inter Prælatos, qui semper pallium deferenti postponuntur, ut advertunt *Castan. in Cathalog. glor. mund. par.* 4. *consid erat.* 25. & 26., *Theodos. Rub. in discept. Gratian.* 298. *num.* 64., *Gavant. par.* 1. *tit.* 19. *sub num.* 4., *Samuel. de Sepult. tract.* 1. *disput.* 3. *contr.* 2. *n.* 11., *Pignatell. dicta consult.* 46. *n.* 4. *tom.* 7.
8 Atque ex his consequutivè dubitatum non fuit, quin etiam competeret prędicto substituto jus associandi Cadavera cum iisdem facultatibus, & præcedentia, quandoquidem istud quoque ad jus Sepulturę pertinet, quod sanè inter jura Parochialia connumerari comprobatur, ex *Text. in cap. fraternitatem de Sepult., Clem. dudum eodem tit. in* 6., *Abb. in rubr. de Paroch., Pignatell. consult. Canon.* 73. *n.* 53. & *seqq. tom.* 8.

Minimè relevantibus auctoritatibus in contrarium deductis, ac præsertim *Rota cor. Coccin. decis.* 1089. *num.* 17, *repetit. dec.* 552. *par.* 5. *recent.*, & *coram Emer. jun. dec.* 1192. *num.* 5., & 6., quia loquuntur in casu diverso, & illæ procedunt in hypothesi, qua funus non fit in Ecclesia Parochiali, neque ad eandem
9 dem Ecclesiam Cadaver defertur, dum cęteroquin si funus in propria Parochia peragitur, & ad illam transfertur Cadaver, utique omnia funus concernentia Parochus, sive ejus Vicarius explere debet, prout declaravit Sac. Rituum Congregatio, de qua *Barbos. de Canon. cap.* 18. *n.* 68.

Et ità juxtà hunc modum, utraque parte informante resolutum fuit.

BENEVENTANA NULLITATIS TESTAMENTI, SUPER FRUCTIBUS.

Lunæ 13. *Februarii* 1713.

ARGUMENTUM.

Fructus non à die motæ litis, sed à die obitus defuncti veniunt, si agatur de restitutione universæ hęreditatis: Quomodò isti liquidentur, & probentur.

Immaginaria solutio non intrat favore Viri, si uti Creditor fructus hęreditatis Mulieris exegerit, è contrà verò se habet favore Uxoris, si Vir illius debitor decesserit, quæ suos facit fructus, & favore Creditoris defuncti, qui hæres remansit.

SUMMARIUM.

1 *Fructus in genere veniunt in executionem rei judicatę super re restituenda emanatę.*
2 *Fructus non à die motæ litis, sed à die obitus defuncti debentur, si agatur de restitutione universalis hæreditatis.*
3 *Statutum Beneventanum, unius anni dilationem Viro prò dote restituenda concedit, & vir interim fructus suos facit, quod secùs est de jure communi.*
4 *Ista dispositio locum habet quoad bona dotalia Mulieris, non verò extradotalia.*
5 *Leges Capuanæ, & Hidi nullam dilationem viro concedunt.*
6 *Mulier, quæ virum duxit juxta morem, & consuetudinem Sedilium Capuanæ, & Hidi, an valeat istam formam alterare in nubendo secundo viro.*
7 *Quæ diversitas sit in ordine ad filios primi hujus Matrimonii, & secundi, & quid in ordine ad dotantes.*
8 *Vir Creditor hæreditatis Mulieris exigendo fructus per immaginariam solutionem, eos suos non facit; & vide rationem in num.* 11.
9 *Mulier Creditrix hæreditatis Viri per immaginariam solutionem fructus illius suos facit intrà mensuram sui Crediti dotalis.*
10 *Amplia, ut etiam id benè sic se habeat favore hæredis, dummodò tamèn ante aditionem sit creditor.*
11 *Hæres defuncti, cujus erat Creditor, per immaginariam solutionem potest satisfieri super*

super mobilibus, jocalibus, & similibus.

12 *Quantitas fructuum optimè liquidatur ex descriptionibus, quæ fiunt de mandato Judicis.*

13 *Fructuum quantitas probata in præcedentibus annis, ità etiam arguitur in annis subsequentibus, illisque proximis.*

14 *Depositionibus Colonorum in hac materia multum defertur.*

15 *Eo magis in hac materia tali probationi standum est, si non facta descriptio ex debitoris culpa processisset.*

16 *Subtractio scripturæ ab actis facta, principaliter interessato imputatur.*

17 *Valor fructuum cujuslibet anni optimè probatur ex fidibus Officialium Dobanæ.*

18 *Expensæ, quæ requirantur pro cultura arvorum, benè probantur ex attestationibus Civium Loci, & ex locationibus præcedentibus.*

19 *In calculandis fructibus segetum de stylo Artis Agrariæ, semen satum semper priùs deducitur.*

20 *Emphyteuta tenetur ad reparationem Domus emphyteuticæ, & non Dominus directus.*

21 *Decoctio debitorum non est opponibilis ab illo, qui fructus restituere debet, nisi doceat de diligentiis contrà illos factis.*

22 *Tali casu decoctio, vel per formalem bonorum cessionem, vel per Judicis sententiam probanda est.*

23 *Testis mendax in uno repertus, mendax in omnibus dici debet.*

24 *Domus, quæ probatur locata per anteà, præsumitur etiam ex post, & si debitor excipiat de dislocatione ad non solvendos fructus, debet eam concludentissimè probare.*

25 *Scriptura à debitore approbata, & judicialiter per ipsum deducta, concludentissimè contra ipsam probat.*

26 *Testamentum nullum non obligat ad solutionem Legatorum prophanorum.*

27 *Inventarium optimè probat numerum stabilium à defuncto relictorum.*

DECISIO DCCLXIX.

Plenarium rei judicatæ effectum, ut assequi possent Fratres de Terragnolis, postquam in vim quinque Rotalium sententiarum, tandem nacti fuerunt possessionem bonorum stabilium hæreditariorum Joannæ sororis, quæ sub colorato præsidio Testamenti, nulliter per ipsam conditi à Ferdinando Cariffimo ejus Viro detinebantur, proponi per me hodiè curarunt dubium -- *An, & in qua summa debeantur fructus*, & DD. pro Actoribus informantibus respondentes -- *Fructus deberi, & restituendos esse, juxtà modum inferius exprimendum* -- censuerunt.

1 Fundata enim apparuit illorum intentio, quoad primam dubii partem concernentem fructuum restitutionem in genere; Solumque difficultas emergere visa est in determinatione temporis à quo demandanda veniat

2 hujusmodi restitutio; Nam, quamvis versemur in universali judicio petitionis hæreditatis, ubi fructus non à die moræ litis, sed usque ab initio, & momento obitus defuncti regulariter debentur, ad *Text. in leg. Item veniunt §. fructus ff. de petit. hæred.*, *Card. de Luca de hæred. disc. 9. num. 5.*, *Rota coram Buratt. dec 474. num. 6., & dec. 843. sub n. 2.*,

3 nihilominus cum in hypothesi, juxtà censuram Beneventani Statuti Vir gaudeat annali dilatione ad restituendum bona dotalia, & interim faciat fructus suos, inapplicabilis propterea reddebatur præfata dispositio Juris communis.

Quod, & agnoscentes ipsimet Defensores Fratrum de Terragnolis distinguere, & separare conabantur bonorum species, & respectu ad illa, quæ tradita fuerunt in Dotem dicto Ferdinando Cariffimo, assumpti

4 veritatem ultrò admittebant, negabant tamen procedere posse quoad alia bona ejusdem Joannæ in dotem constituta primo Viro, nam hæc immunia prorsùs prætendebantur à dicto Statuto, ex quo à principio subjecta fuerant consuetudini, & legibus Ca-

5 puanæ, & Nidi, quæ nullam Viro dilationem tribuunt in Dotis restitutione.

Verùm hac in re animadverterunt DD.,

6 magnam, ardnamque exagitari quæstionem inter Doctores Regni, utrum scilicet Mulier, quæ primo loco contraxit juxta morem, & consuetudinem Sedilium Capuanæ, & Nidi, in subsequenti matrimonio alterare valeat hanc formam favore secundi Viri, quemadmodum notat *Card. de Luc. de dot disc. 103. à. nu. 10. cum seqq., & de succesf. ab intestat. disc. 26. à n. 9.*; negativam enim sententiam acriter tuentur, *Georg. alleg. 26. per tot.*, *Camill. Medic. cons 161. pariter per tot*, *de Mariu. resol. jur. cap. 274. à n. 29. cum pluribus seqq lib. primo.* Affirmativam vero viriliter substinent *à Pont. cons. 8., & 9., & 35. tom. primo*, *Capyc. Latr. consult. 81. à n. 11.* cum concordantibus ibidem adductis.

Quamobrem in conflictu harum oppinio-

7 num, & in materia, quæ plures patitur distinctiones, tàm respectu ad dotantes, quàm in ordine ad filios primi matrimonii, ut videre est apud Authores mox adductos, satius putarunt DD. articuli decisionem inaudita altera parte prætermittere, præsertim cum feriat solùm liquidationem fructuum unius anni, quos proinde, explicantes modum resolutioni adiectum, in suspenso reliquerunt.

Posito autem, quod fructus pro nunc debeantur post annum à die obitus Joannæ, & sic à die 25. Augusti anni 1701., illorum

8 profecto restitutionem evitare nequit Ferdinandus ex eo, quod pro rata creditorum, quæ ad eius favorem canonizata fuerunt à

9 nostro Tribunali adversus dictam hæreditatem in vim imaginariæ solutionis, illos suos fecerit. Etenim hujusmodi solutio ad hunc effectum admittitur solum, vel favore mulieris

sieris intra mensuram ejus crediti dotalis,
Rota dec. 145. *n.* 11. *&* 12. *p.* 4., *& dec.* 46.
n. 6. *&* 7. *p.* 6., *& dec.* 572. *à nu.* 5. *p.* 19.
rec., *& in Romana associationis* 14. *Martii*
1692. §. *Vel denique coram Reverendissimo*
D. meo Decano, *et in Romana cambii* 7.
Aprilis 1710. §. *Et hinc cum seq. coram*
R.P.D. meo Aldrovando.
10 Vel favore hæredis, dummodo tamen an-
te aditionem hæreditatis sit creditor defun-
cti, ex late firmatis *in dec. hujus causæ super*
retentione 22. *Junii* 1708. §. *Neque obsta-*
re, *et seqq. coram R.P.D. meo Scotto almæ*
Urbis Gubernatore, *et* 13. *Januarii* 1710.
§. *Nec suffragari coram me*; atque ideo opi-
tulari non potest Ferdinando utraque quali-
tate destituto, quemadmodum prosequun-
tur dd. decisiones.

Eoque potissimum, quia præter stabilia
(de quorum fructibus agitur) ad Carissimi
manus ex d. hæreditate pervenerunt etiam
Jocalia, Aurum, Argentum, Pecuniæ, alia-
11 que mobilia, adeout si unquam Imaginariæ
solutioni locus fuisset, hæc utique nonnisi,
quàm super eisdē mobilibus expleri posset,
Gratian. discept. forens. cap. 214. *à nu.* 16,
Card. de Luca de hæredibus, *et hæredit. disc.*
28. *n.* 16., *Surd. dec.* 170. *nu.* 2, *et seqq.*,
Rota cor. Merlin. dec. 711. *n.* 13., *et* 14.

Transeundo juxta alteram dubii partem
ad liquidationem fructuum, cum Ferdinan-
do prodesse non debeat propria contumacia,
ex documentis hucusque per Actores adduc-
tis, probata apparuit præcisa illorum quanti-
12 tas. Respectu siquidem ad Prædium *Del-*
le Camerelle ab anno 1701., usque ad annum
1706., nec non in annis 1708., & 1710. illa
perspicuè resultabat ex distincta descriptio-
ne quotannis facta in executionem decreto-
rum R.P.D. Auditoris Signaturæ, nostrique
13 Tribunalis. Et quamvis hujusmodi descrip-
tio desideretur quoad alios annos interme-
dios, rectè tamen suppleri posse visa est, tum
habito respectu ad fructus annorum præce-
dentium, & subsequentium secundum Juris
præsumptionem, qua edocemur ex quanti-
tate fructuum annis proximè, & immedia-
tè effluxis percepta, tutissima fieri posse il-
lationem ad fructus sequentium temporum,
nisi contrarium concludenter probetur, *Ro-*
ta dec. 397. *n.* 23. *p.* 17., *et dec.* 703. *nu.* 19.
p. 18. *rec.*, *et in Tyburtina Castrorum su-*
per fructibus 27. *Junii* 1703. §. *In præsenti*,
et §. *Demum cor. bo. me. Muto*, *et in Rea-*
tina fideicommissi de Clavellonibus 11. *Apri-*
lis 1704. §. *Respectu coram eodem*, *et* 4. *Ju-*
lii ejusdem anni §. *Aut vero cor. Me*.

Tùm ex depositione Colonorum, qui ut-
14 potè examinati in faciem loci, & deponen-
tes de facto proprio, plenum probationis gra-
dum in hac materia constituunt, *Rota in*
Perusina liquidationis fructuum 16. *Iunii*
1704. §. *Nec dubitarunt*, *et* §. *Ex dispositio-*
ne cor. bo. me. Muto, *et in Reatina fidei-*
commissi de Clavellonibus super fructibus 15.
Maii 1705. §. *Cæterum cor. R. P. D. meo*
Ansaldo.

Tantoque magis in hypothesi hisce proba-
tionibus adhærendum est, quia defectus
15 præfatarum descriptionum imputandus est
Ferdinando, qui anno 1707. in spretum le-
gitimæ inhibitionis fructus collegit, eorum-
que descriptionem elusit, proindeque in
odium impedientis actus profecto haberi de-
bet, *l. Iure Civili ff. de condit*, *et demon-*
strat., *Rot. cor. Bich. dec.* 370. *n.* 16., des-
criptio verò fructuum anni 1709. cum ab ac-
16 tis ablata fuerit, ut testatur Actuarius, uti-
que talis subtractio adversus principalitèr
interessatum quodammodo clamare videba-
tur, *Rota cor. Zarat. dec.* 73. *n.* 37., *et dec.*
186. *n.* 16. *p.* 19 *rec.*

Cum itaque ex his constet de præcisa fruc-
17 tuum quantitate, eorumque communis va-
lor singulis annis distinctà resultet ex publi-
cis attestationibus Officialium Doganæ Be-
neventi, *Rota coram Pænia dec.* 1261. *n.* 3.,
& cor. Bich. dec. 456. *n.* 5., *& dec.* 703. *nu-*
mero 14., *&* 18. *p.* 18. *rec.* satis inde justifi-
cata remanet veritas calculi per actores ef-
formati, in quo deductis omnibus expensis,
quoad dictum prædium *delle Camarelle*, Ca-
rissimus constituitur liquidus debitor in sum-
ma ducatorum 1637. 05.

Neque hujusmodi calculus de excessu re-
dargui posset, quatenus in medium afferre-
tur consuetudo vigens in Civitate Beneven-
tana locandi bona pro responsione dumtaxat
quintæ partis, non autem in Coloniam par-
tiariam, cum qua in præsenti processum fuit.
Talis namque consuetudo recepta est solum
quoad bona inculta, & infructifera, quorum
naturalis sterilitas, ut ad fecunditatem redi-
18 gatur, majorem Coloni industriam, ubertu-
resque sumptus exposcit, non vero respectu
aliorum bonorum, quæ suapte natura, prout
hìc, fertilia sunt, quemadmodum distinguen-
do eorum species deponunt quamplures Ci-
ves, quibus propterea deferendum venit,
ex juribus vulgatis.

Et de facto ex locationum instrumentis
convincitur, quod dicta Tenuta in coloniam
partiariam semper locari consuevit, & in
idem colliniant sæpedictæ descriptiones,
dum ex his clarè patet, medietatem fruc-
tuum à Ferdinando revera perceptam fuisse.

Eademque insubsistentiæ nota laborant cę-
teræ exceptiones adversus dictum calculum
coram Perito adductæ, quod scilicet eidem
Ferdinando bonificata non fuerit tota quan-
titas seminum, quam pro Tenutæ cultura
quotannis subministraverat, quodque per-
peram inter dictos fructus adnotata extite-
rint modia viginti frumenti, vulgo *Mis-*
chiglia, cum hoc satum fuisse prætendatur
anno 1704.

Prima etenim tollitur, ex quo annuatim
19 ad illius commodum facta fuit deductio Se-
minum proportionabiliter ad tumulos Ter-
reni sati, ut fieri solet, juxta Agricolarum
depositiones, & quotidianam artis agrariæ
praxim. Altera verò paritèr cessat ex in-
spectione Judicialis descriptionis factæ d. an-
no

no 1704., ubi hujusmodi species frumenti nequaquam descripta legitur.

Jam vero constabilita ex præmissis quantitate fructuum Tenutæ *delle Camerelle*, pari facilitate arrisit DD calculus super fructibus aliorum bonorum efformatus, cum & iste detractis omnibus oneribus, ac sumptibus necessariis, undequaque justificatus dignoscatur pro summa ducatorum 1368. 50., nec diminutionem patiatur ex prætensionibus alias per Ferdinandum promotis.

Et sane frustra contendebatur habendam non esse rationem in hac liquidatione de Ca-
20 nonibus Domus positæ in Parochia S. Donati sub obtentu, quod ab Emphyteuta erogati fuerint in illius restaurationem; neminem namque latet, quod expensas hujusmodi reparationum subire tenetur Emphyteuta, non autem Dominus directus, *Fulgin. de jur. Emphyt. tit. de melioram.*, *& expens. quæst. 9. à n. primo cum pluribus seqq.*, *Surd. dec. 198. n. 19.*, *Rot. coram Pęnia dec. 1183 n. 6.*, *& in rec. dec. 193. nu. 9 p. 18. tom. primo*. Præsertim quia in hypothesi hæc juris censura in pactum deducta fuit ab Emphyteuta, qui ulterius promisit dictam Domum, etiam si funditùs rueret propriis sumptibus reædificare.

Inefficax etiam ad subducendum à dicto calculo Canones alterius Domus in Parochia S. Luciæ, & fructus quorumdam censuum, apparuit prætextus, quod ob debitorum
21 decoctionem à Ferdinando exigi non potuerint. Ultra quod enim nullo modo constat de opportunis diligentiis per ipsum factis, prout opus esset, *Rota dec. 117. nu. 8. p. 19. rec.*, *& in decisionibus hujus causæ super retentione 13 Februarii 1708. §. Turbida cor. R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*, *& 3. Januarii 1710. §. Subsequebatur cor. Me*. Prætensa decoctio potius excluditur ab ipsis met Testibus in contrarium adductis eo ipso, quod asserunt à dictis debitoribus actualitèr possideri Domum hære-
22 ditariam Patris, quando tamen vel per formalem bonorum cessionem, vel per Judicis sententiam concludenter illa probanda foret, *Rota post Alb t. de inconstant. in Judic. dec. 43. n. 7.*, *& dec. 188. n. 12. p. 10.*, *& dec. 455. n. 5. p. 18. rec.*

Prout quoque inutilitèr pendente lite expiscatæ fuerunt nonnullæ informes testium fides ad probandum, quod aliæ Domus, ut
23 plurimum dislocatę remanserint, nam quemadmodum ex Instrumento locationis alterius ex illis redarguuntur de mendacio, ità in omnibus suspecta redditur eorum assertio, ut tritæ sunt regulę. Et in omnem ca-
24 sum cum omnes Domus, tàm antè, quàm post obitum Joannæ locatæ fuerint, rigidioris probationis onere gravatur Ferdinandus ad elidendam præsumptionem, quæ pro successiva locationum continuatione militat, ex adductis per *Rot. cor. Carill. dec. 274. à numero primo*, *& in Romana Salviani super fructibus 25. Februarii 1707. §. Sicut cor. Me*, *& in Romana donationum super fructibus 5. Decembris ejusdem anni § final. cor. bo. me. Omanna*.

Hinc omissa indagine census in sorte ducatorum 37., cum pręcisa hæc quantitas adnotata fuerit in foliis, seù Capitulis secretis initis occasione Matrimonii, quę utpotè à d. Ferdinando acceptata, & subinde etiam in actis producta, in dubium amplius revocari non possunt, *Rota dec. 299. nu. primo p. 18. rec.*, *& in Faven. Immissionis 7. Maii 1709 §. Quoniam cor. Me*.

Nullatenus ex prædicto calculo subtrahendi sunt fructus Vineæ *del Perillo*, quæ
26 pro dimissione legati à Joanna relicti data fuit in solutum illis de Cole. Etenim revocato ex capite nullitatis testamento, legata prophana in illo contenta non debentur, ad *text. in l. Titia ff. de inoffic. testam.*, *cum concordan. in dd. decisionibus super retentione 13. Februarii 1708. §. Succedebant cor. R. P. D. meo Scotto Almę Urbis Gubernatore*, *& 13. Januarii 1710. §. Prætermisso cor. Me.*

Nec tandem evitari potest restitutio Canonum alterius Vineæ positæ in eodem loco *del Perillo*, quasi quod sit illamet, quæ in solutum tradita extitit. Duplicitas namque Vineæ hęreditariæ in eadem Regione evi-
27 denter resultat ex inventario hæreditatis à Ferdinando confecto, quod proindè adversus ipsum superlativam probationem constituit, *Paris. cons. 45 num. 2. lib. 2.*, *Peregrin. de fideicomm. art. 44. nu. 2.*, *& seqq.*, *Rota cor. Priolo dec. 142. n primo*, *& dec. 374. nu. 2.*, *& coram Dunozett. jun. decis. 941. n. 8.*

Perstringendo itaque calculum juxtà modum superius expressum, cum fructus *delle Camarelle* ascendant ad Ducatos 1637. 05., fructus vero aliorum bonorum ad summam ducatorum 1368. 50., DD. censuerunt relaxandum esse mandatum pro summa dudatorum 3005 55.

Et ita altera tantum &c.

PISANA PRIORATUS.

Lunæ 13. Februarii 1713.

ARGUMENTUM.

Status ultimus attenditur in institutione ad Beneficium, si lis sit inter præsentatos, secus si super jure præsentandi inter Compatronos.

Juspatronatus quando dicatur gentilitium, & quando hęreditarium.

SUMMARIUM.

1 *Præsentatio ad beneficium, quando lis est inter præsentatos tantum, quæ ultima pro se habet statum, suumque habuit effectum sustinetur.*

2 *Limitatur, ut ultimus status non sufficiat, si lis inter Compatronos super Jure peragatur.*

3 *Pos-*

3 *Possessioni, in qua præsentatus usque ad obitum continuavit, licet ab alio præsentato fuisset molestiis affectus, multum defertur.*

4 *Juspatronatus dicitur hæreditarium, si fundationis adsit instrumentum, non vero gentilitium.*

6 *Amplia, si præsentantes uti hæredes, in tali casu se gessissent per vocis quotam, & non per capita.*

6 *Subamplia, si ad præsentationem descendentes ex fæminis, & extranei fuissent admissi.*

DECISIO DCCLXX.

TAM coram Ordinario Pisano, quàm in secunda instantia, prævиis de more decisionibus coram R.P.D. meo Ansaldo, pronunciatum fuit in Prioratu, de quo agitur, *dandam esse institutionem Bartholomeo ad exclusionem Marci Antonii*, qui adhuc satagens ulteriorem instantiam in gradu appellationis promovere, curavit mihi dirigi commissionem, in cujus sequelam in hodierna audientia proposui consuetum dubium, & DD. ipso Marco Antonio, licet diù expectato informare detrectante, respondetunt *sententiam Rotalem esse confirmandam*.

Nulla siquidem cadente difficultate circa validitatem Justitiæ præcedentis Judicati, 1 satis desumebatur ex ultimo statu anni 1662., in quo Cæsar Roncionus Procurator Angeli moderni præsentantis legitur præsentasse pro majori parte vocum, & insuper constat hujusmodi præsentationem suum plenarium habuisse effectum, ut proindè ad normam ipsius ultimi status veniat regulanda institutio, sicuti semper fieri debet, quoties iis 2 non est inter Patronos super pertinentia jurispatronatus, sed dumtaxat inter præsentatos, qui contendunt de subsistentia suę præsentationis, ad *vulgatum text. in cap. consultationibus de jurepatronatus, et firmat prima decisio §. Indubitabile, et 2. §. Et de facto*.

Concurrente ultimo statu antecedenti, seu penultimo de anno scilicet 1626., nam Camillus Procurator Cæsaris præsentavit Petrum sub expressione, quod pro majori parte Juspatronatus ad se spectabat, suitque 3 per eumdem Petrum capta possessio Prioratus, & licet iste plures passus fuerit ab alio præsentato oppositiones, tamen usque ad ejus obitum continuavit in possessione, ex quo profectò status efformatur, ut latè dictum fuit in *prima dec. §. Et quoniam*, quibus in locis hic penultimus status ab objectis vindicatur, & confirmatur magis magisque ultimus status favore Bartholomei, cui est inhærendum.

Verum cum in præsenti controversia solum inquiratur super institutione dependente à mero possessorio, reservato maturiori examini judicio super proprietate, seu pertinentia, superius firmata, ad intentum sufficiunt, sed DD. nihilominus superaddere voluerunt pro norma futurarū vacationum, 4 istud juspatronatus esse hęreditarium, non autem gentilitium, nam deficiente instrumento fundationis, præsumptio juris militat pro qualitate hęreditaria, ex *Gloss. in Clement. plures in princ. § Colligo aliqua de jurepatronatus*, & notant plures congestì in 5 *secunda dec. §. Hoc igitur unum*, cui præsumptioni adstipulabatur, sæpe sæpius præsentantes actum explevisse sub titulo, & nomine hęredum, atque per quotam vocis, non 6 autem per capita. nec non ad Juspatronatus admissos fuisse descendentes ex fœminis, ac personas extraneas, quæ omnia utique excludunt qualitatem gentilitiam, prout observatur in *secunda dec. §. Verum etiam*, ad quam de cætero, & ad aliam præcedentem DD. sese remissivè habuerunt.

Et ita unica &c.

COLONIEN. CANONICATUS S. ANDREÆ.

Veneris 17. Februarii 1713.

ARGUMENTUM.

Canonicus Turnarius, juxta concordata Germaniæ valide confert beneficia, quæ suo tempore vacant. A Sententia Capituli Colonien. appellatio non datur, & ex quibus Turni legalitas probetur.

SUMMARIUM.

1 *Collatio Beneficiorum in Germania, quæ suo tempore vacent, vigore concordatorum ad Canonicum Turnarium pertinet.*

2 *Exceptio de Iure Tertii se non opponentis allegari non potest.*

3 *Error cum non præsumatur, concludentissimè est ab allegante probandus.*

4 *Error in collatione Beneficii, in quem irrepsisse præsentantes dicatur, allegabilis non est, si omnia juxta stylum servata fuisse probentur.*

5 *Amplia, si à tali collatione interesse habentes non reclamaverint, cum multum observantiæ deferatur.*

6 *Legalitas Turni in collatione Beneficiorum Germaniæ, juxta concordata, satis superque probatur ex sententia lata in causa Status, contradicentibus legitimis Defensoribus, & quoad omnes statum facit.*

7 *Appellatio à resolutionibus Capituli Colonien. in collatione Beneficiorum non datur de stylo.*

8 *Acceptatio judicati probatur per acquiescentiam succumbentis, qui appellationem deseruit.*

9 *Tale judicatum si fuerit acceptatum, in rem judicatam pertransit, & statum facit.*

DECISIO DCCLXXI.

VAcaverat sub die 10. Octobris 1711. per obitum Gerardi Antonii Canonicatus in Collegiata Ecclesia Sancti Andreæ Coloniæ, cujus

cujus collatio, cum juxta concordata Germaniæ, ac Statuta ejusdem Collegiatæ Apostolica authoritate roborata ad Canonicum Turnarium spectet, hinc Canonicus Bernardus Sybert Junior tunc temporis in Turno descriptus, ad dictum Canonicatum nominavit Corradum, eidemque tanquam omnibus requisitis prædito, Capitulum legitimè extradidit possessionem.

E contra vero Canonicus Franciscus Seferer pretendens turbatũ, & alteratum fuisse in sui præjudicium ordinem turni, nominationem ad eamdem Prębendam explevit favore Alexandri fratris, qui inscio prorsùs Capitulo, & Notario dumtaxat authorante, illius possessionem occupavit. Qua de re excitata inter Partes controversia coram Officiali Coloniæ, manutentionem reportavit Corradus, delegataque mihi appellationis Causa in devolutivo, exquisivi hodiè à DD. meis -- *An, & cui adjudicandus esset controversus Canonicatus, & pro Corrado informante* facile prodiit resolutio.

Constitit enim de nominatione in ejus per-
1 sonam facta à Canonico Bernardo, qui de tempore vacationis in Turno descriptus reperiebatur, proindeque cum reliquæ illius qualitates nunquam in dubium revocatæ fuerint, eidem adjudicandus venit Canonicatus, de quo est quæstio, ad exclusionem Alexandri, qui jus suum à Canonico Turnario nequaquam meritur, *Rota decis.*118. *nu.*1. *par.*18. *rec.*, *& in Vicen. Canonicatus* 18. *Februarii* 1701 §. *Etenim coram Eminentiss. de la Tremoille*, *&* 3. *Februarii* 1702. §. *Iustitia coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*, *& in Wormatien. Canonicatus* 2. *Decembris* 1705. §. *Cum enim cor. eodem*, *& in ejus confirmatoria* 14. *Martii* 1707 §. *Ratio coram R. P. D. meo Ansaldo*.

Neque huic adjudicationi obicem aliquem præstare potest objectum in partibus promotum, quod scilicet in compilatione Turni irrepserit error, ex quo Canonicus Lunger indebitè antepositus fuerit Canonico Bilestein, unde accidit, quod præfatus Canonicus Seferer, qui Alexandrum nominavit,
2 in die vacationis Turnum occupare non potuit; Ultra quod enim hujusmodi exceptio principaliter non respicit jus Tertii, nempe dicti Canonici Bilestein, qui nullatenus se se opponit, & consequenter per alium allegari non meretur, *Rota dec* 726. *n.*26., *& decis.*1300. *nu.*3. *cor. Emer. Iun.*, *& dec.*505. *n.*19. *par.*19. *rec.*

Cessare visa est omnis difficultas, quia
3 prætensus error nullo modo præsumitur, sed per univocas probationes ab allegante justificandus est, *Rota coram Merlin. decis*641. *num.*1., *& coram Emerix Iun. decis.*1214. *num.*12., *& in rec. dec*73. *num.*4. *par.*17.

Tantum vero ab est, ut concludenter probetur, quin potius apertissimè exclusus remaneat ex eo, quod Tabula Turnaria juxta ordinem alterius præcedentis, prævio exactissimo omnium Capitularium scrutinio
4 confecta extitit, necnon subindè subscripta apparet per Decanum, ac duos Canonicos seniores, ideoque dum clarè constat, adimpletam præcisè fuisse formam Statuti dictæ Collegiatæ, profecto exulare dicitur quælibet erroris umbra, *Surd. cons.*124. *nu.*5., *Becc. cons.*12. *num.*15., *& seq.*, *Thomat decis.*28. *num.*8., *& seq.*, *Rota dec.*143. *nu.*4., *&* 5. *par.*6., *& decis.*400. *num.*17. *par.*13. *recent.*

Eoque potissimum, quia ab adeò solemni actu, nemo unquam sibi præjudicium aliquod
5 illatum fuisse sensit, nec reclamavit, undè in exclusionem erroris urgentissima emergit observantia, *Rota dec.*269. *num.*38. *par.*16. *recent.*, *& in Albricen. Canonicatus* 10. *Maii* 1700. §. *Quæ omnia coram Reverendissimo D. meo Decano*, *& in Tridentina Beneficii* 20. *Iunii* 1712. §. *Quod si forte cor. R. P. D. meo Ansaldo*.

Et quamvis anno 1710 facta fuerit compilatio Turni -- *circa præjudicium cujuscumque, & signanter præferentiam inter dd. Bilestein, & Lunger.*, *necnon secuturæ decisionis*: nihilominus hoc ipsum apprimè collimat in assumpti comprobationem, nam in-
6 staurata postmodum contentione super juribus, quę antedictis Canonicis cõpetere poterant, oppositaque exceptione, quod prælatus Bilestein in Sac. Diaconatus ordine constitutus non esset, Capitulum, penès quod in vim Statuti plena residet authoritas dirimendi quascumque controversias occasione Turni excitatas, per decretum assignavit dicto Bilestein certum terminum ad docendum de suscepto Ordine Diaconatus, eoque elapso mandavit Lunger præferri in Turno, & revocato deinde ad novum examen hujusmodi Decreto, in pleno Capitulo, unanimi consensu Capitulares omnes præcedentiam in Turno confirmarunt favore ejusdem Lunger; quamobrem controverti amplius non potest legalitas Turni, postquam semel, atque iterum contradicentibus Partibus per Capitulum constabilita fuit, *Alexand. cons.*156. *per tot. lib.*2., *Decian. cons.*55. *num.*35. *lib.*1., *Capyc. Latr. dec.*137. *num.*46. *lib.*2., *Rota coram Cerr. dec.*382. *n.*9., *& in rec. dec.*466. *num.*78., *&* 79., *& dec.* 627. *num.*5. *par.*19. *tom.*2.

Quin relevet appellatio ab hoc ultimo de-
7 creto per dictum Canonicum Bilestein interposita, tùm quia in sæpedicto Statuto expresse cavetur, ut Partes quoad has quæstiones judicio Capituli omninò acquiescere debeant, & per consequens sublata videtur facultas appellandi, *cap. personas de appellat.*, *Lancellott. de attentat. par.*2. *cap.*12. *limit.* 18. *num.*5., *Scacc de appellat. quæst.*16. *limit.*1. *à num* 35. *cum plurib. seqq.* Tum, &
8 fortius, quia dùm in subsequentibus Turnis absque ulla penitus discrepantia præcessit adnotatio Canonici Lunger, evidenter datur intelligi, Canonicum Bilestein ab appel-

lario-

latione recessisse, & Judicatum acceptasse, per *Text. in l. 1. C. de postulan., Scacc. de appellat. quaest. 17. limit. 2. num. 28., Rota decis. 408. à num. 65. cum plurib. seq. par. 16. rec., & in Gerunden. Distributionum de Olot super negotio principali 30. Aprilis 1711. §. Fundamentum cor. Me.*

Quae quidem acceptatio obstat etiam praetensioni dicti Canonici Sefarer, quia adversus illam nunquam reclamavit, imò semper passus est, ut Turnus ad formam dicti Capitularis decreti conficeretur, quod proindè
9 cum latum fuerit super statu, & in authoritatem rei judicatae transierit, afficit omnes & pro veritate habetur, ad *Text. in l. Ingenuum ff. de stat. homin., Rota coram Cerr. decis. 390. num. 7., & coram Priol. dec. 414. num. 4., & seq., & dec. 270. num. 8. par. 16., & dec. 505. n. 19., & 20. par. 19. rec.*

Et ita altera tantum &c.

FAVENTINA FIDEICOMMISSI DE PASIIS.

Veneris 17. Februarii 1713.

ARGUMENTUM.

An substitutus filiis in pupillari aetate decedentibus, fideicommissi onere gravatus dicatur: haec decisio firmat, quod non, quia fideicommissi extensio uti de materia odiosa, ad casum à Testatore non expressum non datur, sed tantum ad casum illum, ad quem suam dispositionem idem Testator coarctavit, cum pupillaris substitutio per expressae conditionis defectum expiret, & caetera vide in summario.

SUMMARIUM.

1 *Fideicommissum, quod ad casum decessus institutis in aetate pupillari reducitur, ad diversum non protenditur casum.*
2 *Casus expressus à Fideicommittente solum est attendendus, & n. 11.*
3 *Substitutio pupillaris ob conditionis defectum expirat.*
4 *Fideicommissum ad exclusionem remotiorum, potius creditur expiratum, quam vigens, & vide hic in quo casu.*
5 *Quando casuum diversitatet in purificatione fideicommissi non possunt considerari.*
6 *Mulier transiens ad secunda vota omittendo cautionem Mutianam, qualitatem haereditariam perdit.*
7 *Substitutio vulgaris unita tali casu cum jure accrescendi, ad haeredes transmittitur.*
8 *Onus fideicommissi institutis injunctum non dicitur post exitum de pupillari aetate, ex quo Testator bonorum distractionem de sua Familia prohibuerit, nisi fuerit injunctum contemplativè ad illum, & n. 10. vide quid in hoc casu.*
9 *Limita, si tale onus fuerit injunctum post conditum fideicommissum, & ab illo dependenter.*
12 *Decisiones, quae articulum ex professo non tangunt, sed incidenter per narrativam ab Extensore emissam ad alium effectum, non attenduntur.*
13 *Fideicommissum ad hoc ut terminatum dicatur, observantiae longevae, & contenariae quamplurimum defertur.*
14 *Amplia, si post decisinm casum expirationis, litigantes nulla facta mentione de illius duratione transegissent.*
15 *Subamplia, si taliter Transigentes de evictione se se ad invicem obligassent, & sic eorum etiam haeredes.*
16 *Tali casu, etiamsi vigeret fideicommissum, destructum, & remissum diceretur.*
17 *Haeres non potest venire contra transactionem à suo authore factam.*
18 *Fideicommissum à Condividentibus remissum dicitur in divisione, si ad aequalitatem reciprocam respexissent, & de evictione se se invicem obligassent.*
19 *Amplia, ut eorum haeredes de fideicommisso amplius nequeant excipere, & ad ejus observantiam à fortiori teneantur.*
20 *Immissio numquam datur ex titulo fideicommissi, quae praetendatur extra casum expressum à fideicomittente, quo casu reciprocum requireretur.*
21 *Fideicommissum reciprocum, ut inducatur, requiruntur volita à lege Titia Sejo, & conjectura de perpetuitate.*

DECISIO DCCLXXII.

Annibal de Pasiis Anno 1554. suum ultimum condidit Testamentum, in quo instituit suos universales haeredes Terentium fratrem, & Camillam Uxorem, sed istam sua Vita tantum naturali durante, eique adjecta conditione Viduitatis: subindè vero vocavit omnes filios masculos ligitimos, ac naturales nasciturosex semetipso, necnon à praefata Camilla, eosdem invicem substituit volgariter, pupilariter, ac per fideicommissum, subdens tamen, quod *post mortem Terentii, & Camillae alio filio masculo superexistente, vel superstite, & in pupillari aetate decedente, eidem, vel eisdem* substituebat Julium Justinianum, Gregorium, & Fabritium pariter de ejus Domo, suosque Patrueles: Hac expleta dispositione suscepit Testator ex Camilla Uxore filium Bartholomaeum, qui superstes fuit Patri, imò etiam Terentio Patruo, & pupillarem aetatem egressus, matrimonium contraxit, postmodum vero, & ipse communi fato cedens suum scripsit elogium, in quo de rebus suis liberè disposuit.

Isto igitur vita functo, plures exortae fuerunt controversiae, inter quas praecipua illa extitit superduratione, vel terminatione fideicommissi Annibalis, quod anno 1582., & 1588. fuisse expiratum ob supervenientam adultam aetatem Bartholomaei, resolvit nostrum Auditorium, ut habetur *ex dec. 136., & dec. 473. par. 4. diversorum, repetit. dec. 19. par. 1. recent.*, & consecutivè ad istas, nec

 non

nou ad alias decisiones, diversas quæstiones tangentes, sæpè sæpiùs occasione hujusmodi Bonorum factæ sunt transactiones, adeòut tandem contigerit omnia Bona devenisse ad filios Alphonsi, qui cum duas constituerint lineas, ex quarum una est ultimus superstes Canonicus Fabritius; ex altera verò Eques Joannes Franciscus, qui contendens portionem obventam d. Canonico post ejus mortem subjectam remanere antiquo fideicommisso Annibalis, præventivum adversus eumdem instituit Judicium, & obtinuit signari Commissionem cum facultate etiam revidendi præfatas Decisiones, mihique dirigi, in cujus sequelam proposui in hodierna Audientia dubium -- *An constet de fideicommisso, illiusque purificatione, & an sit danda immissio* -- quòd DD. inhærendo prædictis decisionibus, atque illorum fundamenta approbando *negativè in omnibus* resolvendum esse putarunt.

Cum enim fideicommittens suam volun-
1 tatem coarctaverit ad casum, quo Bartholomeus decesserit in pupillari ætate, utique non est extendendum fideicommissum ad alium casum penitùs diversum, quo scilicet ille pupillarem ætatem excesserit, quoniam
2 in hac odiosa materia solùm attendi debet casus expressus à Testatore, & per consequens dicendum est pupillarem substitu-
3 tionem expirasse propter defectum conditionis sub qua dumtaxat ordinaverat fideicommissum favore Patruelium, & aliorum de Pasiis, ut generaliter tradunt DD. ad *Text. in l. si quis ità ff. de vulg. & pupill.*, *Paris. consil. 72. n. 19. lib. 3.*, *Cancer. var. resol. par. 1. cap. 1. de substit. num. 78., & seq.*, *Rot. in Auximana Censum 5. Maii 1710. §. fin. cor. R. P. D. meo Ansaldo*, & latè punctualitèr firmavit in hoc præciso casu in *dd. decis. 136., & 473. par. 4. divers., respectiv. decis. 19. par. 1. recens*,

Neque subsistere valet, Rotam in his ultimis allegatis Decisionibus respondisse
4 pro expiratione fideicommissi, quia agebatur ad exclusionem Patruelium stante supervenientia Camillæ, quæ illos quousque vivebat ab hac hæreditate arcere poterat; quoniam ex lectura Decisionum colligitur præcisè fuisse examinatum Articulum *An Bartholomæus gravatus esset restituere, postquam adultus decessit*, in quo nostrum Auditorium *sententiam negativam Juridicis fundamentis putatam fuit*, & quam etiam hodie *DD.* approbare voluerunt.

Et fortius constat ulterius, ipsam Camillam de tempore præfatarum Decisionum fuisse jam mortuam, quod comprobatur tùm ex firmatis *in dec. 238. par. 4. divers.*, tùm ex pluribus documentis datis in Summario, quibus concluditur illam defecisse de anno
5 1580 ac proinde non posse considerari casuum diversitatem, ob quam variari debeant antiquæ resolutiones, juxta regulam *Text. in l. si ex plagis 12. §. in Clivio ff. ad l. Aquil.*, *de qua per Rot. in Bononien. Contractus 20. Januarii 1712. §. Absque eo quod coram R. P. D. Falconerio*.

Quinimò adverterunt DD., quod etiam si procedendum esset cum supposito existentiæ ejusdem Camillæ post mortem Bartholomæi, adhuc nihil desumi posset, quod valeret impedire terminationem fideicommissi supra
6 probatam, quandoquidem in omnem casum hæc Mulier per transitum ad secunda vota, & omissa cautionem Mutianam, amisit qualitatem hæreditariam, ad *Text. in Auth. cui relictum Cod. de indict. vidnit. tollen.*, *Ruin. cons. 170. num. 8., & 11. lib. 3.*, *Natt. cons. 297. in fin.*, *Camarell. de legat. lib. 12. tit. de*
7 *caut. Mutian. num 12. fol. mihi 740.*, & censeri debet ac si numquam extiterit hæres institutum, adeòut factus fuerit locus Juri accrescendi favore Bartholomæi in cuius personam tota hæreditas libera evasit, ut in præcisis terminis *Rot. dec. 463., & dec. 468. per tot. par. 4. divers.*

Absque eo quod argui possit voluntatem
8 Testatoris fuisse, quod Bartholomæus gravatus reperiretur etiam post pupillarem ætatem, ex quo prohibuerit alienationem hæredibus institutis, ac substitutis sub illa expressa ratione, ut *Bona sua manerent in agnatione, & familia de Pasiis, adeò quod devenire deberent de uno in alium &c., & semper ad ipsius Testatoris proximiorem*, quoniam hujusmodi prohibitio vim utique faceret, quoties à Testatore fuisset independenter à fideicommisso, & de per se facta, secus
9 autem quando, ut in præsenti constat illam fuisse ordinatam cum fideicommisso, atque dependenter ab illo, & consequenter om-
10 ninò venit regulanda ad terminos casus solùmmodo considerati à Testatore, qui si voluit
11 gravamen, decedente filio in pupillari ætate, non est diversimodè Judicandum de prohibita alienatione, sed restringenda est ad casum expressum, juxta celebre *cons. Decii 636* passim à DD., & S. Rota receptum, & habetur apud *Saminiat. con. 8. n. 26., & seq. post. tom. 2. controv.*, *Altograd. Jun.*, *Rot. dec. 14. n. 4., & dec. 100. num. 7., & dec. 193. num. 12, & seq. par. 1. recent.*, & *in d. Auximana Censuum 5. Maii 1711. §. Alias, & in confirmatoria 12. Januarii 1711. §. Neque robur coram R. P. D. meo Ansaldo*, atque in specie hujusce hypothesis, latè firmatum fuit *in d. dec. 473. par. 4. divers.*

Prout nec etiam animadversionem merebatur, quod *in dec. 136. coram Coccino* processum fuerit cum supposito subsistentiæ istius fideicommissi, nam compertum fuit
12 revera in narrativa, facti expositi in dicta Decisione, tale fideicommissum supponi purificatum favore Alphonsi, & Julii, sed è contra constitit tunc tale fideicommissum non fuisse deductum in controversiam, & articulum decisum coram Coccino esse penitus, penitusque diversum, atque respicere executionem Concordiæ initæ occasione antiquarum Decisionum, ut proindè nullum fundamentum fieri valet in præfata narrativa inciden-

denter emissa ab extensore, præsertim cùm
ex hac proveniret subversio præcedentium
resolutionū, quę à nostro Auditorio tàm seriò,
ac maturo examine captæ fuerunt, *de Luc. de
emphyt. disc.52. nu.7. in fin.*, *Rot dec.218. n.
27. par.19. recent.*, *& in Firmana Beneficio-
rum 19 Januarii 1711. §. Ulterius cor. Me.*

Quibus omnibus deductis in comprobatio-
nem terminationis fideicommissi, quoque ad-
13 stipulatur observantia plusquam 100 annorū,
quo tēpore sen per hujusmodi Bona uti libera
considerata fuerunt, ut omissis transactio-
nibus antiquioribus desumitur ex illis initis
14 post editas Decisiones Rotales, in quibus
cùm nihil de duratione fideicommissi dicatur,
exindè sequitur Collitigantes, aliosque ac-
quievisse Decisionibus, Bonorum libertatem
firmantibus, nec non illas acceptasse, *Rota
dec 381. nu. 5., & seqq., & decis.414. num.9.
cor. Pamphil., & in rec.dec.496. num.8. par.
13.* Itaut multò minùs permissum sit jàm re-
soluta refricare.

Maximè quia in iisdem transactionibus
15 Contrahentes sese ad invicem obligarunt de
evictione perpetua, superadditis non solùm
pacto ampliùs non petendi, sed etiam præ-
gnantibus Clausulis, & quidem hæredes, ac
successores in perpetuum afficientibus, undè
16 induci posset fideicommissi remissio, qua-
tenus illud viguisset, ex latè traditis *in Ca-
merinen Bonorum 17. Aprilis 1711. cor. R.
P. D. meo Ansaldo confirmata 27. Junii
1712., & 6. Februarii currentis anni coram
Me*, & tantò magis quia in prima transa-
ctione expresè legitur renunciato cuicum-
que fideicommisso tàm purificato, quam pu-
rificando ex Testamento Annibalis, quas sanè
17 transactiones Joannes Franciscus tamquàm
hæres Transigentium nequit impugnare, ad
famigeratum *Text. in l. cum à Matre C. de rei
vindicat.*

Subsequitur tandem divisio istorum Bono-
18 rum facta de anno 1621. inter Fabritium,
& Joannem Antonium mediatos Auctores
modernorum Collitigantium, in qua divisa
fuerunt omnia Bona, & ab Annibale, & à
Bartholomæo, nec non ab aliis provenientia
absque ullo discrimine, cum promissione per-
petuæ evictionis, & obligatione suorum hæ-
redum, aliisque urgentibus expressionibus,
de quibus in Instrumento, & consequenter
si ex hac divisione compræhenditur Bona
fuisse in statu libertatis considerata, alioquin
inanis remansisset evictio promissa, atque
nimis evidens inæqualitas Dividentium, qui
nullo habito respectu, nulla constituta dif-
ferentia Bona promiscuè habuissent, ut præ-
ter allegatas Decisiones *in illa Camerinen.
Bonorum, dictum fuit in Pisauren. Emphy-
theusis 29. Jan.1712. per tot. cor. R. P. D meo
Ansaldo, & in ejus confirmatoria 2. De-
cembris proximè præteriti §. Scrutatis enim
cor. R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Guber-
natore*, & novissimè *in Romana Immissionis
16. Januarii 1713. coram Me*. Ità quoque
permissum esse non debet Jo. Francisco præ-
19 dictam divisionem infringere, ex supra pro-
batis.

Constito itaque nullum adesse fideicom-
missum, utpote quià expiraverit per majo-
rem ætatem Bartholomæi, consequentia pla-
na est, nèc verificari posse fideicommissi
purificationem extrà illum casum, nequè ex
20 hoc titulo esse dandam Immissionem ad
Bona Annibalis, quando cætero quin admisso
etiam fideicommisso descensivo, requireretur
reciprocum ad effectum de quo agitur, &
tamen hoc expresè non legitur, non concur-
21 runt nota requisita *l. Titia Seio §. Seia li-
bertis ff. de legat. 2.*, ac deniquè deficiunt
conjecturæ pro inducenda reciproca lineari,
ex firmatis *in Amerina fideicommissi 22.
Aprilis 2712 §. Non enim cum seq. cor Me.*
Et ità utraque Parte.

VERCELLEN. REINTEGRATIONIS.

Lunæ 6. Martii 1713.

ARGUMENTUM.

Hæc decisio est confirmatoria alterius sub die 22. Junii 1712.

Spolium, probatis extremis, est omninò purgandum, & quæ sint ista. Malæ fidei possessori præscriptio non favet, & intra decendium capta possessio spolium inducit.

SUMMARIUM.

1 *Spoliatus illicò reintegrandus est, extremis probatis, etiam adversùs singularem successorem, & vide rationem.*

2 *Quæ sint extrema probanda in judicio spolii.*

3 *Ex quibus spolium probetur.*

4 *Possessio capta intra decendium ad appellantur spoliativa est, eoque magis, si in spretum appellationis interpositę.*

5 *Statutum Masserani prohibet appellationem à sententia Auditoris in primà instantia, & quà pœna afficiatur appellans.*

6 *Recursus à dicto statuto stat loco appellationis.*

7 *Sententia pendente appellatione non potest exequi.*

8 *Possessio de bonis capta, titulo eam retinendi resoluto, dicitur spoliativa, & actio spolii superaccedit.*

9 *Donatio numquam pręsumitur, nisi probetur*

10 *Possessio capta titulo infecto spolium parit, quæ infectio præcipuè oritur, si antè illam ad causam Contradictor veniat.*

11 *Sententia præcipitanter lata non attenditur.*

12 *Pręscriptio non intrat, si res sit inter Principem, & subditum, ob metum reverentialem.*

13 *Mala fides in possere pręscriptionem excludit.*

14 *Mala fides spoliantis nocet etiam particulari successori, & ex quibus illa eruatur.*

15 *Mala fides comprobatur ex modicitate prætii,*

tit, prò quâ quis possideat rem aliquam.
16 *Nemo præsumitur jactare suum.*
17 *Læsio exorbitans inficit quemcumque contractum.*
18 *Legalitas, vel illegalitas Jurium productorum probato aliundè spolio, ad illius purgationem retardandam non attenduntur.*

DECISIO DCCLXXIII.

HÆC causa, quæ post plures propositiones,
tandem suffragantibus nominibus Dominis
coram R.P.D. meo Falconerio fuit resoluta,
& expedita favore Fratrum de Badinis, non
dissimilem exitum habuit cora Me, nàm
semper retento de more stylo exquirendi
omnium Dominorum suffragia, præcedens
judicatum bis in contumaciam alterius partis,
hodie autem utraque Parte informante
fuit confirmatum, dum habui responsum *pro*
persistentia in decisis.

Prætermissis siquidem omnibus respicientibus
petitorium, seù bonum Jus illorum de
Secchia authorum D. principissæ, utpotè
quia ex satis luculenter examinatis in decisione
R. P. D. mei Falconerii, & nequaquam
necessariis in hujusmodi Judicio spolii
quascumque exceptiones altioris indaginis
reiiciente, ut dictum fuit in Decisione hujus
Causæ 22. Junii prossimè præteriti §. *Non*
attento cor. Me. Domini iterum existimarunt
illa extrema concurrere, quibus positis, est
1 inevitabile spolium, & consequenter *demandanda
reintegratio favore* spoliati, quantumvis
hæc dirigatur adversus singularem successorem,
qualis est D. Principissa, ne alioquin
sit in facultate spoliantis ad supplantandum
legitimè possidentem rem occupatam in tertium
alienare, *Gab. conf.36. num.3. lib.1., &
de restit. spoliat. conclus 5. num.38., & 73.,
Surd. conf.28. nu.58., Marescott. var. resol.
lib.1. cap.59. num.10., & seq., Menoch. de
recuper. poss. remed.1. nu.158., & seqq., Rot.
dec.183. §. Atque post. Constantin. ad Statut.
Urb., & dec.288. num.8. cor. Merlin.,
& dec.486. num.2. par.2. recen.*

Dum autem nulla cadebat controversia
2 circa possessionem antiquam fratrum de Badinis,
sivè illorum authorum, facilè fuit
Dominis dignoscere verificationem alterius
extremi, possessionis scilicet illegitimæ, atque
attentatæ Rocchi Secchiæ, ex cujus juribus
possidet D. Principissa. Etenim adverterunt,
3 quod respectu unius medietatis Molendini,
Margarita auctrix modernorum actorum, &
quæ illam possidebat, geminas reportaverat
sententias denegantes Roccho petitam immissionem
ad præfatam medietatem vigore
cujusdam fideicommissi, quibus non attentis,
licet in judicatum transactis ob lapsum plusquam
20. annorum, præfatus Roccus absque
actis, & nulla præcedente restitutione
in integrum, ac citatione, obtinuit ab Auditore
Gotio sententiam revocatoriam, prolatam
sub die 19. Octobris 1668., ipsamque
Margaritam possessione spoliavit die 27.
ejusdem mensis, sicque intra decendium à
4 jure communi concessum ad appellandum,
& quod magis est spreta etiam appellatione
interposita, ut proinde nimis clarum spolium
resultet mediante reintegratione procul dubio
purgandum, *Lancellot. de atten. par.2.,
cap.11. n.1., & seqq., Postb. de manut. observ.
48. num.25., Saminiat. contr 148. num.23.
tom.2., Rota coram Coccin. dec.661. num.1.,
& seq., & cor. Sa. Me. Alexandro VIII dec.
170., & dec.218. num.4.*

In nihilo obstante Statuto Messerani pro-
5 hibente appellationem à sententia Auditoris,
nam ultra quod non modicè est dubitandum
de legalitate particulæ, tum ex quo non
productæ in actis citata parte, tum etiam ex
quo formiter non compulsatę, Domini putarunt
illud, vel absolutæ non tollere appellationem,
cum ista legatur prohibita sub pœna
emendæ, & mulctæ arbitrariæ, vel procedere
tantùm in casum primæ Instantiæ, non
autem quando in tertia Instantia, ut hic, Auditor
sententiam profert, vel tandem nullo
modo præseferre facultatem exequendi sententiam
intra decendium, dum ipso statuto
6 præservatur certum, ac determinatum tempus
procedendi per viam recursus, qui dicitur
subrogatus loco appellationis, *Lancellot.
de attent. par.2. cap.19 de attent. pendent.
recurs. sub num.15., & 31.*, quo tem-
7 pore pendente, ac non dum elapso, sententia
non poterat executioni demandari, *Cephal.
conf.108. num.19. lib.2., Lancellot. ubi
supra num.6., & seq., & num.30. & 31., Ridolphin.
in prax. par. 3. cap. 5. num.435.*

Quo vero ad aliam medietatem, crediderunt
DD., & circa hanc spolium salvari non
posse, quandoquidem certum erat in facto,
quod Franciscus Bernardinus Badinus post
mortem Isabellæ Mattis continuaverat possessionem,
quæ prius apud ipsam pacificè
fuerat, & quod solum prætendebatur, istam
fuisse dimissam ab illo per donationem factam
de mense Maii, vel Junii 1667. occasione
ingressus in Religionem, in cujus donationis
sequelam, asserebatur quoque fuisse
captam à Roccho possessionem hujusce medietatis
Molendini, prout re vera ex hoc titulo
dicta possessio usque tunc capta, hodie
defendebatur.

Præter hæc habebatur itidem, quod post
paucos menses à die donationis, Franciscus
Bernardinus pœnitentia ductus à Religione
discesserat, & subinde ad bona Religionis
intuitu donata, regressum habuerat, sicuti die
5. Septembris d. anni 1667. annullando donationem,
ac retrocedendo bona idemmet
Rocchus agnoverat, unde subsequebatur,
quod si iste spreta hujusmodi retrocessione
bonorum de mense Octobris anni subsequentis
eodem titulo iunixus, attentatè illorum
8 possessionem accupaverat, utique spolium
erat evidentissimum, eo quia possessio pendebat
à titulo jàm resoluto, revocato, atque
ad non titulum propria confessione redacto,
*Pacific. de Salvian. interdict. cap. primo
in-*

inspect. 4. n. 220., *Adden. ad Ludovis. dec. 254. n. 6.*, *Rota dec. 137. n. 12. cor. Ottbobono, & dec. 334. n. 12. p. 19. tom. primo rec.*, *& in Romana, seu Farfen. reintegrationis super fructibus 2. Decembris* 1701. §. *Sublatis cor. bo. me Pio*, rejectis iis, quę diceban-
9 tur de secunda donatione facta à Francisco Bernardino, cum illa non exhibeatur, neque valeat præsumi ex notis juribus.

Tantoque magis de spolio quoad istam medietatem constabat, quia præter titulum adductum undequaque infectum, & invalidum, modus ipse capiendi possessionem attentatus, ac spoliativus dignoscebatur, quoniam Rocchus sumpta occasione, quod Franciscus Romæ moram traheret, supplicem porrexit libellum Principi pro habenda facultate supradictam possessionem capiendi, obtinueratque rescriptum favorabile, sed exequendum, dummodo intra decennium nemo
10 compareret, & tamen ille contempta comparitione Margaritæ, uti hæredis Isabellæ Sororis, & tuendo jura Francisci Bernardini Nepotis, sese ante præstitutum tempus opponendi, possessionem invadere non destitit, atque die immediate sequenti ab eodem Principe potestatem sæpedictum molendinum alienandi impetravit, cujus vigore venditio integri Prædii favore D. Principissę expleta fuit, ex quo sane ordine, & modo agendi penitus cessare visæ sunt quæcumque pro exclusione spolii in contrarium deducebantur, *Honded. cons. 20. n. 25., & seqq. lib. 1. Rot. dec. 385. n. 2. cor. Emer. jun., & in Senogallien. bonorum 16. Januarii 1709.* §. *Et quidem cor. R. P. D. meo Ansaldo*.

Non enim vim facere poterat asserta sententia Pretoris Avenati reijciens jura Fran-
11 cisci Bernardini super Molendino, quoniam fuit lata præcipitanter post spolium, & transmissa ad Curiam Principis, ut ab alio, & coram alio Judice publicaretur, exindeque constat nullo modo esse attendendam, quod di-
12 xerunt DD. etiam de allegata præscriptione ex decursu temporis plusquam triginta annorum desumpta, hæc siquidem exigit negligentiam in illo, qui agere debebat, undè si ista nequit considerari in Fratribus de Badinis, hoc ideo non reclamantibus, quia agebatur inter Subditum, & Principem, contra quem ob summam reverentiam, & metum lis mota non fuit, prout exitus demonstravit, dum aperta occasione prefatis de Badinis recurrendi ad Sanctam Sedem, iidem statim judicium introduxerunt, utique cursus temporis præjudicium inferre minimè potuit, ex firmatis in decisione R. P. D. mei Falconerii §. *Et cessat*.

Ulterius tollebatur obiectum prescriptio-
13 nis ex mala fide Rocchi, quæ inexcusabilis apparebat ponderata tota serie facti, & circumstantiarum, de quibus supra, ut exinde inane videretur fundamentum hujusmodi exceptionis, ut dictum fuit in decisione 22. Junii proximè præteriti §. *Et sane in fin cor. Me*, neque poterat vires assumere ex eo,
14 quod Rocchus non ageret, sed D. Principissa, cum mala fides Authoris in hac materia spolii noceat etiam successori, licet particulari, ex auctoritatibus adductis in §. *Prætermissis*, ac firmatur in decisione R. P. D. mei Falconerii §. *Eo fortius*.

Istamque malam fidem magis concludi DD. crediderunt ex pacto apposito in Instrumento venditionis, nam conventum fuit inter partes, quod in casu molestiarum, & evictionis, Rocchus solos ducatos 890. à Prin-
15 cipissa receptos restituere teneretur, quodque ipse nullum majus damnum pati posset, quàm d. summæ restitutionem, ut proinde addita circumstantia modicitatis pretii, res transiret in evidentiam pro arguenda omnimoda mala fide, dum cæteroquin idem
16 Rocchus nec suum jactare voluisset, nec de pacto adeò insolito sollicitus fuisset, *Farinac. de simulat. qu. 162. n. 146.*, *Palm. Nepos alleg. 8. n. 45.*, *R. P. D. meus Ansald. de commerc., & mercat. disc. 50. n. 35.*, *Rota dec. 596. n. 10. p. 19. tom. 2. rec.*

Prout nec etiam animadversionem promerebantur transactiones, quas enormissimam læsionem preseferre non fuit à DD. dubitatum, quippe quia denuo subsistentia apparuerunt rationum momenta, quibus proba-
17 batur lesio adeo exorbitans, & ipso jure inficiens contractus, ad latè tradita in decisione precedentis instantiæ, & coram Me sub die 22. Junii proximè præteriti, & 16. Decembris ejusdem anni, ad quas DD. ad evitandam inutilem repetitionem sese remissive habuerunt, advertentes tamen, quod stantibus supradeductis in comprubationem spolii, non erat immorandum super legalita-
18 te, vel illegalitate Jurium productorum, eo quia illorum irrelevantia satis superque remanebat constabilita, superadditis potissimum firmatis cor. Me in dicta decisione 16. Decembris anni mox elapsi.

Et ita, utraque &c.

BONONIEN. JURISPATRONATUS DE GALLUTIIS SUPER MANUTENTIONE, ET INSTITUTIONE.

Veneris 17. Martii 1713.

A R G U M E N T U M.

Hæc decisio respicit expeditionem hujus causæ resolutæ sub die 22. Aprilis 1712., & argumentum est in summario.

S U M M A R I U M.

1 *Manutentio in præsentando ad Beneficium concedenda est illi, qui possessionem probat.*

2 *Effectus manutentionis est, ut presentatus à legitimo possessore sit quoque manutenendus.*

3 *Ultimus status attendendus est, & ex quibus non destruatur.*

D E C I S I O DCCLXXIV.

CUM DD. constiterit, Comitem Prosperum esse in possessione, seu quasi præsen- tan-

tandi ad Beneficia, de quibus in alia mea decisione edita 22. *Aprilis anni proximè pręteriti*, eo quia de anno 1669 ipse tamquam unicus Patronus præsentavit, ac proinde
2 eidem competere manutentionem censuerunt in istius sequelam, *& pro illius effectu* jure meritoque Comiti Catelano suo pręsentato datam fuisse institutionem, ex vulgato *text. in cap. consultationibus de jurepatr.*, & consequenter ob hanc rationem procedendum esse ad expeditionem causæ *extensa hujusmodi brevi decisione*.

Non obstante, quod in d. præsentatione plures legantur præsentantes ad diversa be-
3 neficia, quoniam aliorum præsentatio verificatur de cæteris Beneficiis, ita singula singulis congruè referendo, neque exindè impediri valet manutentio, & impugnari ultimus status.

Et ita utraque &c.

LAUDEN. PENSIONUM SUPER MANUTENTIONE.

Luna 20. Martii 1713.

ARGUMENTUM.

Hæc decisio respicit expeditionem causæ jàm sub die 3. Januarii 1713. resolutæ, & argumentum est in summario.

SUMMARIUM.

1 *Causa jam decisa super possessione, expeditionem exposcit.*

2 *Causæ expeditio quoad anum, retardari nequit sub prætextu remissoriæ alterius jus tangentis.*

DECISIO DCCLXXV.

Domini, qui sub die 30. Januarii proximè præteriti dixerunt dandam esse manutentionem pensionariis, & è converso concedendam remissoriam Galmutio, in hodierna
1 audientia *expeditionem causæ ab utraque parte expetitam demandarunt*, cum ipsis constiterit de clara possessione, seu quasi eorumdem pensionariorum, nec non de sumo sufficienti materiæ articulatæ.

Verum advertentes, æquum non esse,
2 quod sub prætextu remissorię impediatur causæ expeditio quoad pensionarios, stante illorum incontrovertibili possessione, mihi iniunxerunt, ut hanc brevem decisionem extenderem, qua declararem *Remissoriam fuisse ab ipsis concessam*, cum hoc tamen, *quod expeditio causæ super manutentione non retardaretur*.

Et ita utraque &c.

BONONIEN. LIBERATIONIS A MOLESTIIS.

Luna 27. Martii 1713.

ARGUMENTUM.

Evictio semper datur detecto errore super emptione rei favore emptoris. De differentia inter decimas spirituales, & temporales, quarum onus si super empta re detegatur, ad quid venditor teneatur, & quæ actio emptori contra Venditorem exercibilis sit.

SUMMARIUM.

1 *Evictionem patiens, habet actionem petendi, sivè quod venditor rem liberet, sivè summam, prò qua molestatur, refundat, sivè integrum pretium rei emptæ restituat.*

2 *Si unum ex his elegerit remedium, ad aliud convolare non potest.*

3 *Firmatur regula, si adsit obligatio Cameralis, cum eius virtus variandi facultatem tribuat.*

4 *Evictio prædii peti non potest, ex quo decimis spiritualibus, & ordinariis obnoxium reperiatur.*

5 *Secùs si sint temporales, tamquam gravamen extraordinarium.*

6 *Decimæ præseferunt onus spirituale,*

7 *Sub nomine Decimarum veniunt Canones, Livelli, & Collectæ.*

8 *Decimæ, quæ solvuntur Mensæ Episcopali, sub istorum specie cadunt, cum non solvuntur Parocho.*

9 *Mensa Episcopalis post divisionem Parochiarum, jus exigendi decimas spirituales amisit.*

10 *Testes non repetiti, sed ex lapsu temporis per acquiescentiam approbati, concludentissimè probant.*

11 *Decimæ, quæ solvuntur ex fructibus unius tantum corporis, spirituales non sunt, sed temporales, si in eodem Territorio cætera bona illis non subjaceant.*

12 *Redecimæ sunt contra jus commune, & ob id. si ex uno Prædio, & Mensæ, & Parocho solvantur, quæ Parocho tantum, sunt spirituales.*

13 *Solutio Mensæ Episcopalis, quę fiat tempore determinato anni, non potest dici, quod sub titulo spiritualium decimarum cadat.*

14 *E contra cadit sub istis, si fiat Parocho ex fructibus, & tempore recollectionis.*

Ex quibus probetur, quod decimæ sint spirituales, & non temporales.

16 *Decimæ spirituales, & ordinariæ, fructuum perceptionem sequuntur.*

17 *Onera extraordinaria, nempè Livellum, Canones, & similia debent exprimi in venditione Prędii, nè se ùs Venditor favere emptoris evictioni subjaceat.*

18 *Emptor si rationabiliter onus super re empta prędvidere nequivit, habet actionem prò evictione adversùs Venditorem, eo detecto.*

19 *Pactum redimendi, rei valorem notabiliter minuit.*

20 *Pretium rei in dies minuitur.*

21 *Læsio, ut dicatur adesse, exigit, quod valor rei de tempore contractus concludenter probetur.*

22 *Emptor tunc dicitur acceptasse rem cum illo onere, quo gravata reperitur, quandò scientiam de illo habuisse probetur.*

DECI-

DECISIO DCCLXVI.

VEndiderat Comes Joseph Maria de Felicinis anno 1660. Senatori Carolo Aloysio de Scappis Prędium in Regione Altedi Comitatus Bononiæ, pretio libr. 8000. sub expressione, quod esset omninò liberum, ac immune à quocumque onere, & sub amplissima evictionis promissione etiam in forma Rev. Cameræ, juxtà formularium Bononiense.

Cum autem subindè compertum fuerit dictum Prædium obnoxium esse perpetuò decimarum oneri in certa Frumenti quantitate favore Mensę Archiepiscopalis, quæ tam pro decursis, quàm imposterùm decurrendis pręstationibus, mandatum, & sequestrum obtinuerat. Propterea hęredes præfati Emptoris coram Auditore Generali dictæ Civitatis, & successivè coram R. P. D. meo tunc A. C. Cerro instantiam excitarunt adversus venditorem prò liberatione à molestiis, seù restitutione pretij soluti, & utrobique voti compotes fieri obtinuerunt.

Geminis hisce Judicatis, adhùc non acquiescente dicto Comite de Felicinis in gradu ulterioris appellationis coram Me instauratę, disputandum hodiè proposui consuetum dubium, & DD. *constare de duabus*, attenta earum validitate, & justitia, responderunt.

1 Etenim cum in discrimen non revocetur onus prædii, cujus libertas sub adeò ampla evictionis promissione in contractum deducta fuerat; utique justitiæ rationi consona reputari debet condemnatio venditoris ad restitutionem pretii favore Emptoris, cui detecto onere jura succurrunt, tribuendo actionem sivè ad factum, ut venditor rem liberet, sivè ut pręstet summam, pro qua molestiæ inferuntur, sivè demùm, ut integrum pretium restituat, et ex his omnibus remediis, quod sibi magis utile videtur experiri valet, ex latè cumulatis per *Rotam in Romana locorum Montium* 12. *Ianuarij* 1705. § *Ejus enim coram* Reverendiss. *Labacen.*, *& in Romana, seù Albanen. Bonorum* 27. *Iunii* 1707. *à* §. *Attamen cum seqq. coram R. P. D. meo Aldrovando*, *& in Romana præstationis fundi liberi* 28. *Novembris* 1707. §. *Sed in præsenti*, *& in ejus confirmatoria* 2. *Iulii* 1708. §. *Cum enim cor. R. P. D. meo Scotto Almę Vrbis Gubernatore.*

2 Nec subsistere visa est exceptio, quod in hypothesi solum actum fuerit pro liberatione à molestiis, non autem pro traditione rei liberę, quodque per consequens in præcedentibus instantiis, nonisi commensurativè ad easdem molestias mandatum relaxari poterat, juxtà firmata in *Ferrarien. Bonorum super manutentione prima Jun.* 1703 §. *Nec obstat*, *&* 16. *Ianuar.* 1705. §. *Siquidem cor. Me*, *&* 3. *Febr.* 1710. §. *Ingravescunt coràm R. P. D. meo Falconerio*, *ac* 29. *Aprilis à* §. *Inexcusabilis coram R. P. D. meo Ansaldo.*

3 Constat namque in facto, non solùm petitam fuisse liberationem à molestiis, sed etiam totius pretii restitutionem, quemadmodum cumulando actiones fieri potest, maximè attenta obligatione Camerali, ut prosequitur *Rota in d. Romana præstationis fundi liberi* 28. *Novembris* 1707. §. *final. cor R. P. D. mea Scotto Almæ Vrbis Gubernatore*, ideoque cum Judex hujusmodi instantiæ adhærendo, terminum unius mensis ad explendam expostulatam liberationē reo convento assignaverit, jam indè patet, quod ad hominem retorquentur resolutiones in objecto allegatæ.

Totum itaque hujus causę momentum repositum erat in qualitate oneris, cui obnoxium reperitur controversum prædium, an scilicet decimæ, quæ ex eo debentur Mensę Archiepiscopali sint Spirituales, & ordina-
4 riæ, seù potiùs temporales, & accidentales. Prima siquidem decimarum species, utpotè onus intrinsecum, & connaturale rei per concomitantiam inseparabilem, transit cum ipsa re in quemcumque possessorem, & regulariter non comprehenditur sub obligatione evictionis; Secus tamen altera tanquam
5 gravamen temporale, & extraordinarium, *Cagnol. in leg* 2. *sub num.* 227. *Cod. de pact. inter emptor. & vendit.*, *Card. de Luca de decim. disc.* 16. *n.* 8., *& de empt. & vendit. discurs.* 36. *n.* 5.

6 Qua in re, licet juxta germanam, propriamque vocis significationem nomen decimæ præseferat onus spirituale, *Rota decis.* 180. *num.* 7. *par.* 7., *& decis.* 149. *num.* 9. *par.* 8., *& decis.* 299. *num.* 4., *& seqq. par.* 12., *& decis.* 5. *num.* 15. *par.* 14 *recent.*, *& in Spoletana, seù Nullius Decimarum* 3. *Febr.* 1708. §. *Secundo se offert coram Emo D. Priolo.* Attamen, cum frequenter etiam usurpetur pro livello, canone, vel collecta, alioque gra-
7 vamine ex titulo prophano procedente, *Card. de Luca de decim dicto disc.* 16. *num.* 2., *& de empt. & vendit. dicto disc.* 36. *n.* 6., *Capyc. dec.* 20., *de Franch. dec.* 177., *&* 124., *Rovit. dec.* 97., *Rota decis.* 313. *num.* 3. *par.* 1. *recent.*

8 DD. ad hanc postremam classem spectare arbitrati sunt decimas, de quibus agitur, ex quo illę non solvuntur Parocho, sed Mensæ
9 Archiepiscopali, quę post Parochiarum divisionem nequaquam potitur jure exigendi decimas spirituales, *Rota cor. Roxas dec.* 343. *&* 412., *& in recent. dec.* 489. *num.* 6. *par.* 19., *cum concordan. relatis in Placentina Decimarum* 16. *Maij* 1710. §. *In ordine cor. R. P. D. meo Ansaldo.*

Et de facto Archiepiscopus in Regione Altedi, ubi situm est sæpedictum prædium, nullas alias decimas exigit à bonorum possessoribus, qui omnes è contra proprio Parocho primitias persolvunt, quemadmodum
10 deponunt Testes, qui quamvis formitèr examinati non fuerint, nihillominùs cum sint numero plures, & in tam diuturno causæ decursu nihil in contrarium ab altera Parte ad-

ductum fuerit, plenum probationis gradum
constituunt, ex juribus satis vulgatis; ex qua
sanè circumstantia duplex ad intentum æquè
11 validum emergit argumentum. Alterum
nempè, quod cum cætera bona ejusdem Ter-
ritorii immunia sint à solutione decimarum
Spiritualium favore dictæ mensæ, pernecessè
annua præstatio illi debita ex unico hoc cor-
pore, referenda est ad aliquam particularem
conventionem, non autem ad dispositionem
juris, quæ tanquam universalis ad quæcum-
que prædia protenderetur, *Rota dec.* 402.
num. 2. *par.* 2., *& dec.* 321. *num.* 4 *part.* 15.
recen., *& in Camerinen. Decimarum* 2. *Jun.*
1704. §. *Non obstante coram R. D. P. meo*
Scotto Almæ Urbis Gubernat.

12 Alterum verò, quod dum ex hoc etiam
prædio solvuntur Parocho primitiæ, si dictæ
pariter annualitates à Spiritualitatis fonte
promanarent, iam duplici decimarum onere
gravaretur contra omnia juris, & æquitatis
principia, de quibus præcisè *Rota coràm*
Coccino dec. 738. *n.* 2., *& dec.* 893. *à num.* 3.
cum seqq., *& n.* 16., *& dec.* 1586. *à num.* 1.,
& per tot.

13 Confirmatur assumpti veritas, quià qua-
litatibus omnibus dicti oneris manifestè ad-
versatur indoles, & natura decimæ Spiritua-
lis; illud enim stato anni tempore præstan-
dum venit; hujus verò solutio ab inde ter-
minata fructuum recollectione pendet, ad
Tex. in cap. cum homines de decim. Rursus
illud debetur solùm super tritico, & quidem
in certa, & invariabili quantitate, hæc autem
extenditur ad quamcumque fructuum spe-
14 ciem, *cap. Nuncios*, *cap. ex parte il* 2., *&*
cap. tua nobis de decim., *Marescott. variar.*
resolut. lib. 2. *cap.* 95. *n* 13., *Rota coram Ca-*
rillo dec. 44. *n.* 1., *& dec* 180. *num.* 12. *par.* 7.
recent., eventualis omninò est eorum quota,
ac qualitas, juxtà temporum vicissitudines,
Cardin. de Luca de decim. dicto discurs. 16.
num. 5.

15 Atque hinc jure meritoque hujusmodi
onus ad notatum legitur in libris Men-
sæ Archiepiscopalis inter census, canones, &
alias annuas præstationes tanquam debitum
extrinsecum hæreditatis Ludovici Felicini:
Et in venditione prædii de anno 1556, illud
pariter exprimitur uti onus extrinsecum, ac
per pactum speciale obligatio solutionis
transfunditur in emptorem. Item in anti-
qua divisione inita anno 1609. inter fratres
de Felicinis conventum extitit, quod solvi
deberet ab eo, in quem quarta bonorum
pars obvenisset: Et demùm cum in geminis
ejusdem prædii locationibus expressum non
fuisset dictum onus, prout semper præceden-
16 ter factum fuerat; detrectavit illius solutio-
nem conductor, eamque locator subire coa-
ctus fuit. Ex quibus omnibus quemadmo-
dum convincitur, ejusdem annuam præstatio-
nem non esse intrinsecam prædio pro deci-
mis ordinariis, dùm istæ de jure absque ullo
pacto, & expressione fructuum perceptorum
sequuntur, *Bonden. collect. legal* 14. *n.* 118.
lib. 2., *Barbos. de offic.*, *& potest Paroch.*
par. 3. *cap.* 18. §. 4. *num.* 10. *& seqq.*, *Rota*
decis. 232. *num.* 4. *par.* 17. *recent.*, *& in d.*
Camerinen. Decimarum 2. *Jun.* 1704. §. *fin.*
coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gu-
bernatore.

Ita sequitur, quod cum in præsenti vendi-
tione tale onus expressum non fuerit, nec il-
lius ignorantia allegari valeat à venditore,
eo ipso, quod adnotatum reperitur in In-
ventario hæreditatis paternæ, etiam si per
hypothesim figurari posset intrinsecum ei-
dem fundo; semper tamèn attentis præmissis
circumstantiis, & dicta generali exemptio-
17 ne aliorum bonorum Altedi à solutione de-
cimarum respectu Mensæ Archiepiscopalis,
reputandum foret extraordinarium, & con-
sequentèr necessario exprimendum sub pæ-
na evictionis favore emptoris; ut optimè di-
stinguendo tradit *Speculator de empt.*, *&*
vendit. §. 1. *versic. non numquam*, quem sequi-
tur *Alciat. respons.* 37. *n.* 7. *lib.* 1., *Caren. re-*
sol. 185. *a n.* 1., *& seqq.*

Quin relevet, quod in antiquis venditio-
nibus dictum fuerit, Prædium non esse emphi-
teuticum, neque præcarium ejusdem Men-
sæ; potuit enim dicta annua responsio debe-
ri ex tot aliis titulis prophanis, & in omnem
casum sufficit, quod hujusmodi gravamen
18 rationabilitèr prævisum non fuerit ab emp-
tore ad hoc, ut in promissione libertatis
comprehendatur, *Mangil. de evict. qu.* 120.
num 2., *&* 19., *Surd. dec.* 146. *à num.* 7., *&*
decis. 288. *à num.* 54. *cum pluribus seq.*, *Rot.*
decis. 114. *n.* 32. *par.* 17., *& decis.* 703. *à n.* 34.
par. 18. *recent.*

Multoque minùs suffragatur animadver-
sio, quod in dicta divisione anni 1609. valor
Prædii ascenderit ad lib. 24. mil., & in subse-
quentibus locationibus ad summam lib. 16.
mil., quodque proindè dùm præsens vendi-
tio facta fuit pro solis lib. 8000., dicendum
veniat habitã fuisse rationem de dicto onere,
vel contractum fuisse enormissimè læsivum.
19 Ultra quod enim non omnes fundi tornatu-
ræ de quibus loquuntur divisio, & locatio
comprehensæ fuerunt in dicta venditione,
adhùc tollitur utraque objecti pars; tùm
quia in illa appositum fuit pactum redimen-
di, quod juxta notas regulas notabilitèr mi-
nuit rei valorem; tum quià perperam hic de-
20 sumitur à remotis adeò temporibus, cum
pretia rerum in dies varientur, & ad effe-
ctum inducendæ læsionis concludentèr pro-
bari debeat valor de tempore contractus
Cyriac. controv. 453. *num.* 62., *et seqq.*, *Rota*
21 *decis.* 375. *num.* 35. *par.* 13. *recentior.*, *et de-*
cis. 160. *num.* 9., *et* 10., *ac dec.* 161. *n.* 3. *post*
Modern. Asculanum ad Stat. Urb.

Tum demùm quia onus nunquam accepta-
tum censetur, nisi concurrat in emptore præ-
cisa illius scientia, ad *Text. in leg. fin.* §. *Emp-*
tor. scien., *Cod. Commun. de legat.*, *Rota de-*
cis. 703. *n.* 34., *et* 35. *par.* 18. *recent.*

Et ità utraque &c.

NEPESINA DONATIONIS.

Venenis 31. Martii 1713.

ARGUMENTUM

Donatio facta contemplatione certi matrimonii, & favore filiorum ex eo nasciturorum, ad fœminas etiam extenditur, & si facta fuerit favore Matris, & filiorũ, non patitur divisionem, sed per modum unius ordine successivo, de una in aliam personam progreditur, maximè si adsit pactum reversivum in casu cessationis sobolis contemplatæ. Extranei hæredes donatariorum numquam ad illam admittuntur, nec jus repræsentationis eis favet, nisi in casu exclusionis ipsius Donantis. Donatio favore descendentium de uno in alium jus accrescendi tribuit.

SUMMARIUM.

1 *Donatio facta contemplatione certi, & determinati matrimonii comprehendit filios ex propria persona venientes, & non uti hæredes.*
2 *Fœminæ non veniunt sub nomine filiorum.*
3 *Fœminæ ex verborum significatione possunt esse vocatæ, maximè si donator ad utrumque sexum æqualiter respexisset.*
4 *Amplia, si donator filios genericè in conditione posuerit.*
5 *Dictio*, ut supra, *inservit ad interpretationem posteriorum referendorum ad volita in narrativa, quæ dispositionem præcessit.*
6 *Statutum Nepesinum exclusit fœminas.*
7 *Testator non præsumitur se uniformasse Statuto fœminarum exclusivo, si fœminæ expressè ab illo fuissent vocatæ.*
8 *Exclusio fœminarum ad casum existentiæ Masculorum restricta, non extenditur ad casum non existentiæ eorumdem.*
9 *Amplia, si agatur de dispositione expleta per contractum, in qua partes se se Statuto uniformasse præsumuntur.*
10 *Filii contemplati in donatione cum Matre, jus rei donatæ ad eorum hæredes transmittunt, etiamsi Matri prædecederent.*
11 *Jus desumptum ex dispositione testamentaria vivente Testatore, dicitur eventuale.*
12 *Transmissio juris ex donatione desumpti propter masculos, ad hæredes ultimi donatarii tunc daretur, quoties ageretur de excludendo eodem donante, vel extraneo.*
13 *Limita, si ageretur de exclusione expresse vocatorum à donante.*
14 *Donans respectu rei donatæ pro mortuo habetur, nisi sibi de pacto reversivo præcaverit in aliquo casu.*
15 *Jus transmissionis quoad extraneos semper silet, cum tendat ad exclusionem minus dilecti.*
16 *Immissio danda est repræsentantibus personas vocatas ad donationem, seù fideicommissum.*
17 *Donatio facta ab Ascendente contemplatione certi matrimonii, vocans Matrem, & filios, intelligitur ordine successivo simultaneo, & non duplex donatio, secus si ageretur de facta à transversali.*
18 *Donatio æque vocans Matrem, & filios, ob materialitatem verborum, non dividitur inter illos, sed ad eam iidem ordine successivo admittuntur.*
19 *Amplia, si favore Condonatarii detur jus accrescendi, & cadat sub nomine collectivo filiorum contemplatorum, & quia istud jus operetur favore fœminæ superextantis, si masculi Matri prædecessissent.*
20 *Jus accrescendi legale cessat in privatis donationibus.*
21 *Jus accrescendi conventionale e contra admittitur, & ex quibus probetur.*
22 *Donatio facta ab Ascendente favore filiorum, nè ad extraneos transmittatur, jus accrescendi illis tribuit.*
23 *Amplia, si ageretur de donatione rei individuæ, ac copulative per modum unius ex certo Matrimonio filios nascituros vocasset.*
24 *Adde, si in donatione pactum resolutivum fuisset appositum, & reversivum in casu, quo donans filios suscepisset, & collige rationem.*
25 *Repræsentatio supponit vocationem, & ubi illa cessat, ista quoque cum illa corruit.*
26 *Fructus indebite percepti, & à die motæ litis restituendi, cum rebus ad percipientem spectantibus compensari possunt.*
27 *Obligatio à muliere facta, quæ totam dotem comprehendat, in totum corruit.*

CISIO DCCLXXVII.

Cum in audientia diei 6. Februarii mox elapsi assumpto nuovo examine rationum, quæ expensæ fuerunt in decisione edita coram Me sub die 4. Maii 1711. pro comprobanda concessione Immissionis decreta favore illorum de Ferentillis, ac Petrum Carmelitarum quoad Bona jam ibidem designata, Domini per opportunum existimaverint ad effectum capiendi maturiorem resolutionem, istam differre, atque demandare, ut strictè scriberetur super transmissione bonorum donatorum in hæredes alienantium, in qua magnum constituebatur fundamentum ad exclusionem Claudiæ superstitis, & in ipsa donatione nominatim comprehensæ, ideò in obsequium compilatis hinc hindè super hoc articulo allegationibus, iisque una cum præcedenter deductis benè de more perpensis, mihi consuetum dubium hodiè reproponenti, responderé non dubitarunt pro persistentia *in decisis*

Omissis etenim omnibus, quæ concernunt cessionem reportatam per Galeottum à R. C. Apostolica, quia de his nulla amplius
1 controversia inter partes promovebatur, Dominis iterum visum fuit, quod vocatio Claudiæ satis clara resultaret ex Instrumento donationis factæ à Flaminio intuitu certi, ac determinati matrimonii ineundi per Silviam matrem, & filiam respective cum Onorio, dùm inibi expresse legebantur con-

templanti non solum Silvia , sed etiam filii
ex dicto matrimonio nasciturі , qui sanè cen-
sendi erant vocati independenter à Matre
uti filii , non autem uti hæredes , dum verba
donationis æquè principaliter directa erant,
& ad Matrem , & ad filios , ex late firmatis
in præcedenti decisione §. *Et quidem cum*
seqq.

Neque prædictorum vis evitari poterat ex
2 eo , quod sub nomine filiorum venire non
valeant fœminæ , quoniam attenta verbi si-
gnificatione, non tantum ex interpretatione
3 comprehensiva, quantum ex propria indole ,
& natura illud aptum est comprehendere
masculos , ac fœminas , ut per *Text. in l. fi-*
lii appellatione ff. de verb. significat. pluri-
bus congestis firmatum fuit per *Rotam in*
Melevitana fideicommissi 21. *Februarii* 1710.
§. *Ex quibus coram Emiuentissimo Cardinali*
Priolo : potissimum quia in præsenti hypo-
thesi evidenter ex ipsamet donatione desu-
4 mebatur, Flaminium æquè intellexisse tàm de
masculis, quàm de fœminis , attento , quod
ille in casu novæ sobolis annullaverat dona-
tionem , pactumque reversivum superaddi-
derat , ponendo litteris rotundis in condi-
tione *filios , seu filias Silviæ , ut supra na-*
scituros , & nascituros , ut proinde optima
5 haberetur intelligentia pro comprehensione
fœminarum, tùm ex vi dictionis *ut supra* , quę
ostendit in alia quoque parte donationis,
mentem donantis fuisse utriusque sexus filios
denotare , tum etiam ex eadem parte con-
ditionali , quæ utique inservit ad interpræ-
tationem eorum , quæ quodammodo dubia
esse possunt in parte dispositiva , *ut de prima*
conclusione dixit *Rota dec.* 1144. *num.* 11.
in fine coram Emerix Iun. , *& de secunda*
Rota coram Priol. dec. 402. *num.* 5. , *& in*
rec. dec. 278. *num.* 16. *par.* 18. , *& in Tarra-*
conen. Beneficii 29. *Januarii* 1712. §. *Al-*
tera verò coram Me , & in puncto , ac in
terminis hujusmet donationis , quod Claudia
comprehendatur sub nomine filiorum, firma-
tum fuit *cor. Cer. dec.* 386. , *& dec.* 485.

Minusque animadversionem promereba-
6 tur , quod ex Statuto Nepesino excludente
fœminas præsumptio esset , donantem se se
cum illo conformare voluisse : Etenim præ-
7 ter quam quod ex supra firmatis constitit
Dominis præsumptionem cessare , cum clara
habeatur voluntas donantis pro vocatione
fœminarum, vulgato *Textu in l. ille, aut ille*
ff. de legat. 3. subsistens adhuc comperta fuit
responsio adducta in decisione, quę revidetur
8 §. *Non attento* , quod nempè hujusmodi
exclusio statutaria non sit perpetua, sed tem-
poralis , atque restricta ad casum existentiæ
masculorum concurrentium cum fœminis ,
itaut masculis non extantibus de tempore
apertę successionis , nullum præstari valeat
impedimentū, quin fœminæ saltem per poste-
rius veniant admittendæ , ut bene probant
auctoritates cumulatę in *dicto* §. *Non attento*,
9 tantoque magis , quia agitur de dispositione
expleta in contractu , in quo talis præsum-
ptio conformationis non vindicat sibi locum,
Salycet in l. 2. *num.* 26. *vers. sed dubitari C.*
de jur. emphyt. , aliisque relatis *Mans. con-*
sultat. 22. *n.* 70. 78. , *& seq.*

Irrelevantia insuper (, & in hoc præci-
puum Causæ momentum residebat) existi-
marunt Domini ea , quæ dicebantur à scri-
bentibus circa transmissionem in quoscum-
que hęredes , & successores respectu portio-
nis Joannæ Baptistæ , & Gabriellis fratrum
Claudiæ , qui Silviæ matri prædecesserant ,
adeout prætenderetur jura Claudiæ pro sola
tertia parte bonorum donatorum deduci pos-
se , in cujus assumpti comprobationem alle-
gabatur decisio nostri Tribunalis *in Firma-*
na Bonorum , *seu Donationis* 9. *Maii* 1707.
§. *Proindè sequitur cum seq. coram Eminen-*
tissimo Priolo , ubi pluribus adductis aucto-
10 ritatibus resolutum fuit , quod jus rei do-
natæ per contractum usque ab initio irrevo-
cabiliter à filiis acquiritur , & non obstante
obitu illorum ante matrem , transmittitur in
11 proprios hæredes ad differentiam alterius
casus , qui per ultimam voluntatem quis ad
successionem invitatur , cum tunc agatur de
jure eventuali , & revocabili usque ad obi-
tum Testatoris.

Quandoquidem quidquid sit , an reverà
termini transmissionis in casu de quo agitur
substineri possint , adverterunt Domini ad
submovendum objectum , quod etiamsi pro-
cedi deberet cum terminis transmissionis
verificabilis quoque in contractu donationis ,
adhuc id venit intelligendum cum distinctio-
12 ne , videlicet , ut tunc tantum admitti
possit transmissio , quoties ageretur de ex-
13 cludendo donante, vel alio extraneo, non au-
tem quando prout in hypothesi agitur de
14 excludendis illis , qui sunt in donatione
comprehensi , nam donans quocumque mo-
do , & via à re donata semper arcendus est ,
licet opus esset remedio transmissionis , cum
respectu rei donatæ habetur pro mortuo ,
nisi sibi expresse præcaverit de pacto rever-
sivo , juxta deducta per *Rotam coram Eme-*
rix Jun. dec. 1325. *num.* 4. , *& seqq.* , *& in*
Cavallicen. Donationis 1. *Februarii* 1707.
coram R.P.D. meo Scotto Almæ Urbis Gu-
bernatore , confirmata 21. *Novembris* 1708.
cor. R.P.D. meo Ansaldo , *&* 2. *Iulii* 1710.
cor. Me.

Extranei verò , quales dicuntur omnes non
contenti in donatione, nullam habent pro se
juris assistentiam, maximè in concursu illo-
rum , qui in donatione comprehenduntur ,
ut quoad eos semper silere debeat jus tran-
15 smissionis , que inducta est in similibus con-
tractibus pro exclusione minus dilecti , non
pro admissione extraneorum , *Cancer. var.*
resol. par. 3. *cap.* 21. *n.* 101. , *& seq. Cutell.*
de donat. tract. 2. *disc.* 1. *special.* 37. *n.* 11.

Qua distinctione retenta , à qua neque di-
screpat Decisio Eminentissimi Prioli in con-
trarium allegata , consequutivè apparet eam-
dem decisionem esse inapplicabilem , nàm
ibidem ad exclusionem donantis firmatum
fuit

fuit constare de bono jure Antonii Francisci, qui non fuerat filius, sed Maritus Donatariæ, & ideo præmortuis filiis Uxoris, & subinde defuncta Uxore, in qua consolidatum fuerat jus filiorum, omnia bona obtinuit tamquam immediatus Uxoris, & mediatus
16 hæres filiorum non ex ratione transmissionis, sed ex qualitate hæreditaria ad denotandam perpetuam incapacitatem donantis fuit, ità in illo casu decisum.

Unde ex his subsistere videbatur, quod venientibus repræsentando Claudiam, jure meritoque danda esset expetita immissio ad omnia bona donata, cum illa post mortem Sylviæ Matris totum gradum filiorum occuparet, universumque jus donationis in se consolidatum propter deficientiam aliorum haberet, non refragante, quod in hypothesi pro certo esset, contemplatos fuisse in donatione, & Matrem, & filios, itaut veluti
17 duæ donationes censendæ sint, quoniam conclusio in suis terminis vera, sic generaliter accipienda non est, sed cum moderatione videlicet, quod vocatio filiorum intelligatur facta ordine successivo, non autem simultaneo cum Matre, ex quo agitur de donatione facta ab ascendente, in quo considerattur ordo necessitatis, & contrarium fortasse procedat in donatione facta à transversali, juxta distinctionem, de qua *Bald. in l. Gallus §. Quidem rectè ff. de liber., & posthumis, Peregrin. de fideicom. artic.* 17. *n.* 20., *& seqq.*, *Rota in Auximana Prædii* 20. *Martii* 1705. *§. Patefacta cum seq. coram bo. me. Omanna.*

Ac propterea dicatur utique duplex donatio ad effectum, nè Mater filiis valeat præ-
18 judicium inferre, minime vero ad subvertendum ordinem successionis, & conllabiliendum ante tempus jus transmissionis respectu quorumque filiorum progenitorum, qui solummodo post mortem Matris, jus suum cum effectu agnoscere, & exercere possunt, illud etiam in suis casibus transmittendo, ut quotidiè videmus practicari in dispositionibus fideicommissariis, in quibus vocati sint Pater, ac filii, qui omnes quamtumvis simultaneè vocati, quoad materialitatem verborum, tamen ad hæreditatem admittuntur ordine successivo, & solum attenditur tempus purificatæ successionis pro dignoscendis personis, quæ ad illam queunt aspirare, ex firmatis *in Romana Palatii* 14. *Maii* 1703. *§. Quoniam cor. Rmo D. meo Molines Decano*, ubi in debilioribus terminis vocationis factæ à transversali, & in terminis donationis, admittit *Rota dec.* 71. *n.* 7., *&* 8. *p.* 13., *& dec.* 422. *n. primo cum seqq. p.* 14. *rec.*

Tantoque magis, quia favore Claudiæ Con-
19 donatariæ vigebat pariter jus accrescendi, sivè non decrescendi, concurrente coniunctione reali, & verbali facta sub nomine collectivo filiorum ex certo, ac determinato matrimonio procreandorum, quod operatur, ut propter prædecessum fratrum ante mortem matris primæ donatariæ, omnia bona donata consolidata dici debeant in filia superstite, *ad text. in l. si qua Mulier* 4. *C. ad Senat. consult. Tertull.*, & cum aliis pluribus notatis, *Catel. de donat. tract.* 2. *disc. primo special.* 37. *n.* 18., absque eo quod prædicta debilitentur ex auctoritate *Belloni de jur. accresc. cap.* 6. *qu.* 36. *per tot.*, ubi tradit jus accrescendi locum dumtaxat habere posse in donationibus regiis, minimè vero in illis privatorum.

Nam licet verum sit in hujusmodi privatis donationibus cessare jus accrescendi legale,
20 nihilominus bene admittitur illud conventionale desumptum aut ex verbis donatio-
21 nis, aut ex coniecturata mente donantis, ut assentit idem *Bellon. ubi sup. q.* 32. *n.* 35., *& seq.*, *& n.* 62., *& d. qu.* 36. *n.* 14. *Duaren. eodem tract cap.* 15. *vers. certa tamen*, *Rot. cor. Seraphin. dec.* 154. *n. primo*, *& seq.*, *& coram Dunoz. jun. dec.* 879. *n.* 5., *& in rec. dec.* 423. *n.* 49., *&* 30., *& dec.* 569. *per tot. p.* 18., quæ sane coniecturæ, & quidem urgentes hic non deficiunt.

Agitur enim de vocatione facta ab ascen-
22 dente favore descendentium prædilectorum, quorum intuitu sicuti urget conjectura pietatis, & majoris dilectionis, ita de facili inter ipsos inducitur jus accrescendi, nè superextantibus descendentibus, hæredes extranei potiantur re donata, ut erat casus *text. in d. l. si qua Mulier C. ad Senat. Consult. Tertull.*, ubi quod in donatis à Matre filiis unius Matrimonii, portio fratris deficientis accrescit alteri supervivemti, non autem aliis hæredibus, quem textum exornat *Catell. loco supracit. n.* 18., & conferunt tradita per *Bellon. qu.* 38. *nu.* 153. *cum seqq.*, ubi quod semper prælatio debetur descendentibus, erga quos maxima cadit affectio, & præponderans charitatis impulsus.

Accedit coniectura desumpta ex indivi-
23 duitate rei donatæ, quæ valde attendenda est ad hunc effectum inducendi jus accrescendi, *Cancer var. resol. p.* 3. *cap.* 22. *n.* 50., *Rota dec.* 569. *nu.* 3. *p.* 18. *rec.*, præsertim cum intervenire dignoscatur alia coniectura promanans ex eo, quod donatio nec est directa ad certas personas copulativè tantum vocatas, sed ad collectionem personarum per speciem unius Corporis designatarum, scilicet ad filios ex certo, atque determinato matrimonio nascituros, quo casu absque difficultate intrare jus accrescendi distinguendo notant *Bellon. d. cap.* 6. *qu.* 32. *numero* 35., *& seq.*, *Adden. ad Pamphil. dec.* 522. *n.* 16., *Rot. dec.* 154. *n.* 12. *p.* 11. *rec.*, ubi alii concordantes.

Adstipulatur quoque ipsa natura donationis factæ contemplatione certi, & determinati matrimonii, atque filiorum exinde nasciturorum, cujus finis si principaliter tendit in id, quod filiis contemplatis consultum sit, iique capiant emolumentum à donatione proveniens, *Gratian. discept. forens.* 924. *n.* 33., *& seqq.*, *Merlin. Pignattell. tom.* 2. *contr.* 34. *n.* 8., *Rot. cor. Merlin. dec.* 515. *n.* 4., *& dec.* 13. *n.* 13. *cum seqq. p.* 10. *rec.*, utique

ioa-

inanis evaderet, neque votum donantis adimpleretur, quoties juri accrescendi locum esse non posset, quo plenius voluntati donatoris satisfactum fore procul dubio colligitur, *Spad. consf.* 198. *n.* 7., *& seq. lib.* 3., *Mantich. de tacit lib.* 22. *tit.* 34. *verf.porro*, *Rot. d. dec.* 569. *n.* 8. *p.* 18. *rec.*

Non omissa ulterius vi pacti resolutivi,
24 seù reversivi appositi in donatione, quatenus donans filios masculos, sive fæminas suscepisset, quoniam ex hoc pariter argui valet ad comprobandum jus accrescendi, per quod permanentibus bonis in donatariis eveniente casu reversionis, facilior fuisset regressus ad bona donata, qualis profectò haberi nequivisset, si deficiente jure accrescendi, bona in plures partes divisa transire potuissent in extraneos, *Rota alleg. dec.* 569. *n.* 7., *et* 8. *p.* 18. *rec.*

Quibus positis, cessare itidem visum fuit DD. motivum repræsentationis, qua mediante prætendebatur Josephum, & Ludovicum filios Josephi, & Nepotes ex Gabrielle superviventes Silviæ, subingressos fuisse locum patris, ac patrui respectivè, sicque saltem illorum juribus pro duabus ex tribus partibus Claudiam remanere exclusam. Quandoquidem cum indubitatum sit, repræsentatio-
25 nem supponere vocationem ex propria persona, ut dictum fuit per *Rot. in Auximana, seu Camerinen. fideicommissorum* 16. *Junii* 1710. §. *Solumque*, *et* 3. *Junii* 1711. §. *Ex his igitur cor. R. P. D. meo Ansaldo*, *et in illarum confirmatoria primaJulii* 1712. §. *Ea quæ coram Me*, istam deficere concludebatur, ex quo in donatione fuerunt solummodo contemplati filii, & quidem nascituri ex Silvia, & Onorio, quorum appellatione deficientibus ut in præsenti coniecturis, extra aleam difficultatis est minimè venire posse Nepotes, sed vocationem restringi ad filios primi gradus, ex plenissimè firmatis in mox citatis decisionibus, necnon in altera edita 15. Februarii d. anni 1712. coram Me, quæ pariter est confirmatoria præcedentium R. P. D. mei Ansaldi.

Corruunt deniquè omnia, quæ repetebantur circa qualitatem hæreditariam Claudiæ quoad Sylviam Matrem, tùm quia fuit illi concessa restitutio in integrum, in cujus sequelam bona hæreditaria descripsit, quæ Dominis constitit in paucis consistere, ex ipsamet etiam restitutione in integrum ob læsionem reportatam, & quædam bona à Claudia possessa non probantur spectasse ad Sylviam, sed potius ad fideicommissum Gabriellis, ut supponitur *in dec.* 33. *p.* 10. *rec.* tùm etiam quia à die motę litis fructus percepti,
26 atque restituendi ascendunt ad ingentem quantitatem, qui proindè sunt omnino compensandi cum rebus hæreditariis, quatenùs de aliquibus ratio non redderetur, prout latè de his omnibus habetur in decisione, quæ revidetur §. *Quo verò*.

Fortiùs quia venditio fuit expleta à Sylvia sub expressione, quod bona ad se pertinebant sua vita naturali durante, ut propterea frustraneum sit de evictione disserere, sibique imputare debeant emptores, si jus incertum, & eventuale, ac ad vitam venditricis dumtaxat duraturum emere voluerunt, ex deductis in allegata mea decisione §. *Secundo quia*, ad quam de cætero DD. in omnibus illam approbantes, tàm quoad tenutam Ripoli, quàm quoad Vineam possessam à Brunetto se se remisivè habuerunt, addentes dumtaxat, quod in omnem casum obligatio Sylviæ uti absorbens integrum
27 ejus patrimonium, & dotem, nulla, atque inefficax reputanda esset, ad firmata per *Rotam in Melevitana Bonorum impress. ad ornat. Card. de Luc. tom. primo lib.* 6. *dec.* 7. *n.* 2., *& lib.* 7. *dec.* 20. *n.* 5., *& in Romana dotis* 20. *Aprilis* 1708. §. *Domini assumentes cor. Me*, præsertim ex quo constitit præfatam Sylviam eamdem nullitatem deduxisse in judicio, declarando omnia bona Onorii sui viri retinere pro credito propriæ dotis, *Rot. in Auximana Dotis* 14. *Januarii* 1707. §. *Quandoquidem cor. Rmo Kaunitz. Episcopo Labacen.*

Et ita utraque &c.

MONASTERIEN. VICARIÆ.

Lunę 3. *Aprilis* 1713.

ARGUMENTUM:

Litteræ Apostolicæ in omnibus justificatæ sunt omnino exequendæ, & quæ sint extrema verificanda.

SUMMARIUM.

1 *Idoneitas Provisi ex litteris Apostolicis in forma gratiosa obtentis, probata præsumitur.*
2 *Probatio valoris expressi per non excessum in* 24. *ducatis in Beneficiis Germaniæ justificatione non indiget.*
3 *Mensis Septembris est de illis S. Sedi reservatis.*
4 *Nomen officii fraternizat cum illo Beneficii.*
5 *Vicaria dicitur Beneficium, si provisus ad illius titulum fuerit ordinatus.*
6 *Ordinarius non præsumitur voluisse ordinare Clericum ad titulum Beneficii manualis, & ad quid, si faceret teneretur.*
7 *Tabella Beneficiorum probat quę sint Beneficia Ecclesiastica.*
8 *Amplia, si Vicarius, cujus Beneficium in d. Tabella sit descriptum, de Vicaria provisus cum omnibus Beneficiatis ex massa comuni emolumenta percipiat.*

DECISIO DCCLXXVIII.

Vacaverat de mense Septembris anni 1711. in Catedrali Ecclesia Monasterien. simplex Beneficium, Vicaria nuncupatum sub invocatione S. Stephani, de quo juxta notissima concordata à S. Sede provideri obtinuerat RayneriusLion. Cum autem litterarum exe-

executioni sese opposuisset Willelmus, qui
vigore provisionis reportatæ à Capitulo, sivè
Decano ejusdem Ecclesiæ, illi possessionis
apprehensionem impedierat. Hinc ad nor-
mam Commissionis mihi directæ, discepian-
dum hodie proposui consuetum dubium, &
DD. pro informante respondentes, *Litteras
Apostolicas exequendas esse* censuerunt
1 Illę enim in omnibus justificatę apparent,
nam cum expeditæ fuerint in forma gratiosa,
idoneitas Raynerii satis probata præsumitur
in Dataria, *Rot. cor. Merlin. dec.* 141. *n.* 11.,
& dec. 160. *n. prima*, *&* 4. *p.* 15., *& decis.*
2 110. *n.* 2. *p.* 19. *rec.*, *et in Leod en. Pasto-
ratus, seù Vicarię* 15. *Maii* 1711. §. *prima
cor. Eminentissimo D. Priolo*. Iisdemque
expressio valoris facta per non excessum in
viginti quatuor ducatis vigore dd. concorda-
torum, ulteriori non indiget justificatione,
Rota dec. 552. *n.* 4. *p.* 19. *rec.*, *et in Mona-
sterien. Decanatus* 28. *Junii* 1709. §. *Litte-
ræ siquidem cor. R. P. D. meo Crispo*.
Et tandem probatio vacationis in mense
3 Septembris Sedi Apostolicæ reservato, re-
sultat tùm ex fide obitus Joannis ultimi pos-
sessoris, tùm ex depositionibus testium.
Neque obstare posse visa est unica excep-
tio in partibus promota, quod controversa
Vicaria non sit Beneficium, sed simplex dum-
taxat officium, & proinde sub eisdem con-
concordatis comprehendi non valet. Ultra
4 quod enim nomen officii fraternizat cum illo
Beneficii, ad *text. in cap. nulla de concess.
præb.*, *Glos. in Clement. prima verbo Offi-
ciis de decim.*, *& in Clement* 1. *verbo officia
de regularibus*, *Garz. de benefic. p prima
cap.* 2. *n.* 2., *et* 3., *Gonzol. ad regul* 8. *Can-
cell. Gloss.* 5. §. 11. *à n.* 2. *cum seqq.*, adeout
regulæ Cancellariæ, & signanter illa de an-
nali, quæ simpliciter loquitur de beneficio,
locum sibi vindicet etiam in officio, *Man-
dos. ad regul.* 34. *quæst.* 8. *per tot.*, *Gonzal.
d.* §. 11. *Glos.* 5. *à n.* 9.
Cessat in hypothesi quævis hæsitatio, quia
5 præfatus Joannes, per cujus obitum contin-
git vacatio, ad titulum d. Vicariæ promotus
fuit ad sacros Ordines, quod utique sequi
non potuisset, nisi revera qualitates omnes,
& requisita Ecclesiastici Beneficii in illa con
currerent, quemadmodum concordantibus
relatis, pręcise respondit *Rota in Colonien.
Canonicatus* 23. *Junii* 1704. §. *Et quidem
cor. R̃mo Labacen.*
Ordinarius namque cum apprimé infor-
6 matus, & instructus censeatur de statu Bene-
ficiorum, suę Diæcesis, ab omni prorsus veri-
similitudine aberrat, quod Clericum promo-
vere voluerit ad titulum Officii manualis, &
sic sese subjicere discrimini constituendi ei-
dem patrimonium de proprio, ut prose-
quitur *Rota in d. Colonien. Canonicatus* 23.
Junii 1704. *d.* §. *Et quidem in fine cor. R̃mo
Labacen.*, *confirmata* 9. *Decembris* 1707. *cor.
R. P. D. meo Ansaldo*, *et* 28. *Junii* 1709. *co-
ram Me*.
Confirmatur assumpti veritas ex Tabella
7 Vicariorm, & Beneficiatorum publicè re-
tenta, in qua inter alios adnotatus legitur
Vicarius S. Stephani. Ex hac etenim des-
criptione non obscuram beneficii notam de-
sumi posse firmatum fuit per *Rot. in Leodien.
Canonicatus prima Iulii* 1707. §. *Ac demum
cor. R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Guber-
natore*.
Accedit demum, quod omnes hujus Vi-
8 cariæ possessores, semper admissi fuerunt ad
participationem omniũ fructuum, & emolu-
mentorum de massa communi, una cum cæ-
teris Beneficiatis; ideoque magis, magis-
que convincitur illam esse verum, & pro-
prium Beneficium, *Card. de Luc. de Cano-
nic.*, *et capitul. disc.* 16. *sub nu.* 6., *Rota
cor. Bich. dec.* 256. *n.* 19., *et dec* 251. *nu.* 11.
p. 19. *rec.*
Et ita altera tantum &c.

BENEVENTANA NULLITATIS TESTAMENTI SUPER REDDITIONE RATIONIS

Veneris 28. *Aprilis* 1713.

ARGUMENTUM.

Hæc decisio respicit dispunctionem partitarum inter Virũ, & hæredes uxoris prædefuncti Vir pauper ducens uxorem divitem, non pręsumitur se solvisse illius debita de pecuniis dotalibus, sed de extradotalibus, ac si prole careat propter provectam illius ætatem, semper presumitur querere modum hęreditatem illius acquirendi, & cætera habes in summario.

SUMMARIUM.

1 *Testamentum nullum, & tale per rem Judicatam declaratum, obligat hæredem in illo scriptum ad restitutionem totius hæreditatis, cui de Jure.*
2 *Vir solvens proprio nomine pro Muliere, de illius pecuniis nullum commodum sui favore refert.*
3 *Vir non præsumitur dimisisse Creditores Mulieris, cum re dotali eadem die, qua Instrumentum dotale rogatum fuit, nulla sui favore relata declaratione.*
4 *Peritiæ inter se variæ, movent arbitrium Judicis, si sint duo, ut dimidium summæ, quod ex illis unitis cumulatur, partes amplecti debeant.*
5 *Regula ista etiam teneri debet respectu Jocalium.*
6 *Solutio facta ex certis, & designatis pecuniis, ex quibus deducatur.*
7 *Assertio, & confessio detegitur erronea, si res diversimodè se habuisse dignoscatur.*
8 *Actus relativus, nil ultra continere in se potest, quam totum id, quod in relato est.*
9 *Cedulę* per altri e tanti *giratę Mulieri in constitutione dotis, ex quibus deducatur, quod ad manus Viri pervenerint.*
10 *Rota de stylo, quando dubitat de aliqua re, solet*

solet jubere, ut coadiuventur probationes circa illam.

11 *Nomen debitoris in dotem à viro acceptum, eveniente casu restitutionis, equum est, ut illud idem restituatur mulieris hæredibus.*

12 *Inexigibilitas nominis debitoris non potest retorqueri in cedentem, si ex negligentia acceptantis processerit, secùs verò si ex qualitate oberrata ejusdem nominis, & ad quid negligens, si non exegerit, teneatur.*

13 *Creditum turbidum Viri super hæreditate Uxoris, non potest compensari cùm illius bonis restituendis.*

14 *Solutio Legatorum facta à Muliere, nunquam præsumitur facta de bonis dotalibus, constante Matrimonio, si pinguis hæreditas ad eandem pervenerit eisdem Legatis obnoxia.*

15 *Ex quibus conjecturis etiam hæc præsumptio adminiculetur.*

16 *Vir destitutus spe suscipiendi prolem ob provectam Uxoris etatem, si illa dives sit, presumitur semper querere causas simulandi se creditorem illius, pro aquirenda per indirectum hæreditate.*

17 *Debitum non præsumitur solutum per simplicem accullationem factam ab uno.*

18 *Canones super domo dotali impositi, solvendi sunt à possessore illius, &* num.23.

19 *Vir nequit ab Uxoris hæredibus petere fructus census solutos favore Uxoris, si è contra bonorum extra dotalium quoque fructus percepisset.*

20 *Legata nec peti, nec solvi possunt, donec pendet lis super Testamenti, à quo promanant, validitate.*

21 *Laudemium debet solvi à Viro, si petat investituram super re dotali.*

22 *Expensæ modicæ factę per Virum super bonis dotalibus pro eorum manutentione, quæ sint modicę repeti à Viro nequeunt.*

23 *Vir tenetur solvere Canones infixos domibus dotalibus, &* num 18.

24 *Promissio evictionis realitatem tantùm præsefert, non autem exigibilitatem nominis cessi.*

25 *Decotio ab allegante debet probari, vel per sententiam, vel per formalem bonorum decoctionem.*

26 *Vir recusans exibere receputas originales ad probandam, se de propriis pecuniis persolvisse, & non de Uxoris, facit præsumere se de alienis persolvisse.*

27 *Amplia, si à Creditoribus vir retulisset receputas in faciem sui ipsius, & Uxoris.*

28 *Vir, si pretendat repetere impensum in meliorandis fundis dotalibus, ad quid probandum teneatur.*

29 *Creditum merè pecuniarum non parit fructus.*

30 *Creditum cessum* per tale quale est — *sicuti non obligat cedentem ad exigibilitatem, ita multò fortiùs dicitur fructiferum.*

DECISIO DCCLXXIX.

Absoluto tandèm aliquandò in hac Causa Judicio Immissionis favore Fratrum de Terragnolis, obtentaque per eos possessione Bonorum stabilium hæreditariorum Joannę Sororis, quemadmodum in ulteriorem executionem rei judicatæ sub die 13. Februarii proximè præteriti coram Me determinata extitit inspectio quoad fructus à Ferdinando Carissimo jam dictorum Bonorum detentore restituendos, ità reliquum erat, ut assumeretur examen Argentorum, Jocalium, Mobilium, aliarumque rerum, quæ ad ejusdem Ferdinandi manus ex dicta hæreditate pervenerant.

Veròm quia iste è contra illarum restitutionem evitare posse contendebat sub obtentu, quod cum eis compensanda forent propria credita, quorum aliqua etiam in pluribus hujus causæ Decisionibus ad præsens judicium redditionis rationis remissa fuerant, ideo hodie discepitandum proposui dubium prætensionum utriusque Partis complexivum — *An scilicet, & pro qua summa in executionem rei judicatæ esset relaxandum mandatum, seù potius intraret compensatio*, & DD. *relaxandum esse mandatum juxta modum inferius exprimendum* responderunt.

Præsupposita enim nullitate Testamenti ex præcedenti re judicata, necessariò indè
1 sequebatur per relaxationem mandati cogendum esse Ferdinandum restituere totum id, quod ex dicta successione occupaverat, juxta censuram *Text. in l. itèm videndum §. Nunc videamus cum seqq. ff. de petit. hæredit.*, ibique difficultas unicè reposita erat in statuenda hujus debiti quantitate. DD. tamen nec incommodo, nec labori parcentes, involutum tot partitarum examen assumendo, censuerunt primò bonificandas esse Fratribus de Terragnolis libras 58. argenti, nàm licèt in Capitulis, seù Foliis secretis initis occasione Matrimonii quantitas dictorum Argentorum constituatur in libris 60., nihilominùs æquum est, ut præfatam diminutionem patiantur ratione duodecim Laminarum ferrearum, seù Cultrorum, ac Glutinis in eorum Manubriis insitis.

Perperam tamèn ex ea detrahendam esse prætendebat Ferdinandus ratā ducarorum 97., quam persolvit Mercurio Fo-
2 glianetto, & Magdalenæ Abbati ejus Uxori in tot Argentis, quia cum hujusmodi solutionem expleverit tanquam simplex Minister, & procurator Joannæ Uxoris ex ejus Bonis, ut resultat ex Instrumento consignationis, & clarius confirmatur ex successiva transactione celebrata inter dictam Joannam, & præfatos Creditores, consequens est, ut nullam exindè ad sui commodum metiri valeat bonificationem, quæmadmodum firmatum fuit in Decisione super retentione 13. Februarii 1708 §. *Tertium vero creditum cor. R.P.D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*. Tantum enim abest, ut concludenter probetur, quod quantitas Argentorum Creditoribus tradita, sit pars illorum, quæ in dotem recepit, quin potius cum eadem die, quo facta extitit solutio stipulatum pariter

3 pariter fuerit Instrumentum dotale, á qua-
cumque prorsús verisimilitudine aberrat in
dotem assignatos fuisse effectus, cum quibus
vel dimissi, vel statim dimittendi erant Cre-
ditores Mulieris, absque ulla declaratione,
& protestatione solertissimi Viri, proinde-
que concludendum venit, in eorum satisfa-
ctionem erogata fuisse alia Argenta extra-
dotalia ejusdem Mulieris, ut prosequitur
dicta mox citata Decisio R. P. D. mei Scotti
d. §. Tertium verò creditum.

Firmata ex his præcisa Argentorum resti-
tuendorum quantitate, quo ad illorum
valorem, cum Peritia Aurificum Neapolis,
super qua insistebat Carissimus, discrepet ab
altera Aurificum Urbis, quam attendendam
esse contendebant Actores; propterea
4 DD. justitiæ, & æquitati inhærentes, arbi-
trati sunt ex utraque insimul desumendum
esse pretiũ medium ad evitandã hujus annosę
causæ protractionem, & resecandas inutiles
partium expensas; his enim omnibus, præ-
sertim in hac materia probatoria eo expedi-
tiori, quo fieri potest medio, provida Judicis
religio occurrere debet, ut novissimè præ-
dicatum, & firmatum fuit in *Rom. fideicom-
missi de Avila* 10. *Februarii* 1710. *confirma-
ta* 30. *Januarii* 1711. *cor. Me*, proindeque
cum Peritia Aurificum Urbis liquidet eas-
dem libras 58. in scut. 620. 60., illa veró
Aurificum Neapolis libram quamlibet ap-
pretier in ducatis 10., & gran. 30., & sic in
totum in ducat. 597.40. constituentibus scut.
449., ideò præfatam mediam viam in sequen-
do, firmarunt pro prætio dictorum Argento-
rũ relaxandum esse mandatũ pro sc. 334. 80.

Eandemque rationem habendam esse in
5 ęstimatione Jocalium censuerunt, cum
etiam respectu ad illam Periti inter se discor-
dent, ideoque cum illi per Ferdinandum
adducti, dicta Jocalia apretient in scutis
329.. Alli verò per Terragnolos electi in
scut. 539. 85., relaxatio alterius mandati pro
illorum prætio decernenda venit pro summa
scutorum 434. 42.

Subsequebatur tertium creditum ducato-
rum 2490. resultans ex tot Cedulis Banco-
rum Neapolis, quæ pariter in dotem traditę
fuerant, & hoc subdividebatur in quatuor
partitas, quarum primam ducatorum 500.,
& tertiam ducatorum 280. ultro Ferdinan-
dus admittebat; quo verò ad secundam duc.
510., quam erogasse prætendebat in satisfa-
ctionem supradicti Foglianesi, & Magdalenę
Abbati, licet in contrarium urgere viderem-
tur ea omnia, quæ superius firmata fuere
respectu ratæ Argentorum eisdem Credito-
ribus consignatæ; nihilominùs cum altera ex
6 præfatis Cædulis in Capitulis matrimonia-
libus descripta, præcisè ascendebat ad iden-
tificam summam ducat 510.; haud levis indè
emergebat præsumptio, quod illa met
revera cesserit in satisfactionem dictorum
Creditorum, quo circa DD. non bene inter
se concordes, partitam hanc in suspenso re-
liquerunt.

Postremi tandèm ducatorum 1300. exces-
siva visa est in ducatis 100., qui proindè de-
trahendi veniunt favore Carissimi. Et sanè
excessus apparuit ex eo, quod Vincentius
de Terragnoliis, in cujus faciem cantabant
Cedulæ, hujusmodi partitam constantes,
ad quas coarctata erat promissio Joannæ So-
roris occasione transactionis, cum illa initæ,
prędictam summam redegit ad ducatos
1200., in quam etiam quantitatem collimant
giratæ per ipsum postmodùm expletæ ad
7 commodum Joannæ, adeòut error expres-
sionis emissæ in Capitulis matrimonialibus,
satis superque convincatur ex hisce publicis
documentis, *Bart. in l. sed & si me putem nu.
2. ff. de condit. indebit*, *Rota cor. Dunozet.
Jun. dec.985. num.6.*, *& dec.60. nu.20. par.
19. rec.*

Non relevante, quod idem Carissimus
nomine Uxoris revocari obtinuerit seque-
strum super dictis Cædulis appositum, usque
8 ad summam ducatorum 1300.. Eo ipso enim,
quod actus revocationis sequestri, relationem
habet ad libros, & partitas Banci, in quibus
girata legitur tantummodò summa ducato-
rum 1200., usque ad hanc limitari debet
memorata expressio *l. si ità scripsero ff. de
condit., & demonstrat.*, *Rota dec.405. nu.
1. par.3., dec.318. n.51. par.10., dec.191. n.12.
& dec.450 n.2., & 3. par.19. rec.*, & de facto
dictus Jo. Vincentius quietantiam finalem re-
portavit à Sorore pro solis duc.1200.

Hujusmodi verò quantitatis restitutionem
inutili conatu effugere satagebat Ferdinan-
dus, ex quo memoratæ Cedulæ giratæ fue-
9 runt à Joanna favore Joan. Mangoli *per al-
trettanti*, quia cum jàm illas in dotem re-
cepisset, & successivè à sequestri vinculo
sollicitè liberasset, ac tandèm expressum
consensum præstitisset in actu, quo ad pro-
priæ Uxoris commodum giratæ fuerant,
evidentèr datur intelligi, vel quod præ-
cedenter à Mangolo earum pretiũ habuerit,
præcipuè cum girata sonet *per altrettanti*,
Rot. cor. Cels. decis.196. num.3., *& coram
Dunoz. Jun. dec. 796. nu.16.*, *& dec. 394.
num.3.*, *& seqq. par. 18. rec*, vel quod ejus
nomine exactæ fuerint, *Posth. resol.89. nu.7.*,
Rota coram Duran. decis.409. num.10., *&*
11, *& in Romana Immissionis* 8. *Iunii* 1705.
§. Haud subsistente coram Rmo Labacen.

Inspectionem quarti, & quinti Crediti
quorum alterum respicit mobilia in Inventa-
rio hæreditatis Joannæ descripta, alterum
verò pecunias, Cedulas Bancarias, & Vasa
argentea, quorum descriptio omissa præ-
tenditur, postquàm DD. improbo labore
assumpserant, agnoverunt ex huc usque de-
ductis certum, ac determinatum judicium
10 minimè efformari posse, ideoque demanda-
runt, ut coadjuventur probationes etiam
super liquidatione valoris respectu dictorum
mobilium.

11 Transeuntes itaque ad sextum, & ulti-
mum creditum Ducat. 1882. prò tot nomini-
bus debitorum in dotem paritèr traditis, tu-

tius, ac æquius fore existimarunt, quod illa, eorumque jura facta etiam cessione per Carissimum consignentur Terragnolis, & quatenùs exacta comperiantur, dubiò procùl ab Ipso reficienda erunt; quatenùs verò sint inexigibilia, tunc gravabuntur Actores onere ostendendi eorum inexigibilitatem pro-
12 cessisse ex negligentia supina, sivè dolo Carissimi, qui ex hoc teneretur ad illorum restitutionem, ac si reverà exegisset, *leg. Si extraneus ff. de jur. Dot., Rota cor.Coccin. decis.60.num.4., dec.* 102. *num.* 53. *post modern. Asculan. ad Statut.Urb., & decis.*376. *num.*19., *& seqq. part.* 14. *recent.*

Atque hæc quoad primam dubii partem respicientem relaxationem mandati, quæ juxtà alteram nullo modo retardare posse visa est sub præsidio oppositæ per Ferdinandum compensationis cum prætensis creditis
13 adversus hæreditatem Joannæ. Illa enim non solùm laborant eadem turbiditate, propter quam in præcedentibus instantiis impediri non valuit Immissio ad bona stabilia, quod sufficeret ad effectum rejiciendi expostulatam compensationem cum cæteris bonorum speciebus, quæ hactenùs à contrariis exceptionibus vindicatæ fuerunt, ad *Text.in leg. final. Cod. de compensat.*, *Rota dec.*380. *num.*4.*par.* 9., *& dec.*245. *num.* 10. *part.* 12. *recent.* Verum etiam eorum turbiditatem paulatim in insubsistentiam declinare compertum extitit.

Insubsistens profectò apparuit primum creditum Ducat. 1400., necnon secundum Ducat. 450. prò totidem mutuo traditis per interpositas personas Joannæ uxori ad effectum dimittendi nonnullos legatarios, & creditores Josephi de Abbatibus ejus primi Viri, quià cum in discrimen ampliùs non revocetur, & plenè pateat ex Inventario, quod in hæreditate dicti Josephi integrè ad Joan-
14 nam delata, reperta fuerit ingens quantitas fructuum recollectorum, semoventium, nominum debitorum, pecuniæ, aliorumque mobilium, præter illam, quæ titulo Dotis in Ferdinandum obvenit, urgentissimum exindè insurgit argumentum, quod dimissio Legatariorum, & Creditorum facta fuerit ex iisdem bonis, non autem de substantia Ferdinandi, ex plenè firmatis in Decisione super retentione 13. Januarii 1710. §. *Et aggrediendo*, & in altera quoad partitas reservatas 8. Maii 1711. §. *Et meritò quidem coràm Me.*

Eoque robustiores vires assumit dicta præ-
15 sumptio, dùm præfatum mutuum vndequaque suspectum, & simulatum redditur, tùm quià insolita nimis, & affectata cauthela illud coloravit, adhibendo scilicèt interpositas personas Consanguineorum, & Amicorum, à quibus postea recognitionem bonæ fidei reportavit; tum quià non obstantibus reiteratis inhibitionibus, dd. omnes pecunias in ulteriorem legatariorum satisfactionem liberalitèr impendere non dubitavit, tum quià Joanna assiduè conquerebatur, quod Maritus proprio nomine contractus expleret, quando pecuniæ ad ipsam tantum spectabant, & hujusmodi conquæstiones apprimè verisimiles, & justæ dignoscuntur, reflectendo ad tenuitatem patrimonii ejusdem Ferdinandi. Ex quibus omnibus ad arguendam simulationem mutui, suaptè natura descendunt conjecturæ, quas singillatìm hic retexere supervacaneum est, cùm omnes satis abundè ponderatæ, & constabilitæ fuerint in dicta Decisione super retentione 13. Januarii 1710. §. *Maximè quià cum pluribus seqq.*, ac in altera quoad partitas reservatas 8. Maii 1711. à §. *Subsistunt pariter, & per tot. coram Me*, ad quas DD. approbativè sese remiserunt.

Quin ad elidendam dictarum conjecturarum efficaciam objici possit defectus causæ simulandi, ex quo præexistebat vera, & legitima causa Legatariorum, & Creditorum, quos ad formam Capitulorum Matrimonia-
16 lium Carissimus dimittere tenebatur. Præexistentia siquidem dictæ causæ nihil commune habet cum modo, & circumstantiis, quibus factum extitit expeditum mutuum, atque in illius simulationis causam urget animadversio dictæ postremæ Decisionis §. *Causa*, quod Ferdinandus destitutus spe suscipiendæ sobolis ob provectam Uxoris ætatem, ejus creditor in dies evadere satagebat, ut saltem hoc medio illius hæreditatem consequi posset; ad hunc enim effectum sufficere causam verisimilem, & opinatam, tradiderunt *Rocc. disputat. jur. select. cap.*46. *num.*4., *Andreol controvers.*166. *n.*12. *&* 13., *Rota decis.*546. *num.*2. *par.* 18. *recent.*, *& in Romana, seù Albanen. Ferracci* 6. *Jun.* 1707. §. *Causam coram Rmo D. meo Decano.* Nec suscepta per eum obligatio tollit, quominus debita accollata extinguere valuerit me-
17 diante Uxoris pecunia, quemadmodum prosequitur prima Decisio super retentione §. *Nec obstat coram Me.*

Omissa hinc repetitione tertii crediti Ducat. 607. solutorum Mercurio Foglianesio, & Magdalenæ Abbati, de quo satis actum est supra in §. *Perperam tamen*, & §. *Subsequebatur*, non minoris insubsistentiæ notæ laborare visum est quartum Ducat. 635., quorum ratam Ferdinandus persolvit Capitulo Cathedralis Ecclesiæ Beneventanæ prò annuo
18 legato Duc. 36., residuum verò Beneficiatis ejusdem Ecclesiæ tùm prò quodam Censu, tùm prò annuis Carolenis 12., eisdem debitis. Respectu namque Carolen. 12. ipse in dotem receperat domum, annua hujusmodi præstatione, & onere gravatam, & quidem sub præcisa illius expressione, atque ideò ex fructibus bonorum dotalium implendum erat, juxtà authoritates adductas in Decisione R. P. D. *mei Scotti super Retentione* 13. *Februarii* 1708. §. *Similitèr, &* 23. *Janu.* 1710. §. *Tanquam turbidum coram Me.* Quo verò ad legatum, & Censum, cum illud relictum, & iste respectivè impositus fuerit super pe-
19 tio Terræ in vocab. -- *Pezza piana* -- ... Joanna

Joanna plura possidebat bona, alia nempè libera, & alia prędictis onetibus obnoxia, solumque in dotem dederit petium Terrę tumulorum 13., quod erat liberum, neutiquam potest Ferdinandus, qui fructus reliquorum bonorum extradotalium percepisse pręsumitur, repetere summam in dictorum onerum solutionem erogatam, ut latè firmat utraque Decisio locis mox citatis; nihilque suffragatur asserere, quod dicta bona extradotalia reddant dumtaxàt annuos Carolenos 5., quià tale quid nullo modo justificatur.

Libenter omitti poterat quintum creditum Duc. 410. pro legatis prophania in Testamento Joannæ relictis, & sextum Duc. 115. pro impensis funeris ejusdem Testatricis, constanter enim utrumq; rejectum extitit in omnibus hujus causæ instantiis, ea convincen-
20 ti ratione, quia pendente lite super nullitate Testamenti, legata hujusmodi nec peti,
nec solvi poterant, revocataq; deindè ex capite nullitatis Testamentaria depositione, illa amplius non debebantur, ut optimè probat *decisio R. P. D. mei Scotti* §. *Succedebant*, & confirmat altera *edita coram Me, tam super retentione* §. *Prætermisso*, *quam super fructibus* 13. *Febr. currentis anni* §. *Nullatenùs*. Expensas verò funeris, vel Ferdinandus de proprio subire tenetur, attenta dispositione Patrii Statuti, vel quatenus pro illorum repetitione se fundat in legato Uxoris (quod tamen ad eas non protenditur) adhùc desperatam ex pręmissis tentat provinciam, quemadmodum prosequuntur dictę *decisiones* §§. *subsequ.*, & nimirum est, quod semper recantentur exceptiones, quę toties funditus sublatæ fuerunt.

Idemque dicendum venit de septimo Ducat 55. pro laudemio renovationis Investituræ Domus Dotalis, octavo Ducat. 70. pro reparatione alterius Domus pariter Dotalis, & nono Ducat. 158. pro expensis litium, nàm istorum omnium insubsistentia semper patentissima apparuit, tùm ex eo,
21 quod maritus ad obtinendam Investituræ
renovationem super re dotali, laudemium
22 de proprio solvere debet, ad punctualitèr
tradita per *Jov. de contract. min. glos.* 20. §. 3. *num.* 57. tùm ex quo expensæ pro manutentione, & conservatione rerum dotalium factæ, quando modici sunt momenti habito respectu ad pinguem, perspicuamque dotem (ut in hypothesi) nunquam per Virum repeti possunt, ad *Text. express. in leg. omnino*, *& leg. quod dicitur ff. de impens. in reb. dot. fact.*, *Garz. de expens.*, *& melioram. cap.* 13. *à num.* 26. *cum pluribus seqq.*, *Gratian. disceptat. for. cap.* 236 *num.* 14., *& seqq. cum concordan. relatis in decis.* 13. *Februar.* 1708. §. *Nonum*, *&* §. *Descendendo cor. R. P. D. meo Scotto*, *&* 3. *Januar.* 1710. §. *Transitum faciendo coram Me*: Maximè quia quoad expensas litium, urget peculiare factum, & obligatio Viri, qui dotem acceptavit cum præciso illarum onere.

Quoad Canones, ex quibus conflatur deci-

mum sextum creditũ, parum immorandũ est,
23 quià si loquimur de Canonibus cõstante ma-
trimonio persolutis, & ad istos, utpotè rebus dotalibus infixos, utiq; tenebatur maritus, juxta licteram *Tex. in l. nec stipendium ff. de impens. in reb. dot. fact.*, cęterasque authoritates adductas in sę pędicta *decis. R. P. D. mei Scotti* §. *Similitèr*, *& in mea* §. *Quoad Canones*. Si verò sermo sit de Canonibus decursis post dissolutum matrimonium, & hi jam Carissimo bonificati fuerunt in novissima *decisione ædita super fructibus* 13. *Febr. curr. anni paritèr coram Me.*

Inutilitèr etiam iterum in medium adducebantur undecimum, & duodecimum Ducat. 396. quæ resultant ex prætensa inexigibilitate nominum debitorum in partem dotis assignatorum; ultra quod enim nullo modo probatur, usque ab initio ea fuisse inexigibilia, prout opus esset, licet Joanna pro illorum evictione sese obligaverit, quia promissio evictionis, pręsefert tantùm realitatẽ, non autem exigibilitatem nominis cessi, ex
24 firmatis in *dicta decisione R. P. D. mei Scotti*
§. *Turbida etiam*, *& in altera coram Me* §. *Subsequebantur*, ad intentum superabundat animadversio, quod ipsimet Testes ad concludendam decoctionem adducti, illam potiùs excludunt, eo ipso, quod ingenuè fatentur à dictis Debitoribus nonnulla bona actualiter possideri, & tamen indubitati juris est, quod decoctio, vel per formalem bonorum cessionem, vel per Judicis senten-
25 tiam, ab allegante concludenter probari de-
bet, *Rota post Albit. de inconst. in judic. decis.* 23. *num.* 7., *& decis.* 188. *num.* 12. *par.* 10., *& decis.* 455. *num.* 5. *par.* 18. *recent.*, quibus adhæsit dicta postrema decisio super fructibus §. *Inefficax coram Me*.

Sicut paritèr frustra insistebat Ferdinandus super decimotertio credito Duc. 120, quos solvisse prætendit pro fructibus cujusdam Census à Joanna debitis, cum nec hodiè exhibitæ fuerint quietantię originales, quamvis
26 in omnibus causæ propositionibus illarum
defectus oppositus fuerit, adeòut ex hac repugnantia Carissimi quoad receputarum exhibitionem, gravius semper incalescat præsumptio, quod solutiones processerint ex pecuniis Joannæ debitricis, non autem viri, *Cravett. cons.* 6. *num.* 8., *Rota coram Priol. dec.* 294. *num.* 21., *& coram Dunoz. jun. decis.* 742. *num.* 11., *& decis.* 282. *num.* 5. *par.* 16. *recentior.*

Præsertim quia hujusmodi pręsumptioni apertè famulatur etiam ipsa declaratio per
27 Ferdinandum pendente lite à Creditoribus
reportata, dum in ea simpliciter testantur, se fructus dicti Census ab utroque conjuge exegisse, ut benè notat *decisio R. P. D. mei Scotti* §. *Quemadmodùm*, *& prosequitur altera coram Me* §. *Nec minori*.

Inspectio verò melioramentorũ, à qua pendet decimumquartũ creditum Duc. 716. neq;
28 in pręsenti absolvi potuit, quia hucusque de-
siderantur probationes tàm respectu illo-

rum

rum necessitatis, & præcisæ quantitatis cum firmatione præcedentis status, quam, & fortiùs ad excludendam præsumptionem, quod illa expleverit ex substantia Uxoris, juxtà depositiones Testium à Tarragnoiis adductas, ideoque sibi imputet Carissimus, si super his omnibus, quę dubietatem intulerunt DD. *in dicta decis. edita* 13. *Ianu.* 1710. §. *Eademque cor. Me*, adhùc neglexit præfatas probationes coadiuvare.

Supererat tandem postremum Creditum
duc. 320. in dotem assignatorum, sed faciliter
29 iterum rejectum extitit, cum ex eo tan-
quam mere pecuniario, fructus absque usura-
ria labe prætendi nequeant, quemadmodum
concindit dicta *decisio coram Me* §. *Verùm.*
Haud attenta replicatione, quod etiam ex
quantitate in dotem promissa, licitè debeau-
tur fructus recompensativi onerum matri-
monii. Ultra quod enim hæc satis commodè
substentari poterant ex perspicuis tot alio-
rum bonorum speciebus in dotem traditis,
cessat omnis hæsitatio, quia assignatio hujus
crediti qualificata fuit ea expressione-- *Tale,*
30 *e quale &c.*, qua attenta, sicuti Joanna non
tenebatur de exigibilitate capitalis, ad *Tex.*
in leg. si nomen 4. *ff. de hæred.*, *vel act.ven-*
dit., *Olea de cess. jur. tit.* 7. *quæst.* 3. *à nu.*3.
cum seqq., *Mantic. de tacit.*, *& ambig. lib.*4.
*tit.*13. *num* 9, *Rota decis.*263. *num.*8., *et* 9.
par. 19. *recent.*, ità multo minus teneri potest
ad ejus fructus, ut de se patet.

Et ità in hunc modum responsum fuit utraque &c.

ROMANA SOCIETATUM OFFICIORUM.

Veneris 5. Maii 1713.

ARGUMENTUM.

Loca Pia ex contractibus damnosis ab eorum Administratoribus pro tempere initis, affici, & ledi nequeunt, nec successores Administratores ab illis ligantur, etiam si res judicata reperiatur inducta, quæ tantum afficit illos, vel eorum hæredes, & à fortiori, si eadem loca nulla utilitate fuissent ex talibus contractibus affecta. Actus ab initio, & in radice nullus unquam in implicito statu validitatis fuisse dici potest, nec non convalidare secundum cum ipso connexum.

SUMMARIUM.

1 *Res judicata intrat ob neglectam appellationem debito tempore, concurrente validitate, & justitia Sententiarum.*

2 *Obligatio facta ab administratoribus pro tempore Universitatis, non afficit Locum Pium, si ex iniusta causa, & non necessaria processerit.*

3 *Causa justa obligandi Universitatem, non est imminens exequutio mandati, quando in origine creditum, pro quo fuit obtentum, eam non valuisset obligare.*

4 *Obligatio minoris, & mulieris, urgente causa, etiam si in origine illa esset iniusta, substinetur.*

5 *Secundus contractus, seu secunda obligatio facta pro satisfactione primæ, quando hæc sit in implicito statu validitatis, d. secundus semper substinetur*, & n. 7.

6 *Secus si ab initio primus sit nullus, corruit omnino secundus.*

8 *Officium Notariatus est de regalibus Principis, & non potest distrahi à possessore*, & vide casum.

9 *Accollatio debiti parit satisfactionem respectu primi obligati.*

10 *Assertiva debitoris non attenditur tanquam suspecta.*

11 *Repetitio indebiti ex actu criminoso non datur.*

12 *Allegare inconveniens quid operetur?*

13 *Possessio rei, quæ sit de regalibus Principis, Dominium non parit, nec unquam præscribitur.*

14 *Tollerantia Principis non excusat in his casibus:*

15 *Universitas semper dicitur eadem quoad actus necessarios, & si varientur illius Administratores.*

16 *Secùs quoad voluptarios, & damnosos repræsentat personas privatas tantum Administratorum, qui actus sequuntur istos tantum, & non Locum Pium.*

17 *Amplia, si non habeant certos redditus, qui cum debitis possint communicari.*

18 *Redditus Universitatis ex titulo onerosa proveniens, veri redditus non sunt reputandi.*

19 *Administratores pro tempore, qui reportarunt commodum eorum particulare ex distractione rei ad Universitatem spectantis, damnum illius favore refundere tenentur, maximè si personas proprias obligarunt.*

20 *Administratores tenentur de proprio, si ex eorum negligentia debitum Universitatis, quod poterant solvere, non extinxerunt.*

21 *Amplia, si Universitas nullum commodum ex contractione talis debiti retulisset.*

22 *Res judicata injusta ex culpa veterorum Officialium secuta, modernos non afficit, sed tantum Primorum hæreditates.*

23 *Obligatio nova non inducitur ex prolatione sententię, cum illa solum declaret, quid de jure ex prima sequi potuisset.*

24 *Res judicata iniusta emanata citatis antiquis administratoribus Universitatis, modernos non afficit, & remanet in puris terminis rei inter alios actæ.*

DECISIO DCCLXXX.

MAndatum ab A. C. relaxatum favore Dominici Ritæ uti hæredis Benedicti ejus Patris contra inclitum Collegium Medicorum Almæ Urbis pro restitutione sortia quatuor Societatum Officiorum à Collegialibus prædecessoribus contractarum, necnon pro fructibus longa temporum serie decursis exe-

exequendum non esse pronunciavit R. P. D. meus Ansaldus prævia de more decisione coram ipso edita 3. Julii superioris anni. Cumque adversus d. sententiam intra legitima tempora per succumbentem appellatum non fuerit, disceptandum propterea hodie propositum consuetum dubium, & DD. *constare de re judicata, non autem de causis restitutionis in integrum* responderunt.

1 Illa enim, quemadmodum concurrentibus validitate, æquè ac justitia præcedentis Sententiæ clarè resultabat ob neglectum debito tempore appellationis præsidium *vulgat. cap. cum Dilectus in fin. de elect.*, *Authen. hodiè Cod. de appellat.*, ita quamcumque læsionem excludebat, sine qua petitæ in integrum restitutioni locus esse non potest, juxta tritas regulas, de quibus *Rota in Romana Salviani, seu locorum montium* 17. *Aprilis* 1711. §. *Et sanè cor. Me.*

2 Et sanè Justitia, quæ unicè controvertebatur, satis superque emergere visa est ex absolutissimo eo jure nostro principio, quo cautum habemus Successores in qualibet Universitate, & Collegio gravandos non esse onere obligationis per Majores contractæ, quoties d. obligatio non processit præcisè ex causa justa, & necessaria, ad *text. in l. providendum C. de Decurion. lib.* 10., latè *Rota in celebri Romana collectæ dec.* 363. *num.* 4., 391. *numero* 2., & 392. *n.* 5. *p.* 15., & *decis.* 283. *n.* 3., & 4. *p.* 16., & *dec.* 84. *n.* 3. *p.* 19. *rec., cum cæteris concordan. relatis in d. dec. R. P. D. mei Ansaldi* §. *Et sanè*: proindeque cum respectu ad præfatas Officiorum Societates necessitas, & Justitia causæ desideretur, ritè, recteque noviter adsciti, & cooptati in idem Physicorum Collegium, ab earum debito absoluti fuere.

Non impugnabant hodiè Scribentes pro Actore veritatem hujus principii, contendebant tamen legitima, & omninò necessaria causa motos, imo coactos fuisse Collegiales suo temporis inire præfatas Officiorum Societates, ad effectum liberandi Collegium ab imminenti executione, & illius Prothomedicum, & Camerarium à Carceratione, dum adversus illos Contininus, qui cum pecunia retractis ex iisdem Societatibus statim dimissus fuit, jam obtinuerat mandatum à nostro Tribunali tàm pro restitutione prætii Officii Notariatus per Collegium sibi venditi, à Camera Apostolica evicti, quàm pro expensis occasione hujus litis factis.

Verum repetita hæc exceptio, inefficax prorsus iterum apparuit, quia ad hoc, ut dignosci possit, an debitum verè fuerit necessarium nec ne, altius petenda venit ejus primeva origo, nec ullo modo attendi debet quidquid in consecutivam quandam, licet necessariam executionem subsequatur, ut præter adductos in decisione præcedentis instantiæ, probant *Cravett. cons.* 1000. *à n.* 44., & *seqq.*, *Riminald. jun. cons.* 384. *nu.* 42., *Thesaur. dec.* 257. *nu.* 4., & 5. *versic. neque enim ubi concordanter.*

3 Minime attenta replicatione, quod ad effectum, de quo agitur, suffragari debeat necessitas causæ proximæ, & immediatæ, absque ulteriori indagine ejus principii, cum in terminis terminis hæc sufficiat ad sustinendum contractum mulieris, & minoris initum pro dimittendo duriori debito, quamvis nulliter per ipsos antecedenter suscepto, ex firmatis per *modern. Asculan. ad Stat. Urbis annot.* 44. *n.* 192. *tom.* 2., *Rota cor. Millin. dec.* 235., *et cor. Emerix. jun dec.* 529. *utrobique n.* 3., *in Romana census* 23. *Junii* 1685. §. *Secunda autem cor. bo. me. Ursino.*

5 Ultra quod enim admodum distant hujusmodi termini à nostra hypothesi, in quares est non de ipsorum met Contrahentium obligatione, sed de gravissimo successorum præjudicio, adhuc difficultas funditus submovetur animadvertendo, quod secundus contractus in figurato themate tunc solum sustinetur, quando præcedens versatur in implicito Statu validitatis, si vero iste sit de jure nullus, statim corruit & alter, que-
6 madmodum admittunt ipsemet authoritates in obiecto allegatæ, & melius distinguendo tradunt *Bonden. collectat. legal.* 53. *à n.* 11. *cum pluribus seqq. lib.* 2., *Salgad. in Labyrint. credit. p.* 2. *cap.* 17. *à n.* 46., *Rota in Narnien. census* 2. *Maii* 1698. §. *Nec demũ et seqq.*, *et* 11. *Martii* 1699 §. *final. cor. bo. me. Muto*, ideoque semper delibanda venit prima origo debiti, quæ saltem apparenter justa, & necessaria esse debet, ut legiti-
7 mam necessitatis notam eidem debito tribuere valeat, & per consequens ad hominem retorquetur obiectum.

Recurrendo itaque ad causam debiti in suo principio, & origine, tantum abest, ut legitima, & necessaria dici queat, quin potiùs manifestissimè voluntaria, injusta, & criminosa convincatur, ex quo Collegiales tunc temporis ausi sunt distrahere favore Contini d. Officium Notariatus, quod nullo modo ad ipsos spectabat, sed erat de regalibus Supremi Principis, à quo proinde si propriæ, & voluntariæ culpæ pœnam luere, & Contino pretium restituere coacti fuerunt, nemo non videt, alienum esse ab hoc debiti principio quodcumque justitiæ, & necessitatis vestigium, ut latè prosequitur *decisio R. P. D. mei Ansald. d.* §. *Verùmquoque, et seq.*

Neque ad concludendam necessitatem hujus debiti, & cohonestandam culposam hanc distractionem, profuit repetere, quod pretium ex d. venditione officii retractum cellerit in satisfactionem Portiæ Mannæ, quæ scuta 500. dederat in societatem Collegio, ex quibus dimissus extitit Oliverius Creditor, sic expressè jubente Sa. Me. Paulo V., quodque nulla omnino culpa notari possint antiqui Collegiales, cum reperirentur in pacifica possessione Notariatus, illumque semel, atque iterum in faciem ejusdem Supremi Principis præcedenter alienaverint.

Prima namque objecti pars multipliciter sublata fuit in præcedenti instaoria, vel ex

eo

eo, quod Aanna plenariam satisfactionem
9 consequuta fuerat à Contino, qui in se loco pretii accollaverat prædictam Societatem, vel ex quo hoc etiam debitum easdem, & fortiores patiebatur exceptiones, quia tàm Mazziottus, quàm Oliverius in causam d. Officii persolverant scuta dumtaxat 350., quę sibi appropriarunt Collegiales, & postmodum contraxerunt dictam passivam Societatem
10 in excessiva summa scut.500. Necessitas vero obtemperandi mandatis Summi Pontificis, ultra quod non probatur, quam ex eorum assertiva, quæ suspecta redditur, nam si usque tunc innotuisset usurpatio Officii, tandiù dilata non extitisset pœna, qua deindè
11 mulctati fuerunt, adhuc procederet ab actu voluntario, & criminoso, quemadmodum fusè videre est in decisione *R. P. D. mei Ansaldi à §. Ast hæc illatio cum plur. seqq.*, ad quam propterea DD., ut inutilis evitetur repetitio, approbativè se remiserunt.

Altera vero cessat, tùm quia allegando in
12 conveniens non eliditur vis argumenti, imò potius ex tot venditionibus attentatè gestis, culpæ pondus adaugetur, tùm & fortius, quia
13 ex his, ac asserta pacifica Officii possessione, nullum penitus jus metiri poterant antedicti Collegiales, cum regalia Principis non ità de facili præscribantur *Teste Card. de Luc. de regal. disc.48. num.11., & 12., & disc. 144. num.8., R.P.D. meus Ansald. in annot. ad dec.36. num.29.*. Et de facto si
14 tolerantia ejusdem Principis excusare potuisset sæpedictam distractionem, utique sub ejus præsidio non omisissent se subtrahere à Sententia Criminali, & à pœna in ejus executionem ipsis inflicta.

Agnoscentes præmissorum vim, & efficaciam Defensores Dominici, fatebantur modernos Collegiales non teneri de proprio ad solutionem controversi debiti, sed insinuare satagebant, quod tenerentur in hanc Causam erogare proventus illos, quos quot annis à Laureandis in medica facultate percipiunt, cùm hujusmodi emolumenta cadant sub obligatione contracta per Collegium, quod semper est idem, neque ex personarum mutatione unquam mutatur.

Inutiliter tamen hæc etiam prætensio ex
15 citari visa est, quia Universitas dicitur quidem semper eadem, non attenta personarum variatione respectu ad actus necessarios, juxtà *Text. in l. sicut 7. §. In Decurionibus ff. quod cujusque universit. nom., & in l. pro*
16 *ponebatur 76. ff. de Iudic.* Secus tamen est quoad actus voluntarios, in quibus Universitas præterita, censetur repræsentare potius privatas personas, quam ipsam Universitatem, itaut damnum emerges ex actu voluntario, sequi debeat dumtaxat illos, qui tunc commodum reportarunt, optimè *Rota in d. Romana Collectæ, & signanter dec.392. à n.15. cum seq. par 15., & dec.282. num.2., & seq. par.18. rec.*

Tantoque magis, quia Collegium de quo
17 est quæstio, nullos habet certos redditus, quorum idcirco cessante communicatione, absonum nimis foret, debita, & onera communicare, ut respondendo vulgato *Consil. Calderin.21. de præben.*, cæterisque authoritatibus in contrarium relatis, prosequitur *Rota d. dec.292. num.21., & seq. par.15., & dec.282. n.11. p.18. rec.* Præfata vero emolumenta, utpote quæ distribui solent inter interessentes ratione laboris in Laureando-
18 rum examine impensi, ac etiam descendendunt ex titulo oneroso, dum quisquis in Collegium cooptatur, notabilem persolvit summam, vel immunia reputanda sunt ab hisce oneribus, argumento *Text. in leg. Stipendia, ibique gloss. in verbo provinciæ, & in verb. Stipendia C. de execution. rei judic., Toudut. de prævention. cap.42. à nu.13. cum seqq.*

Vel si illis affici possunt, cur nam eorum indolem dissimularunt antiqui Collegiales, qui nedum omnes hujus generis proventus, sed pretium etiam memorati Officii propriam in utilitatem diviserunt.

Incalescit vis argumenti, tum ex eo, quod in renovatione dd. Societatum, Medici tunc præsentes, inter quos Author moder-
19 ni Actoris, Collegialiter statuerunt, quod Camerarius, & Prothomedicus præfata emolumenta erogare tenerentur in illarum extinctione, obligando etiam ulterius in hoc casu se ipsos, hæredes, & bona propria, quapropter omissum suscepti oneri adimplementum, frustra refunditur in Collegiales Successores, cum emendandum unicè veniat per hæredes illorum, qui proventus in hujus debiti solutionem destinatos indebitè perceperunt, proprięque obligationis studiosè obligati sunt in ejusdem Successorum supplantationem, *Rota in Romana Assentiflatus 19. Novembris 1698. §. Idque summo jure cor. Rm̃o D. meo Decano, & in Leodien. Collectarum 17. Martii 1706. §. Quia verò coram R. P. D. Scotto Almæ Urbis Gubernatore.*

Tùm ponderando, quod licet ipsis facilis pateret aditus restituendi pretium Notariatus Contino per impositionem collectæ juxtà modum usque tunc prudenter præscriptum *in decisione 143. num.5. par.6. rec.* Nam tali
20 pacto brevi temporis spatio, sine aliena jactura, ac admodum levi delinquentium incommodo debitum, remansisset extinctum, nihilominus sensum nostri Tribunalis eludendo, maluerunt sub adeo rigorosis usuris controversas inire Societates, nec eam postmodum sollicite extinguere curarunt, prout tenebantur, *Cancer. variar. resolut. par.1. cap.9. num.48., & seq., Rota in Romana Census 3. Decembris 1703. §. Final., & 2. Maii 1704. §. Verum etiam coram bon. me. Omanna.* Ideoque magis magisque semper urget ratio consulendi indemnitati Successorum, quo magis eorum præjudicio inhiarunt majores, maximè quia ex istorum facto nec
21 commodum, nec utilitatem ullam iidem Successores reportarunt, *Bald. in l. etiam 5., nu.17.*

num.17. vers. pauperes enim C. de execut. rei judicat., *Rota d. dec.292. nu.21.*, *& seqq. p.15.*, *& 282. num.12. par.18. rec.*, *& in d. Leodien. Collectarum 28. Aprilis 1702. §. Nam cum coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urb. Gubernatore.*

Atque hinc merito non insistebatur amplius super re judicata procedente à *dec.43. par.16. rec.*, in qua, ut prænotavimus, condemnatum fuerat Collegium ad restituendum pretium Notariatus Contino, illa namque mirifice retorquetur ex his, quæ mox ponderata fuerunt, tantoque minus afficere
22 valet Successores Universitatis, ea perstringenti ratione, quia sicuti à principio actio pro solutione hujusmodi debiti utpote in sua origine prorsùs voluntarii, & culposi, contra illos nullo modo dirigi poterat, ita neque per Sententiam Judicis effici valuit, ut contra
23 ipsos dirigeretur; Sententia enim non inducit novam obligationem, sed tantum declarat id, quod de Jure debetur, & res judica-
24 ta respectu dd. Successorum dicitur res inter alios acta, quia alias redderetur notoriè injusta, ut post *Text. expressum in l. qui id ff. de donat.* latissimè firmavit, *Rota in toties laudata Romana Collectæ dec.58. à num.13. dec.199. à nu 7. dec.282. à n.77. par.18.*, *& dec.84. à n.4. par.19. rec.*

Et ita omissis cæteris fundamentis, quibus innititur decisio præcedentis instantiæ, cum hucusque deducta superabundare DD. visa sint, responsum fuit utraque &c.

ROMANA SOCIETATIS OFFICIORUM SUPER NOVO DUBIO.

Veneris 5. Maii 1713.

ARGUMENTUM.

Damna ex dolosa administratione redditnum ad loca Pia spectantium ab Officialibus pro tempore exercita, eosdem sequuntur, & non Successores, nec eàdem loca.

SUMMARIUM.

1 *Administratores præteriti Locorum Piorum, qui se dolose gesserint, de proprio tenentur ad correctionem damni favore eorumdem Locorum Piorum.*
2 *Culpa sequitur suum Authorem.*
3 *Damnum cedit illi, qui commodum retulit ex actu damnoso.*
4 *Distractiones de bonis Ecclesiæ in hæredes defunctorum administratorum, qui eas fecerunt, refunduntur, si illi sese, & non Loca Pia obligassent.*
5 *Cessio rei* per tale quale è per un sacco d'ossa, *in casu evictionis cedentem liberat.*
6 *Cobobligatus in contractu habet actionem repetendi virilem à consocio simul in illo comprehenso.*

DECISIO DCCLXXXI.

Prænoscens Dominicus Rita ex rationum momentis deductis in decisione edita 3. *Julii anni proxime præteriti cor. R. P. D. meo Ansaldo* difficultatem provinciæ in expetenda à modernis successoribus in Collegio Medicorum Urbis restitutione sortis, & solutione fructuum quatuor Societatum, quas antiqui Collegiales contraxerant, licet adversus illos in ulteriori instantia coram Me sua jura experiri non neglexerit, provide tamen etiam contra hæredes dictorum contrahentium contextualiter per Me hodiè proponi curavit dubium -- *An, & pro qua summa esset relaxandū mandatū*, & DD. *relaxandum esse juxta modum inferius exprimendum* respondere non hæsitarunt.

Cum enim præstiterint in sensu, quod moderni Collegiales immunes sint à debito dd.
1 societatum, quia eorum majores illas contraxerunt ex causa nedum merè voluntaria, sed etiam criminosa, ut videre est in contemporanea mea decisione, utique omnis Justitiæ, & æquitatis ratio postulat, ut contra istorum hæredes decernenda veniat relaxatio mandati favore præfati Dominici, in quem titulo cessionis per ejus Patrem à Creditoribus reportatæ, societates prædictæ obvenerunt, culpa namque suos semper
2 sequitur Authores, & damnum ex actu vo-
3 luntario emergens, jure meritoque subire tenentur illi, qui exinde commodum reportarunt, quemadmodum in his terminis firmavit *Rota in Romana Collectæ*, *& signanter dec. 392. à nu. 15. p. 15.*, *& dec. 282. p. 18. rec.*, contr. concordan. adduct. *in d. decis. præcedentis instantiæ 3. Iulii 1712. §. Ex altera cor. R. P. D. meo Ansaldo.*

Eoque potissimum, quia prædicti Contrahentes nedum propria emolumenta, sed etiam Officialium pro tempore Personas, Bona, & nominatim hæredes in causam societatum de quibus agitur præcisè obligarunt, ut animadvertit mea contextualis decisio §. *Incalescit*, proindeque nullo pacto ab eorū hæredibus hujus debiti solutio evitari potest, *Rota cor. Emer. jun. decis. 792. n. 12.*, *& dec. 1302. nu. 7.*, *& 10.*, *& dec. 419. n. 14. p. 16. rec.*

Nec obstat, quod in dicta decisione præcedentis instantiæ dubitatum fuerit an Benedicto Ritæ suffragari possit cessio societatum, maxime quia concepta legitur sub expressione -- *tali, e quali, e per un sacco d'ossa* -- ultra quod enim non adhæserunt DD. huic motivo in sæpedicta contextuali decisione, cessat difficultas, quia id unicè ponderatum fuit
5 ad excludendam obligationem, & præjudicium Collegialium successorum, ut clare pandit eadem decisio §. *Ast hæc illatio*, *& §. Quinta tandem responsio.*

Constito igitur, quod sit relaxandum mandatum contra hæredes antiquorum Collegialium, cum inter istos connumeretur d. Benedictus Author Dominici Actoris, consequens est, ut dematur summa, & virilis rata ad illum spectans, quod nec per eumdem Dominicum controvertebatur.

Et ita in hunc modum responsum fuit altera tantum informante. HER-

HERBIPOLEN. MONASTERII.

Lunæ 8. *Maii* 1713.

ARGUMENTUM.

Episcopus sine beneplacito Apostolico non potest applicare Monasteria alteri Pio Loco, sivè Ecclesiasticæ dignitati. Dominium Monasteriorum Regularium non ad ipsum, sed ad eorum Superiores Generales Ordinis pertinet.

SUMMARIUM.

1 *Capitulum quamtumvis privilegiatum, Sede Episcopali vacante, non potest applicare Monasterium alteri dignitati Ecclesiasticæ.*
2 *Capitula subjacent Episcopo, nec majori pollent Authoritate, quam ille.*
3 *Episcopus non habet facultatem applicandi Monasterium alteri loco Pio, sive Ecclesiasticę dignitati*, & n. 11., & 14.
4 *Legata Pia ex Religione fidelium Ecclesię relicta, alteri applicari nequeunt sine consensu Papæ.*
5 *Regulares in constituendis Monasteriis, Apostolica indigent Authoritate.*
6 *Ratio Regularitatis, quæ militat in Monialibus, militat & in Monacis.*
7 *Attestatio facta ad propriam commodum non attenditur, & si esset Episcopi.*
8 *Episcopus non habet facultatem secularizzandi Ecclesias, & Monasteria, sacris resistentibus Canonibus.*
8 *Episcopi Germaniæ ex edicto Sacræ Congregationis de Propaganda Fide, facultatem habent convertendi in Ecclesiasticos usus ea omnia, quæ de hereticorum manibus recuperantur.*
10 *Hæresis in Germania initium habuit anno* 1506.
11 *Episcopus non potest rem unius Ecclesiæ sine Beneplacito Apostolico in aliam pium usũ convertere*, & n. 3., & 14.
12 *Applicatio nulla, sive actus nullus ab initio ex defectu Beneplaciti Apostolici, non potest convalidari ex supervenientia istius, cum oculos retro non habeat.*
13 *Veritas in antiquitate, & rerum ignorantia recondita, ex erroneis suppositis non debilitatur.*
15 *Dominium unius Ecclesiæ super aliqua re, vel Pio Loco, in antiquis ut probetur, leviores probationes, & adminicula admittuntur.*
16 *Episcopus non potest Monasteria regularia aquirere.*
17 *Actor non potest cogi in Judicio recuperationis rei adversus illegitimum collitigantem eas deducere probationes, quas de cætero teneretur, si cum persona capaci contenderet.*
18 *Monasterium, cujus ordinis sit, concludenter probatur ex enunciativis factis circa ejus statum, & qualitatem antiquis temporibus.*
19 *Denominatio Monasterii, solam de conventu regulari verificari potest.*
20 *Monasterium, quod sit regulare, & Generalibus Superioribus sui Ordinis subjectum, ac ad Episcopum non pertineat, ex quibus enunciativis in antiquis probetur.*
21 *Monasterium, ad quem ordinem pertineat, ex relatione Nuncii Apostolici probatur.*
22 *Præscriptio non intrat ex titulo infecto, neque afficit, si reperiatur interrupta.*
23 *Superiores Monasterii non possunt disponere de bonis illius, Sancta Sede inconsulta.*

DECISIO DCCLXXXII.

Adhuc reclamantes Episcopus, & Capitulum Ecclesiæ Herbipolensis adversus geminas nostri Tribunalis sententias favore Ordinis Præmonstratensium prolatas, quarum prima est coram bo.me. Caffarello, altera coram R. P. D. meo Ansaldo, additio certo modo infrà etiam exprimendo, causam in tertia instantia curarunt revideri, ad quem effectum Commissionem obtinuerunt mihi directam, in cujus sequelam hodiè proposito consueto dubio, atque ad novam trutinam revocatis rationum momentis jam latè deductis in omnibus quatuor decisionibus, quæ de stylo ipsasmet sententias præcesserunt, Domini nequaquam hæsitarunt ob illorum subsistentiam, pro confirmatione sententiæ respondere.

Validitate siquidem non controversa, strictè devenientes Domini ad justitiam Ju-
1 dicati, existimarunt de hac dubitari non posse, sive habeatur respectus ad illam partem, in qua declaratur insubsistens assignatio, seù applicatio Monasterii facta favore Decani, sive ad aliam, in qua pronunciatur, restitutionem prefati Monasterii esse faciendam Ordini Præmonstratensium. Et sanè quantum attinet ad nullitatem applicationis, hæc in primis satis evidens resultabat, quatenus nitebatur auctoritati, & Jurisdictioni Capituli Herbipolensis, Sede Episcopali vacante applicationem expiientis. Quoniam certum in Jure est, Capitulis hujusmodi actus
2 nullo modo esse permissos, nisi dicendum sit in illis majores vigere facultates, quam habeant Episcopi, contra regulam descriptam per *Gloss.*, & *Doctores in cap. cum olim de major. & obed.*, quam exornat *prima Decisio bo. me. Caffarelli* § *Nihilominus*, & altera *R. P. D. mei Ansaldi edita sub die* 27. *Januarii* 1712 §. *Si igitur*.

Quod autem, iidemmet Episcopi hoc jure potiantur, apertæ sunt Canonicæ sanctiones
3 *in Clementina quia contingit de Relig. Domib., in Can. quæ semel dedicata* 19. *quæst.* 3., *Can. pervenit il* 2. 18. *quæst.* 2. in quibus præ cæteris cautum expresè habetur, quod ea,
4 quæ ad certum usum ex largitione fidelium sunt destinata, nequeunt ad diversum, sine beneplacito Summi Pontificis omnium rerum Ecclesiasticarum moderatoris converri, & latiùs ad rem notant omnes Decisiones utriusque præcedentis instantiæ, ut proindè cessa-

cessare statim dignoscatur aliud fundamentum applicationis Monasterii repositum in Jurisdictione, & potestate Ordinarii.

Eoque fortius, quià hæc commutatio respicit remotionem Regularium, qui procul
5 dubio semper in constabiliendis Monasteriis indigent approbatione Apostolica, & consequenter nimis valdè repugnat sine illius authoritate, & consensu, Monasteria in alios usus, assignatione, vel applicatione mediante convertere, ut notant allegatæ Decisiones, & signanter prima R.P.D. mei Ansaldi §. *Potissimè cum seqq.*, ubi etiam benè firmatur
6 nullam posse considerari diversitatem, ex quo in hypothesi agatur de Monasterio Religiosarum, cum eadem ratio regularitatis æquè militet in Monacis, ac in Monialibus, præsertim quia istud Monasterium controversum, non dubitatur de anno 1429. fuisse receptum sub immediata Sedis Apostolicæ protectione, ex traditis per *Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 1. disput. 15. quæst. 4. num. 12.*

In nihilo attentis iis, quæ pro limitatione prædictorum denuò inculcabantur, quandoquidem in primis, quidquid sit de facultate Ordinarii circa immunitatem, seu applicationem Monasteriorum, quoties in illis minùs religiosè vivitur, per ea, quæ ponderantur in secunda Decisione præcedentis instantiæ §. *Minusquè cum seq.*, & in prima bo. me. Caffarelli §. *Non obstat*, *& seq.*. Iterùm Dominis satisfecit responsio, quod
7 hic modus vivendi contra regularem Institutum, solum allegatur ab Episcopo, nequè aliunde probatur, exindeque ista simplex, & singularis ad proprium commodum attestatio, seù veriùs enunciativa nullo modo est attendenda, & potissimùm ex quo agitur
8 de secularizanda Ecclesia, ac Monasterio, adversantibus Canonicis statutis, ut ad rem latè dictum fuit in Decisionibus toties allegatis, & melius in illa 10. Junii 1707. bo. me. Caffarelli *dicto* §. *Non obstat*.

Prout etiam Domini denuò putarunt, Episcopum Herbipolensem juvari non posse decreto Sac. Congregationis de Propaganda Fide edito sub anno 1630., quo tribuitur fa-
9 cultas Ordinariis Germaniæ, ut bona recuperata, & recuperanda ab hæreticis, utpotè conservanda, atque retinenda ad dispositionem S. Sedis Apostolicæ, caderent sub facultate Episcoporum, qui de illis, prout utiliùs foret in augumentum, & conservationem Religionis Christianæ disponere valerent; etenim adverterunt, quod tantùm abest fuisse re vera probatum Monasterium, & bona ad tenorem dicti decreti ab Hæreticis extitisse recuperata, ut potiùs ad evidentiam exclusa hujusmodi probatio dignoscetur, ex quo asseratur Monasterium acquisitum usque de anno 1506., quando è conversò historiæ monumenta comprobant, Hæ-
10 reticam pravitatem non priùs in illis Regionibus initium sumpsisse, quàm sub anno 1517., ut inter cæteros tradunt *Baron.*, *Bellarmin.*, *aliique congesti in Decisione 17. Junii 1709.* §. *Tùm quia*.

Non omisso ulterius, quod stante conditione Beneplaciti Apostolici inserta in ipso decreto, Episcopus actum perficere non poterat, nisi consensum Summus Pontifex præ-
11 stitisset, de quo, cum huc usque doctum non fuerit, utique ob talem defectum nullo dici debet applicatio, ad *Text. in l. quod purè ff. quando dies legat. ced.*, & firmatur *in secunda decis. bo. me. Caffarelli* §. *Eoque minùs*, in ultoque magis, quià præfata suppres-
12 sio longè allegati Decreti publicationem præcessit, & consequenter nullatenus ex illo convalidanda juxta naturam legis, quàm nisi expressè oculos retrohabeat, futuris tantùm dare normam negotiis, constans est apud omnes opinio, *cap. fin. de Constit.*, *l. leges 7. C. de legib.*

Absque eo quod ullam animadversionem promereri debeant duplices confessiones Præmonstratensium emissæ, & in Memoriali porrecto Sanctissimo usque ab initio Causæ, & in Commissione obtenta, in quibus supponitur Monasterium fuisse dirutum ab hæreticis, quoniam veritas in antiquitate, &
13 ignorantiarum recondita non debilitatur ex erroneis suppositis, quotiès ut hic in lucem venit, & in omnem casum semper Episcopus, & Capitulum Ecclesiæ Herbipolensis prohibebantur applicationem facere,
14 cum hæc facultas ex supra firmatis sit de reservatis Sedi Apostolicæ, cujus Beneplacitum indubitanter erat requirendum, etiam si procedendum esset cum decreto enunciato.

Quibus constabilitis in comprobationem primæ partis resolutionis, subsequebatur altera respiciens restitutionem faciendam Ordini Præmonstratensium, in qua Domini itidem moti fuerunt ex infra dicendis ad confirmandam sententiam. Præmisso namque, quod ex supra deductis apertè habetur, Episcopum nullo jure, nullaque facultate potiri ad controversum effectum, quodque
15 agitur de re antiquissima, extra aleam difficultatis visa fuit propositio limitans regulam exoptantem rigorosas probationes, quoties, ut hic agitur in Judicio rei vindicationis, nè alioquin probatio dominii, quæ semper, & quandocumque difficillima est, ad impossibile ob antiquitatem reducatur, itaut in istis terminis etiam solæ conjecturæ, & indicia simul jungenda, veniant admittenda *l. Indicia C. de rei vindicat.*, *Mascard. de probat. tom. 1. conclus. 539. nu. 1.*, *& 2.*, *Rota cor. Bich. dec. 310. num. 4.*, *dec. 313. num. 1. par. 9. rec.*, atque probant decisiones hujus Causæ, ut videre est in illa bo. me. Caffarelli 17. Junii 1709. §. *Ex quibus*, & in secunda R.P.D. mei Ansaldi §. *Idque gemina*.

Tantoque magis, quià agitur de rei vindicatione contra Episcopum, atque personas incapaces assequendi Monasteria Regulariū,
16 ut suprà ostensum fuit, & quia usque adhuc per sæculum, & ultrà vigente hujusmodi con-

controversia, nemò alius comparuit, qui
prætendere tentaverit Monasterium ad se
17 spectare, quibus concurrentibus, licèt
principaliter de dominio disputetur, certum
in Jure est actorem minime teneri eas pro-
bationes exhibere, quæ forent necessariæ,
quotiès quæstio cum persona capaci vel cum
altera asserente se Dominiam versaretur,
juxta distinctionem traditam per *Mascard.*
*de probat. concl.*540. *n.*35. *tom. primo*, quàm
amplexa fuit *Rot. cor. Cerro dec.*892. *nu.*2.,
& *coram Seraphin. decis.* 1304. *num.* 2.,
& late *in secunda dec. bo. me. Caffarelli* §. *Et*
quamvis, & in alia *R.P.D. mei Ansaldi* 27
Junii proximè præteriti §. *Altera limitatio*
cum seq.

Quamobrem procedentes Domini hisce
retentis Theoricis, crediderunt sufficientes
esse ad præsentem effectum illas probationes
jam adductas, & in præcedentibus Decisio-
nibus lato calamo examinatas, cum talis sint
indolis, ut maximè prestringere judicantium
animos in hac quoque tertia instantia com-
18 pertum fuerit; duæ siquidem primo loco
afferebantur pervetustæ præsentationes fa-
ctæ à Monialibus, videlicet de anno 1506.,
& 1547. ubi Monasterium enunciatur Or-
dinis Præmonstratensium, quibus secundo
loco succedebat Elencus, sivè Synopsis Ec-
clesiarum, ac Monasteriorum supradicti
Ordinis, comprehendens istud controversum
cum adnotatione, quod esset filiale, & in
fundo alterius Cœliæ superioris ad eosdem
Præmonstratenses spectantis, adeout super-
addita animadversione desumpta à denomi-
natione Monasterii in propria, & vera si-
19 gnificatione, verificabili dumtaxat de Regu-
lari Convento, non levis orietur probatio
dominii, atque pertinentiæ favore Præ-
monstratensium, prout habetur *in decis.* 17.
Junii 1709. §. *Domini cum duobus seqq.*, &
in alia 27. *eiusdem mensis* 1712. §. *Hisque*
præmissis, *&* *sequen*.

Adjungebantur prædictis, non solum
20 Taxæ, & Collectæ impositæ à Superio-
ribus Generalibus huic Monasterio, prò ex-
pensis Capituli Generalis, atque pro de-
fendendis litibus apud S. Sedem pro-
motis; verùm etiam Epistola Imperatoris
Rodulphi conscripta de anno 1606. Julio
tunc Episcopo Herbypolensi, in qua legitur
Imperatorem expostulasse ab eodem, ut re-
stitutionem tum controversi Monasterii,
tùm alterius Cellæ inferioris Ordini Præ-
monstratensium, uti proprio Domino faceret,
qui si loco impugnandi Dominium Ordinis
sese excusavit de sua procrastinatione, alle-
gando impedimenta belli, utiquè pertinen-
tiam, quæ modo impugnatur, confessus fuit,
& proindè magis magisque Dominium Præ-
monstratensium agnoscitur comprobatum,
ad tradita in sæpedictis Decisionibus, nempè
in illa bo. me. Caffarelli 17. Junii 1709. §.
Quarta, & in secunda R.P.D. mei Ansaldi
§. *Tertiò non minus, cum tribus sequen.*

In eamdem demonstrationem aliæ con-
currebant probationes, nàm Consiliarius, &
Administrator præfati Episcopi in quadam
Epistola inserta libro jàm impresso testatur,
quod Monasterium fuisset indubiè ab Epi-
scopo restitutum, nisi continuæ lites cum
suo Capitulo moram interposuissent. Vlte-
riùs Ferdinandus secundus Imperator novas
litteras non semel, sed bis dedit Ordinario
Herbypolensi, illum hortando, ut tandem
ad actum restitutionis duorum Monasterio-
rum deveniret, cuius litteris Episcopus re-
spondens, ac recognoscens justitiam instan-
tiæ quoad utrumque, fatetur in primis Mo-
nasterium de quo agitur stare in fundo Mo-
nasterii Cællæ superioris, & esse illius filiale,
subindeque devenit ad positivam restitutio-
nem illius Cellæ inferioris sub asserriva, &
protestatione, quod non dissimilis animus
erat respectu Monasterii controversi, ex qua
sanè confessione, nec non peracta unius re-
stitutione, evidens fit omni jure, & aliud fi-
liale, ac ejusdem naturæ, esse prædicto Or-
dini restituendum, ut firmat *decis.* 27. *Iunii*
1712. §. *Ex hæc quarta cum seqq.*

Nec parvi faciendam dixerunt Domini re-
21 lationem Reverendissimi Nuncii Apostolici
ad Tractum Rheni, qui de mandato Sac. Con-
gregationis Episcoporum, & Regularium,
captis informationibus, visisquè documentis
hinc inde exhibitis profitetur, Monasterium
antè occupationem pertinuisse ad Ordinem
Præmonstratensium, cum credendum sit
ipsum in faciem loci nihil intactum reli-
quisse, quod ad ervendam veritatem inser-
vire valeret, ut per consequens rejecta etiam
allegata præscriptione, utpotè complicante
22 titulum infectum, atque interrupta conti-
nuis conclamationibus Præmonstratensium,
de quibus plenè in decisionibus, & præser-
tim in secunda R. P. D. mei Ansaldi §. *&* *ob*
id, *cum seqq.*, Domini ex hisce omnibus si-
mul junctis, sicuti fieri debet juxta notam
regulam communiter receptam in materia
probationum prò certo habuerint Monaste-
rium antiquis temporibus spectasse ad Præ-
monstratenses, quibus propterea Jure me-
ritoque erat restituendum, per ea, quæ dicta
fuerunt in omnibus Decisionibus, ac præci-
puè in mox allegata decisione §. *Octavo tan-*
dem, *&* *duobus seqq.*

Nequè tandem demandatæ restitutioni
adversari posse *decisionem* 24. *par.* 9. *rec.*,
hodie quoque Domini censuerunt, quià
ibidem agebatur de Monasterio suppresso,
& unito à Summo Pontifice Patribus Jesuitis
qui ulterius soli in dicta Causa informaverant,
ut proindè independentia intèr Monasteria
istius Ordinis Præmonstratensium, potiùs in-
cidenter, & extrà necessitatem dici debeat
deducta, cum in hodiernis Colluctationibus
ipsismet Præmonstratensibus, licet in diversa
causa informantibus, contrarium constiterit
ex Bulla Cælestini Secundi, & consequen-
ter substineri quidem posset antiqua resolu-
tio, ex motivo dumtaxat Pontificiæ autho-
ritatis, quæ sicuti in hypothesi desideratur,
ità

ità non bene arguuntur iidem Præmonstratenses, dum insistunt prò restitutione Monasterii, illis utique minime deneganda, servato tamen modo superaddito in secunda Decisione R.P.D. mei Ansaldi § *finali* videlicet, quod expleta restitutione interdictum sit Superioribus Ordinis de Monasterio aliis-
23 que bonis ab eo dependentibus disponere in consulta S. Sede, quem præcise Domini approbare voluerunt, sese in omnibus de cætero remissivè habentes ad omnes Decisiones utriusque præcedentis Instantiæ, quarú fundamenta de novo altius, & prolixius repetere inutile visum fuit.

Et ità unica &c.

ROMANA SUPPLEMENTI.

Lunæ 15. Maii 1713.

ARGUMENTUM.

Communio inter fratres non datur, nisi adsint tria necessaria requisita, scilicèt promiscuus, universalis, & communicatio pecuniarum ex communibus lucris, & effectibus hinc inde observata, cohabitatio continua, & nunquam hinc inde reddita ratio. Ex quibus societas particularis, quoad designatos effectus inter Fratres probetur, & universalis excludatur, fert sequens.

SUMMARIUM.

1 *Divisio publico Instrumento autorizzata, justissima de jure præsumitur.*
2 *Læsio, & error in ea allegati per invictas, et univocas probationes ab allegante sunt demonstrandi.*
3 *Amplia, si divisio inter majores ætate sequuta fuerit, & de re domestica.*
4 *Frater germanus alteri succedit, Patruelibus exclusis.*
5 *Dos in divisione, æs alienum dicitur.*
6 *Dos constante Matrimonio pertinet ad Virum Matrimonii onera substinentem, et eo soluto ad mulierem devolvitur.*
7 *Socii æqualiter omnia bona ex quacumque causa aquisita, debent inter se condividere.*
8 *Societas tacita, ex quibus probetur?*
9 *Ex quibus excludatur,* & num. 11.
10 *Societas inter absentes, ut detur, debet verificari promiscuus totius Patrimonii usus in unum redacti.*
12 *Societas, ut excludatur, leviores actus sufficiunt.*
13 *Redditio rationis, ex quibus facta ab eo, qui rem administravit, dicatur?*
14 *Societas, & communio dari nequit, cum, ubi meum, ac tuum reperitur adesse.*
15 *Particularis communio de aliquibus effectibus non operatur, quod Fratres dicantur, se posuisse in communione lucra particulari titulo quæsita,* & vide casum.
16 *Communio universalis de omnibus bonis inter fratres ex simplici circumstantia non probatur, & quæ sit ista simplex?*
17 *Communio extensa ad quosdam effectus particulares tantum, & non ad omnes generaliter, probatur ex declaratione jurata duorum coequale Ius habentium,* & n. 28.
18 *Frumentum, quod de tempore communionis in horreis reperitur, commune reputatur.*
19 *Mercenarii soluti præsumuntur ex effectibus illius rei, super qua labores effuderunt, & receptas exarare non præsumuntur, maximè si agatur de summa tenui,* & n. 21.
20 *Pistores non præsumuntur diligentissimi de solutione Frumenti.*
22 *Læsio, in divisione facta per publicum Instrumentum, ex simplici inverisimilitudine non probatur.*
23 *Amplia, si condividens fuerit in divisione de ea præcisa re, de qua læsionem sibi fuisse inductam prætendit.*
24 *Mercatores Frumentarii periculis continuis, & expensis subjacere dicuntur.*
25 *Divisio facta per Instrumentum publicum non probatur læsiva ex simplici duorum Testium dicto.*
26 *Præsumptio simplex à fortiori præsumptione elîditur.*
27 *Quietantia, & divisio universalis omnia comprehendidisse præsumitur.*

DECISIO DCCLXXXIII.

POstquam semèl, atque iterùm deventum fuerat ad divisionem inter filios Thomæ, & Joannis Germanorum Fratrum de Narduccis, Sanctes alter ex filiis ejusdem Thomæ prætendens, quod inter hunc, & Joannem prædictum, ac successivè inter eorum descendentes continuata fuerit universalis omnium bonorum societas, quodque proindè cum in dictis divisionibus, & signanter in postrema licèt solemniter, & per publicú Instrumentum celebrata, quamplures irrepserint errores, sibi debitum esset supplementum, judicium instruxit super illius rescissione, contrariamque sententiam passus est, à qua instaurata appellationis causa coram Me, consului hodiè DD.-- *An esset locus supplemento, seù potius obstaret divisio* -- & *negativè quoad primam, affirmativè quoad alteram dubii partem* responderunt.

1 Moti sunt ex eo, quod juxta elementares juris nostri regulas in quacumque divisione præsertim authoritate publici Instrumenti confirmata, præsumitur semper justitiam, & æqualitatem fuisse servatam, ad *Tex. in leg. si inter Cod. Commun. utriusque judic., Rota decis. 284. num. 1., & 2. part. 10., decis. 320. num. 26. par. 16., & decis. 58. num. 18 par. 17. rec., & in Baren. Societatis 4 Maii 1711.*

2 §. *Et hæc coram Reverendiss. Labacen.*, adeout ex capite erroris, & læsionis nullum omninò peti valeat supplementum, nisi idem error, & læsio per univocas, & concludentes probationes ab allegante perspicuè justi-

ticetur *leg. eum putarem ff. Famil. bercisc., leg. post divisionem ff. de jur., & fact. ign., & in Romana Immissionis 17. Junii 1707. §. Insubsistens coram Reverendissimo D. meo Decano.*

3 Eoque potissimum, quià in hypothesi non agitur de divisione inita inter pupillos, minores, & mulieres, sed inter Fratres majores, ac ulteriùs præ cæteris de qualitate bonorum Actor apprimè instructus erat, ut convincit dicta prima divisio per eum exarata, & in dicto Instrumento postmodum inserta, quo casu rigidioris probationis onere gravatur ad concludendam prætensam inæqualitatem, & errorem, *Rota in Romana Laudi* 13. *Febr.* 1699. §. *Non obstante coram Emo Priolo.*

Hujusmodi autem inæqualitas, & error perperam inferebantur, ex quo in præfata divisione habita non fuerit ratio de portio-
4 ne Petri Patruelis prædefuncti, & de Dotibus per Gregorium pariter Patruelem ex prima, & secunda Conjuge quæsitis. Cum etenim Petrus ab intestato decesserit, utique ejus portio, ac successio in omnibus bonis, exclusis prorsus Sancte, & aliis Patruelibus devoluta extitit ad reos conventos illius germanos Fratres, juxta censuram *Text. in Auth. defuncto Cod. ad Senat. Consult. Tertull., & Auth. cessante Cod. de legit. bæred.*

5 Dotes verò à dicto Gregorio receptæ ritè, recteque extractæ fuerunt à communi acervo bonorum, nam considerantur tanquam æs alienum, & constante matrimonio
6 applicantur Viro illius onera substinenti, eoque dissoluto, Uxoribus, sive earum hæredibus restituendæ veniunt, *leg. autem ff. de legat. 2., leg. si filia §. 1. ff. Fam. bercisc., & leg. Uxor tua Cod. eodem, Cyriac. controv.* 117. *num.* 5., *Rota cor. Emer. jun. decis.* 563. *n.* 2, *& seqq., & in Sabinen. Divisionis* 28. *Martii* 1707. §. *Labefacta, & §. Firma cor. R. P. D. meo Ansaldo.*

7 Neque ad evitandam præmissorum vim, profuit confugere ad universalem omnium bonorum Societatem, qua attenta bona omnia ex quacumq; causa, & quovis modo per Socios quęsita, ęqualiter conferenda, & communicanda sunt inter eos, *leg.* 1. *ff pro socio, leg. ex uno §. Cum specialiter, & leg. boc adjecerit ff. eodem.*

8 Talis namque expręssa Societas in pręsenti penitùs desideratur; tacita verò nullatenùs adstrui potest, cum deficiant tria illa vulgata requisita, communis nempè habitatio, perfecta, ac generalis communicatio lucrorum omnium, & numquam ad invicem reddita ratio, de quibus *Bart. in leg. Titium, & Mevium, §. Alter o verò* 5. *ff. de administr. Tutor., Menoch. de præsumpt. præsumpt.* 56. *num.* 37., *&* 38., *Andreol. controv.* 34. *à n.* 11. *& seqq., Rota coram Arguell. decis.* 51. *n.* 7., *& seqq., & in Tusculana divisionis* 27. *Iunii* 1701. §. *In hypothesi coram Emo della Tremoille.*

9 Deficit sanè primum, quià Sanctes hic in Urbe Curiam sequens, pluribus ab hinc annis diversas Domos proprio dumtaxat nomine conduxit: cæteri verò fratres semper in partibus commorati fuere, proindeque exclusa remanet cohabitatio, quæ insuper ad hunc effectum communibus expensis, & sumptibus comparari debet, *Rota in Romana, seù Spoletana Societatis* 16. *Iunii* 1687. §. *Communis in fine coram bon. mem. Benincasa, & in Romana Societatis* 1. *Iulii* 1693. §. *Pro inducenda coram Rmo Turonen.*

10 Et quamvis ea sumenda non sit in sensu materiali pro continua, ac numquam interrupta permanentia sub eodem recto, attamen necesse est, quod saltem verificetur in ordine ad promiscuum totius patrimonii in unum redacti usum, etiam respectu absentis à communi habitatione (quod pariter deficit in hypothesi) *Mantic. de tacit. lib.* 6. *tit.* 10. *à num.* 7., *& seqq., Rosa consultat.* 8. *n.* 6., *& seqq., & num.* 44., *Rota in Romana hæreditatis de Rivaldis prima Februarii* 1709., §. *Et quamvis coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore, & in Sorana divisionis super redditione rationis* 18. *Aprilis* 1712. §. *Non obstat coram Me.*

11 Prout etiam cessat alterum magis peculiare requisitum communicationis lucrorum, nam Sanctes, nihil unquam cœteris Fratribus communicavit. Petrus Sacerdos pingues plurium beneficiorum redditus in propriam dumtaxàt utilitatem semper erogavit, & Gregorius Dotes prædictas, & lucra dotalia sibi tantum quæsivit; ex quibus omnibus satis superq; destruitur prætensa lu-
12 crorum communio inter pręfatos fratres, cum ad ejus exclusionem, leviores etiam actus sufficiant, *leg. ita quoque ff. pro socio, Michalor. de fratrib. par.* 2. *cap.* 17. *à num.* 5. *cum seqq., Andreol. dicta controv.* 34. *n.* 29., *Rota decis.* 129. *num.* 18., *& seqq. par.* 10. *recent., & in dicta Sabinen. divisionis* 28. *Martii* 1707. §. *Atque bæc cum seqq. coram R. P. D. meo Ansaldo.*

13 Tandem non verificatur ultimum rationis numquam redditę, quià gemina confecta fuerunt bilancia, & Angelus uti Administrator bonorum sub particulari communione existentium, postquam reddidit exactissimam de omnibus rationem, à Fratribus, &
14 præsertim ab Actore, amplissimam reportavit quietantiam, quemadmodum resultat ex sępèdicto divisionis Instrumento, adeout nihil ultra inquirendum sit pro excludendo quocumque vestigio universalis communionis, in qua sicuti incognita sunt nomina *meum, & tuum*, ita extranea est quælibet petitio, & redditio rationis, ac divisio unicè expleri debuisset de bonis tunc existentibus, *Cardin. de Luca de credit., & debit. discurs.* 87. *num.* 3., *Rota coram Arguell. decis.* 51. *sub n.* 28., *& in dicta Romana Societatis* 1. *Iulii* 1693. §. *Minus similiter coram Rmo Turonen.*

Atque hinc inutiliter petebantur argumenta universalis communionis ex eodem Instru-

Instrumento divisionis, ex quo in eo expres-
sum fuerit, quod omnes prædicti Fratres --
Habbino continuata la communione uni-
versale di tutti, e singoli beni, cd altro ac-
quistato dopo la morte di Tomaso, e Giovan-
ni -- & rursus -- *Che detto Angelo habbi con-*
fidenzialmente con il consenso &c. ammini-
strato universalmentc li sudetti beni pro in-
diviso posseduti, e lasciati da detti Tomaso,
e Giovanni, & ancora li beni acquistati in
15 *commune trà detti contrahenti &c.* Prædi-
ctę enim, & alię hujusmodi expressiones
ex alio etiam informi folio desumptæ, atten-
tis iis, quæ hucusq; ponderata fuerunt, rima-
toq; toto Instrumento divisionis contextu,
pernecessè referendę sunt ad communionem
particularem bonorum paternorum, lucro-
rumque ex eis provenientium, & Artis agra-
rię communiter exercitæ, nunquam verò
extentionem patiuntur ad Societatem uni-
versalem aliorum bonorum, quæ unusquisq;
ex propria industria, favorabilique sorte
sibi comparavit, dum de his nulla prorsus
mentio, nec participatio facta fuit, ad *Text.*
in leg. si fratres ff. pro Soc., Faber. in suo Cod.
tit. 27. defin. 3. circa medium, Rota cor. Ar-
guell. decis. 51. num. 16., & seqq., & n. 24.,
& latè *in dicta Tusculana Divisionis 27. Iu-*
nii 1701. §. Quapropter cor. Eminentissimo
della Tremoille, & in dicta Barcn. Societatis
4. *Maii 1711. §. Deveniendo cum plurib. seqq.*
coram Reverendiss. Labacen.

16 Quin relevet, quod inter præfata bona
paterna, aliosque effectus communes, descri-
pta quoque fuerint nonnulla nomina debito-
rum, & lucra, quæ proprio nomine dictus
Angelus sibi quæsierat; illa namque utpotè
comparata ex fructibus bonorum commu-
nium de tempore gestæ administrationis in
communi acervo per ipsum candidè reposita
fuerunt, & tamen simplex hæc circumstan-
tia tamquam æquivoca, & equè referibilis
ad generalem, & particularem societatem,
per se inefficax reputatur ad concludendam
generalem communionem, ut præcisè anim-
advertit *Rota in dicta Sabinen. divisionis* 28.
Martii 1707. §. Quod Camillus cor. R.P.D.
meo Ansaldo.

17 Omnemque hac in re substulit difficul-
tatem declaratio aliorum germanorum fra-
trum ejusdem Actoris, licet enim, & ipsi
æqualem modum ex supposita universali so-
cietate captare possent, nihilominus verita-
tem amantes, medio juramento ingenuè fassi
sunt illam nunquam inter ipsos extitisse, sed
solam communionem limitatam ad bona pa-
terna, & lucrum exinde proveniens; cui sa-
ne declarationi quantum deferendum sit, ne-
mo est qui non videat, ut inquit præcisè R*o-*
ta decis. 168. n. 18. par. 15. recen., & in Viter-
bien. Iuris pascuorum 15. Martii 1700.
§. *Etenim coram* Reverendiss. *Labacen.*

Agnoscens ex his etiam Sanctes penitùs
exclusam, & sublatam esse Societatem uni-
versalem, recurrebat ultimo loco ad com-
munionem particularem, & supponens oc-
cultata fuisse nonnulla bona ad eandem spe-
ctantia, ex his saltem supplementum sibi de-
18 beri, sed frustrà contendebat. Nihil etenim
prætendere potest ex rubris 173. Frumenti,
quod de tempore divisionis in horreis asser-
vabatur, illius namque pretium ascendens ad
sc. 1070. juxtà calculum magis distinctè exa-
ratum per reos conventos, omninò præsumi
debet mutuo partium consensu destinatum
fuisse pro oneribus artis Agrariæ, quia de
facto subindè notabilis, & perspicua summa
sc. 784. erogata extitit pro affictibus Castri
Cæsani ante divisionem decursis: Itidemque
justificatur alias ratas cessisse in solutionem
herbarum cæterorum affictuum, & pensio-
num horrei usque ad scuta 962.; tenue verò
residuum præsumitur solutum pro mercede
19 Custodum Armenti, aliisque causis, in qui-
bus confici non solent receptæ, ut no-
rum est.

Non attenta replicatione, quod dictæ so-
lutiones expleri potuerint ex aliis effectibus
communibus, maximè quia factæ fuerunt de
mense Junii, & venditio dicti Frumenti ex-
pleta extitit de mense Aprilis, & Maii præ-
20 cedentium, cum inverisimile sit, quod
Pistores, adeò solliciti fuerint in solutione
pretii ejusdem Frumenti.

21 Eo ipso siquidem, quod non constat re-
servatos fuisse in divisione alios effectus com-
munes, multoque minus pecunias, prædictas
solutiones referri debent ad pretium Fru-
22 menti, *Rota decis. 289. num. 19., & seqq.*
par. 18 rec., & in Asculana Dotis 25. Iunii
1700. §. Descendit secunda coram Reueren-
diss. Conchen., nec inverisimilitudo sollicitę
solutionis, quę cęteroquin non subsistit at-
tenta dilatione unius mensis, tanti reputa-
tur, ut apta sit redarguere de læsione publi-
23 cum Instrumentum divisionis, juxtà tritas
regulas.

Animadvertendo signanter, quod Sanctes,
quamvis in mox dicto Instrumento plura si-
bi reservaverit, omisit tamen verba facere
de hujusmodi Frumento, signum evidens,
quod, & ipse in satisfactionem æris alieni il-
lud destinaverat, *leg. Nam quod liquidè*
§. final. ff. de pœna legat., Gratian. discept. fo-
24 *rens. cap. 730. num. 20., Rot. cor. Emerix jun.*
decis. 150. n. 7. & decis. 975. n. 8.

Prætensio pariter quoad augumentum
pretii novalium, pro quibus subeunda erant
tot, tantaque pericula, & expensæ, antequam
fieret recollectio, ut quotidiana edocet ex-
perientia, & testatur *Modern. Asculan. ad*
Statut. Vrb. tom. 2. annot. 60. artic. 1. nu. 18.,
& 19., Rota in Romana fideicomm. Mutii de
Bubalo super arte Agraria 12. Maii 1712.
25 *§. Attamen coram R. P. D. meo Ansaldo,*
illicò corruere visa est, quia fundatur in
simplici dicto duorum Testium, quibus du-
biò procùl prævalere debet communis, &
concordis partium taxatio facta in sæpedicta
divisione, *leg. Pretia, ibique Gloss. in verbo*
funguntur ff. ad leg. Falcid., Surd. cons. 256.
num. 4., & 5., Rota in Maceraten. fideicom.
12. Mar-

12. *Martii* 1706 §. *Nullius denique coram clar. mem. Card. Caprara.*

Ea tandem, quæ dicuntur de pecunia numerata, mobilibus, victualibus, aliisque rebus, libenter omitti poterant, quia pecuniæ, jam fuerunt divisæ in conspicua summa sc. 3534. contenta in tot Cedulis; existentia verò aliarum rerum nullo modo justificatur,
26 & simplex illius præsumptio funditùs elidi- tur à fortiori præsumptione, quod de his omnibus habita fuerit ratio in divisione, in qua partes juratam, & amplissimam quietantiam exurarunt favore Angeli, qui propterea ulteriùs divexandus non est, ad *Tex.*
27 *in leg. sub prætextu Cod. de transact., Rota coram Priol. decis.* 397. *num.* 10., *& coram Bich. decis.* 332. *num.* 5., *& decis.* 666. *num.* 2. *cor. Emer. jun.*, *& decis.* 188. *per tot. par.* 8. *recentior.*
28 A' primo itaque ad ultimum, datum non est Actori resilire à divisione, cujus justitiam, & æqualitatem exuberanti bona fide servatam collaudant ipsimet illius germani fratres, coæqualis lucri spè in obsequium veritatis religiosè posthabita; adeout propterea jure meritoque censuerint DD. *non esse locum supplemento, & obstare divisionem.*

Et ità utraque &c.

BRIXIEN. AGGREGATIONIS SUPER BONO JURE.
Veneris 2. *Iunii* 1713.

ARGUMENTUM

Hujus decisionis habes supra in decisione diei 22. Junii superioris anni, quæ firmat. Confraternitatem aggregatam, omnibus Aggregantis privilegiis gaudere, & signanter facultate exponendi *Sacramentum Augustissimum quadraginta horarum*, quæ inter Archiconfraternitatis Mortis privilegia connumeratur, & Parochorum privilegia non attenduntur, resistentibus indultis Apostolicis.

SUMMARIUM.

1 *Societas aggregata quoad usum privilegiorum, uti aggregans consideratur.*
2 *Facultas exercendi unum actum, qui ab aggregationis effectu proveniat, quoad alios etiam ex eadem aggregatione profluentes extenditur.*
3 *Facultas exponendi Sanctissimum Sacramentum, & in ejus repositione benedictionem super Populo explendi, pertinet privativè ad Parochum.*
4 *Amplia, ut si exponatur in alia Ecclesia intra limites d. Parrochiæ existente, benedictio dari debet à Sacerdote, qui sit à Paroco delegatus.*
5 *Expositio quadraginta horarum, & benedictio hodiè (Quidquid sit de resolutionibus antiquis Congragationis Sacrorum Rituum) non est de mero Iure Parochorum, & functiones istæ possunt fieri ab aliis Sacerdotibus independenter ab istis.*
6 *Amplia, etiam si Ecclesia, ubi adsit expositio, intra limites Parrochiæ existat.*
7 *Nulla Ecclesia, citra Catedralem, fundare potest intentionem super subiectione alterius Ecclesię etiam fundatæ intra limites suæ Parochiæ, præter quam tamen, quoad Jura Parrochialia.*
8 *Archiconfraternitas Mortis, nomen habet Orationis, ex quo Confratres cum Sacerdotibus in Expositione* Sacramenti *perorant.*
9 *Parochi præjudicium circa has præeminentiales functiones ex privilegio non attenditur, cum illius Iuri derogatum censeatur.*
10 *Episcopus circa functiones Ecclesiasticas, Parocho non potest præjudicare.*
11 *Limita, si tale præjudicium ad favorem alterius Ecclesiæ authoritate Apostolica irrogetur.*
12 *Quid ferat de hac Archiconfraternitate Constitutio Sa. me. Clem. VIII. in ordine* la 115.
13 *Decreta Provincialia Metropolitanæ Ecclesiæ Mediolani in hac materia sunt cum Apostolicis privilegiis compatibilia.*
14 *Confraternitas per communicationem Privilegiorum eximitur à legibus, quibus de cætero subiaceret.*
15 *Constitutiones Apostolicæ quibuscumque synodalibus decretis præferuntur.*
16 *Laudum, à quo partes hinc inde in parte, & partibus appellarunt, nullius roboris est.*
17 *Compromissum fieri nequit in caussis, quæ Iura Ecclesiastica tangunt.*

DECISIO DCCLXXXIV.

Constare de legitima aggregatione Confraternitatis Mortis Castilionis de Stiveriis ad effectum, ut liberè uti valeat omnibus, & quibuscumque privilegiis, ac prerogativis tàm spiritualibus, quam temporalibus, quibus provida Summorum Pontificum munificentia decoravit Archiconfraternitatem Orationis, & Mortis Urbis aggregantem, responsum fuerat in *decisione coram Me edita* 22. *Iunii superioris anni*. Verum quia Archipresbyter, cæterique Canonici Collegiatæ Ecclesię SS. Nazzarii, & Celsi, qui dd. indultorum exercitio sese opposuerant, subinde una cum officialibus præfatæ Confraternitatis interposito super hujusmodi prætensionibus compromisso apud Auditorem Generalem Castilionis, Laudum *ab ipso reportaverant* approbativum quidem boni juris d. Confraternitatis in sequelam præfatæ decisionis, sed deinde restrictivum liberi exercitii dd. Privilegiorum ex motivo meræ Urbanitatis, & honorificentię, hinc post appellationem à d. laudo utrinque in parte, & partibus contrariis interjectam, hodie consueto dubio, *an scilicet standum esset, vel recedendum à decisis* super dd. di.. *vel potius obstaret laudum*, & DD. *persistendum esse in decisis, & laudum non obstare* censuerunt.

Im-

Immota siquidem apparuerunt fundamen-
1 ta decisionis, ex quo præsupposita validitate aggregationis, quę nec amplius in discrimen revocabatur, in necessariam clarè emergebat consequentiam libera facultas confraternitatis aggregatæ exercendi omnes actus Archiconfraternitati aggreganti competentes, juxta indolem, & naturam communicationis privilegiorum, de qua in his præcisis terminis *Rota in Savonen. Aggregationis* 9. *Ianuarii* 1699. §. *Quo vero cor. bo. me. Pio*, & 15. *Januarii* 1700. §. *Justitia enim cor. Rmo Conchen.*, & 13. *Junii* 1701. §. *Ad remotionem cor. Reverendissimo D. meo Decano*, quibus adhęsit *dec.*, *quæ revidetur* §. *Con-*
2 *stabilita*. Adeout quemadmodum hodie pro effectu d. aggregationis non controvertitur exercitium quamplurium actuum, ita nullatenus controverti valet omnimoda libertas quoad alios, ex eodem Aggregationis fonte promanantes, *Rota dec.* 337. *à n.* 12., & *seqq. p.* 10. *rec.*, & *in d. Savonen. Aggregationis* 9. *Ianuarii* 1699. §. *Prout etiam cor. bo. me. Pio*.

Et sanè perperam impugnatur per Capitu-
3 lum independens facultas exponendi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, explendique in ejus repositione benedictionem super Populo sub obtentu, quod hujusmodi actus utpotè jurisdictionales, privativè spectent ad Parochum, proindeque nonnisi per
4 Archipresbyterum, seu alium Sacerdotem de ejus consensu exerceri valeant in Ecclesia, sivè Oratorio Confraternitatis intra illius Parochiæ limites existente, *juxta decretum Sac. Rituum Congregationis relatum per Barbos. de offic.*, & *potest. Paroch. p. prima cap.* 11. *n.* 59., & *per Pignattell. consult. canonic. tom.* 9. *consult.* 79. *n.* 10.

Quidquid enim priscis temporibus censuerit Sac. Rituum Congregatio, se parum inter se constantes asseruerint DD., utique ad dirimendas altercationes, & jurgia, quæ magis magisque in dies incalescebant inter Parochos, & Confraternitates, *hodiè* extra
5 aleam cujuscumque dubitationis receptam habemus Sententiam, quod expositio 40. horarum, ac benedictio, quæ fit super Populo, non sint de juribus merè Parochialibus, ut videre est *in decretis generalibus Urbis*, & *Orbis ejusdem Sac. Rituum Congregationis* novissimè editis *anno* 1704., & impressis *apud Modernum Eugubinum in suo formular. legal. pract. for. Eccles. p.* 2. *tit.* 13. *à n.* 46., & *in Mantiss. ad dec. Card. de Luc. de benefic. lib.* 12. *in fin. fol.* 17. *tom.* 2., ideoque præfatæ functiones tanquam indifferentes, ritè, recteque expleri possunt ab aliis Sacerdotibus, & Cappellano Confraternitatis absque ullo prorsus consensu Archipræsbyteri,
6 quamvis Oratorium intra limites ejus Parochiæ situm reperiatur, nulla quippe Ecclesia, præter Cathedratem ratione hujus simplicis situationis fundatam habet intentio-
7 nem super subiectione alterius Ecclesiæ quoad dd. actus non strictè Parochiales, adeout si respectu illorum, jus aliquod sibi arrogare contendat, teneatur probare, hoc speciali jure sibi competere, *ad text. in cap. dilectus de Cappell. Monach.*, *ibique Abb. n.* 11., *Card. de Luc. de Paroch. disc.* 31. *n.* 7., *Rot. dec.* 552. *d. n.* 11. *cum plurib. seqq. p.* 5. *tom.* 2. *rec.*, & *in Civitatis Plebis jurium Parochialium* 3. *Iulii* 1705. §. *Decidendi ratio coram Rmo D. meo Decano*, & 6. *Iunii* 1708. §. *Aut vero coram R. P. D. meo Ansaldo*.

Adaugetur insubsistentia prætensionis Capituli ex speciali privilegio sæpedictę Archiconfraternitatis aggregantis, cui expressè in illo tributa legitur amplissima facultas exercendi confratrum pietatem in d. expositione Venerabilis per suos Sacerdotes, & Cappellanos, & ex hoc tàm laudabili insti-
8 tuto nomen etiam *Orationis* sortita fuit, ut pandit constitutio *San. me. Pii IV. la* 22. *in Bullar. tom.* 2. quamobrem ex præmissis Ag-
9 gregationis viribus, semper in necessariam recurrit consequentiam favore Confraternitatis aggregatę confirmatio independentis exercitii quoad dd. actus, quorum respectu attendendum neutiquam foret Parochi præjudicium (quando revera subsisteret) quia eidem derogatum censetur, quemadmodum probant auctoritates *in d. præcedenti decisione adducte* §. *Obiectum siquidem*.

Non attenta replicatione, quod ad exemptionem Archiconfraternitatum Urbis inferri nequeat ad exemptionem Confraternitatum aggregatarum, præsertim quia *in Constitutione san. me. Clementis VIII. in ordine la* 115. *Bullar. tom.* 3. restricta, & limitata extitit amplitudo privilegiorum, quę per Archiconfraternitates aggregantes communicari poterant. Prima enim assumpti pars penitus corruit ex his, quæ hucusque ponderata fuerunt, quibus mirabiliter famulan-
10 tur *auctoritates in contrarium allegatæ*, nam quamvis in dubium revocent, an in hujusmodi Oratoriis, Episcopus permittere possit præfatas functiones in præjudicium Parochi, nihilominus omnes admittunt, quod concurrente privilegio Apostolico (*ut in hypothe-*
11 *si*) de hac facultate nefas sit dubitare, prout lignanter patet ex *Barbos. ad Concil. sess.* 13. *de Sacr. Eucharist. cap.* 6. *n.* 3., *Rota in Taurinen. Iurium Parochialium apud Pignattell. consult.* 103. *n.* 20. *tom.* 10.

Facilius cessat altera ex simplici lectura d. Constitutionis; hæc enim solummodo præs-
12 cribit certam formam ad hoc, ut aggregationes imposterum admitti non possent, nisi prò unica dumtaxat Confraternitate in quolibet loco, prævia approbatione, & attestatione Ordinarii super Canonica Confraternitatis aggregandæ erectione, quæ omnia, cum præcisè in hoc casu adimpleta fuerint, ut animadvertit *decisio*, *quæ confirmatur* §. *Præsupposita enim*, & §. *Tantoque magis*, jàm inde sublatum remanet quodcumque d. Constitutionis obstaculum.

Atque hinc inutiliter iterum confugere visum est Capitulum ad decreta Provincialia

lia Metropolitanæ Ecclesiæ Mediolani, quorum saltem observantiam iniungendam esse
13 Confraternitati contendebat. Ea namque, quæ compatibilia sunt cum privilegiis Apostolicis, satis abundè executioni demandata fuerunt, ut mox dicebamus, & prosequitur *decisio citato §. Tantoque magis*.

Illa vero, quę quoquomodo eisdē Privilegiis adversantur, nullatenus attendi debent, cum per illorum communicationem Confraternitas libera, & soluta remanserit ab omni vinculo, & lege, quibus antecedenter
14 subijciebatur, ex latè firmatis in durioribus terminis *in d. Savonen. Aggregationis 9. Ianuarii 1699. §. Absque eo quod coram bo. me. Pio, & 15. Ianuarii 1700. §. Haud relevante cor. Reverendissimo Conchen., & 13. Iunii, 1701. §. Præterquamquod cor. Reverendissimo D. meo Decano*, cum concordan-
15 tibus adductis *in sæpedicta decisione §. Nec obstare*. Ea quidem convincenti ratione, quia datum non est inferiori infringere vires Apostolicæ Constitutionis, quæ semper in concursu quorumcumque Synodalium decretorum, dubio procul prævalere debet, ut per *text. in cap. cum inferior de majorit., & obedient.*, advertit individualiter de Synodo Provinciali 7. Mediolani *Spad. consf. 152. num. 12. tom. primo*.

Quibus ita firmatis quoad primam dubii partem, facili negocio DD. absolverunt alteram respicientem Laudum, *quod non obstare censuerunt*, tùm quia illud neutri ex collitigantibus arridet, qui vicissim in parte,
16 & partibus contrariis ab eo appellarunt, & hodiè mutuo consensu idem impugnarunt, undè remanet nullius efficaciæ, & inexequibile, ex bene firmatis per *Rot. dec. 248. n. primo, & seq. cor. Bich.*, tùm quia cum ex premissis clara sint jura Confraternitatis, profecto Laudum attendi non debet, immò absque parenti nullitatis, & insubsistentiæ
17 incerto compromissi eventui eadem jura subjici non poterant, ad *text. in cap. cum tempore de arbitr., ibique Fagnan. à n. 6. cum pluribus seqq., Urceol. de transact qu. 45. à n. 6., Rot. cor. Emerix. sen. dec. 14 n 6., & dec. 100. n 5. cor. Emerix. jun., & dec. 410. à n. 2., & seqq. p. 5. rec.*

Et ita utraque &c.

BRIXIEN. AGGREGATIONIS SUPER MANUTENTIONE.

Ven. 2. Junii 1713.

ARGUMENTUM.

Bonum Jus reddit possessionem omnino manutenibilem.

SUMMARIUM.

1 *Manutentio per Testes probata, retardanda non est.*

2 *Possessio, quæ probatur de quamplurimis actibus, censetur probata quoad omnes alios ex eodem Fonte progredientes, propter universalitatem Causæ.*

3 *Manutentio fundata super bono jure, est omnino servanda.*

DECISIO DCCLXXXV.

Manutentionem, quoad liberum, & omnino independens exercitium omnium, & quarumcumque facultatum, de quibus est quæstio contextualiter coram Me attributam Confraternitati sub die 11. Junii 1712., etiam in hodierna audientia *DD. persistentes in decisis* novo confirmationis robore communire non hęsitarunt.

Iterum enim constitit ex depositionibus
1 Testium de ejus possessione, quam nullo modo offuscari posse per contrarias probationes apertè fateri visum est ipsummet Capitulum, eo ipso, quod eorum inefficaciam agnoscens, ad remissoriæ præsidium, inutiliter tamen confugit, ut videre est in altera decisione super remissoria ędita pariter dicta die coram Me.

Tantoque magis, quia prædictæ Confra-
2 ternitatis possessio, respectu quamplurium actuum hodie in discrimen amplius non revocatur, proindeque admitti debet etiam quoad reliquos propter universalitatem, & uniformitatem causæ, à qua omnes hujusmodi facultates descendunt, quemadmodum, præter auctoritates adductas in *decisione, quæ confirmatur §. Neque pariter, probant Panimoll. dec. prima annot. 3. num. 21., Rota post Postb. de manut. dec. 35. num. 4., & dec. 574. num. 3., & in Andrien. præminentiarum super manutentione 2. Martii 1711. §. Non obstat coram R. P. D. meo Aldrovando*.

Sine difficultate, quia facultas exponendi Sanctissimum Eucaristiæ Sacramentum, explendique Benedictionem super Populo per suos Cappellanos, necnon exemptio à decretis Synodalibus, ad quę restringebatur in præsenti prætensio Capituli, satis superque in contemporanea mea decisione vindicata fuerunt ab omnibus exceptionibus, adeout propterea etiam in sequelam boni Ju-
3 ris, manutentio omnino debeatur Confraternitati, ut concludit *d. decisio §. fin.*, & dictum fuit *in præcitata Andrien. præeminentiarum super manutentione 17. Februarii 1710., & in Calaritana decimarum super manutentione 27. Junii 1712., utrobique §. Final. coram R. P. D. meo Aldrovando*, & alibi passim.

Et ita utraque &c.

ASCULANA PENSIONIS.

Ven. 9. Junii 1713.

ARGUMENTUM.

Litteræ Apostolicæ in forma gratiosa expeditæ dicuntur verificatæ. Pensio reducta favore unius Episcopi pro tempore, ad Succesfo-

ceſſorum non extenditur, *niſi talis perpetua reductio Brevi corroboretur*.

SUMMARIUM.

1 *Arbitrium rigorem Juris moderatur, ſemperque ab ipſo Iure regulatur.*

2 *Arbitrium non intrat ad litteras Apoſtolicas retardandat, quando ſunt undique juſtificatæ.*

3 *Litteræ Apoſtolicæ in forma gratioſa expeditæ, & motu proprio à Papa conceſſæ, juſtificatæ dicuntur, & ulteriori verificatione non indigent.*

4 *Epiſcopus, & ſi cum Penſionario convenerit de reductione penſionis, non tamen iſta reductio favet Succeſſoribus*, & vide caſum.

5 *Amplia, ſi reductioni, Penſionarii præceſſiſſet proteſtatio de reſervatione Jurium contra menſam, defuncto Epiſcopo, Iura Penſionarii pro tota penſione reviviſcunt* & n.10.

6 *Reductio penſionis perpetua non inducitur ex hoc, quod per organum Auditoris Papæ talem fuiſſe mentem Sanctiſſimi dicatur*, niſi Breve adſit.

7 *Amplia, ſi per medium Auditoris eadem mens ad tunc viventem Epiſcopum reſtricta probaretur.*

8 *Conventionalis Reductio penſionis, deficiente facto Papæ, ad Succeſſorem Eiſcopum non protenditur.*

9 *Amplia, ut etiamſi, Epiſcopali Sede vacante, eodem modo Penſio fuiſſet à Reverenda Camera perſoluta.*

11 *Penſionis ſolutio retardari nequit ſub prætextu inſufficientiæ redditnum, quæ per Teſtes pendente lite inductos, probetur.*

12 *Epiſcopus prætendens, menſæ fructus eſſe impares ſolutioni penſionum, in petitorio tantum, & non in poſſeſſorio hæc Iura debet experiri.*

DECISIO DCCLXXXVI.

RENuente moderno Epiſcopo Aſculano perſolvere integram penſionem ſcut.400.
impoſitam à ſan. mem Clemenre X. favore
Antonii Gabrielii, qui utendo facultatibus,
& privilegiis conceſſis conclaviſtis, illam pro
rata Ducatorum centum tranſtulit in Julium
ipſius filium, neceſsè habuerunt iidem Penſionarii
inſtare coram A. C. Cerro, nunc meritiſſimo
Collega noſtro pro omnimoda exequutione
litterarum Apoſtolicarum, iſtaque
in omnibus demandara, recurſum habuit
Epiſcopus ad Signaturam, & reportavit
Commiſſionem cum clauſula -- *Parito litteris
arbitrio Rotæ* -- Undè in ſequelam propoſito
per me in hodierna Audientia conſueto
dubio -- *An ſcilicet intret arbitrium &c.*
Domini, *non intrare*, reſponderunt.

Licet enim tutum ſit, arbitrium Juris ri-
1 gorem moderari, tamen æquè certum eſt,
illud ſemper ad Juris tramites regulandum
eſſe, & conſequenter, quod nunquam impediri,
ſeù retardari valeat litterarum Apo-
ſtolicarum exequutio, quatenus illæ ſunt
2 undique juſtificatæ, juxta inconcuſſam noſtri
Tribunalis ſententiam, de qua habetur *in
Monaſterien. Cappellaniæ* 25. *Novembris*
1711. §. *Sicuti enim coram Me, & in Alexanen.
Beneficii* 11. *Decembris ejuſdem
Anni* §. *Quoniam cor. R. P. D. meo Aldrovando*.

In præſenti autem nullatenus cadere poteſt
controverſia ſuper litterarum juſtificatione,
ſivè attendatur illarum qualitas, utpotè
quia fuerunt expeditæ in forma gratio-
3 ſa, quo caſu, abſque alia ulteriori verificatione
cenſentur juſtificatæ, *Rota dec.*340.
num 20. *coram Emerix Iun.*, *& in Colonien.
Canonicatus primæ gratiæ* 13. *Decembris*
2709. §. *Cum enim coram Me*; ſivè modus
conceſſionis, nàm emanarunt motu proprio
Summi Pontificis, in quibus terminis ceſſat
neceſſitas juſtificationis, per *Text. in cap. ſi
motu proprio de præbendis in ſexto*, *Gabr.
de probat. concluſ.2. nu.*55., *Rota coram
Pat. dec.*105. *lib.*3., *& dec.*259. *n.*2. *par.*9.,
*& dec.*93. *n.*24. *par.*10. *rec.*

Abſque eo quod prædicta valeant debilitari
ex adducta reductione conventa cum
duobus Epiſcopis anteceſſoribus, ubi repoſitum
dignoverunt Domini totum hujuſce
4 cauſæ momentum. Quandoquidem diſtinctè
examinantes utramque conventionem, exiſtimarunt,
penſionarios nullo modo ſibi præjudicium
intuliſſe, quin cum moderno Antiſtite,
ejuſque ſucceſſoribus, jure, meritoque
ad integram penſionem agere poſſint.

Et ſanè quantum attinet ad reductionem in
ſcutis centum practicatam favore Epiſcopi
Padulphi, utique ex iſta Penſionarii Jus
ſuum haud quaquam amiſerunt, nam illa ex-
5 pleta fuit cum expreſſa proteſtatione, quod
exindè non intelligeretur præcluſa via conſequendi
integram penſionem reſervatam
adverſus menſam Epiſcopalem, & ſucceſſores
Epiſcopos, quodque huiuſmodi reductio,
& condonatio habenda eſſet tamquam perſonalis,
atque reſtricta ad ſolam perſonam
Epiſcopi, & conſequenter ſi adeo aperte reductio
involuit perſonalitatem, non eſt cur
hodiernis temporibus Epiſcopus conetur illam
ampliare, ac extendere ad ſui favorem,
cum jam per mortem Epiſcopi Padulphi expiraverit,
ut generaliter tradunt præ cæteris
*Card. de Luca de Iur. patr. diſc.*2. *n.*3.,
*Sperell. dec.*35. *n* 32., *Rota coram Emerix
Iun. dec.*671. *num.*10., & in puncto latè *deciſ.*216.
*num.*28., *& ſeqq. coram Bichio*, ad
differentiam alterius caſus, quando penſio
fuiſſet realis favore quorumcumque ſucceſſorum
in Epiſcopatu, ut diſtinguendo caſus
reſpondit *Rota dec.*469. *à nu.*10. *uſque ad finem
cor. Buratto*.

Minime attento, quod præfata reductio
6 fuerit de Mente ſan. mem. Innocentii XI.
patefacta per organum bo. mem. Arrighi ſui
Auditoris, quoniam ex hoc neutiquam concluditur
realitas, ac perpetuitas reductionis,
nam præterquam quod ad iſtum effe-

ctum seclufo pacto pensionariorum, ut firmat *Rota dec 528. per tot. coram Durano*, opus fuisset novo Brevi, seù Bulla derogatoria præcedentis, *Cobell. ad Bull. Bon. Regiminis num.1. Gloss.1. cap.6. num.13.*, *Rota in Forolivien. Commendæ 5. Maii 1705. cor. Reverendissimo Kaunitz Episcopo Labacen.*, tantum abest Summum Pontificem voluisse perpetuis futuris temporibus reductionem
7 pensionis, quod imò è converso mediante interpositione sui Auditoris exoptare demonstraverit simplicem, & meram remissionem personalem, prout convincitur ex supradicta restrictiva protestatione comprobata ab eodem bon. mem. Arrigo, qui procul dubio uti conscius Pontificæ voluntatis, se se ab approbatione abstinuisset, ut patet ad sensum.

Quo vero ad alteram reductionem factam favore Episcopi Bonaventuræ, minor apud Dominos fuit dubitatio, quia, & in illa
8 concurrit eadem conventio, & protestatio, quod censeretur condonatio restricta ad solam personam Episcopi, cumque non intervenerit ullum factum Summi Pontificis, remanet exclusa quæcumque prætensio quoad continuationem ejusdem reductionis, itaut tanto fortius omnia recurrant ad submovendum objectum ex hac desumptum, quæ supra fuerunt ponderata §. *Et sane*, inutiliter hic non repetenda.

Nec vim conventionis augeri posse putarunt Domini, ex quo pensio sic reducta, fue-
9 rit etiam Sede Episcopali vacante à Reverenda Camera Apostolica in præfata summa soluta, quoniam omissis aliis, satisfecit responsio, quod talis solutio erat in allegabilis ad effectum de quo agitur, dum nec etiam accipi poterat in linea observantiæ interpretativæ, quæ contra claram, & apertam restrictionem reductionis ad certas personas minime admittitur, *Lotter. de re benef. libr.1. quæst.39. num.229.*, *Gratian. discept. 560. num.15.*, *Rota in dicta Monasterien. Cappellaniæ 25. Novembris 1711. §. Et hac coram Me*, prout quoque ex eadem incon-
10 trovertibili conventione restricta, & limitata, cessare visa sunt Dominis quæcumque argumenta, quæ in contrarium adducebantur, & præcipue illud depromptum ex reservatione Jurium contra alios pensionarios, quæ sicuti potuit provenire, vel ad majorem Cauthelam, vel ob timorem, quod forsan assumeretur iis super insufficientia reddituū, non erat trahenda ad subversionem restrictivæ reductionis, nimis enixè, & apertè in Instrumentis appositæ, in qua fine difficultate fuerunt reservata Jura pro integra pensione contra mensam, & successores in Episcopatu, juxta notorias regulas, de quibus *Rota dec.1220. nu.4.*, *& dec.1273. n.5. cor. Emerix jun.*

Attestationes tandem, quæ afferebantur
11 ad probandam tenuitatem reddituum Mensæ Episcopalis in nihilo deservire posse crediderunt Domini; nàm in primis sunt informes pendente lite explicatæ, & contra laudabilem stylum Tribunalis nunquam productæ, atque in omnem casum minime applicantur hodiernæ controversiæ fundatæ in reductione. Undè si Episcopus contendit fru-
12 ctus Mensæ Episcopalis esse Insufficientes, agat in suo congruo, & particulari Judicio ex motivo tenuitatis reddituum, utendo Juribus sibi competentibus vigore novæ conciliaris dispositionis *sess.24. cap.13. de reformation.*

Et ita, utraque &c.

CALARITANA CAPPELLÆ

Mercurii 14. Junii 1713.

ARGUMENTUM.

Administratores unius Ecclesiæ, si eam pro nova constructione demoliantur, & in ea adsit de alterius particulari Dominio Sacellum, quod simul cum ipsa destruatur, istius prætium Domino restituere tenentur, ac Sacra Suppellectilia.

Sacelli Dominium ab Ecclesia independenter, quomodo in antiquis probetur?

SUMMARIUM.

1 *Cappella de particulari Dominio alicujus, si devastetur ob renovationem Ecclesiæ, illius Dominus omnia vasa sacra, illiusque Suppellectilia readipiscitur.*

2 *Dominium in antiquis ex conjecturis, adminiculis, & indiciis simul unitis desumptum, plenissime probatur.*

3 *Dominium ex longevo possessione de ore Testium formiter repetitorum deprompta, satis, superque probatur.*

4 *Dominium Cappellæ, ex retentione clavium illius Cancellorum, ac remotione istorum, quam dominus fecisset, concludentissimè probatur.*

5 *Dominium Sacelli ex reaptationibus, ac expensis pro illius manutentione, quas Dominus faciat, probatur.*

6 *Onus restaurandi Cappellam illius Dominum sequitur.*

7 *Dominium Cappellæ ex perceptione, & libero eleemosinarum usu probatur.*

8 *Cappellæ Dominium particulare independenter ad Ecclesia non excluditur, ex quo per istam ad illam pateat aditus in renovatione Ecclesiæ contractus, præsertim si idem aditus antiquitus ab illa disjunctivè patuisset.*

9 *Cappella ad cujus universitatem pertineat, ut demonstretur, multum defertur invocationi illius Sancti, sub qua fuit erecta.*

10 *Amplia: Etiam ex stipendio, quod Dominus Cappellæ inservientibus persolvit.*

11 *Subamplia, si Dominus contractum perpetuum de illa explevisset.*

12 *Actus possessorii longa annorum serie continuati, ad Ius familiaritatis nunquam reducuntur.*

13 Ius

13 *Jus Patronatus ad Altare majus Ecclesiæ tantum restrictum, ad cetera Sacella non extenditur.*

14 *Prætium Sacelli pro reędificatione Ecclesię devastats, domino restituendum est.*

15 *Situs ubi constructum reperiatur Oratorium, sive Sacellum, si pertineat ad aliam Ecclesiam, & in solutus reperiatur, semper remanet in dictæ Ecclesiæ Dominio.*

16 *Suppellectilia particalaris Sacelli ab ejus Ministris semper conservata, nunquam dicuntur de Dominio Ecclesiæ illud continentis.*

17 *Correspectivo deficiente in materia contractuum, corruit omne id, quod illius intuitu fuit promissum.*

DECISIO DCCLXXXVII.

AMpliationem propriæ Ecclesiæ, quam meditabantur PP. B. Mariæ de Mercede Civitatis Calaritanæ executioni demandare cupientes, vetus ejusdem ædificium Solo ęquare cæperant, quamobrem Societas Physicorum, & Chirurgorum d. Civitatis possidensin eadē Ecclesia Cappellam, una cum Oratorio sub Invocatione SS. Cosmæ, & Damiani, manutentionē expostulavit in illorum possessione coram Vicario Generali, votique compos fieri obtinuit.

Delata Controversia ad A. C, per modum provisionis demandata fuit æstimatio d. Cappellæ, & Oratorii, ac PP. facta obligatione solvendi eorum pretium, prout de Jure, reportarunt facultatem continuandi jam ceptā demolitionem. Assumptaque post modum discussione meritorum coram eodem A. C., condemnati fuerunt PP. prædicti ad solutionem prætii Cappellæ, & Oratorii, nec non ad restitutionem Iconis, Statuarum, Supellectilium, Argentorum, ac demum capitalis librarum 300., quas Societas assignaverat PP. ut Cappellæ, & Oratorio assistentiam præstarent. Cum autem intra legitima tempora omissa fuerit appellationis prosecutio, hinc ad normam commissionis mihi directæ disceptandum hodie proposui consuetum dubiū, & DD. attenta validitate, ac Justitia præcedentis Sententiæ pro Informante respondentes -- *constare de re Judicata, non autem de Causis restitutionis in intergum* censuerunt.

Justitia enim, cum validitatem præseferat actorum revolutio, clarè emergere visa est
1 ex eo, quod constito de Societatis dominio quoad Cappellam, & Oratoriū, ceterasque res annexas, utique in ejus sequelam Juri omninò consona reputanda venit condemnatio PP. ad reficiendum eidem Societati illorum pretium, & restituenda omnia superius expressa, ad *Text. in l. 2. C. de rei vindic, & §. cum suo Instit. de rer. divis., Cyriac. contr. 310. à num. 21., seqq. Panimoll. decis. 26. annot. 2. num. 21., & 22., Rota in Caven. Molendinorum 20. Martii 1711. §. finali coram R. P. D. meo Crispo*. Hujusmodi verò domi-
2 nium distinctè agendo, respectu Cappellæ, satis superque comprobatur ex pluribus adminiculis, conjecturis, & indiciis, quæ simul juncta, perfectum probationis gradum constituere debent in hypothesi, in qua agitur de re antiquissima, ne alias probatio Dominii, quæ semper difficillima est, Injuria temporis impossibilis reddatur, juxta montiū *Text. in l. Iudicia c. de rei vindic., Rot. decis. 100. num. 6. cor. Bich., & coram Cerr. decis. 653. n. 10., & latè in Herbipolen. Monasterii 17. Junii 1709. §. Ex quibus cor. bo. me. Caffarello, & 27. Junii 1712. §. Idque gemina cor. R. P. D. meo Ansaldo, & 8. Maii proximè præteriti §. Quibus constabilitis coram Me.*

Et sanè inter plura argumenta, quæ resul-
3 tant ex depositionibus Testiū formiter examinatorum, primo loco arrisit DD. illud ductum ex longeva, ac nunquam interrupta Societatis possessione, cujus initium cum memoriam præfatorum testium, eorumque majorum excedat, nemo non videt quantum conferat ad concludendum Dominium, ut inquit Speculator *par. 2. tit. de primo decreto §. Restat. num. 7., quem. sequit Bald. in l. 1. n. 3. in fin. ff. famil. Ercisc., Mascard. de probat. concl. 540. num. 23., Rota decis. 566. num. 6., & 10. par. 18 rec., & in Placentina prætensæ collegialitatis 20. Junii 1695. §. Quoniam coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore.*

Adaugetur qualificatæ hujus possessionis pondus, & robur, tum quia Confratres pri-
4 vativè semper retinuerunt claves Cancellorum dictæ Cappellæ, tum quia successivè eosdem cancellos absque ulla PP. contradictione inde amoverunt, ac etiam pro libito alienarunt; privata enim clavis retentio non obscuram dominii notam præsefert, ad *Text. in l. Clavibus ff. de Contrahen. Empt., Mascard. de probat. conclus. 298. à num. 1., & seqq., Rota decis. 82. num. 5. par. 18. rec., & decis. 1311. num. 5. coram Emerix Jun.*, prout quoque libera dispositio circa rem, seù partem rei de qua queritur, *Honded. cons. 84. num. 13., & seqq. lib. 2., Rot. cor. Coccin. decis. 1708. num. 4., & in rec. dec. 633. num. 5. par. 3.*

Validius in assumpti comprobationem col-
5 limant geminæ urgentissimæ circumstantiæ, altera nempe quod iidem Confratres propriis semper sumptibus ornatus, & instaurationes Cappellæ expleverunt, pararuntque in dies omnia pro ejusdem manutentione necessaria, quibus sanè expensis non ita de facili, tantaque liberalitate sese subjecissent, nisi illius Dominium ad ipsos specta-
6 ret, cum hujusmodi onera Dominium, & Patronum sequantur, *l. ex conduct. 16., ibique Glos. in verb. reficit ff. Locat., & conduct., Pacion. de Locat., & conduct. cap. 34. §. Primo à nu. 1. cum seqq., Ventrigl. in prax. par. 2. annot. 19. §. Unico num. 33., Rota in Salernitana Alimentor. 11. Junii 1712. §. Rursus coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore.*

Altera vero, quod omnes Eleemosinæ, &
7 oblationes, quibus ex Christifidelium pia-

largitate pro tempore ditata extitit Cappella, nedum independenter administratæ verum etiam in usus sibi benevisos per Societatem erogatæ fuerunt videntibus, & nunquam reclamantibus PP., adeout ex his in aperto quodammodo constituatur illius proprietas, & Dominium penes Societatem, nam aliàs omni Jure præfatas obventiones vindicare poterant PP., utpote Ecclesiæ Rectores, *Fagnan. in cap. Pastoralis de his, quæ fiunt. à Prælat. à num. 24., & seqq., Donat. in praxi. quæst. regul. tom. 1 2. tract. 13. quæst. 24 n. 10., R.P.D. Petra in coment. ad constit. Apost. tom. 2. ad Constit. 1. Anastasii IV. sect. 2. à num. 43. cum seqq., Rota in Perusina Præeminentiar. 2. Decembris 1711. §. id ipsum cor. R.P.D. meo Ansaldo*,

Ejusdéque relevantiæ apparuit animadver-
8 sio, quod licet hodie post constructionem Oratorii per solam Ecclesiæ Januam pateat aditus ad Cappellam, nihilominus priscis temporibus hæc particularem, & omnino separatam Portam habebat, quæ quidem independentia notabilitèr excludit PP. dominium, illudque confirmat favore Societatis, *Francesc. de Eccles. Cathedr. cap. 25. nu. 185., Rota in Hispalen. Supellectilium 28. Novembris 1701. §. Neque cum seqq. cor. Emo Card. Priolo*.

Hæc omnia ex præfatis testibus de prom-
9 pta, robustiores vires assumunt, tum ex quo sæpedicta Cappella erecta sub titulo, & Invocatione SS. Cosmæ, & Damiani juxta Institutum, quod profitetur Societas, cujus propterea sumptibus illa ædificata præsumitur, ut generalibus omissis, in his terminis advertit *Ricc. in prax. for. Eccles. tom. 3. resolut. 133. num 4.*

Tum ex dicto Instrumento anni 1586., in
10 quo Confratres sese obligarunt persolvere PP. annuum stipendium, & de facto eisdem assignarunt capitale librarum 300. ad hoc, ut assistentiam, & famulatum cappellæ subirent; hujusmodi enim stipendium nullo modo compatitur cum dominio à PP. prætenso, quia nemo prætendere valet mercedem pro servitio in re propria præstito, *leg. 1. in fine cod. mandati, Zabc. de salar. quæst. 51. n. 33., Rota dec. 70. num. 6., & 7. par. 18. Recen., & in Alerien. pensionis 14. Januarii 1710. §. Ast in presenti coram R.D. P. meo Ansaldo*.

Tantoque magis, quia dicta assignatio, &
11 correspectiva promissio concepta fuit cum clausulis, perpetuitatem ex utraque parte importantibus, ideòque clare infertur Confratres possidere Cappellam Jure dominii; secus namque contractus initus fuisset ad tempus, donec scilicet in eadem Cappella permansisset Societas, ut de se patet, & conferunt deducta *in dicta Hispalen. Monasterii 27. Junii 1712. §. Cospirante coram R.P. D. meo Ansaldo*.

Constabilito ex his omnibus simul junctis dominio Societatis, frustra in præcedentibus instantiis recurrebatur ad possibile jus fami-
12 liaritatis; multiplicitas quippe, & qualitas actuum adeo longa temporum serie pacificè continuata, indubitantèr protenditur ultra terminos simplicis permissionis facultativæ, *Rota coràm Bichio decis. 543. à num. 8., & seqq., & dec. 397. num. 3. par. 2. Recen., & in Mantuana Bonorum 7. Maii 1708. §. Quod autem coram R.P.D. meo Aldrovando; & in Perusina Præeminentiarum 2. Decembris 1711. §. Excusatio cor. R.P.D. meo Ansaldo*.

Sicut etiam corruit objectum alias desumptum ex donatione Regis Aragoniæ facta
13 favore PP. de anno 1636., quia Regius donans declaravit ad se spectasse tantummodò Juspatronatus quoad Altare Majus, quæ profecto juris limitatio ad certum Altare, excludit cæteras Ecclesiæ Cappellas, *ad Tex. in cap. Pastoralis de donat., ibique gloss. in verb. tuum, Lambertin. de jurepat. lib. 1. par. 2. quæst. 1. art. 9. à num. 18., & seqq.*

Atque hæc quoad dominium Cappellæ; super dominio autem Oratorii parum immorandum esse censuerunt DD., nam ut deponunt supradicti testes, & constat ex redditione rationum facta per ministros Societatis de anno 1675., & computis ibidem insertis illud ædificatum fuit propriis sumptibus So-
14 cietatis, cui propterea solvendum venit ejusdem pretium, *ad Text. expressum in can. Monasterium 16. quæst. 7., Rota cor. Coccina dec. 1900. num. 2., & dec. 550. num. 1. part. 1. diversi*.

Haud attenta prætensione alias promota, quod dicti Oratorii ædificium cesserit Solo spectanti ad Ecclesiam, hæc enim regula locum sibi non vindicat, ubi res est de ædi-
15 bus sacris, solumque PP. prætendere possent pretium situs, super quo constructum extitit Oratorium, quoties concludenter probarent illud ab initio persolutum non fuisse, *Altograd. cons. 10. à num. 30. tom. 2., Rota cor. Ubaldo dec. 352. num. 17. repetit in Recen. dec. 308. num. 6. part. 4. tom. 1.*

Quemadmodum etiam facili negotio absoluta fuit inspectio, quoad restitutionem argentorum, cœterarumque supellectilium, nam illa pro majori parte comparata justificantur propriis pecuniis Societatis, & tamen ad effectum de quo agitur, excludendi nempe quodcumque Jus PP. satis est, quod
16 omnes prædictæ res permanserint semper sub particulari custodia, & cura Confratrum, eisque semper Societas liberè, & independentèr usa fuerit, ex præcisè animadversis *per Tondut. quæst. benef. tom. 1. cap. 43. num. 1., Rota in Hispalen. supellectilium 28. Novembris 1701. §. Verum domini coram Emo D. Cardinali Priolo*.

Et tandem patens est Justitia rei judicatæ respectu ad resolutionem supradicti contractus, & Instrumenti, in quo per Confratres facta fuit assignatio librarum 300 intuitu obligationis à PP. suscepta præstandi assistentiam, & famulatum in dicta Capella, eo ipso si quidem, quod ex eorumdem facto deficit causa

17 causa finalis consistens in promisso servitio, & assistentia, consequens est, ut cessare debeat correspectiva dicti stipendii assignatio, *Rota coram Priolo dec. 358. num. 12., & dec. 90 num. 40. part. 10. recen., & in Lucana Livelli 9. Maii 1707. §. E converso cor. R. P. D. meo Ansaldo, & 27. Junii 1712. §. Et sane coram Me.*

Et ita altera tantum &c.

REATINA FIDEICOMMISSI DE SEVERIS SUPER FRUCTIBUS.

Mercurii 14. Iunii 1713.

ARGUMENTUM.

Fructus Prædiorum debiti à die motæ litis, ad rationem scutorum 3. pro quolibet centenario justè taxantur.

Electio tertii Periti, quando concedatur, & quandò Judicis Arbitrium ad ulteriores resecandas expensas, in liquidandis fructibus operetur.

SUMMARIUM.

1 *Fructus in genere restituendi veniunt à die motę litis.*

2 *Fructus percepti post productionem Jurium, si sint restituendi, dicuntur sub mala fide collecti, & exacti.*

3 *Liquidatio fructuum in probationum anfractu, Judicis arbitrio defertur.*

4 *Amplia, si partes hinc inde sibi facultatem reservassent circa pinguiores fructuum perceptionis probationem.*

5 *Liquidatio fructuum ad rationem scutorum trium pro centenario justa reputatur.*

6 *Reservatio facultatis probandi fructus fuisse majores, nullam liquidationem parit.*

7 *Liquidatio fructuum facta à duobus Peritis, appellationem ad tertium non meretur.*

8 *Tertius Peritus datur pro liquidatione fructuum*, sed collige casum.

9 *Liquidatio fructuum, licet facta sit à Perito Compromissario, reductionem tamen semper arbitrio boni Viri subire potest.*

DECISIO DCCLXXXVIII.

POST quatuor sententias, quibus concessa fuit immissio ad Tenutam *di Selva Rotonda* Fratribus de Severis, opus habuerunt isti in ejus sequelam assumere quæstionem cum Bartholomeo, & aliis de Vecchiarellis succumbentibus super liquidatione fructuum, qua examinata coram R. P. D. meo Falconerio sub die 30. Januarii 1711., resolutum fuit *fructus esse liquidandos, & respectivè compensandos, & constare de credito juxta modum in decisione expressum*, fuitque subinde ad normam decisionis causa expedita mediante relaxatione mandati, sed in gradu ulterioris instantiæ revocatis ad trutinam fundamentis decisionis, quæ de more præcessit mandatum Rotale, placuit DD. illam in omnibus approbare, atque ad novam causæ expeditionem devenire, quibus Judicatis adhuc non acquiescentes Vecchiarelli, obtinuerunt à Signatura committi causam cum clausula -- *Alteri qui ad legitimam* -- Unde consequtivè ad illam commissionem mihi directam, dedi in hodierna Audientia consuetum dubium, & à DD. habui responsum -- *Procedendum esse ad legitimam*.

Validitate enim non controversa, & quæ
satis ex actis colligitur, DD. quantum attinet
ad justitiam, existimarunt de illa du-
1 bitari non posse, cum posita incontroverti-
bili necessitate persolvendi, seu restituendi
fructus, isti procul dubio debiti essent à die
motę litis, videlicet a die 29. Maii 1666.,
quo tempore, stante productione jurium,
2 fuerunt rei conventi positi in mala fide, quę
est impeditiva acquisitions eorumdem, ut
latè in decisionibus utriusque præcedentis
instantiæ, in quibus omnia ad exuberantiam
submoventur, quæ in contrarium pro partę
illorum de Vecchiarellis inculcabantur.

Prout etiam visum fuit DD., quod liqui-
datio fructuum æqua lance determinata, ad
effectum, ut admittenda esset compensatio
favore Bartholomæi, & aliorum de Vec-
3 chiarellis omni jure subsistat, ex quo in an-
fractu probationum liceat Judici statuere
quantitatem sibi magis bene visam, per ea,
quæ habentur in decisione R.P.D. mei Fal-
conerii §. *Quo vero, confirmata in alia in-
stantia cor. R.P.D. meo Ansaldo*, maximè
4 quando, ut in hypothesi reservata fuit fa-
cultas utrique parti probandi pinguiores
fructus, qui si quoad Prædium *delle Trivii*
uberiores huc usque non fuerunt probati, si-
bi imputent Vecchiarelli nimis protrahen-
tes rerum suarum expeditionem.

Absque eo quod DD. demoveri potuerint
à capienda prædicta resolutione ab iis, quæ
in contrarium deducebantur, quandoqui-
dem cum Severi non impugnent demanda-
tam compensationem juxta calculum exara-
tam in decisione primæ instantiæ, in quo
5 hinc inde calculabantur fructus ad rationem
trium pro 100., utique nullatenus erat per-
mittendum Vecchiarellis compensationem
in majori quantitate in hisce terminis præ-
tendere, nisi quoties concludentem proba-
tionem pinguioris redditus incontinenti at-
tulissent, ne cæteroquin contra omnia Juris
principia creditum liquidum, & quidem à
duobus judicatis canonizatum retardaretur
ab illiquido.

Non obstante, quod vigore reservatio-
nis enunciatæ in decisione R.P.D. mei Fal-
conerii licitū esset illis de Vecchiarellis no-
vas probationes facere circa quantitatem
fructuum d. Prædii *delli Trivii*, quodque
dependenter ab ista facultate jàm iisdem
concessa fuerit à nostro Tribunali electio Pe-
riti, nam in primis, ut supra etiam insinua-
tum fuit, hujusmodi reservatio non reddit
liquidum, quod illiquidum est, solumque
6 præbet aditum ad novas probationes facien-
das, quæ revera dum illas satagerunt Vec-
chiarelli explere, magis magisque invol-
vun-

vuntur ob Peritorum dissonantiam, atque discordiam, ut proinde facto loco tertio
7 Perito non veniat indulgendum iisdem reis conventis sub hoc prætextu causam perpe-
8 tuare, sicuti revera contingeret, si appellatio interponeretur à relatione istius tertii Periti, prout de jure permissum est, *Rota dec. 290. n. 5., & seqq. p. 14. rec.*, ubi etiam in fortioribus terminis tertii Periti compromissarii firmatur, quod adversus hujus relationem dari valet reductio ad arbitrium bo-
9 ni Viri.

Quæ omnia potissimum veniunt admittenda, quia Sacra Rota quando concessit electionem Periti ad constabiliendos fructus Predii *delli Trivii*, nec etiam absolutè hoc facere voluit, sed addita clausula -- *non retardato cursu causę* -- Unde fortius ad evidentiam ostenditur id, quod etiam de jure inerat, ut patet ad sensum.

Cæterum in omnibus DD. approbarunt firmata in antecedentibus decisionibus, sese remissivè ad illas habendo, & quas repetere unica parte informante inutile reputarunt.

FAVENTINA FIDEICOMMISSI DE PASIIS.

Lunæ 29. Junii 1713.

ARGUMENTUM.

Hæc decisio est confirmatoria præcedentis sub die 17. Februarii 1713., ubi fusiùs habes argumentum.

Mulier hæres usufructuaria in Fideicommisso à Viro scripta, quæ mutianam non præstiterit cautionem, & ad secunda vota pertransiverit, Fideicommissum ex juribus filii instituti præmorientis, sibi non adipicitur.

SUMMARIUM.

1 *Substitutio extranei, sive consanguinei, quando est restricta ad casum, quo institutus in pupillari ætate decederet, expirata dicitur, si iste pubertatem excedat.*

2 *Fideicommissum non extenditur ad plures gradus substitutionum, etiamsi arctissimam alienandi probibitionem secum ferret, ut bona in familia conserventur, quando ad casum mortis instituti in pupillari ætate coarctatur.*

3 *Amplia, si verba perpetuitatem denotantia deficiant.*

4 *Fideicommissum in matrem instituti, qui pubertatem excessit non transit, quotiescumque illa sit hæres usufructuaria, cautionemque mutianam non prestitisset*, & num. 10.

5 *Cautio mutiana non suppletur per Mulierem, ex quo jure jurando secundis nuptiis renunciasset, nec potest Filii tutelam tali casu exercere, nec hæreditariam induere qualitatem*, & num. 7.

6 *Mulier si velit Filii tutelam assumere, debet priùs omnibus interesse habentibus notificare se paratam ad cautionem mutianam præstandam, & adquid in aditionis actu teneatur.*

8 *Mulier non admittitur ad talem cautionem juratoriam, nisi prius ejus præcesserit juramentum, quod tales Fidejussores non invenisset.*

9 *Cautio mutiana omninò præstanda est per Mulierem, si agatur cùm filio hærede proprietario.*

11 *Mulier ad Filii successionem ob non præstitam talem cautionem non admissa, ex eodem jure qualitate illius hereditaria se nequit induere.*

12 *Reciproca semper de sui natura caequalem titulum requirit in illis, qui istius virtute equaliter in defunctorum portionibus succedunt.*

13 *Sententię, & decisiones in possessorio mero emanatę statum non faciunt prò petitorio, & quę resolutiones, quoad istum attendantur*, & vide num. 15.

14 *Judicium possessorium secum fert, ut donec petitorium discutiatur, possessor manutenendus sit.*

16 *Fidecommissum, ut dicatur expiratum, observantię multum defertur, & ex quibus ista ervatur* num. sequenti colliges.

18 *Allegatio unius transactionis tantùm sequtę, ad perpetuitatem Fideicommissi probandam, aliis quam plurimis in contrarium resistentibus, non operatur*, & hic rationem collige.

19 *Transactiones à sententiis interpretationem accipiunt, quando originarię pretentioni adversantur.*

20 *Amplia si in illis transigentes de Fideicommissi perpetuitate, nec verbum quidem fecissent.*

21 *Inverisimilitudini in terminis transigentium mentis interpretandæ multum defertur.*

DECISIO DCCLXXXIX.

NOvo in præsentiarum instituto examine de iis, quæ cor. Me sub die 17. Februarii prox. preteriti firmata fuerunt, DD steterunt in decisis, cum existimaverint terminationem fideicommissi Annibalis ab Equite Joanne Francisco in hoc præventivo Judicio acriter impugnatam, undequaque subsistere.

Et sanè retenta facti serie in decisione, quę revidetur jàm exposita, visum fuit DD., quod ex illis verbis -- *post mortem Terentii,*
1 *& Camillę alio filio masculo superexistente, vel superstite, & in pupillari ętate decedente eidem, vel eisdem substituebantur patrueles* -- satis superque comprobatum remaneret, fideicommissum esse restrictum, & limitatum ad præcisum casum, quo filius superstes, qui fuit Bartholomæus in pupillari ætate decederet, itaut illo prædictam ętatē excedente, prout evenit, substitutionem expirasse deprehenderetur, & nullo modo illam ampliandam esse ad terminos diversæ, atque distinctę substitutionis, contra regulam

in Jure

in Jore, & apud omnia Tribunalia receptam, de qua preter generaliter deducta io mea decisione §. *Cum enim*, precisè in presenti hypothesi *Rota dec.*136., *& dec.*473. *par.*4. *diverf. repetit. dec.*19. *par.*1. *rec.*

Minime attentis iis, quæ in contrarium lato calamo repetebantur; quandoquidem præmisso, quod in antiquis decisionibus citra difficultatem fuit discussa quæstio respiciens controversum articulum durationis, vel terminationis fideicommissi, quodque *in dec.*136. *coram Coccin.* incidenter tantum supponitur existentia illius fideicommissi, dum alii erat termini controversiæ tunc tem-
2 poris examinatæ, adhuc Dominis constitit nullatenus admitti posse pro inducenda extentione fideicommissi digressus forsan ad plures gradus substitutionum, necnon strictissimam prohibitionē alienationis, superaddita ratione, ut bona manerent in agnatione, & familia de Pasis &c. quia cum hæc omnia omnimodam dependentiam habere dignoscantur à principali dispositione coarctata, atque restricta ad casum mortis in ætate pupillari, utique ad limites ejusdem
3 veniunt intelligenda, neque ullo modo, deficientibus præsertim verbis perpetuitatem demonstrationibus, trahi possunt ad novum, & odiosum gravameo fideicommissi, *Dec. in celebr. conf.*636., *Rota in Romana fideicommissi* 8. *Junii* 1705. §. *Alii autem cor. clar. mem. Card. Caprara*, *& in confirmatoria* 11. *Januarii* 1706. §. *Concomitantibus coram R.P.D. meo Ansaldo*, & latè *in decis. quæ revidetur* §. *Absque eo quod.*

Prout itidem Domini putarunt insubsistens fundamentum desumptum ex persona Camillæ Matris, eteoim non omisso, quod Camilla iodubitanter ex hac vita migraverat, dùm io nostro Tribunali de an.1582. & 1588. firmatum fuit fideicommissum haud amplius extare, certum videbatur, quod etiamsi de illius supervivientia constaret, adeout esset procedendum cum suppositis, quod scilicet stante ejus supervivientia fideicommissum io illa debuisset consolidari, non obstante majori ætate Bartholomæi, adhuc
4 ipsa nullum Jus habere poterat quoad fideicommissum de quo agitur, nàm ex quo transiit ad secunda vota, & omisit cautionem Mutinam oecessario præstandam ab hærede usufructuario, se se incapacem reddiderat, neque amplius ad hæreditatem aspirare valebat, *Text. est exprest. in auth. cui relictum C. de indict. viduit. tollen.*, ibique notant *Bald. num.*6., *Saliect. colum.*2. *vers. quera an prædictum*, *Gratian. discept.*683. *nu.*20., *& seq.*, *Sperell. dec.*155. *num.*29., *&* 30., *Rota dec.*746. *cor. Coccin.*, *& dec.*241. *n.*39. *par.*5. *rec.*, aliique congesti *in mea decione* §. *Quinimò*.

In nihilo refragante, quod Camilla hæ-
5 reditatem adierit, atque filii tutelam susceperit renunciando medio juramento secundis Nuptiis, quooiàm statim in comperto fuit ex, hujusmodi actu malè deduci adimplementum legalium sanctionum exigentiū cautionem Mutianam, quia si Mulier, & Mater tutelam filii exercere volebat, procul dubio secundis nuptiis renunciare tenebatur, ut moderato antiqui Juris rigore, quo Mater à Tutela arcebatur, disponitur in *Auth. Matri*, *& Aviæ Cod. quando Mul. tut. off. fung. poss.*, & tradunt *Montan. de Tut. cap.* 15. *n.* 51., *Guttier. de tutel. p.* 1. *cap.* 8. *n.* 24., *& seqq.*, *Grat. discept.* 668. *n.* 11., *Rota in Hydruntina manutentionis* 4. *Julii* 1704. §. *Nullitas circa med. coram clar. me Card. Caprara*.

Verum si Camilla ex vi muneris suscipiendi, renunciavit cum juramento secundis ouptiis non exinde sequitur præstasse cautionem Mutianam requisitam ad hoc, ut quali-
6 tatem hæreditariam induere posset, cum hæc inter se distincta sint, & cautio Mutiana exigeret, quod prius facta denunciatione omnibus interesse habentibus, ista Mulier protestaretur se paratam esse cavere, *ad text. in l. Mutiana ff. de condit.*, *& demonstrat.*, quo expleto adiret, ac in eodem actu aditionis expresè, & formaliter cautionem fidejussoribus datis præstaret, promittendo in casu contraventionis se restituturam esse bona cum fructibus, quotiès ageretur de re immobili, rem ipsam autem si inter mobilia connumèraretur, & extaret, aliàs illius æstimationem, *Bald. in d. auth. cui relictum n.* 20. *Cod. de indict. viduit. tollen.*, *Imol. in d. l. Mutiana ff. de condit.*, *& demonstrat.*, *Tondut. resol. civil. p.* 2. *cap.* 157. *num.* 5., *Maur. de fidejuss. cap.* 14. *n.* 7., *Camarell. de legat. lib.* 12. *titul. de caut. Mutian. nu.* 11. *fol. mihi* 740., *Sperel. dec.* 159. *in princ.*, *Rota cor. Coccin. dec.* 1813. *n.* 42., *& coram Emerix jun. dec.* 745. *n.* 9.

Quæ tanto magis Domioi dixerunt esse
7 admitteoda, oam juramentum præstitum ad suscipieodam tutelam coosiderari haud poterat proficuum pro re, de qua est quæstio, quia semper digooscitur id factum fuisse nullo Juris ordine servato, quo cautum
8 habetur mulieri oon esse permissum ad juratoriam devenire cautiooem, nisi prius juraverit, fidejussores reperire oon posse, ad ootata per *Gloss. in l. prima verb. fidejussor. vers. si autem ff. qui satisdare cog.*, *Jason. in dict. auth. cui relictum n.* 9., *Soccin. fen. cons.*231. *colum.*2. *vers.*3. *confirmatur lib.*2. *Spadaz. Theatr. viduil. disquisit.* 51. *n.* 61., *& seqq.*, latè *Gail. observ.* 47. *n.* 8. Maximè
9 quia hic res est non cum legatario simplici, sed cum herede proprietario; in istis siquidem terminis omninò requiruntur fidejussores pro forma, juxta præcitatum *text. in l. Mutiana ff. de condit.*, *& demonstrat.*, atque notat *Camarell. d. tit. de caut. Mutian. n.* 12. *vers. contractis nuptiis*, firmans hunc textum non esse correctum ab alio *text. in authent cui relictum*, qui io suis casibus dumtaxat obtinere debet.

Quin urgere potuerit replicatio, conditionem nempè viduitatis appositam esse

Ca-

Camillæ institutioni, non autem substitutio-
ni, proindeque non potuisse producere inca-
pacitatem adversus dictam Camillam super-
viventem, & venientem ex titulo reciprocę
substitutionis; Etenim, prætermisso, an re-
vera conditio vidultatis quemcunique casum
complectatur, & an reciproca subsistat res-
pectu Matris hæredis tantum usufructuariæ,
DD. satisfecit responsio, quod sicuti Camil-
10 iæ institutæ propter defectum cautionis
Mutianę, semper obstare poterat qualitas
hæreditaria, quam inducere nunquam va-
11 luit, ita etiam eidem substitutæ, rectè obii-
ciebatur defectus ejusdem qualitatis hære-
ditariæ, sine qua indubitanter, data quoque
subsistentia dispositionis post superventam
majorem ętatem Bartholomæi, Camilla ne-
quaquam aspirare poterat ad hęreditatem,
ex quo sublato in ipsa primo, & præcipuo
titulo hæreditario, utique subsequebatur,
nec eius favore potuisse locum sibi vindicare
consolidationem totius hæreditatis, dum re-
12 ciproca semper de sui natura requirit coę-
qualem titulum in illis, qui istius vigore
prędefunctorum portiones consequuntur, ad
Text. in leg jam hoc jure, ibique *Gloss. vers.
sola ff. de vulgar, & pupillar. substit., Fusar.
de substit. quæst.* 269. *num.* 2 *in fin., & quæst.*
472. *num* 18., *Rota cor. Merlin. decis.* 447.
num 4, *& decis.* 442. *num.* 7. *vers. Ea verò,
cum seq. par.* 4. *divers.*, *& in rec. decis.* 698.
num. 3. *par.* 1.

Parumque subinde profuit ad constabi-
lienda jura Camillæ allegare sententiam
prolatam de anno 1579. à clar. me. Card. Se-
raph prçviis de more decisionibus, ex qui-
bus apparet, tunc eidem fuisse concessam
reintegrationem ad bona libera Bartholo-
mæi filii, & manutentionem in bonis fidei-
13 commissariis Annibalis; quandoquidem
dicta sententia, & decisiones prodierunt in
mero judicio possessorio reintegrationis, ac
manutentionis cum expressa suspensione
petitorii, ut legitur in *decis.* 132. *in fine co-
ram Seraph.*, & consequenter, si nil actum
fuit circa vires fideicommissi, solumque jux-
ta naturam judicii possessorii, fuit habita in
consideratione simplex possessio, cujus vis, &
14 efficacia est, ut donec titulus examinetur,
possessor ipse sua possessione privari nō valeat
ex notissimis principiis, utique judicatum
Seraphini nequit allegari in comprobatio-
nem perpetuitatis fideicommissi, sed atten-
15 di debent resolutiones subsequentes nostri
Tribunalis, in quibus funditùs, & ex profes-
so articulus in petitorio extitit pertracta-
tus, atque definitus pro expiratione fidei-
commissi, & quas hodiernis quoque tempo-
ribus DD. omni jure subsistere agnoverunt,
ex rationibus hucusque deductis.

16 Quibus si addatur observantia summope-
re in hac materia fideicommissaria atten-
denda, ac pręsertim quando præ oculis ha-
betur in linea interpretativa, profectò DD.
arbitrati sunt rem præsentem vacare quoque
17 difficultate, super qua sanè observantia du-
bium evitari non poterat, cum ex pluri-
bus transactionibus, & potissimum ex divi-
sione facta de anno 1621. inter Auctores mo-
dernorum Colitigantium comprobetur, hęc
omnia bona Annibalis fuisse spatio plusquam
centum annorum tamquam libera considera-
ta, tum ponderato, quod transactiones ini-
tæ fuerunt, postquam bona erant jam in sta-
tu libertatis propter Rotales decisiones sic
decernentes, adeout ad illarum normam
illi actus facti præsumi debeant, tunc etiam
perpensis pręgnantissimis clausulis, quibus
eædem transactiones conceptæ leguntur,
quæque profectò, vel aptæ sunt libertatem
bonorum ostendere, vel saltèm illam ob
volitam remissionem fideicommissi induce-
re, ut latè dictum fuit in *decisione, quæ revi-
detur §. Quibus omnibus cum seqq.*

Absque eo quod prædicta turbentur à
transactione expleta de anno 1586. inter Al-
phonsum, & Julium filium Jacobi, cum quo
Alphonsus contendens fideicommissum An-
nibalis durare, promoverat litem in Rota,
cujus occasione editæ fuerunt decisiones ipsi
18 contraria, præfata namque transactio, quan-
tumvis habeat principium oriens ex pręten-
sione fideicommissi excitata per Alphonsum,
tamen nullatenùs valet præseferre confessio-
nem dicti fideicommissi, & recessum à reso-
lutis super ejus terminatione, ex quo semper
19 transactiones interpretationem accipiunt à
sententiis, & decisionibus, quando sunt con-
trarię originariæ prętensioni, ex firmatis in
mea decisione dicto §. Quibus omnibus.

20 Pręterim, quando in illis, ut hic, nullum
verbum legitur, importans contrahentes vo-
luisse bona hujusmodi onere esse subjecta,
sed potiùs plura concurrunt favore liberta-
ris bonorum, prout præ cęteris sunt recen-
sitæ effrenatissimæ clausulæ, & retorquetur
ipsamet circumstantia adducta pro duratio-
ne oneris, videlicet, quod Julio filio Jacobi
sola octava pars bonorum fideicommissario-
rum fuit assignata, & è converso septem por-
tiones assignatæ extiterunt Alphonso, qui
volebat durationem fideicommissi, quià ni-
21 mis inverisimile est, quod Julius, qui sata-
gebat bona vindicare ab onere fideicommis-
si, quique geminas reportaverat favorabiles
decisiones, voluerit supponere fideicommis-
so omnia bona, & octavam tantum portio-
nem ab Alphonso accipere, quando ipsi
quarta pars debebatur, ut proinde magis
magisq; dicendum esse putaverint DD., tran-
sigentes pro libertate bonorum stetisse, alia-
que jura pręter fideicommissum concordasse,
& quæ prius in litem deduxerant, sicuti sub-
secuta observantia demonstravi, *leg. quædam
in princ. ff. de reb. dub.*

Et ita utraque &c.

ROMANA

ROMANA EXPURGATIONIS FOVEI.

Lunæ 19. Junii 1713.

ARGUMENTUM.

Expurgatio Fovei non manufacti pro rata unicuique tangente, est à compossessoribus vicinorum prædiorum facienda. De differentia istius à foveo manufacto, ad quid fundi inferioris domini, & ad quid superioris teneantur, in quo casu, ac de diversitate rationum, & quid de stylo artis Agrariæ Urbis?

SUMMARIUM.

1 *Foveus expurgandus est pro rata à possessoribus prædiorum adjacentium de jure communi*, & n.5.

2 *Prædium inferiùs patitur servitutem recipiendi aquas, sed non adstringitur illius Dominus onera refectionis aggerum ferre, secundum dispositionem juris.*

3 *Foveus, qui aquas inferioris fundi non recipiat, istius Dominum non obligat ad expurgationem.*

4 *Foveus manufactus ad utilitatem tantum fundi superioris similiter sic se habet.*

5 *Foveus non manufactus pro rata dominii super prædiis adjacentibus, est à Convicinis expurgandus.*

6 *Amplia etiam si esset de publico usu, cum onus illum expurgandi ab ejus publicitate non descendat.*

7 *Obligatio expurgationis descendit à dominio, quo super prædiis adjacentibus omnes gaudent.*

8 *Foveus expurgandus est proportionabiliter à Convicino, etiam si de illo servitutem haberet passivam, quoties etiam haberet activam super illo*, & n.9.

10 *Dominus fundi inferioris, non solùm propter propriam utilitatem illum in suis adjacentiis expurgare tenetur, sed propter regurgitationis damnum, quo superioris fundi Dominus afficeretur.*

11 *Expurgatio foveorum pro rata ab adjacentibus fieri debet de stylo Agri Romani, à quo non receditur.*

12 *Amplia, si iste stylus, & observantia juri communi adversaretur*, & rationem vide.

13 *Stylus est altera lex, & in concursu illi est præferendus.*

14 *Amplia, si consuetudo sit ab omnibus universaliter amplexa.*

15 *Consuetudo negativa non attenditur, nisi in contradictorio judicio fuisset approbata.*

16 *Amplia, si ex libris, & ministris fidem publicam habentibus destrueretur.*

17 *Consuetudo affirmativa, si sit præjudicialis, proprio jure venientes non afficit.*

18 *Observantia ex actibus equivocis, & turbidis tam in linea præscriptiva, quàm interpretativa non comprobatur.*

19 *Dominus fundi inferioris prohibere nequit, quin Dominus superioris foveum expurget.*

20 *Testes pendente lite expiscati, & contra facti evidentiam deponentes repelluntur.*

21 *Accessus ad locum differentiæ in eruenda veritatis gratiam, licèt alias concessus, non denegatur.*

DECISIO DCCXC.

Extat in Agro Romano Foveus, quem appellant *di trè Denari*, & cuius aquæ altam originem, à collibus nempe, atque situ eminentiori trahentes, incrementum recipiunt ab aliis pluvialibus, quæ defluunt ad ipsum per rivulos pro commoditate, atque utilitate prædiorum circumjacentium, natura paratos, adeout subinde eodem semper retento nomine subjectos circumfluens campos, nec non Pontem in Via Consulari ad hunc præcisum effectum non contemnendæ structuræ ædificatum superfluens, novis auctus, tum publicis, tum privatis aquis in mare descendat.

Inter cæteros autem, quos prædictus foveus circuit seu percurrit fundos, præcipuè sunt illi *di Torr' in Pietra, e Palidoro*, quorum primus in superiori situ positus ad primogenituram Domus Falconeriæ, alter verò in inferiori ad Ven. Archiospitale S. Spiritus spectat; sed negligentibus istius Ministris foveum proprio fundo adjacentem expurgare, hinc sæpe sæpius ob impedimentorum molem ibidem consistentem, superiores aquæ stagnabant, ac regurgitantes in quamdam inferiorem partem prædii, seu tenutæ *di Torr' in Pietra* vocabulo *del Pratavio*, maxima damna, devastando novalia, & immaturas segetes corrumpendo, inferebant, ut propterea D. Lelius primogenituræ possessor suæ consulturus indemnitati, latius fore putaverit adversùs Ministros Archiospitalis instantiam promovere coram A. C. super expurgatione, in quo Tribunali sedente R. P. D. meo Cerso, nunc Collega meritissimo, prodiit, prævio accessu, sententia favorabilis D. Lelio.

Verùm reclamantibus Ministris, causa delata fuit ad nostrum S. Auditorium, mihique commissa, unde in hodierna audientia proposito dubio, *An, & cujus sumptibus sit expurgandus Foveus di tre danari* -- Domini responderunt *Foveum esse expurgandum expensis Archiospitalis pro rata adjacenti, & ad mentem* inferius patefaciendam.

Existimarunt siquidem, Archiospitale
1 teneri ad expurgationem Fovei pro rata adjacenti ex dispositione Juris cõmunis, nam retento illo principio, quod Foveus dici nequit constructus ad privatam utilitatem tenutæ *di Torr' in Pietra*, quodque superiorem habens originem quampluribus fundis circumcirca adjacere dignoscitur, nec non pro illorum, ac præsertim fundi *di Palidoro*, quæ ad Archiospitale spectat, aquis ducendis inservire, subseqebatur omnes Dominos proportionabiliter obligatos esse ad ejus expurgationem, neque unum in alium hoc onus posse refundere, ad litteram *Text. in L. si* tertius

tertius 6. §. *fi ex pluviumff. de aq. pluv. arcen.* ibi -- *Si ex plurium fundo decurrens aqua noceat, vel si plurium fundo noceatur, placuit eoque jure utimur, ut sive plurium fundus sit, singuli in partem experiantur, & condemnatio fiat, sive cum pluribus agatur, singuli in parte conveniantur, & in parte condemnatiò fiat*, -- ibique *gloss. verb. condemnatio*, ubi quod fecundùm iftam legem eft intelligendus fubfequens *Text. in l.* 11. §. *Caffius* ait *ff. eodem*, & notant *Riminald. fen. conf.* 276. *n.* 27., *Cyriac. contr.* 576. *à n.* 121. *& feq.*, *R.P.D. Zaul ad Stat. Favent. lib.* 5. *rubr.* 10. *n.* 4 *&* 5., *& rubr.* 31. *n.* 8, *& rubr.* 32. *n.* 4., *Pecb. de aqueduct. lib.* 2 1. *p.* 11. *q.* 4. *n.* 2., *Rot. in Leodien. rivulorum* 4. *Februarii* 1678. §. *Nec fecit cor. Bourlemont, & in Bononien. aquarum* 14. *Decembris* 1699. §. *Neutra cor. R. P. D. meo Anfaldo, & in Ariminen. Foveæ Patarinæ* 2. *Junii* 1704. §. *Atque hinc deveniendo cor. Rmo D. meo Molines Decano.*

Quibus minimè adverfari poffe putarunt
2 Domini difpofita in *L.* 1. §. *denique ait*, & *in L.* 2. §. *Apud Labeonem ff. de aqu. pluv. arcen.*, cum quibus plures allegatæ authoritates concordabant, ubi fancitur, quod fecluſa conventione, prædium inferius habens fervitutem recipiendi aquas, nequit utique recufare aquam recipere, non verò adftrictum eft fupportare onera refectionis aggerum, & fimilium, cum refectio pertineat ad illum, qui fervitutem afferit, minimè autem ad eum, cujus res fervit, itaut quodammodò in hac parte fundus inferior, quandam quafi fervitutem activam habere adversùs fundum fuperiorem dicendum fit.

Quandoquidem facile fuit DD. ex prædicta legum hypothefi colligere cafuum diverfitatem, nam Vulpianus, & Paulus Jurif-
3 confulti in præfatis juribus figurant cafum de foveo, qui non defferviat etiam ad utilitatem fundi inferioris adjacentis, cujus aquas non recipiat, itaut, aut foveo non indigeat, aut alio modo inundationi non fubjaceat,
4 vel de foveo, aquæductu, & alio confimili opere manufacto, ac privativè conftructo ad commodum, atque utilitatem folius fundi fuperioris, cum enim in illis terminis non ageretur de aquis à pluribus locis fitus eminentioris defluentibus, ut hic, nil mirum, fi tali cafu prædium inferius, & ferviens, eximitur ab onere refectionis, & quidem fumma ratione, ne videlicet graviori onere præmatur reficiendi, ac expurgandi foveum, feu aquæductum in dominio prædii fuperioris exiftentem, cujus præcisè privatam utilitatem concernit, prout defumi optimè poteft à lectura dd. Textuum, & bene explicant quoque authoritates in contrarium adductæ, præfertim *Barz. dec. Bonon.* 57. *n* 2. *& feq. Gobb. de aqu. q.* 19. *num* 6. *&* 7., *Actolin. refol. forenf.* 110. *à n.* 33. *cum feqq.*

Secus tamen eft in cafu, de quo agitur, quia Foveus *di tre Denari* non eft manufactus, non refpicit privatam folùm utilitatem tenutæ *di Torr' in Pietra*, fed, ut fupradi-
5 ctum fuit à fuperioribus locis derivans, plures tenutas circumdat, & præterfluit, neque in alicujus totali dominio dicitur effe, ut proinde jure merito putaverint Domini illius expurgationem pro rata adjacenti fpectare ad Archiofpitale, quod refpectu prædict. por-
6 tionis dominium habere cenfetur, licèt quoad ufum, publicus forfan veniat Foveus reputandus *Pecch. de aquæduct. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 2., *Gobb. de aqu. p.* 30. *n.* 9. *verf. propterea que cum feq.*, *R.P.D. Zaul. ad Stat. Favent. lib.* 5. *dd. rubr.* 10. *n.* 1. *& rubr.* 31. *nu.* 8., ac ac latius *rubr.* 32. *nu.* 1. *& feq.*, ne alioquin aquæ ftagnantes, vel regurgitantes vicinis prædiis afferant nocumentum, & præjudicium, ut exprefsè cavetur in allegato *textu in l fi tertius* §. *Si ex plurium ff. de aqu. pluv. arcen.*, *Cyriac. contr.* 576. *n.* 11. *&* 21., *R. P. D. Zaul.* locis mox citatis, & fignanter *rubric.* 32. *n.* 33., *& feqq.*

Ex his etiam ceffare vifa fuit infpectio, an Foveus confiderari debeat tamquam publicus, vel tamquam privatus; quoniam onus expurgationis non defcendit à publicitate
7 Fovei, fed ab illo dominio, quod omnes habent quoad partem adjacentem propriis fundis, cujus fequela certa eft, ut unufquifque proportionabiliter teneatur ad illius expurgationem, & emendationem, non attenta, vel diftincta primaria, five fecundaria utilitate, *R.P.D. Zaul. d. rubr.* 31. *n.* 8., *& rubr.* 32. *n.* 3. *& feq.*, *Brugiot. in epitom. & prax. Viar. & Flumin. cap.* 7. *n.* 287., *Conftant. ad Stat. Urb. annot.* 22. *n.* 98.

Maximè quia, ut fupra quoque infinuatum
8 fuit, Archiofpitale non gaudet dumtaxat fervitute paffiva controverfi Fovei, fed infuper habet ufum activum ejufdem, ficuti bene deprehenditur ex defcriptione facta occafione acceffus R.P.D. mei Cerri, nam quoties prædicto Foveo non uteretur in recipiendis aquis proprii fundi, illifque ducendis ufque ad mare, utique cum non levi præjudicio ipfius fundi ftagnarent, ut exindè femper in his terminis procedat regula proportionabilis expurgationis ex auctoritatibus adductis in §. *Exiftimarunt fiquidem*, quibus addi poffunt *Card. de Luc. de regal. difc.* 139. *n. fin.*, *& difc.* 141. *n.* 11., *& feq.*, *Conftantin. ad Statut. Urb. tom.* 1. *annot.* 22. *num.* 96.

Et fanè optimo jure, quia rationi naturali
9 & civili confonum reputatur, quod habens alicujus rei promifcuum ufum, atque promifcuam utilitatem, teneatur pro fua rata ad manutentionem rei, ficque ad expurgationem Fovei, per ea, quæ notant *Riminald fen. d. conf.* 276. *n.* 27., *Cyriac. contr.* 576. *n.* 22., qualis reverà fuit fenfus noftri Tribunalis in *Ariminen. Foveæ Patarinæ* 2. *Junii* 1704., *&* 30. *Aprilis* 1706. *cor. Rmo D. meo Molines Decano*, uti legitur in *prima*, §. *Atque hinc deveniendo, & § fi.*, *& in fecunda* §. *Quo enim cum feq.*, licèt ulterius in dictis decifionibus ageretur in cafu penitus à præfenti di-

verfo

verso, videlicet de Fovea principaliter instituta ad quorumdam tantummodo particularem commoditatem, ac utilitatem, & propterea æquum profectò, si ad effectum gravandi alios onere expurgationis, ponderatus fuit usus activus Foveæ, nec non utilitas illorum, quibus hujusmodi expurgatio pro rata proportionabili imponebatur.

Non obstat, quod posset Archiospitale favori suo renunciando, aquas proprii fundi ad alium locum sibi non proficuum divertere, & sic cessaret ratio utilitatis à Dominis
10 considerata; quoniam vis non stat solùm in utilitate fundi inferioris, sed in præjudicio resultante Domino fundi superioris ob regurgitationem aquarum, adeout etiam tali casu Dominus inferioris fundi teneatur pro sua adjacentia Foveum expurgare, ut ex mente præcitati *Text. in l. si tertius* 6. §. *Si ex plurium ff. de aqu. pluv. arcen.*, prosequitur *R. P. D. Zaul. ad Stat. Favent. lib.* 5. *rubr.* 10., ibi — *ne ex illorum repletione aqua stagnet, & vicino noceat, alias enim nunquam daretur casus regulæ, dum semper vicinus favori suo renunciare posset*, quod non est permissum, ubi concurrit favor, sen interesse alterius, *ad text. in cap. de tempore*, ibiq; *Panormit. n.* 2. *de arbitr.*, *Barbos. axiom.* 96. *ibid. n.* 2.

Hæc, quæ in jure firma visa sunt Dominis, eo libentius admittenda erant, adstipulante con-
11 suetudine universali totius Agri Romani, de qua satis constare iidem crediderunt ex testibus peritis, & optimè informatis, qui deponunt in toto Agro Romano hoc jus servari, ut omnes possessores, ac Domini ad metam adjacentiæ foveos expurgare teneantur, prout revera absque ulla contradictione semper fuit adimpletum, quando aquæ è superioribus locis profluentes, non decurrunt ad propriam, atque privatam utilitatem, quamobrem summoperè in hac materia erat facienda hujusmodi consuetudo universalis, neque ullo modo ab illa recedi poterat, ut per *Text. in l.* 1. §. *Denique ait ff. de aqu. arcen.*, advertunt *Menoch. conf.* 1181. *n.* 20., *Cyriac. contr.* 310. *n.* 47., *& contr.* 311. *n.* 6., *Gobb. consult. dec.* 56. *n.* 4., *de Luc. de servit.*
12 *disc.* 33. *n.* 6., etiam si ageretur de tali observantia, quę juri communi contrariet, cum
13 hæc altera lex dicatur in concursu præferenda, *Jason. in l. omnes populi in prima lectura n.* 6. *ff. de just. & jur.*, *Gravett. conf.* 251. *n.* 3., *Alex. conf.* 190. *n.* 11. *lib.* 2., *Rot. cor. R. P. D. meo Ansaldo dec.* 10. *n.* 49., & penes *Constant. ad Stat. Urb. dec.* 92. *n.* 3., *& cor. sa. me. Alexandro VIII. dec.* 210. *n.* 5.

Tantoque magis, quia agitur in terminis universalis consuetudinis canonizatę etiam in contradictorio judicio, uti probant testes
14 periti, & gesta ab eodem Ven. Archiospitali, cujus nomine plures adstricti fuerunt pro rata adjacenti similem foveum nuncupatum *di Galera* expurgare, *Antonell. de tempor. legal. lib.* 1. *cap.* 78. *nu.* 3. *in fin.*, *Gobb. consult. dec.* 112. *n.* 13., *Palm. nep. allegat.* 23. *n.* 26.,

Bonden. collect. legal. 15. *n.* 133. *tom. t.*, *Rot. dec.* 169. *n.* 20. *p.* 12. *rec.*, proindeque omni rationi congruere videbatur, quod Archiospitale eandem legem pateretur, quam dixit cæteris *tot. tit. ff. quod quisque juris in alter. statuerit &c.*, & est regula in *l. quod quisque juris ff. de reg. jur.*

Absque eo quod probata consuetudo universalis debilitari valeat ab asserta consuetudine tam negativa & particulari Archiospitalis non purgandi foveum, quam affirmativa refundentibus onus in D. Lelium; quo-
15 niam quantum attinet ad consuetudinem negativam, præmisso hanc minimè habendam esse in consideratione, quatenus non fuerit constabilita in contradictorio judicio, *Riminal. sen. conf.* 31. *à n.* 50. *vers. ad* 2. *lib.* 1., *Bongiot. in epitom. viar. & flum. cap.* 7. *n.* 304.
16 *& seq.*, illa sublata remanebat, tum ex depositione ratiocinatoris Domus Perettæ, à qua causam habet D. Lelius, qui ratiocinator testatur expurgationem fovei pro rata adjacenti tenutæ *di Palidoro*, nunquam à d. Domo fuisse expletam, tum ex libris ejusdem Archiospitalis, unde desumebatur de anno 1642. & 1646. foveum *di tre Denari* propriis sumptibus expurgatum extitisse, ut per consequens allegari non possit, illis actibus in contrarium occurrentibus, *Fontanell. dec.* 337. *n.* 22., *Thomat. dec.* 240. *n.* 13., *Rot. cor. Gregor. dec.* 162. *n.* 9. *&* 15., *& coram Otthobon. dec.* 45. *n.* 7., *& in rec. d.* 289. *n.* 8. *p.* 17.

Ejusdemque irrelevantiæ habita fuit ad-
17 ducta consuetudo affirmativa; ista namque, etiam si adesset, non potuisset induci in præjudicium gravatorum, *Rot. dec.* 2. *nu.* 4. *&* 5. penes *de Luc. tom.* 3. *tit. de dot.*, *& in rec. dec.* 291. *n.* 11. *& seqq. p.* 16., & quod plus est
18 omnes actus allegati dignoscuntur æquivoci, ac turbidi, qui nullo modo observantiam possunt comprobare, sive sumatur in linea Præscriptiva, sive interpretativa, ad firmata per *Rot. in Lucana fideicommissi* 12. *Junii* 1711. §. *Hujusmodi in fine cor. R. P. D. meo Crispo*, quia ex instrumento stipulato de anno 1663. à Ministris Ducis Mattei, & Pauli Francisci Falconerii cum hominibus, qui foveum expurgarunt, haud quaquam desumitur ratam expensarum fuisse repetitam, vel non adversus Archiospitale; Licentiæ verò nomine dd. Ducis Mattei, ac Pauli Francisci reportatæ de anno 1681. & 1686. ab eodem Archiospitali, nullam præseferunt legalitatem, & in omnem casum ex iisdem arguitur, foveum pro rata adjacenti spectare ad prædictum Archiospitale, cum cæteroquin
19 dato dominio in fundo superiori, inferius prædium necessariò tenebatur absque licentia præstare patientiã pro expurgatione fovei, sicuti expressè disponitur in *allegat. l.* 1. *&* 2. *ff. de aq. pluv. arcen.*

In nihilo attentis depositionibus quorumdam testium favore Archiospitalis affirmantium superfluam esse, imò præjudicialem expurgationem fovei, propter qualitatem situs prope mare depressioris, itaut ex maris

supereminentia impediatur in ipsum aquarū exitus, quæ hoc ideò regurgitantes prædia vicina devastent, quoniam ultra quam quod
20 non est adhibenda fides dd. attestationibus pendente lite expiscatis, adverterunt Domini prædictas depositiones non solùm esse contrarias omnibus gestis ab Archiospitali, nec non à Duce Mattheio, & Paulo Francisco, quos omnes, dum foveum expurgarunt, non est dicendum actum omnino inutilem explere voluisse, verum etiam iisdem obstare ipsammet facti evidentiam resultantem ex planta, atque accessu, quia si ab una parte tenutæ *di Torr' in Pietra*, adest foveus sub vocabulo *l'Arrone*, & ab alia parte prædictę tenutæ, ac illius *di Palidoro* conspicitur alter foveus nuncupatus *di Palidoro*, atque ambo isti fovei in mare descendunt, utique nimis repugnat veritati foveum *di tre Denari*, medium inter utrumque impediri, quo minus ad instar aliorum in mare defluere valeat.

Huc usque dicta, & quę ad tramites juris subsistentia Domini putabant, conabantur Ministri Archiospitalis evitare inculcando factum supra expositum non subsistere, & in comprobatione novū accessum enixè postulabant, cujus instantiæ occasione fuit superaddita rescripto clausula *ad mentem*, quæ mihi communicata, ut illam ex munere partibus propalarem, prout exequor, in eo consistit, quod nempe Domini licèt arbitrentur, accessum peractum ab R.P.D. meo Cerro tamquam omnibus numeris absolutum, quamcumque submovere potuisse difficulta-
21 tem, tamen ne probationes coarctare videantur, & laborem effugere, novum accessum facere non recusant, suspendentes hoc interim causæ prosecutionem, dummodò ante Rotam Memorialium in mense Augusti habendam, Ministri Archiepiscopalis obligationem apud acta emittant, illum quanto citiùs fieri poterit explendi, cum justitię non conveniat indefinitè similem instantiam admittere, ne causa ultra quam par est cum præjudicio D. Lelii in longum protrahatur.

Et ita, utraque &c.

CAVALLICEN. DOMINII, SUPER BONO JURE.

Veneris 13. Iunii 1713.

ARGUMENTUM.

Universale Dominium Baronum super bonis Fæudalibus probatur, præsertìm in antiquis, ex omnibus iis actibus, qui citrà Jus Dominii fieri non potuissent, quorum descriptionem sequens secumfert.

SUMMARIUM

1 *Dominium, ut probetur, multa, quæ non prosunt, simul juncta juvant, maximè, si circumstantiæ, & adminicula concurrunt.*

2 *Consuetudo Comitatus Venaissini fert, ut Dominium directum prædiorum sit penès Baronem, & utile tantùm penès Subditos, ad instar Coloniæ.*

3 *Dominium universale, penès Barones probatur exactione Vintenii in universo Territorio.*

4 *Amplia: Si tale Ius sit omnibus Prædiis indistinctè infixum.*

5 *Dominium antiquum non desumit initium à transfactione, præseferente tempus præteritum, cum ista ad ejus antiquitatem comprobandam inserviat.*

6 *Transfactio de sui natura explicat titulum, ob quem ad eam partes deveniant.*

7 *Dominium universale Baronum à majori, vel minori fructuum responsione, quam à Subditis exigant, non dependet, sed ab universali super omnibus bonis exactione, de qua jus habeant.*

8 *Ius decimandi universale, sui Dominii universalitatem non perdit, si per conventionem exactio fructuum ad unam tantum speciem reduceretur.*

9 *Dominii universalitas non remanet læsa in transfactione, in qua reducatur per conventionem ad unius tantum speciei exactionem, si eadem universalitas super omnibus fructibus fuisset generaliter præservata,*

10 *Homagium præstandum à Subditis Baroni, Dominium universale in isto super eisdem præsupponit.*

11 *Homagium, & universale super omnibus subditorum bonis Dominium penès Baronem, ex quibus probetur.*

12 *Dominium universale penès Baronem probatur, ex quo iste subditis facultatem, usque ad certum gradum de re propria disponendi concessisset.*

13 *Amplia; Si Barones subditis delegassent liberum usum Populi pro Animalibus, talique denegationi subditi acquievissent.*

14 *Subamplia: Si in venditione Hæreditatis facta per subditos, fuisset reservatum Dominium Fundiarium Baroni, & iste Laudemium exegisset.*

15 *Solutio Laudemii est bonorum libertati, & allodialitati contraria,* & num.22.

16 *Amplia, si novo Investito, Barones, uti Domini directi, aliquam facultatem restrinxissent.*

17 *Subamplia: Si in successionibus universalibus Barones in Dominos directos fuissent recogniti in bonis ubicumque existentibus.*

18 *Item; Si bona inculta ad Barones pertineant, cum in eis, nisi simplex jurisdictio possit exerceri.*

19 *Item universale Dominium desumitur, ex quo Barones vacantia bona Communitati donassent, & ad libitum vias designare fecissent.*

20 *Item*

20 *Item ex Bannimentis jussu Baronis affixis super solutione Census, & similium, quæ caducitatis pœnam transgressoribus indicerent.*
21 *Amplia, si contra contumaces Bannimenta executionem habuissent,*
23 *Subamplia: Si statuta localia recognitionem Dominii favore Baronis imponerent, & hoc in observantia vigeret.*
24 *Item: Si in Inventariis de bonis hæreditariis Baronis Ius in percipiendo Laudemia descriptum reperiretur,*
25 *Item ex transactione inita inter Baronem, & Syndicos Loci, & ille, recepto pretio, partem sui Territorii illis alienasset.*
26 *Item ex enunciativis emissis in actibus feriis, & proportionatis, & publica voce, & ex Testibus repetitis resultet.*
27 *Similiter, ex Bannimentis Molendinorum, & Furnorum ad Baronis instantiam affixis,*
28 *Item: Si Communitas Loci in investiturarum Instrumentis, Baronem in Dominum recognovisset.*
29 *Recognitio Dominii facta per Sindicos, & Ministros Communitatis, successores afficit, si ad antiquam consuetudinem se retulissent, & omnia servanda servassent.*
30 *Amplia: Si Communitas talem Dominii recognitionem in actibus posterioribus ratificasset.*
31 *In quo hæc ratificatio consistere dicatur.*

DECISIO DCCXCI.

UNiversale directum Dominium, Fundiarium in Regione, de qua agitur, nuncupatum, quod sibi competere ab immemorabili tempore contendebant Duces Castri Novi, hodiè vulgò de Gadaneis super omnibus bonis ejusdem Castri, totiusque Territorii, semel, atque iterum in nostro Tribunali, incidenter tamen, in discrimen revocatum extitit, ut videlicet est in decisionibus editis in *Cavallicen. Vinteni cor. Emer. jun. inter ejus impressas la* 1123., & 1172., & *coram Emo D. Card. Priolo la* 1., & 2. *in Mantiss. ad Card. de Luca tom.* 3. *lib.* 1. Cum autem in hodierna Audientia ex integro, & principaliter maturo DD. judicio illud discutiendum proposuerim sub congruo dubio --*An constaret de Dominio directo universali* -- *Affirmativè* pro D. Ducissa informante respondere non hesitarunt.

Opportunè enim præmisso, quod in præfatis Decisionibus revera incidenter tantùm de hujusmodi Dominio dubitatum fuit, nam principalis quæstio tunc temporis agitata, respiciebat manutentionem Communitatis dicti Castri in quasi possessione negativa non solvendi Vintenum, hoc est vigesimam partem fructuum bonorum in dicto Territorio existentium, nisi restrictivè ad tres illorum species, & hanc libertatem quoad alios fructus, dicta Communitas metiebatur ex transactione inita cum Duce usque de anno 1623., cui quidem transactionis fundamento unicè adhæsit *Rota*, quæ in postrema resolutione edita 21. *Iunii* 1697. §. *Nec jus exigendi*, & meliùs in fine *coram Eminentiss. D. Card. Priolo*, dictum jus universale, utpotè validioribus comprobatum documentis, solemniter in suspenso reliquit, & particulari examini reservavit.

1 Tot sanè, tantaque indicia, conjecturæ, & argumenta pro fundanda Ducissæ intentione in præsenti adducta fuerunt, ut apprimè apta dignoscantur ad elidendam Juris præsumptionem, quæ pro naturali bonorum intra fæudi ambitum existentium, libertate militat, si omnia unitim ponderentur, quemadmodùm in hac etiam materia fieri potest, *Cravett. conf.* 73. *num.* 19., *Schrader. de fæud. part.* 4. *quæst.* 9. *sect.* 13. *num.* 141., *Mans. consult.* 168. *num.* 6., *Card. de Luca de fæud. disc.* 47. *num.* 14. & *in supplem. disc.* 2. *n.* 10., *Rota cor. Cavaler. dec.* 93. *n.* 10., & *decis.* 201. *num.* 1.

Eoque potissimum hujusmodi probationes ad intentum conferunt in hypothesi, quia res est de feudo Comitatus Venaissini, in quo
2 viget generalis hujus Provinciæ consuetudo, qua passim favore Baronum receptum est universale hoc Fundiarium jus, adeout penes subjectas, privatasque personas resideat dumtaxat dominium utile, & subalternum præseferens speciem quandam perpetuæ Coloniæ, Locationis, seu Livelli, Teste *Spad. conf.* 13. *vol.* 1., *Card. de Luca de fæud dicto disc.* 47. *num.* 4., cum aliis in Voto Cameræ, edito in *Carpentoraten. Dominii* 20. *Julii* 1702. *impresso in Mantiss. dec. ad Cardin. de Luc. de fæud. dec.* 5. *num.* 65. & 66. *to.* 3.

Assumendo itaque particulare examen actuum, & argumentorum, quibus probata remanet qualitas controversi Dominii, urgentissimum, primo loco, visum est illud
3 descendens ex dicto jure exigendi Vintenum in universo Gadanearum Territorio, quamvis enim illud per transactionem restrictum fuerit ad trea dumtaxat fructuum species; Nihilominùs negari non potest, quin firmo remanente effectu ejusdem Transactionis, adhuc exindè non resultet probatio Dominii universalis, cum jus illud infixum sit
4 omnibus indistinctè Prædiis, sequaturque quemcumque illorum possessorem, *Ruin. conf.* 75. *num.* 2. *lib.* 1., *Mazzar. conf.* 16. *n.* 1., *Schader. de feud. tom.* 1. *par.* 5. *cap.* 4. *num.* 16., *Giurb. obser.* 39. *n.* 12., *Capyc. Latr. consult.* 83. *à num.* 34., & *seqq.*, *Card. de Luca de Regal. disc.* 50. *num.* 3., & *de fæud. disc.* 35. *num.* 7., *Rota in Hortana sylvarum* 10. *Martii* 1698. §. *Non dissimile*, & 9. *Junii ejusdem anni* §. *Quam etiam cor. bon. me. Muta*, & in specie hujus Castri, *Bertrand. conf.* 7. *in princ.*, & *conf.* 9. *n.* 13.
5 Nec ullo modo dictum Jus per Duces sibi quæsitum fuisse ex supradicta transactione dicendum est, quia sive attendatur manda-

tum

tum Procuræ datum à Communitate ad transigendum, sive indoles, natura, & ipsamet littera Transactionis, exceptio hæc alias promota, penitùs submovetur. Et quidem in mandato Procuræ expressa legitur facultas obligandi Universitatem, omnesque illius successores sub his verbis -- *Ad dandum Vintenum de Pane, Vino, & aliis rebus, de quibus Vintenum præstare consueverunt* -- Quamobrem ex adeò solemni Communitatis confessione præseferente tempus præteritum, in aperto ponitur primævus Titulus, cui innitebatur consuetum Jus exigendi Vintenum, suiumque validius in transactione constabiliendum erat illius exercitium, *Raudens. cons. 56. num. 35. lib. 1., R.P.D. meus Ansald. de commerc. & mercat. disc. 50 n. 40., Rota decis. 21. num. 5. par. 4. recen.*

6 Indoles quoque, & natura transactionis hoc ipsum suadet, nam illa, ut plurimum, antiquum potius jus confirmat, quam novum Titulum inducat, *Card. de Luca de fæud. discurs. 47. num. 9., & de Regal. disc. 93. n. 9., Rota cor. Cerro decis. 650. n. 5., & in Ferrarien. Alimentorum, & Dotium 24. Aprilis 1711. §. Nec contrarium coram Reverendiss. D. meo Decano.*

Minimè relevante, quod in dicta transactione Jus Vinteni limitatum fuerit ad triplicem tantum fructuum speciem, quià exindè
7 nullum prorsùs decrementum, & læsionem passum est Dominium universale, utpotè, quod non pendet à majori, vel minori fructuum responsione, sed ab universali illorum exactione super omnibus bonis, quem-
8 admodum intacta remanet universalitas juris decimandi, quamvis per conventionem, vel consuetudinem in certa solùm fructuum specie, & quota exerceatur, *Postb. de manut. observ. 73. num. 155., Gratian. discept. forens. cap. 341. n. 11., Rota cor. Emer. jun. dec. 440. num. 2. decis. 321. n. 5. par. 15., & decis. 582. num. 10. par. 18. recent.*

Littera tandem transactionis clarius assumpti veritatem concludit per eam repetitam
9 expressionem, ibi -- *Salvo omni dominio suo, ac plena jurisdictione in Hominibus, ac rebus Castri prædicti* -- quæ verba tamquam peculiariter etiam in res subditorum directa, excedunt fines simplicis Baronalis jurisdictionis, & procedunt ad comprehensionem universalis Dominii, *Lud. Bell. dicto cons. 111. n. 7. in princ., Rota in dicta Hortana Sylvarum super universali Dominio 1. Jun 1703. §. Domini tamen cor. RmoD. meo Decano,* ubi concordantes.

10 Subsequebantur alia, æquè valida ejusdem Dominii argumenta, deprompta ex Instrumento præstationis Homagii de anno 1311.
11 Cum enim Incolæ dicti Castri instanter efflagitassent, quod quilibet decedens transmittere posset bona, quæ possidebat ad proprios hæredes tam scriptos, quam legitimos, quodque Baro ab eorum vindicatione se abstineret, liberaliter iste supplicantium precibus annuens -- *Concessit eisdem, quod facto Testamento, vel sine Testamento, eorum Hæreditates possent transmittere, & relinquere propinquioribus usque ad quartam generationem in dicto Castro habitantibus* -- Omnesque liberalitatem Ducis summis laudibus extollentes, impensissimè eidem gratias egerunt.

Ex qua quidem facultate disponendi de bonis usque ad certum gradum à Domino subditis supplicantibus concessa, & tanta animi significatione ab ipsis excepta, ad eviden-
12 tiam usque demonstratur universalitas Dominii directi penès eundem Dominum, nam aliàs unusquisque, absque ulla prorsus illius licentia, pro libito disponere potuisset de rebus, & bonis suis favore cujuslibet Personæ, ut in præcisis terminis similis statuti præscribentis successionem bonorum usque ad certum gradum, dixit *Rot. coram Emerix jun. dec. 89., & dec. 921., & coram Prial. dec. 423., & dec. 429., & in Romana Salviani 27. Junii 1708. §. Verius itaque cor. R. P. D. meo Ansaldo.*

Præterea ex eodem instrumento habetur, Oppidanos pariter expostulasse, quod Baro non venderet Pasquerium, illam nempe territorii partem, quæ ad animalium pastum destinata erat, & ipse eorum preces rejecit,
13 hæc autem petitio, & respectivè denegatio juris pascendi facta à Barone cum pacifica subditorum acquiescentià, optimè tendit ad confirmationem directi dominii universalis, *Honded. cons. 84. n. 15. & seqq lib. 2., de Pont. cons. 97. à n. 1. cum seqq. lib. 1., Card. de Luc. de servit. disc. 36. n. 8. & 9., Rot. dec. 632. nu. 1. & seqq p. 3., & dec. 300, à n. 1. cum plurib. seqq. p. 9. rec.*

Prout etiam in eadem urgentissimæ rele-
14 vantiæ linea reponendi sunt actus resultantes tam ex venditione hæreditatis Raymundi Imberti facta de anno 1417., quàm ex delatione successionum universalium; nam in dicta venditione reservatum fuit dominium directum Fundiarium Baronis, qui postmodum, prævia exactione laudemii, hæreditatis investituram emptori concessit, sub ea tamen lege, quod illam alienare non posset in
15 manus potentes, vel mortuas. Nihil enim magis adversatur naturali bonorum libertati, & allodialitati, quam solutio Laudemii, & necessitas petendi alterius consensum, *Roland. à Vall. cons. 50. nu. 21. lib. 3., Ludovic. Bell. d. cons. 103. n. 4., & cons. 111. n. 7., Bellon. jun. cons. 44.,* cum concordantibus relatis
16 in *d. Voto Camerali n. 20. & 21.* Præsertim, quando, prout hic, idem consensus noviter etiam investiti facultatem limitat, atque restringit, quemadmodum prosequitur *Bellon. jun. d. cons. 44. à n. 46. & seqq.*

In casu verò successionum universalium,
17 hæredes recognoverunt Baronem in Dominum directum quoad omnia bona eisdem delata, & in quacumque territorii parte existentia, ideoque cum hæreditates, ut plurimum, & signanter illæ, quæ adnotatæ fuerunt in summario Ducissæ comprehendant prędia,

prædia, tam urbana, quàm ruſtica in diverſis
territorii partibus poſita, procul dubio di-
cta indefinita recognitio inDominum abſque
ulla bonorum diſtinctione concludit univer-
ſum territorium ſubjectum eſſe dominio di-
recto Baronis, *Purparat. conſ.* 574.*num*.3., *Mantic. de tacit. lib.*23. *tit.*6. *n.*35., *Sanleger reſol.civil. cap.*41.*n.*5., *& in d. Voto Cameræ num.*33.

Neque minoris efficaciæ viſæ ſunt conceſ-
ſiones terrarum incultarum, quas hermas
vocant, quamplurium ſæculorum ſpatio paci-
18 ficè continuatæ à Baronibus, quia cum hu-
juſmodi bona inculta, ad ipſos ſpectare ne-
queant ratione ſimplicis juriſdictionis, non
obſcura exinde univerſalis Dominii nota de-
ſumitur, *Cart. jun. conſ.*184. *nu.*8., *Ludovic. Bell. d.conſ.*103. *n.*1., *Roſental. de feud. cap.* 12. *conctuſ.*15.*num.*48., *Rot.dec.*632.*n.*2.*p.*3. *rec.*, *& in d.Voto Camerali n* 37.

In idem collimant largitionem locorum
19 vacantium intra ambitum d.Caſtri, & limi-
tatæ deſignationes viarum pro tranſitu ani-
malium, quæ parabantur ex collatione præ-
diorum adjacentium. Si enim clara non exti-
tiſſet univerſalitas dominii penes Barones,
profecto Communitas ipſa pro dd conceſſio-
nibus non ſupplicaſſet, *Rot. in Hortana ſylvarum ſuper univerſali dominio* 1. *Junii* 1703. §.22. *cor. Reverendiſſ. D. Decano, & in Piſauren. Molendinorum, ſeu Vallatorum ſuper bono jure* 23.*Martii* 1711. §.*Et ex hoc cor. Rmo Labacen.*

Validius hęc omnia roborantur, tum ex
20 pluribusBannimentis longa temporum ſerie
publicatis, in quibus injungebatur omnibus,
& quibuſcumque bonorum poſſeſſoribus, ut
intra præfixum tempus recognoſcere debe-
rent eadem bona, tam ruſtica, quàm urbana
ſub dominio, cenſu, & ſervitio Baronis ſub
pęna caducitatis, & eorum confiſcationis,
21 præſertim quia eadem Bannimenta adver-
sùs contumaces exequutioni demandata fue-
runt, *Menoch. conſ.*409. *num* 11., *Bertazol. conſ.*1. *n.*41. *&* 42., *Ludovic. Bell. d.conſ.*111. *n.*7., *Rot.in d.Hortana Sylvarum* 10. *Martii* 1698. §. *Quia, &* 25. *Junii* 1701. §. *Fortius cor.bo.me.Muto, & in ſæpe citato Voto Camerali n.*25., *&* 28.*cum ſeqq.*

Tum ex antiquis Statutis d. Caſtri conditis
22 uſque anno 1560., quæ dictum pariter reco-
gnitionis onus omnibus imponunt, quod-
que gravius urget, religioſè à ſubditis ſem-
per obſervata apparent etiam reſpectu bo-
norum, ea quæ in ipſomet recognitionis actu
23 libera, & franca enunciantur, pro quibus in-
ſuper Laudemium ſemper ſolutum extitit,
quæ circumſtantia, ad effectum de quo agi-
tur in puncto ponderata fuit in *d. Voto Camerali n.*20. *&* 21.

Tum ex inventario bonorum, & jurium
24 ſpectantium ad Dominum d.Caſtri, confecto
de anno 1271. per tutores pupilli hæredis, in
quo deſcriptum legitur jus Baronis perci-
piendi *trezena & laudemia* ex pretio om-
nium prædiorum ſitorum in Caſtro, illiuſque
territorio, quando venduntur, ut præcisè
ex ſimili deſcriptione arguit *Ludovic. Bell. ſæpecitato conſ.*111.*n.*7.*verſ.*2., *& d. Votum Camerale nu.*76., attento potiſſimum, quod
d.inventarium factum fuit temporè non ſuſ-
pecto, & à tutoribus, nullum hac in re inte-
reſſe habentibus.

Tum demum ex tranſactione inita anno
25 1469. inter Sindicos Civitatis Avenionen.,
& Baronem d.Caſtri ſuper appoſitione confi-
nium utriuſque territorii, in illa enim in-
tervenit ſolus Baro, & ulterius quandam
territorii partem, recepto pretio alienavit
favore præfatæ Civitatis, hęc autem abſolu-
ta diſpoſitio, & alienatio facta à Duce, non
vocatis, nec auditis Conſulibus Communita-
tis, haud leve ſuppeditat adminiculum ad
inducendam univerſalis dominii qualitatem, *Honded. conſ.*84.*n.*13. *& ſeq.vol* 2., *Card. de Luc. de ſervit. diſc.*35.*num.*10., *Rot.dec.*632. *nu.*2.*p.*3. *rec.*, *& in d. Hortana ſylvarum* 10. *Martii* 1698. §.*Demum cor.bo.me. Muto.*

Atque hinc, omiſſis quamplurimis enun-
26 ciativis in actibus proportionatis, & ſeriò
emiſſis, publica voce, & fama reſultante ex
depoſitionibus teſtium formiter examinato-
27 rum, bannalitate Furnorum, & Molendi-
norum, quam ſemper obtinuerunt Barones
dict. Caſtri, quæ omnia paſſim à DD. pon-
derari ſolent pro arguenda univerſalitate
dominii directi, quemadmodum de enuncia-
tivis videre eſt apud *Cravet.conſ.*29.*in princ.*, *Bellon jun. d conſ.*44 *n.*53., *&* 64., *& in dicta Hortana ſylvarum* 10.*Martii* 1698. §. *Secundum adminiculum cor.bo.me. Mut.* de Depoſitionibus teſtium *Natt. conſ* 460 *n.*17. *et ſeq.*, *Ludov Bell. d. conſ.*111. *ſub nu.*7., *& de bannalitate molendinorum, & furnorum, Beltrand. d.conſ.*182. *nu.*2. *et* 8.*vol.*2., *Lud. Bell.conſ.*103.*n.*5., *& ſæpedicto conſ. à num.*2., cum aliis in *Foroſempronien. Molendino-* 16. *Martii* 1704. §. *Reaſſumendo cum ſeq cor. R.P.D. meo Anſaldo.*

Ulteriori confirmatione viſa ſunt Dominis
28 non indigere huc uſque dicta, eo ipſo, quod
ex animadverſis in contextuali deciſione ſu-
per manutentione, ſatis evidenter fulcita ap-
parent præſidio confeſſionum, quas iterarè
in pluribus inveſtiturarum inſtrumentis emi-
ſit eadem Communitas ingenuè agnoſcendo
ſæpedicti dominii univerſalitem, quam prop-
terea impugnare amplius non poteſt, *Ruin. conſ.*108. *n.*19 *lib.*2., *Roſſental. de feud. cap.* 6. *n.*3., *Spad. conſ.*124. *n.*20. *&* 22. *lib.*2., *Rota in d.Hortona ſylvarum* 25. *Februar.* 1701. §. *Prędictis cor.bo.me. Muto.*

Quin relevet, quod dd. confeſſiones ut po-
te emiſſæ à Procuratoribus Communitatis,
eidem præjudicium inferre minimè valeant,
ut inſinuatum fuit in *d dec.*113. *nu.*15. *&* 27. *cor.Emerix jun.* Objectum enim ceſſat ex fa-
29 cto, quia Communitas, convocato Conſi-
lio, Syndicis ſuis mandavit, ut recognitio-
nis actum explerent eo modo, quo antiqui-
tus fieri conſueverat, cum verò hodie iuſti-
ficetur, quod antiquæ recognitiones conti-
nent

nec expressionem Dominii directi universalis, jam inde patet, prædictos Procuratores mandati fines non excessisse.

Cessatque omnis hæsitatio, quia eædem
30 recognitiones successive à toties dicta Communitate legitimè congregata, fuerunt confirmatæ, & ratificatæ prævia Instrumenti
31 lectura, adeout exulet prorsùs qualibet excessus, & erroris umbra, quemadmodum prosequitur *Rota in dicta Hortana Sylvarum* 25. *Februarii* 1701. *dicto* §. *Prædictis cor. bo. me. Muto*.

A primo itaque ad ultimum, attentis tot perstringentibus probationibus simul vinctis, censuerunt DD. dubitari amplius non posse de dicto Dominio directo universali, *de quo ideo constare* responderunt.

Et ita altera tantum &c.

EADEM CORAM EODEM SUPER MANUTENTIONE.

Ven. 23. *Junii* 1713.

ARGUMENTUM.

Possessio ab Instrumentorum enunciativis deprompta, & bono Jure corroborata, est omnino manutenenda.

SUMMARIUM.

1 *Possessio obtinendi recognitionem Dominii ex præcedentibus investituris à Domino directo concessis probatur.*

2 *Amplia si etiam Communitas Loci tale Dominium recognovisset.*

3 *Subamplia, si talis Possessio per Publicas Instantias, & confessiones Communitatis probaretur.*

4 *Bonum Jus manutentionem omnino præservat.*

DECISIO DCCXCII.

Renuente Communitate Castri Novi hodie de Gadaneis nuncupati, petere Investituram Domus sitæ in dicto Castro, quam ad sui favorem delibetari obtinuerat, necnon solvere Laudemium, ac recognoscere in Dominum directum universalem, seu Fundiarium Ducem ejusdem Castri, coactus iste fuit Judicialiter propria Jura experiri, plurésque favorabiles sententias reportavit.

Cum verò præfata Communitas, quæ successivè, ultro etiam agnovit, admisitque onus petendi Investituram, & solvendi Laudemium, adhuc quoad actum dictæ recognitionis tot Judicatis non acquiesceret, hinc una cum negocio principali delata controversia ad nostrum Tribunal in hodierna audientia ad instantiam D. Ducissæ hæredis d. Ducis pendente lite defuncti, contextualiter proposui dubium respiciens manutentionem in possessione exigendi antedictam recognitionem, *quod pariter pro Ducissa informante facili negocio resolutum extitit*.

Possessio namque Ducum Gadanearum
1 obtinendi à novis possessoribus hujusmodi recognitionē sub expressa qualitate universalis Dominii, etiam præcisè respectu Domus, de qua est quæstio, satis superque resultabat ex tribus Instrumentis Investiturarum ejusdem Domus, in quibus noviter Investiti universale hoc Dominium, absque ulla hæsitatione recognoverunt; Imò ipsamet Communitas occasione Investituræ al-
2 terius Domus eundem recognitionis actum semel, atque iterum explere non detrecta-
3 vit. Quamobrem cum Ducissa adeo robustè fundet suam possessionem, nedum in publicis Instrumentis, verum etiam in pluries repetita Communitatis confessione, quæ adhunc effectum omne genus probationis superat, ut generalibus omissis, in specie notant *Surd. consf.* 135. *num.* 20., *Roland. consf.* 82. *num.* 19., & 38. *lib.* 2., *de Marin. allegat.* 126. *sub n.* 8. *tom.* 3., *Rota dec.* 198. *num.* 9. *par.* 19., & *in Hortana Sylvarum* 10. *Martii* 1698. §. *Conforme coram bon. mem. Muto*. Utique petita manutentio ad ejus favorem decernenda venit, juxtà tritas regulas.

Tantoque magis, quia ex latè deductis
4 in cootemporanea mea decisione undequaque clarum est illius bonum Jus, cujus proinde exercitium sine difficultate redditur manutenibile, ex passim firmatis per *Rotam dec.* 240. *num.* 6. *par.* 19. *rec.*, & 1297. *n.* 11. *coram Emerix Jun.*, & *in Ferentina Juris pascendi super manutentione* 9. *Maii* 1707. §. *Quæ probationes cor. R.P.D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*, & *in Baren. Iurispascendi*, & *signanter super manutentione* 15. *Junii* 1711. §. *Nihil relevat coram R. P. D. meo Falconerio*.

Et ita altera tantum &c.

PLACENTINA IMMISSIONIS.

Veneris 23. *Junii* 1713.

ARGUMENTUM.

Immissio hæredi Fideicommissario, verificatis extremis, concedenda est, nec per turbidam detractionum exceptionem, neque ex causa læsionis altiorem requirentis indaginem retardatur.

Sequestrum licet fieri nequeat, nisi mandatum sit relaxatum, & Creditor liberas habeat habenas, attamen bono favente Jure, & si agatur contra Exterum, & de amissione Crediti timeatur, etiam in principio Judicii admittitur.

SUMMARIUM.

1 *Immissio verificatis extremis, nempè vacatione cum purificatione fideicommissi, rei identitate, ac penès Reum conventum possessione, non potest fideicommissario hæredi denegari.*

2 *Exceptio detractionum eam non retardant, si sint illiquidæ, vel semel fuissent detractæ.*

3 *Le-*

3 *Legitima semel detracta, amplius non detrahitur.*

4 *Amplia, si petat similes detractiones hæres repræsentando personam sui Authoris, cujus factum non potest impugnare.*

5 *Immissio non retardatur per exceptionem læsionis oppositæ ab eo, qui transactionem contra se habeat, cum tribus judicatis conformibus indigeat*, & num. 17.

6 *Amplia, si exceptio consisteret in defectu Inventarii, qui defectus transactionem infringeret, & qua semota, retardaretur Immissio*, & nota casum.

7 *Inventarium, patrimonii quantitatem non probat*, & vide casum.

8 *Transactio de bonis hæreditariis, ut probetur læsiva, debet desumi læsio ex quantitate Patrimonii mediante Inventario.*

9 *Exceptio detractionum, quæ ex defectu Inventarii sunt illiquidæ, immissionem non retardat.*

10 *Alienationes factæ à Legitimario, præsumere faciunt detractiones consumptas.*

11 *Vidua non potest petere Dotis restitutionem, si vir sub conditione viduitatis eam hæredem scripsisset, & ista dispositionem acceptasset.*

12 *Immissio non retardatur per exceptionem Legati, quando istud ex eodem Fundo, ad quod illa petitur, sit detrahendum.*

13 *Legitimarius, quando liquidavit fideicommissum, præsumitur ex eo detractiones sibi competentes prius detraxisse.*

14 *Transactio, ut dicatur læsiva, non debet considerari major valor in una re tantum, quæ minoris in illius actu fuisset extimata, sed debet totius Patrimonii æstimatio considerari, ac dubius litium eventus, qui per eam removeatur.*

15 *Læsio in transactione non deducitur, ex qua mulier sine solemnitatibus ad eam devenisset, quando Locale statutum in contractibus mulierum eas non requirat.*

16 *Amplia, si mulier fuisset major, quæ de Jure communi potest sine solemnitatibus contrahere.*

17 *Immissio non retardatur per exceptiones turbidas, & altiorem requirentes indaginem*, & n. 5.

18 *Sequestrum non est revocandum, quando factum non sit in principio litis*, & vide casum.

19 *Amplia, si per sententiam bonum Ius sequestrantis resultaret.*

20 *Subamplia, si reus esset persona extera, nihil possedens in loco litigii, & de bonorum dilapidatione aliqua adesset suspicio.*

21 *Reus isto casu præstare debet fidejussorem, ut se liberet à sequestro.*

DECISIO DCCXCIII.

PRopter deficientiam linearum masculinæ, & fœmininæ vocatarũ ad fideicommissum Jo Francisci Nucetti, factus fuit locus substitutioni favore Ven. Magni Hospitalis Placentiæ, undè istius Administratores, duplicem promoverunt instantiam coram Provicario adversùs Archidiaconum Josephum Mantellum Civitatis Alexandriæ, unam videlicet, qua postulabant immissionem ad quamdam Domum à dicto Josepho possessam, alteram verò, qua exposcebant appositionem sequestri super pensionibus decurrendis, & Provicarius præfixo termino ad deducenda Jura quo ad Immissionem, interim sequestrum apponere non dubitavit.

Devoluta causa in gradu appellationis ad A. C., non solum fuit approbata appositio sequestri, verum etiam fuit concessa Hospitali petita Immissio, sed Josepho minimè acquiescente, delata controversia ad nostrum Tribunal, proposui in hodierna audientia dubiũ *An sit danda Immissio Hospitali Magno Placentiæ, vel potius sit locus revocationi sequestri*; cui Domini responderunt -- *dandam esse Immissionem Hospitali, & non esse locum revocationi sequestri*.

Cùm enim nulla caderet difficultas circa
1 vocationem, atque purificationem fideicommissi favore Hospitalis, nec circa identitatem Domus, illiusque possessionem penès reum conventum, utique istis extremis concurrentibus, denegari non poterat eidem Hospitali immissio in vim *l. fin. Cod. de Edict. Div. Adrian. tollen.*, *Rota dec. 79. num. 3. parte 19. recent.*, *& in Cammerinen. Immissionis 27. Junii 1710. §. Et sanè coram Me, & in Nepesina Donationis 4. Maii 1711. §. Ipsis enim, pariter cor. Me.*

Absque eo quod ullatenus attendenda
2 esset opposita exceptio detractionum ex persona Luciæ de Pado auctricis Archidiaconi; quandoquidem dominis satisfecit responsio, quam factum ipsum suppeditabat. Lucia etenim, mortua Veronica Matre, transegit cum Flaminio Lunino Vitrico, atque Veronicæ hærede Testamentario, in qua Transactione concordatis cõtroversiis iàm respectu istius fideicommissi, quàm materni Testamenti, necnon quorumcumque aliorum Jurium excitatis, eidem Luciæ fuerunt assignatæ duæ Domus, quarum una minoris valoris jàm ab ipsa fuerat alienata, altera verò majoris pretii recepta fuit sub expressa declaratione, quod super illa restrictum esset, ac liquidatum avitum fideicommissum, ut legere est in Instrumento Transactionis *Summ. n. 2.*

Quamobrem si ex prædicta transactione
3 ad evidentiam desumebatur, omnes detractiones fuisse calculatas pro liquidando fideicommisso, consequens erat, quod permitti non poterat nova detractio, ne idem debitum semel extinctum, in præjudicium fideicommissi, & vocatorum esset iterato persolvendum, *de Luca de Credit. disc. 4. nu. 3. & 8.*, *Rota in Ferrarien. Alimentorum, & Dotium super consumptione detractionum 11. Martii 1712 num. 1., & §. Præterea*
4 *coram Eminentiss. Card. Priolo*, ac potissimum, quia Josephus veniebat repræsentando

do personam Luciæ transigentis, atque liqui-
dantis fideicommissum in d. Domo, qui se-
cundum notissima Juris principia, factum
suæ Auctricis controvertere, sive impugna-
re non poterat, ad vulgatum *Text. in l. cum
à Matre C. de rei vindic.*, *Rota in Firma-
na Commendæ 29. Februarii* 1712. §. *Neque
cor. Me*.

Neque ullã animadversionem promereba-
tur adducta enormissima læsio ad subverten-
dam transactionem, quoniam præterquam
quod de ea deberet constare in alio Judicio
5 per très sententias conformes terminando,
nàm interim transactio substinetur, & venit
exequenda, cessat difficultas, ex quo ass. læ-
6 sio minimè deduci poterat ex Inventario
bonorum fideicommittentis confecto à Livio
ejus filio post lapsum 34. annorum, & abs-
que citatione interesse habentium, omissis
ulterius mobilibus, creditis, & pecuniis,
prout etiam exprimitur in eadem transactio-
7 ne, dum in istius terminis satis notum est,
Inventarium quantitatem patrimonii proba-
re non posse, ex firmatis per *Rotam in Ascu-
lana Dotis, & legitimæ* 2. *Iunii* 1710. §. *Quo
verò, & in Romana Pecuniaria, seù Loca-
rum Montium* 12. *Decembris* 1712. *per tot.
8 cor. Me*, prout esset necessarium ad effe-
ctum dijudicandi læsionem.

Minorem relevantiam habere visa sunt
ea, quæ dicebantur de quantitate detra-
ctionum ad arguendam læsionem; probato
9 siquidem, quod nulla vi fieri valet super
Inventario, de se corruunt detractiones,
dum illarum quantitas profecto ignoratur,
& tanto libentius hujusmodi exceptio venit
10 rejicienda, quia Lucia indubitanter, ut
probatur ex propria confessione, alienavit
Domum valoris libr. 7000., itàut præsumen-
dum sit, quascumque detractiones sibi compe-
tentes consumpsisse, *Rota in Firmana Com-
mendæ* 29. *Februarii* 1712. §. *Quibus positis
coram Me, & in Forosemproniem. Legato-
torum super fideicommisso Tiberii* 7. *Mar-
tii ejusdem anni* §. *Verum dato cor. R.P.D.
meo Aldrovando*.

Prout itidem inanè putarunt Domini alias
detractiones, sivè ex titulo Dotis Domitil-
læ Matris Livii primi hæredis gravati, sivè
ex titulo legati libr. 1000. relicti PP. Sancti
11 Francisci de Paula; quandoquidem dos
Domitillæ non erat restituenda, quia fue-
rat à Testatore relicta hæres usufructuaria,
sub conditione Viduitatis, & nè Dotem
ipsam repeteret: Legatum verò libr. 1000.
12 debebatur ex Domo, ad quam postulatur
Immissio, sicque nil ex istis calculari debet
13 pro dimetienda læsione, potissimum quia
semper recurrit responsio, quod Lucia fi-
deicommissum liquidavit, & restrinxit ad
Domum, de qua res est., id enim non fecis-
set, si ulteriores detractiones sibi compete-
re agnovisset.

Quod autem Domus, de qua agitur, sit
14 majoris valoris, quo fuit calculata in tran-
sactione, nullius est efficaciæ, cum certum
sit, non ex unius rei valore desumendam esse
læsionem, sed consideratis universo Patri-
monio, omnibus in litem deductis, ipso-
met dubio litis eventu, examinanda est tran-
sactio ad effectum læsionem dignoscendi, ne-
que potest unum ab alio separari, *Urceol.
de transact. quæst. 9. nu. 17.*, *Rota in Roma-
na fideicommissi de Maximis super 4. subro-
gatione quo ad dotem Lauræ 9. Decembris*
1709. §. *Et quamvis cor. R.P.D. meo Scotto
Almæ Urbis Gubernatore*, quod sanè ex-
pleri non potest, deficiente præsertim legi-
timo Inventario, in quo totum est reposi-
tum fundamentum, ad effectum, ut super læ-
sione judicium ferri valeat.

Parumque profuit allegare nullitatem
15 transactionis ex defectu solemnitatum, dum
enim nulla data fuit probatio super existen-
tia statuti localis exigentis solemnitates,
utique non erat considerandus hujusmodi
16 defectus, quia transactio inita fuit cum
Muliere majori, cui de Jure communi lici-
tum est absque ulla solemnitate contrahere,
seseque obligare, *Card. de Luc. de alienat.
disc. 31. num. 7.*, *Rota post Gilian. ad Stat.
Perus. dec. 91. num. 8.*, *& coram Coccino
dec. 1975. nu. 7.*, satisque erat in universum
17 præoculis habere hic, & nunc agi in Judi-
cio Immissionis rejiciente omnes, & quas-
cumque exceptiones turbidas, atque altio-
rem indaginem requirentes, *Rota in Ma-
ceraten. Legatorum, & fideicommissi su-
per prædio della Cimarella &c. 23. Junii*
1710. *num. 21. coram R.P.D. meo Ansaldo
& in Beneventana nullitatis Testamenti
super retentione, quoad partitas reservatas*
8. *Maii* 1711. §. *Iterum*, & §. *Final. co-
ram Me*.

Probata ex hucusque firmatis Justitia pri-
mæ partis resolutionis Immissionem respi-
cientis, facile fuit Dominis respondere pro
18 confirmatione sequestri. Adverterunt ete-
nim, quod licet non permittatur à sequestro
Judicium inchoare, tamen in hac hypothe-
si tales visæ fuerunt concurrere circumstan-
tiæ, ut pro illius non revocatione respon-
19 dendum censuerint, & signanter, quod
non solum in præcedenti Instantia cor A. C.
fuit lata sententia favorabilis actori, sed etiam
in præsenti non fuit dubitatum de illius bono
Jure, itàut non versemur amplius in princi-
20 pio Causæ, & ulterius hic agitur cum
Persona extera à loco Litigii, qualis est Ar-
chidiaconus Mantellus alterius Jurisdictio-
nis, & nil possidens in statu Placentino, un-
dè facile esset eidem Judicium eludere, quod
sanè permitti non debet, ac propterea ad tale
absurdum evitandum, atque ad consulen-
dum litigantium indemnitati, juridicis san-
ctionibus cavetur, ut quoties adest timor
dilapidationis, seu difficilis recuperationis
21 fructuum, vel idonea præstetur cautio,
vel apponatur sequestrum, *Ridolphin. in pra-
xi par. 1. cap. 14. num. 161.*, *Rota dec. 13.
num. 2. par. 2. divers.*, *& dec. 524. num. 2.,
& seq. par. 13. rec.*, quod postremum reme-
dium

dium,jam usque ab initio adhibitum hisce innixi fundamentis, juremeritoque approbandum esse Domini censuerunt.

Et ita utraque &c.

BENEVENTANA NULLITATIS TESTAMENTI SUPER FRUCTIBUS.

Lunæ 26. Junii 1713.

ARGUMENTUM.

Hæc decisio est confirmatoria præcedentis emanata sub die 13. Februarii currentis, & firmat, quod fructus veniant in sequelam capitalis restituendi, etiam si sententia super negocio principali mentionem de eis non fecisset, cum tacitè venire subintelligantur.

SUMMARIUM.

1 *Dos restituenda est illico per Virum Mulieris heredibus secundùm leges Sedilium, Capuanæ, & Nidi.*

2 *Limita secundum Statutum Beneventanum, quod annualem dilationem Viro superstiti concedit.*

3 *Hæc opinio inter Doctores Regni multum disputatur, & an Mulier favore secundi Viri has statutarias dispositiones valeat alterare?*

4 *Fructus veniunt in sequelam restitutionis totius hæreditatis.*

5 *Amplia, etiam si sententiæ relatæ super restitutione totius hereditatis, de fructibus mentionem non fecissent, cum tacitè comprehendantur.*

6 *Solutio immaginaria non intrat, quando Vir suos fructus non facit, & se Uxoris creditorem injustè prætendat.*

7 *Liquidatio fructuum justa dicitur, quæ facta fuit per descriptionem ad tenorem decretorum Judicis, & quo alio modo fieri possit?*

8 *Liquidatio fructuum unius Prædii, turbida non redditur ex commixtione fructuum alterius, de quo quæstio non sit.*

9 *Ex quibus ista diversitas fructuum specificatur.*

10 *Legatum nec solvi, nec peti potest, si pendeat lis super validitate testamenti.*

11 *Legatum non debetur, si testamentum nullum fuisset declaratum.*

12 *Pactum, quod Canones Domus debeantur, etiam casu quo ex Terremotu rueret in jure substinetur.*

13 *Testes mendaces, & non Contestes repelluntur.*

14 *Domus semper præsumuntur locatæ.*

15 *Declaratio Debitoris ad proprium commodum reicitur.*

16 *Testes de re ad proprium spectante officium deponentes, plenam probationem constituunt.*

DECISIO DCCXCIV.

QUamvis Carissimus audiri obtinuisset quoad resoluta coram me sub die 13. Februarii currentis anni favore fratrum de Terragnolis informantium, nihilominus ipse hujusmodi benignitate per summam contumaciam abutens, etiam in ultimis hisce Audientiis, in quibus annosa hæc causa omnino proponenda erat, dilationem expostulavit, cui tamen merito non annuentes DD., præfatæ resolutionis fundamenta approbare non hæsitarunt.

Iterum enim juxta modum in d. decisione
adiectum relicta in suspenso liquidatione
1 fructuum anni 1700., quo decessit Joanna,
respectu ad bona in primo Matrimonio in
causam Dotis assignata secundum consuetu-
dinem, & Leges Sedilium, Capuanæ, & Ni-
di, nullam viro in casu illius restitutionis tri-
buentes dilationem, qua è contra ipse gaudet
intra annum in vim Statuti Beneventani, cum
admodum certent inter se Doctores Regni,
2 an hujusmodi consuetudinis forma per Mu-
3 lierem alterari valeat favore secundi Viri,
ut latè animadvertit decisio, quæ confirma-
tur §. *Quod & agnoscentes cum seqq.*, pro-
4 fecto restituendi veniunt fructus subsequen-
tium annorum, utpotè Accessorii in univer-
sali hoc Judicio petitionis hæreditatis, in
quo versamur, *ad tent. in L. item veniunt §.
Fructus ff. de petit hered., cum concordan.
relatis in d. dec. §. Fundata enim.*

Neque ullo modo obstare posse visa
5 sunt ea, quæ in memoriali pro nova
Audientia per Ferdinandum adduceban-
tur; exceptio enim, quod in tot sententiis,
quas Actores reportarunt super negotio
principali, expressa non legatur condemna-
tio ad eosdem fructus, nullius prorsus est ro-
boris, quia attenta indole, & natura præ-
fati judicii, fructus in eisdem sententiis tacitè
comprehensi dicuntur, quamvis nulla de il-
lis mentio facta fuerit, *Rot. cor. San. mem.
Alex. VIII. dec. 166. à n. 6. cum seqq., &
dec. 389. n. primo cor. Emer. jun., & in Romana, seù Farfen. reintegrationis super
fructibus 2. Decembris 1701. §. Nec subsiste-
re cor. Emo D. de la Tremoille, & in Ari-
minen. Castrorum 5. Maii 1702. §. obiectum
autem cor. bo. me. Caffarello.*

Consuetum vero diffugium ad imagina-
riam solutionem, cujus ope controversos
6 fructus suos fecisse adhuc contendebat, inu-
tile rursus apparuit, nam imaginaria isthæc
solutio, in omni ferè hujus causæ propositio-
ne opposita, constanter semper à nostro Tri-
bunali rejecta fuit, ex pluribus, & quidem
urgentissimis rationum momentis, de quibus
in decisionibus super retentione 22. Junii
1708. §. *Neque obstare, & seqq. cor. R. P. D.
meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore, & 13.
Ianuarii* 1710 *à §. Nec suffragari cum seqq.
cor. Me*, & in decisione, quæ revidetur §. *Po-
sito autem, & seqq.*, ad quas DD. remissi-
vè sese habuerunt, ut fastidiosa nimis evite-
tur repetitio.

Hinc deveniendo ad præcisam fructuum
7 restituendorum quantitatem, clara undequa-
que, & subsistens iterum agnita fuit eo-
rumdem liquidatio; respectu siquidem ad

Tenutam *delle Camerelle*, illa statim desumebatur ex descriptionibus factis in executionem decretorum R. P. D. Auditoris Signaturæ, nostrique Tribunalis, aliisque documentis per fratres de Terragnolis adductis, adversus quæ occasione expostulatæ novæ Audientiæ, nihil prorsus oppositum extitit, & licet allegata fuerit consuetudo Beneventi locandi bona, tum in Coloniam partiariam, tum pro responsione quintæ tantum partis, tamen ingenuè admittebatur, prædictam Tenutam semper locatam fuisse pro medietate fructuum, quorum quintam dumtaxat partem restituendam esse insinuare satagebat Carissimus, ex quo ipse Colonis partiariis subministraverat semina, Boves, atque alia pro Culturæ expensis necessaria.

Verum insubsistentia hujusmodi prætensionis apertè convincitur animadvertendo, quod omnium prædictarum rerum, quas subministravit Colonis, pretium subindè quotannis retraxit, juxta pacta locationum, & depositiones testium, quibus ipsamet innititur, quamobrem cum nihil de proprio, præter simplicem, & brevem dilationem ad solvendum idem pretium, in Tenutæ utilitatem impenderit, perperam sanè integram fructuum medietatem singulis annis revera perceptam restituere detrectat.

Quo verò ad fructus aliorum Bonorum, inutiliter pariter contendebatur demendos
8 esse à calculo illos prædii *di Pezzapiana*, ex quo assignatum fuerat Annæ de Terragnolis in vim fideicommissi Francisci Caserte, etenim dicta assignatio comprehendit solum tresdecim tumulos bonorum in d. Territorio existentium, nihil autem commune habet cum aliis quatuor Tumulis adnotatis in Calculo, de quo agitur, quemadmodum evidenter
9 ter resultat ex pacifica eorumdem possessione per Carissimum continuata, quousque in executionem mandatorum Rotalium novissimè favore Actorum eam dimittere coactus extitit.

Prout etiam ritè, rectèque in hac liquidatione habita fuit ratio de fructibus Vineæ *del Perillo*, quamvis insolutum data fuerit illis de Colle pro legato eisdem per Joannam relicto, nam sibi imputare debet Ferdinandus, si adeò sollicitus fuit in solutione profani hujus legati, quod pendente lite super
10 nullitate testamenti, nec peti, nec solvi poterat, ac revocata postmodùm ex capite
11 nullitatis eadem testamentaria dispositione, illud nullo prorsus Jure debebatur, ut constanter firmatum fuit in omnibus hujus causæ resolutionibus, quas recenset decisio, quæ confirmatur §. *Nullatenus, nec non altera super redditione rationis 28. Aprilis proximè præteriti coram Me*.

Itidemque evitari non posse visa est restitutio Canonum domus positæ in Parochia S. Donati sub obtentu, quod exigi nequierint ob ruinam, quam Terræmotus vi passa fuerat eadem Domus, siquidem ut præcedenter animadvertit d. decisio §. *Et sanè*, specialj conventione in hypothesi Emphyteuta sese obligaverat d. domum *etiamsi funditus rueret* propriis sumptibus separare, proindeque cum tale pactum in Jure substineatur,
12 & servandum, sit *ad Text. express. in l. 1. C. de Jur. Emphyt.*, *Castill. contr. Jur. lib. 3. cap. 3. à nu. 48., & seqq.*, *Rot. cor. Pen. dec. 1183. num. 4., & seqq.*, *& cor. Cerro decis. 861. nu. 12.*, profectò allegatum ruinæ præsidium, ad intentum suffragari non potest.

Nec minori irrelevantiæ nota laborabat exceptio quoad pensiones nonnullarum domorum, quas ut plurimum dislocatas remansisse contendebat Carissimus juxtà depositiones aliquorum Testium pendet lite ex-
13 piscatas, quia cum alter ex eis mendax convincatur ex publico locationis Instrumento, alii verò manifestissimè inter se discrepent quoad tempus ass. dislocationis, & è contra cum clarè pateat, quòd tàm ante, quàm post obitum Joannæ dd. domus semper locatæ fuerint. Utique imperfectis hisce probationibus elidi non potest urgentissima
14 Juris præsumptio, quæ prò successivæ locationis continuatione militat, ut præter authoritates adductas *in d. decis. §. Prout quoque, probat. Rota dec. 143. num. 3., & seq. cor. Bich. dec. 2 n. 22., & seqq. par. 11. rec., & in Rom Domus 4. Maii 1695. §. Hactenus cor. Rmo D. meo Decano.*

Subsequebatur liquidatio annuorum duc.
37. pro fructibus census debitis ab Horatio Phileppa, & hæc frustra redargui visa est de excessu ex simplici debitoris declaratione, asserentis dd. fructus ascendere ad summam duc. 18. Eo ipso enim, quod præmissam majorem quantitatem præseferunt capitula Matrimonalia per Ferdinandum acceptata, & in actis postmodum producta, tantominus infor-
15 mis declaratio debitoris tendens etiam ad proprium commodum, concludere potest errorem ejusdem expressionis, qui per univocas, & undequaque convincentes probationes justificandus esset, ad *Text. in l. cum de Indebito 25. §. ultimo ff. de probat.*, *& in l. unica cod. de error. calculi*, *Rot. decis. 261. nu. 26. par 7., & in Rom. Fideicommissi Mutii de Bubalo super arte Agraria 2. Maii 1710. §. Et præscindendo coram Me.*

Oppositus demum excessus quoad annuam summam duc. 40. prò pensionibus Domus à sæpedicto Ferdinando pendente lite inhabitatæ, corruit ex æstimatione Peritorum, qui referunt pro totidem, imò etiam pro
16 majori summa, annuatim illã locari posse, quive tamquàm testantes de re ad proprium Officium spectante, plenam probationem constituunt, juxta *Text. in l. inter Artifices ff. de solut.*, *Rota in rec. decis. 25. num. 7. par. 16.*, *& dec. 612. num. 2. par. 19.*

Ex his itaque sublatis exceptionibus, quæ in Memoriali pro nova audientia adversus præcedentem decisionem afferebatur, in reliquis DD. approbativè ad illam sese remiserunt.

Et ita altera tantum &c.

ROMANA

ROMANA CAMBII.

Luna 26. Junii 1713.

ARGUMENTUM.

Cambium creari potest pro extinguenda sorte, ac solvendis fructibus census rigorosi, qui fuisset à Fideicommittente impositus, & super Axe Fideicommissario sublinetur, secùs verò super isto non sublinentur fructus illius ratæ Cambii, quæ in fructuum Census solutionem cessit, ne in præjudicium Vocatorum fructus fructuum currant.

SUMMARIUM.

1 *Cambium creatum pro extinctione rigorosi census Fideicommissarii, ex eodem ære Fideicommissario potest extingui.*

2 *Fructus census à Fideicommittente debiti, ex asse pariter Fideicommissario possunt persolvi.*

3 *Amplia, ut tale Cambium sublineatur super eodem Fideicommisso, si eo mediante rigorosæ census usuræ fuissent resecatæ.*

4 *Negligentia Creditoris in exigendo fructus census de manibus heredis gravati, non operatur, ut Fideicommissum illius debitor à solutione liberetur, quando in originè illud à tali credito gravabatur.*

5 *Negligentia præjudicat solum in casu, quo prescriptio ex ea induceretur.*

6 *Creditor non tenetur minutatim suum creditum exigere sub pretextu, quod aliàs Fideicommissum damno afficeretur*, & quando secùs.

7 *Heres gravatus in prejudicium vocatorum, non potest debito fructifero Fideicommissum gravare, quando in illius utilitatem non cedat.*

8 *Heres gravatus non potest obligare Fideicommissum prò fructibus fructuum de cetero à suo Auctore debitorum, & collige casum.*

DECISIO DCCXCV.

IMposito censu in sorte scutorum 500. de anno 1629. à Philippo Mignano ad rationem octo prò 100. favore illorum de Vecchis, illoque extincto prò rata scutorum 200., actum fuit subinde à Creditoribus residualis ratæ prò consecutione fructuum decursorum in summa scutorum 150., atque reportatum fuit Mandatum contrà illius bona, ad quam executionem evitandam, nècnon ad faciendam rem utilem hæreditati, seu fideicommisso Philippi debitoris, Andreas Franciscus filius, & heres contraxit ad sexennium cambium scut. 450. sub annuis usuris scut. 4. 50. prò quolibet centenario favore Sebastiani de Boiis, qui præfatam summam in extinctionem debiti sortis census, ac fructuum, reportando Jurium cessionem, persolvit.

Sed adhùc deficiente Andrea Francisco in fructuum cambii solutione, promoverunt Anna, & Catharina filia, & uxor respectivè Sebastiani instantiam coram A.C., à quo fuerunt relaxata mandata, exequenda tamèn quoad sortem scutorum 300., & fructus scut. 150., ac alios decursos super bonis Philippi, licèt fideicommissariis, quò verò ad alios fructus debitos ex dictis fructibus scut. 150. redactis in capitale cambii super bonis Andreæ Francisci. A quò Judicato devoluta causa ad nostrum Tribunal, hodie disputatum fuit dubium -- *An mandata ab A. C. relaxata sint exequenda, & etiam novum relaxandum* -- & Dominis renuente Philippo jun. filio Andreæ sua jura deducere, responderunt *pro informante*.

Non enim visum fuit Dominis dubitari posse de validitate, quæ non controvertebatur, proùt nèc etiam de Justitia mandatorum, quoniàm distinctè agendo de singulis mandatis relaxatis, utique quantum attinet ad illud relaxatum prò sorte scutorum 300., & fructibus à die creationis cambii, usque ad præsens decursis contra bona hæreditaria,

1 seu Fideicommissaria Philippi, Justitia erat evidentissima, quià cùm non controverteretur fideicommittentem remansisse debitorem illius ratæ sortis census, impugnari non poterat subsequens contractus cambii ab Andrea Francisco initus cum Sebastiano, ad effectum extinguendi hujusmodi debitum, & consequentèr jure meritoque in hac parte mandatum A.C. veniebat exequendum, *Rot. post Zacch. de oblig. Camer. dec. 12. num. 4. & decis. 63. num. 3. & seq. coram Celso, & dec. 629. n. 1. par. 11. recent.*

Parique ratione constitit Dominis, A. C. ritè, & rectè relaxasse aliud mandatū adversus bona ejusdem Philippi sen. pro aliis scutis

2 150. titulo fructuum decursorum vivente d. Philippo, & redactis in partem capitalis cambii, quoniam hoc itidem erat æs alienum defuncti, pro cujus extinctione procul dubio ejus hæredes tenebatur, ac proindè contra illam executio erat decernenda, cum unusquisque propria debita persolvere tenneatur, ex notissimis Juris principiis.

Absque eo quod obstare posit, quod respectu hæreditatis Philippi fideicommittentis nulla valeat obligatio considerari quoad sortem scut. 300. translatam, una cum fructibus in contractum cambii stipulatum ab Andrea Francisco; quandoquidem in promptu erat responsio, videlicet, quod cum certum sit Philippum sen. fuisse debitorem istius ratæ census sub onere fructuum ad ra-

3 tionem octo prò centenario, citrà difficultatem cambium sublinendum videbatur, dùm hoc ideò initum fuerat, ut illo mediante debitum census extingueretur, & quidem cum magna utilitate fideicommissi, quia usuræ, seu fructus ferè prò medietate extiterunt diminutæ, in quibus terminis nemo est, qui ignoret novum contractum subsistere, & involvere obligationem ejusdem primarii debitoris, *Rot. cor. Seraph. dec. 1063. num. 14., & in Rom. Cambii 12. Junii 1699. §. Verùm quia, & per tot. coram Me., & in alia Romana Cambii 1. Februarii 1712. §. Demum*

cum

cum seq. coram R. P. D. meo Aldrovranda. Prout nec etiam animadversionem promeretur, quod prò fructibus decursis in vita hæredis gravati non sit facienda executio super bonis fideicommittentis ob negligentiam Creditoris, qui distulit proprium cre-
4 ditum exigere, nàm quoties in controvertibile est debitum in sui origine esse ejusdem Philippi sen., nequit dubitari illius bona esse obligata ad satisfactionem, non attento ullo fideicommisso, quod procul dubio cadere non potest super illis rebus, quæ necessario sunt detrahendæ in extinctionem æris alieni contracti ab eodem Testatore, ad *Text in l. Creditoris arbitrio ff. de distract. pignor., l. alienationes ff. famil. ercifcund., Rot. coram sa. me. Alex. VIII. dec. 206. num. 13.*

Quin ulla vis fieri debeat in asserta negligentia Sebastiani creditoris, quoniam, quidquid sit, an re vera talis negligentia vigeat in casu præsenti, dum apparet Creditorem egisse contrà Andream Franciscum primum hæredem gravatum, prò certò habuerunt Domini, quod illa sola potuisset negli-
5 gentia præjudicium inferre, quæ induceret præscriptionem, aliàs numquàm juxta casum controversum Creditor amittit jus consequendi proprium creditum à suo debitore, *Rota dec. 307. num. 4. coram Cerro, & dec. 149. num. 8. par. 1. recent.*

Nec relevare putatum fuit istos fructus cambii esse minuatim exigendos ex fructibus fideicommissi, ne in præjudicium vocatorum sequatur totalis ejusdem eversio, juxtà terminos decisionis *in Romana Pecuniaria de Falconeriis 28. Junii 1702. cor. R. P. D. meo Ansaldo*, statim namque in comperto fuit dictam authoritatem minimè esse applicabilem in præsenti hypothesi, nam ibidem
6 agebatur de remedio subsidiario allegato ab Aromatario ad effectum obtinendi satisfactionem super bonis primogenialibus, ex cujus fructibus commodè poterat satisfieri, hic autem agitur de proprio debito originario Philippi senioris, prò cujus dissolutione non intentatur ulla actio subsidiaria, nec insuper probatur, commodè ex fructibus Creditorem posse satisfieri, quinimò in Jure certum est Creditorem non teneri suum creditum minutatim recipere, sed benè quidem eidem permissum esse bona debitoris prò suo arbitrio in satisfactionem eligere, ad *Textum apertum in leg. creditoris arbitrio ff. de distract. pignor., Rota decis. 36. nu. 38. coram Cerro.*

Transeundo modò ad aliud mandatum relaxatum prò fructibus scutorum 150., Domini sunt arbitrati juri esse consentaneum, quod dumtaxat relaxetur mandatum adversus bona Andreæ Francisci, & consecutivè quod mandatum hoc modo ab A.C. relaxa-
7 tum sit exequendum, eo quia non erat in facultate hæredis gravare fideicommissum novis fructibus in præjudicium aliorum vocatorum, *Rot. in Maceraten. Legatorum, & fideicommissi super Prædio della Cimarella &c. 23. Junii 1710. §. 4. coram R. P. D. meo Ansaldo.*

His positis, respectu primæ partis dubii, Domini quoad alteram partem crediderunt
8 ex iisdem rationibus novum mandatum non esse relaxandum, quià cum istud petatur contra hæreditatem Philippi sen. pro fructibus decursis ex illis scutis 150., quæ fuerunt redacta ad capitale cambii, minùs præjudiciale, ut mox dictum fuit fideicommisso, videbatur, quod permittendum esset hæredi simile onus præseferens fructus fructuum fideicommittentis patrimonio superimponere. Et ità Domini retenta Methodo servata ab A.C *mandata esse exequenda, & novum non esse relaxandum*, unica tantùm parte Informante *decreverunt &c.*

ROMANA TRANSACTIONIS PENSIONIS.

Luna 26. Junii 1713.

ARGUMENTUM.

Hæc decisio agit de privilegio Dapiferi EE. Cardinalium de tempore Conclavis, quod ei competat in resignatione pensionum, ex quibus solemnitatibus uti debeat, ut validè ad eandem translationem devenire valeat, secum fert.

SUMMARIUM.

1 *Translatio pensionis facta coram Notario, Testibus, vel Exequutore in Ecclesiastica dignitate constituto, validissima est.*
2 *Translatio, ut validè fiat, requirit exhibitionem indulti, & productionem illius coram exequutore, ut cum jurisdictione procedat.*
3 *Exhibitio indulti suppletur per productionem litterarum originalium, quæ resignandi facultatem concedant, & ex quo exequutor ad eas se retulerit, cum expressa diei designatione.*
4 *Relatum in referente continetur cum omnibus suis qualitatibus.*
5 *Scripturæ in actis productæ, semper præsumuntur à Judice recognitæ.*
6 *Regnatio, ut valida sit, non sufficit, quod exequutor scientiam habeat de tali facultate penes resignantem.*
7 *Amplia, ut neque partium, & neque Notarii assertioni deferendum sit, etiam si diceret, quod ipse Breve facultativum legisset.*
8 *Translatio pensionis, ut sit valida, satis est, quod exequutor se habuerit relativè ad indultum in actis à resignante productum.*
9 *Insertio privilegii in instrumento translationis necessaria non est, quoties illud coram exequutore productum fuisset.*
10 *Amplia, si in instrumento translationis adesset in substantialibus insertus tenor indulti præcedenter producti.*
11 *Copia impressa hujus indulti satis est,*
12 *Amplia, si translatio fiat in Urbe, ubi Dapiferum privilegium innotescit.*

13 *Ju-*

13 *Judex Commissarius, ut habeat juridictionem, satis est, quod commissio sit coram ipso producta, & necesse non est, quod eam sub oculis habeat.*

14 *Pensio transferri potest in pluribus vicibus, dummodo qualibet translatio ducatos centum non excedat, ultra quos indultum Dapiferum non se extendit.*

15 *Prætendens fuisse consumptam facultatem transferendi in primo actu à pensionario, id debet concludenter probare.*

DECISIO DCCXCVI.

IN vim induIti, quo fruebatur Cæsar Manlius tamquam Dapifer clar. me. Card. Gondi de tempore Conclavis, in quo ad Pontificatum assumptus fuit sa. me. Innocentius XI., transtulit anno 1700. duas pensiones pro medietate in Philippum Restignanum, & in instrumento translationis rogato per acta Cimartoni Notarii Capitolini insertum fuit Breve facultatis transferendi usque ad summam duc. 100. Cumque deinde ex causa resignationis quinque simplicium beneficiorum facta favore Joannis Jacobi de Longhis, sibi reservari obtinuisset nonnullas pensiones ascendentes in totum ad 20. duc. auri, cum duobus tertiis, harum quoque medietatem anno 1700. transtulit in prædictum Restignanum, & hujusmodi translationis instrumentum, adhibitis omnibus solemnitatibus, celebratum fuit coram Canonico Spagna Prothonotario Apostolico.

Cum autem postremam hanc translationem, nullitatis vitio laborare contenderet Longus, minimè acquiescens contrario sensui amicabilis Arbitri communiter electi, adhuc judicialiter fategit propria jura experiri, sed frustra, nam R. P. D. meus tunc A. C. Cerrus sententiam protulit super validitate d. translationis, mandatumque pro terminis decursis relaxavit, quod in gradu appellationis, mihi tamquam Ptæiato commissu, hodie *exequendum esse responsum fuit.*

Justitia siquidem mandati, quę unicè in discrimen revocabatur, satis clarè emergere
1 visa est, ex quo translatio controversæ pensionis facta dignoscitur coram Notario, Testibus, ac Executore in Ecclesiastica dignitate constituto, juxta formam in supradicto induito præscriptam, proindeque de ejus validitate nullo modo ambigi potest, *Rot. dec.* 651. *cor. Cerr. dec.* 366., *cor. Cavaler., & cor. Merlin. dec.* 277. ubique *n.* 1., *& in rec. dec.* 650. *num.* 4. *&* 5. *p.* 4. *tom* 3., *& dec.* 83. *num.* 5. *part.* 17.

Quin relevet exceptio acriter promota à scribentibus pro titulari, in qua potissimum residebat hujus causæ momentum, quod nempe à nullitate salvari nequat d. translatio, quia coram executore exhibitæ non fuerint litteræ originales facultatis transferendi. Quamvis enim DD. non hæsitaverint, quod
2 pro validitate translationis omnino requiratur exhibitio induiti, illiusque productio coram executore, ad hoc ut iste certus evadat de sua jurisdictione, ad latè tradita per *Ferett.* vulgato *cons.* 85., *Spad. cons.* 77. *à n.* 1. *& seqq. lib.* 3., *Garz. de Benef. p.* 6. *cap.* 2. *n.* 11., *Lotter. de re benefic. lib.* 1. *q.* 37. *à n.* 33. *cum seqq., Rot. dec.* 143. *n.* 2. *& seqq. p.* 2., *& dec.* 485. *n.* 1. *& seqq. p.* 4. *tom.* 1. *rec.*

Nihilominus cum in hypothesi litteræ ori-
3 ginales hujusmodi facultatis reperirentur jam realiter productæ in actis ejusdem Notarii, & tamen Manilius transferens, quam & fortius ipse executor, ad easdem litteras præcisè sese retulerint, cum expressa designatione diei, mensis, & anni, utique qualificata, & specifica hæc relatio æquipollet exhibitioni
4 ejusdem induIti, sive quia relatum inesse dicitur in referente cum omnibus suis qualitatibus, perinde ac si dicta facultas inserta esset in eodem translationis instrumento, ut generalibus omissis, tradunt in puncto *Gratian. discept. forens. cap.* 551. *n.* 6. *&* 8., *Rot. cor. sa. me. Innocentio X. dec.* 496. *n.* 5., sive
5 quia quidquid in actis productum fuit præsumitur à Judice, se ad illud referente visum, atque recognitum, quemadmodum in terminis prosequitur *Gratian. d. cap.* 551. *n.* 1., *& sub n.* 11., *Carol. Anton. de Luc. ad eundem n.* 2., *Lotter. de re benefic. lib.* 1. *q.* 40. *n.* 29.

Atque hinc attendi non meretur replica-
6 tio, quod in hac materia sufficiens nequaquam reputetur scientia executoris, quoad præexistentiā induIti de transferendo, juxta deducta per *Roman. cons.* 336. *num.* 4. *&* 5., *Spad. d. cons.* 77. *n.* 3. *lib.* 3., *Lotter. de re benef. lib.* 1. *d. q.* 37. *sub n.* 28. *vers. quia*, *Rota*
7 *d. dec.* 143. *n.* 2. *p.* 2. *rec.*, minusque assertio partium, & ipsius Notarii attestantis se vidisse, ac perlegisse litteras facultatis transferendi sub enunciatione illarum datæ, *Ferret. dict. cons.* 85. *n.* 3., *Spad. d. cons.* 77. *sub n.* 3. *in fin.*, *Rot. d. dec.* 143. *n.* 2. *pariter in fine.*

Nam pro eliminatione objecti in utraque sui parte, animadversū fuit, quod in præsenti casu vis non constituitur in simplici scientia executoris, nec in assertione Partium,
8 & Notarii, sed in reali productione induIti, & facultatis, ad quam executor relativè se habuit, quod ad effectum de quo agitur superabundare dicendum est, eo ipso, quod omnes auctoritates etiam in contrarium ad-
9 ductæ non exigunt pro forma materialem privilegii insertionem in instrumento translationis, sed contentantur illius productione, & existentia in processu fulminato, quemadmodum videre est in *dec.* 2. *cor. Achil. de*
10 *Graff. de Offic. delegat., dec.* 245. *lib.* 3. *cor. Puteo, dec.* 277. *cor. Merlin.*, *& dec.* 496. *in fin. cor. sau. me. Innocentio X.*, *& in rec. dec.* 153. *n.* 4. *p.* 5., *& dec.* 265. *n.* 8. *p.* 7.

Tantoque magis prænissa procedunt, quia in sæpedicto translationis instrumento insertus apparet in substantialibus tenor induIti jam præcedenter producti, & propterea quodammodo satisfactum etiam videtur prædictæ materiali exhibitioni, & insertioni, *Ton-*
11 *dut. de pension. cap.* 28. *n.* 24. Præsertim cum ad validitatem hujus actus sufficiat etiam copia

pia impressa d. indulti, *Gratian. discept. forens. d. cap. 551. n. 15., Rot. dec. 265. n. 3. & 10. p. 7., Adden ad Pamphil. d. dec. 96. n. 13.*

Sine difficultate, ponderando, quod res
12 est de translatione pensionis facta hic in
Urbe, in qua notorium est privilegium Dapiferis concessum, adeout juncta præcedenti ejusdem productione facta in actis ejusdem Notarii, & quidem occasione translationis alterius pensionis favore prædicti Restignani, in quem etiam pensio, de qua agitur, translata extitit, ulterius dubitandum non est de actus validitate, *Corrad. in prax. benefic. lib. 5. cap. 6. n. 45. & seqq., Lotter. de re benefic. q. 40. n. 32. & seqq.*, Gratian. *discept. forens. sæpecitato cap. 551. n. 12. & 13.*

Exemplum quod petebatur à Judice delegato, seu commissario, ad hominem retorque-
13 tur; nam ad fundandam ejus jurisdictionem, nullibi cautum legitur, quod necessaria sit exhibitio commissionis sub ejus oculis corporeis, sed sufficit illius productio in actis, ut quotidiana edocet praxis, & testatur *Marchesan. de commiss. cap. 3. n. 34.*

Vindicato ex his ab opposito primæ nullitatis vitio translationis actu, facilius inefficax, & insubsistens deregitur altera prætensa nullitas ducta ex translatione pensionis facta per Manilium anno 1700., & sub obten-
14 tu, quod indultum expresè non præseferat facultatem transferendi in una, vel pluribus vicibus, per primum ipsius usum consumptum dici debeat, ut argumentat *Text. in l. Boves §. Hoc sermone ff. de verb. signif.*, tradunt *Lotter. de re benefic. lib. 1. q. 40. n. 18., Tondut. de pens. cap. 32. n. 26., Gonzal. ad regul., Cancell. gloss. 11. n. 82., Rot. dec. 485. n. 3. p. 4. to. 1. rec.*

Etenim, licèt indultum non contineat expressam facultatem transferendi in una, vel pluribus vicibus, adhuc tamen restrictum, & limitatum non est ad unam tantum vicem; imò, dum tribuit jus transferendi unam, seu plures pensiones usque ad summam duc. 100. in totũ, vel in parte favore unius, vel plurium personarum -- *quousque integra hæc summa translata non fuit, intacta remanet facultas.* Et de facto auctoritates in objecto allegatæ, locum sibi vindicant, quoties indultarius in primo actu transfert totam summam in indulto comprehensam, non autem ubi agitur de reiteratione actus super diversis pensionibus pro remanenti quantitate, ut signanter patet ex *d. dec. 485. n. 3. p. 4. rec.*

Quodque res ita se habeat, evidenter evincitur, ex quo Doctores in dubium non
15 revocant, quod prætendens consumptam fuisse facultatem transferendi in primo actu, concludenter probare teneatur translatam fuisse totam summam, de qua loquitur indultum, *Lotter. de re benef. d. q. 40. n. 64. & 65.*, quæ sanè inspectio superflua esset, si facultas transferendi in primo translationis actu expiraret, ut patet ad sensum.

Et ita utraque &c.

VITERBIEN. RELEVATIONIS,

Lunæ 26. Junii 1713.

ARGUMENTUM.

Obligatus de evictione in contractu, etiam casu quo nullus judicaretur, tenetur ad quanti interest semper, & ad semper. Mulier liberè disponit de bonis viri per Judicem ob vergentiã viri titulo assequutionis dotis sibi assignatis, tenetur in subsidium filiam dotare, & repetit quidquid in dotem tradidit adversus virum,

SUMMARIUM.

1 *Obligatus de evictione, prò manutentione, exigibilitate, & realitate census, etiamsi ex quocumque capite rescinderetur contractus, posito, quod rescindatur, pactum illud in jure servatur.*

2 *Amplia, ut teneatur etiam ad fructus, loco tamen damnorum, & interesse, donec sors restituatur.*

3 *Censum esse venditum, non verò retrovenditum, deducitur ex verbis importantibus simplicem venditionem, non retrovenditionem, idest si fuerit translativè, non extinctivè cessus, & ex quibus aliis.*

4 *Cessionarius in dubio præsumitur voluisse subingredi in juribus cedentis, etiamsi non declarasset.*

5 *Creditor census, si emat à suo Debitore rem, & pretium illius cum censu excomputet, hic est actus per æquipollens illius retrovenditionem secum ferens.*

6 *Mulier liberè disponit de illis bonis viri, quæ ob ejus vergentiam sibi à Judice assignari fecit,*

7 *Mulier acquirit dominium virtute dotis de re, quam per dationem in solutum, prævia æstimatione, à Judice obtinuit.*

8 *Amplia. si Vir spe relevationis ob paupertatem destituatur.*

9 *Subamplia, si Vir prædictam dationem ratam habuisset, in quo consistat ista ratihabitio. & quid operetur.*

10 *Assignatio prædii facta à muliere virtute sui crediti dotalis in dotem filiæ, quod de cætero spectabat ad Virum, liberat idem prædium ab hypotheca dotali ejusdem assignantis,*

11 *Mulier habet relevationem super bonis viri, si dotet filiam communem, & utili actione negociorum gestorum agere potest.* & n. 14.

12 *Mater in subsidium filiam dotare debet.*

13 *Mater si dotet filiam de proprio, censetur procuratorio nomine Viri, & habet repetitionem adversus eumdem,*

DCISIO DCCXCVII.

NUllis adhibitis solemnitatibus tùm patrii statuti, tum constitutionis Ægidianæ, imposuerat anno 1607. Hieronymus Pagliaronus tunc minor censum in sorte scut. 300. ad rationem sc. 8. pro quolibet centenario favore Joannis Baptistæ Zelli, qui an. 1615. eum-

dem

dem censum cedens Alexandro Bugiotto, sub obligatione Camerali promisit semper, & quandocumque cessionarium manutenere in libera possessione exigendi fructus, eumque liberare à quacumque evictione tàm generali, quàm particulari, etiamsi dictę impositionis Instrumentum ex quovis capite, & defectu rescinderetur, & annullaretur, cui quidem obligationi postea in solidum etiam accessit Camilla Farinaccia cedentis Uxor, ut Virum à carceribus, quibus ex causa dicti census mancipatus fuerat, liberaret.

Successivè de anno 1631., Petrus & Franciscus de Bugiottis filii, & hæredes præfati Alexandri emerunt ab Angelica Maderna Uxore antedicti Pagliaroni medietatem Prædii *di Campo Giordano*, quod illa sibi pro sua dote in solutum assignari obtinuerat, attenta vergentia viri graviter oberati ad inopiam, & in computum prętii, eidem translativè cesserunt jura controversi census, una cum fructibus usque tunc decursis.

Cum autem super hujusmodi prædio Emptores passi fuerint immissionem in vim utilis Salviani interdicti obtentâ ab illis de Pectis ex causâ alterius census, licet longè post per communem, & originarium debitorem impositi, quia sæpedictum primum censum ex defectu solemnitatum, nullitatis vitio laborare usque ad rem judicatam definivit nostrum Tribunal.

Hinc propterea Vincentius Bugiottus, & Dominicus Hyacinthus Zagarolus causam habens à dicta Angelica cessionaria, proponi per Me hodiè curarunt dubium — *An esset relaxandum mandatum contrà bona hæreditaria Joannis Baptistæ Zelli, & Camillæ Farinacciæ, tàm pro restitutione sortis, quam solutione fructuum decursorum*, & DD. *affirmativè* responderunt.

Fundata enim perspicuè apparuit Actorum 1 intentio in obligatione, quam assumpsit Joannes Baptista cedens, manutenendi sub efrenata evictionis promissione verum, realem, & exigibilem dictum censum, etiam in casu, quo Instrumentum illius impositionis quomodolibet rescinderetur. Quamobrem cum de facto idem census per rem judicatam Rotalem nullus declaratus fuerit, commissa dicitur stipulatio, & factus locus promissæ evictioni, in cujus sequelam descendit nedum debitum sortis, verum etiam fructuum, 2 qui debentur non tamquam fructus, sed loco damnorum, & interesse, donec sors principalis restituatur, *Rot. dec.* 51. *nu.* 1., *& seqq.*, *& dec.* 72. *n.* 4., *&* 5. *penes Posth. de subast.*, *& dec.* 619. *à num.* 4. *cum seqq. cor. Bich.*, *& dec.* 394. *num.* 2., *&* 3. *par.* 15. *recent.*, *& in Rom. fructuum census* 15. *Junii* 1711. §. *verum bis cor. R. P. D. meo Ansaldo*.

Neque obstare visa est unica exceptio ducta ex eo, quod illi de Bugiottis recipientes ab Angelica uxore impositoris census medietatem dictæ tenutæ *di Campo Giordono*, & excomputantes pro rata ejusdem pretii creditum census, dicantur quodammodo illum extinxisse. Ex lectura quippe Instrumenti dictæ emptionis, & Venditionis respectivè, pænitus sublata remanet vis objecti, 3 nam in illo expressè conventum extitit, quod sc. 456. retinenda forent per emptores, ad effectum illa erogandi in emptionem census, de quo est quęstio, ac fructuũ & Jurium illius, prout revera post biennium in executionem hujusmodi conventionis celebratũ fuit aliud Instrumentũ, in quo unicè præfati emptores amplissime transtulerunt Jura census in Angelicam venditricem, in quibus terminis, ex nimis clara omnium contrahentium voluntate, in geminatis actibus solemniter patefacta, in aperto ponitur, quod dicta cessio fuit omninò translativa, non autem extinctiva, *Cenc. de cens. quæst.* 71. *num.* 5. *vers. quod autem*, *& quæst.* 103. *nn.* 17. *vers. & ad demonstrandum*, *Rota post eumdem decis.* 359. *num.* 2., *& dec.* 366. *nu.* 1., *& seqq.*, *& coram Dunoz. jun. dec.* 576. *nn.* 10., *cum concordan. relat. in Romana Salviani* 10. *Februarii* 1712. §. *Et nihilominus cor. R. P. D. meo Ansaldo*.

Eoque potissimum ponderando, quod Angelica nulla prorsus obligatione obstricta erat pro dicto censu, ideoque cum nemo censeatur velle simpliciter in gratiam alterius jactare suum, propriamque exhaurire crumenam, quando etiam dilucidè semel, 4 atque iterum animum suum non declarasset, adhuc in dubio præsumendum esset illã subingredi voluisse mediante cessione in Juribus Creditorum, *Casanatt. conf.* 10. *à nu.* 77. *cum pluribus seqq.*, *Tondut. resolut. civil. par.* 2. *cap.* 128. *num.* 13., *Capyc. lat. dec.* 16. *num.* 28., *&* 29., *Rot. post. Cenc. de cens. dec.* 367. *n.* 3., *& in d. Rom. Salviani* 19. *Feb.* 1712. §. *verum*, *&* §. *Absque eo quod cor. R. P. D. meo Ansaldo*.

Atque hinc extraneæ sunt ab hypothesi auctoritates in contrarium cumulatæ: illæ enim locum sibi vindicant, quoties Debitor vendendo rem suam Creditori census, loco recipiendi rei venditæ pretium, ex computat debitum census passivi, per quam fanè 5 excomputationem involuentem retrosimile actum implicitæ retroventionis, census remanet extinctus, ut signanter videri potest apud *Rocc. select. disput. jur. cap.* 128. *num.* 6., *Rot. cor. Bich. dec.* 380. *à num.* 23., *& seqq.*, *& dec.* 406. *num.* 27., *&* 28., *& decis.* 551. *num.* 4. 13., *&* 14.

Diversimodè tamen res se habet in præsenti, quia non venditionem explevit Pa- 6 gliaronus Debitor census, sed Angelica ejus Uxor, & quidem dè re propria, quam pro restitutione suę dotis authore Prætore præcedenter in solutum receperat, proindeque, cum de tempore venditionis dictum prædium pro medietate effectum fuisset liberum uxoris patrimonium, rite potuit ipsa, tamquam tertia, per ejus distractionem acquirere jura sæpedicti census, quamvis illud antea extitisset in dominio Viri debitoris

Rot. dec.7. num.8. par.12. recen., & decis.8. nu.4. inter impress. ad ornatum Card. de Luc. lib.5. tit. de usur.

Non attenta replicatione, quod dicta mulier medietatem ejusdem Prædii sibi solum per Judicem assignari obtinuerit prò assecuratione suæ dotis, quodque ideò illius dominium semper resederit penes Virum; nam licet verum sit, quod ab initio ipsa reportaverit sententiam super assecuratione suæ dotis, & illius vigore Prædii possessionem nacta fuit, æque tamen verum est in facto, quod postmodum, prævia Judiciali
7 estimatione facta per Peritos, idem prædium
per Judicem datum fuit in solutũ Mulieri cum
clausulis dominii translationem præseferentibus, adeout hæsitari ne queat, quin in liberũ,
& proprium uxoris patrimonium transiverit,
8 maximè cessante spe reluitionis ex parte
viri notabiliter oberati, *Rota coram Priolo dec.66. à num.18. cum pluribus seqq., & dec. 376. num.25. & seq., & in rec. dec.12. nu. 12, & 13. par.16., & dec.243 nu.7. par.18. rec., & dec.2. num.10. ad ornat. Car. de Luc. ubi supra.*

Cessatque hac in re omnia difficultas, quia
9 Ipsemet Vir hujusmodi assignationem, & dationem in solutum ex post ratam habuit, ut evidenter convincitur ex eo, quod uxor præsente; & consentiente Viro, in supradicto venditionis Instrumento asseruit, dictum Prædium ad se liberè spectare ex Juribus suæ dotis, & per consequens stante hac ratificatione, de prædicto assignationis actu judicandum venit, perindè, ac si ab initio ab ipsomet Viro expletus fuisset, vulgata lege *Paulas ff. rat. haber., Rota coram Sa. Me. Alex. VIII. dec.107. num.7., & cor Emerix Jun. dec.861. num.11., & dec.532. num.6.*

Minusque subsistit, quod de tempore venditionis supradicti Prædii eadem Angelica jàm consumpsisset integram Dotem scutorum 2000. mediante assignatione alterius medietatis dicti prædii facta pro dotanda filia, ut firmatum fuit in hac causa in dicta *Viterbien. Salviani 16. Januarii 1702. §. Verum ad eliminationem coram Emo D. Cad. della Tremoille.*

Etenim extinctio dicti crediti dotalis in
10 præfata decisione considerata fuit, ut repelli
non possent Creditores intermedii Viri,
quorum respectu dictum Prædium per dictam assignationem liberum evaserat ab hypoteca dotali, non autem hæc jurium tran-
11 slatio ullo modo impedire potest Mulieri
relevationem super aliis bonis viri, *Salgad. in laber. Credit. par.3. cap.13. §. unico à nu. 46., cum pluribus seqq., Saminiat. contr.21. num.17. tom.1., Rot. coram Emerix jun. dec. 1293. n.3., & dec.397. num.13. par.18. rec.*

Maximè quia assignatio prædicta facta extitit prò debito dotis, ad quod Mulier in
12 subsidium dumtaxat tenebatur, quo casu
censetur nomine quasi procuratorio Viri dotẽ
13 filiæ constituisse, itaut quidquid soluit de
proprio, semper repetere possit à Patrimonio
14 viri utili actione negociorum gestorum;
Surd. cons.488. à num.21., Gairb. in consuet. Messanen. cap.8. Gloss.6. nu.38., Ciriac. cont. 495. per. tot., Car. de Luc. de dote disc.154. num.26.

Et ita utraque &c.

BENEVENTANA NULLITATIS TESTAMENTI SUPER REDDITIONE RATIONIS QUOAD PARTITAM RESERVATAM.

Lunæ 3. Julii 1713.

ARGUMENTUM.

Hæc Decisio respicit partitam duc.510., de qua in decisione præcedenti diei 28. Aprilis 1713. nulla fuit capta resolutio.

Identitas unius cedulæ dotalis, qua vir dotantis debitum persolvisse prætenditur, ex quibus probetur, distinctè, & ad rem fert sequens.

SUMMARIUM.

1 *Creditor si reperiatur dimissus mediante cedula, quæ sit ejusdem summę, & sub eadem die scripta, sub qua fuisset altera, quam in computum dotis dotans, & respectivè debitor filię tradidisset, pręsumitur ista fuisse dimissus ratione identitatis,* & n. seq. 3., & 5.

2 *Multiplicitas cedularum ejusdem met summę, & sub eadem die scriptarum in debitore non pręsumitur, nec actuum pluralitas.*

3 *Ex quibus identitas ejusdem cedulę probetur.*

4 *Brevis temporis intercapedini inter assignationem cedulę in dotem, & solutionem debiti multum defertur.*

5 *Amplia, si concurrat pręcisa, & identifica quantitatis expressio,* & n.10.

6 *Solutio debiti alicujus, semper sub debitoris nomine fieri solet.*

7 *Descriptio cedalę in faciem diversę Personę, quando vir plures alias consimiles in dotem recepit, non operatur, quin sit ejusdem naturę.*

8 *Vir non pręsumitur erogasse rem Uxoriam in dimissionem æris alieni, quod dotans contraxisset absque recognitione bonę fidei.*

9 *Limita, si in capitulis adesset conventio pręseferens, quod vir in casu similis solutionis relevationem haberet.*

DECISIO DCCXCVIII.

IN involuta liquidatione bonorum hæreditariorum Joannæ assumpta coram Me sub die 28. Aprilis proxime præteriti, responsum fuerat *relaxandum esse mandatum favore Fratrum de Terragnolis adversus Ferdinandum pro pluribus partitis*, respectu tamen alterius ducator. 510. consistentis in Cedula Mensæ nummulariæ Neapolis, ob suffragiorum scissuram, nulla capi potuit resolutio:

Verum

Verum quoad hanc, reassumentibus hodie
DD. particulare examen, prævalere visa
sunt momenta rationum, quæ pro eodem
Ferdinando adducebantur, proindeque *non
esse relaxandum mandatum* responderunt.

Cum enim in dubio non revocetur, quod
1 inter cætera bona provenientia ab hæredi-
tate Annæ Antoniæ de Abbatibus, & per
Joannam in dotem tradita Carissimo, recen-
seatur Cedula duc.510., quodque Magdale-
na de Abbatibus, & Mercurius Fogliane-
sius ejusdem Joannæ creditores in transa-
ctione dimissi fuerint etiam mediante Cedu-
la præseferente præcisam quantitatem du-
cator.510., tota difficultas unicè residebat
in eo, *an Cedula in Dotem assignata, sit il-
lamet, quæ in dd. Creditorum satisfactio-
nem cesserat*.

Qua in re ejusdem Cedulæ identitatem,
pro qua militat etiam omnis præsumptio,
2 pluritatem semper in dubio excludens, *Bal-
in l. ultima in fin. C. de dub. Saf. consf.70.
num.2., & cons.71. num.1. lib.1., Menoch.
de præsumpt. lib.6 præsumpt. 15. num.8., co-
ram Seraph. dec.1093. num.5., & coram
Merlin. dec.540. num.6.*, satis clare probari
compertum fuit, ex quo in Capitulis matri-
3 monialibus assignatio prædictarum rerum
facta extitit cum expressione, quod essent ob-
noxiæ pretentionibus dictæ Magdalenæ,
& propterea, in casu, quo, vel per transa-
ctionem, vel per Judicis sententiam diminu-
tionem aliquam paterentur, vir expresse sibi
cavit restituere solum summas residuales;
quamobrem eo ipso, quod intuitu remissio-
nis suorum Jurium Magdalena in translatio-
ne recepit dd. ducat.510., utique hujus-
modi solutio expleta dici debet ex pecuniis,
de quibus actum fuerat, quæque huic oneri,
& eventualitati subjectæ reperiebantur, ad
*Text. in L. qui aliena ff. de acquir. hæred.,
& L. quædam mulier ff. de rei vindicat, Me-
noch. de præsumpt. lib.3. præsumpt.55. nu.8.,
Rota coram Seraph. dec.1093. nu.7., & co-
ram Royas dec.396. num.5., & in Romana
Cambii 27. Januarii 1708. §. Præcipuè co-
ram R. P. D. meo Scot. Almæ Urb. Guber-
natore*.

Eoque potissimum, attenta brevi tempo-
4 ris intercapedine, qua facta fuit receptio
Cedulæ, & datio in solutum, illam enim
plurimum ad intentum conferre tradiderunt
*Cravet. cons.298. n.3., Ancharan. cons.430.
vol.1. vers. adverte, Rota dec.582. num.3.
coram Emerix Jun., & cor. Priol. dec.42.
num.8., & in Lucana Livelli 9. Maii 1707.
cor. R. P. D. meo Ansaldo*.

Sine difficultate, quia in hypothesi con-
5 currit præcisa, & identifica ejusdem Cedu-
læ quantitas, propter quam in evidentiam
quodammodo transire videbatur identitatis
probatio, *Rota coram Seraph. decis.1093.
num.3., & coram Celso dec.340. nu.4., &
coram Bich. dec.671. num.6., & cor. Priol.
dict. dec.42. nu.8., & 9., & d. dec.482. nu.3.
cor. Emer. Jun.*

Atque hinc non obstat, quod dicta solu-
tio facta appareat proprio nomine Joannæ,
inde inferendo, quod præsumi nequeat ex-
pleta cum rebus dotalibus, quæ in Domi-
nium Ferdinandi transierant. Cum enim
6 ageretur de debito Joannæ, non alias, quam
illius nomine fieri potuit solutio, nec Do-
minium viri quoad bona provenientia à præ-
dicta hæreditate, certum ullo modo dici
poterat adhuc super illis fuisse inductum,
dum pendebat lis, & in ipsis met Capitulis
matrimonialibus Partes agnoverunt, quod
Magdalena avocare poterat bona in Dotem
tradita, quemadmodum supra ponderatum fuit.

Eademque irrelevantia laborat altera ex-
7 ceptio, quod Cedula Dotalis non cantaret
in faciem diversæ personæ, prout cantabat
illa, quæ in transactione consignata fuit, si-
quidem, cum in sæpedictis Capitulis matri-
monialibus sermo habitus fuerit de Cedula
ducator.510. continuativè ad alias Cedulas
cantantes in faciem diversarum personarum
per ea verba -- *altri ducati* 510. *in altra fe-
de di credito* -- clare datur intelligi, quod
etiam ista esset ejusdem indolis, & præce-
dentium qualitatis, *cap.16. de rescript., L.
plures C. de fid. Instrument., Rota cor. Eme-
rix Jun. dec.1241. num.4., & dec.258. n.12.
par.13., & dec.126. n.9. par.12. rec.*

Prout etiam, quamvis non parum urgeret
8 inverisimilitudo ducta ex eo, quod Ferdi-
nandus dederit in solutum rem dotalem ad
cujus restitutionem se se obligaverat absque
ulla sollicitudine reportandi saltem aliquam
declarationem pro sui indemnitate, adhuc
9 tamen hujusmodi præsumptio tanti reputan-
da non est, ut elidere valeat omnes præmis-
sas probationes, maximè quia in vim Capi-
tulorum matrimonialium, satis eidem Carissi-
mo consultum erat, nam in illis, ut præno-
tavimus, conventum fuerat, quod in casu,
quo dimitterentur creditores prædicti, pro-
portionabiliter pro rata persoluta, obligatio
restituendi res dotales induceretur.

Tandem obesse non potest animadversio,
quod in dicta *decisione coram Me edita super
redditione rationis 28. Aprilis proximè præ-
teriti §. Perperam tamen*, ex rationibus huc-
usque rejectis admissum fuerit, argenta in
summa ducator.97. per eundem Ferdinan-
dum dd. Creditoribus contemporaneè in so-
lutum tradita, non esse de illis, quæ in do-
tem receperat; respectu namque ad dictam
partitam argentorum, non militabant tot
argumenta identitatis, prout in Cedula con-
10 troversa, & signanter uniformis, & præci-
sa quantitas, super qua potissimum funda-
runt DD. præsentem resolutionem.

Et ità utraque Parte.

MELEVITANA PRIORATUUM SUPER RE JUDICATA QUOAD LIQUIDATIONEM.

Lunæ 3. Julii 1713.

ARGUMENTUM.

Restitutio in integrum nunquam datur à re ju-

dicata, nisi talia de novo Jura deducantur, tantique ponderis, ut evidenter pateat, quod si ab initio fuissent deducta, ex ipsis causæ victoria absque dubio promanesset.

Antianitas in Equitibus Hyerosolimitanis, quibus dignitatibus decoretur.

SUMMARIUM.

1 *Restitutio in integrum, maximè si pro secunda vice postuletur, nunquam conceditur, nisi de sententiarum Injustitia concludentissimè constet.*

2 *Restitutio in integrum nunquam conceditur, si nihil novi deducatur.*

3 *Restitutio in integrum, ut concedatur, novorum Jurium nunquam deductorum exhibitio requiritur, & quę exhibi non potuerunt, ac quacumque careant suspicione*

4 *Amplia, ut ita relevantia esse debeant, quod si fuissent adducta, per ea Victoria causæ stetisset.*

5 *Petens restitutionem in integrum, non suffragatur ex litteris remissorialibus jamdiù obtentis pro parandis probationibus, quando eisdem ex propria culpa uti noluit.*

6 *Amplia, si istę futuræ non fuissent ad intentum proficuę.*

7 *Equites Hyrosolimitani, qui Bajulivatus dignitate pacificè gavisi sunt, in casu novę vacationis majoris dignitatis, non possunt de incapacitate redargui, etiam circa tempus præteritum, ratione praeminentiæ dicti Bajulivatus.*

8 *Defectus huius incapacitatis opponibilis non est, maximè si tendat ad supplantationem unius in utilitatem alterius minus digni, & vide rationem.*

9 *Rota solet se uniformare stylo, qui in dignitatum collationibus servatur.*

DECISIO DCCXCIX.

IN hac causa, quæ in sui origine respiciebat solum Prioratum Hungariæ, quæque tàm in Consilio, ut vocant, Ordinario, quam Compieto Sac. Religionis Hyerosolimitanæ, fuerat jàm resoluta favore Equitis Ferdinandi Leopoldi Dubsky, fuit pro parte Equitis Caroli Leopoldi Herbesteyn excitata nova quæstio concernens expectativam Prioratus Bohemiæ, quæ ab utroque pariter ex dictis Consiliis extitit juxta istius vota definita, sine præjudicio tamen prædicti Equitis Dubsky. Undè delata controversia ad nostrum Tribunal coram clar. memor. Cardinali Caprara, prodiit resolutio in omnibus favorabilis Equiti Dubsky. Nam eidem fuit adjudicatus Prioratus Hungariæ, & ejus favore firmatum jus Expectativæ quoad Prioratum Bohemiæ.

Verum non acquiescens Eques Herbesteyn, obtinuit in ulteriori instantia coram R. P. D. meo Ansaldo Iterum examinari quæstionem adjudicationis Prioratus Hungariæ sub dubio: *An constaret de tribus*, cujus definitio, cum videretur omninò pendere à quodam decreto liquidatorio decennalis residentiæ, nunquam in præcedentibus instantiis impugnato, & in judicatum transacto, ideo dictus Eques Herbesteyn imperravit etiam facultatem reclamandi in gradu restiturionis in integrum adversus hujusmodi decretum, proindeque servato hoc ordine judiciorum, propositisque contemporaneè congruis dubiis super utraque inspectione, prodierunt resolutiones, quibus dictum fuit *constare de tribus*, & è converso -- *non constare de causis quoad dictum decretum*, illęque in altero quoque examine fuerunt confirmatæ, fuitque causa expedita, reservata nihilominus per brevem decisionem congnitione circa Expectativam Prioratus Bohemiæ coram clar. mem. Cardinali Caprara definitam, super qua Sacr. Auditorium denuò partes audire, est protestatum.

Hisce non obstantibus, satagens Eques Herbesteyn in alia instantia sua jura experiri, reportavit à Signatura Sanctissimi commissionem cum clausula -- *sine præjudicio rei judicatæ*, & licet hucusque causam non fuerit prosequutus, eo quia supervenra de anno 1709. per mortem Comitis de Pottinch, idem Prioratus, non attenta smutitione facta à Lingua Alemaniæ in personam sepedicti Equitis Dubski, qui in ipso actu dimisit alium Prioratum Hungariæ, extiterit per speciale Breve Sum. Pontificis Clementis XI. felicitér regnantis collatus Comiti de Vuratislavia, tamen hoc de mense Decembris proximè præteriti defuncto, & juxta disposita in præfato Brevi facto loco reversioni Prioratus favore Sac. Religionis, denuo lis fuit per supradictos Equitem Dubsky, & Comitem Herbesteyn instaurata, cujus occasione; cumplura coram Me Ponente essent dubia discutienda, essetque inter partes discordia circa modum, consului DD. meos, qui præscripserunt mihi methodum illa proponendi, in cujus obsequium dato in primis dubio - *an constet de re judicata quoad liquidationem*, DD. mihi responderunt - *constare de re judicata:*

Cum enim hic agatur de secunda restitu-
1 tione in integrum petita adversus decretum liquidatorium, ut ajunt, dum prius superdicto decrero coram R.P.D. meo Ansaldo in gradu alterius in integrum restitutionis, illud fuerat approbarum, utique DD. crediderunt nullatenus hanc esse concedendam, nisi afferantur concludentissimę probationes, ex quibus ad oculum demonstretur injustitia præcedentium Sententiarum, cum duram nimis Provinciam assumat, hujusmodi remedium non semel, sed bis contendens imperrare, utporè quia habet contra se expressam dispositionem *Text. in leg. in una C. si sepè in integrum restitut. postuletur, de qua Rota coram Put. dec. 79. nu. 1., & dec. 278. num. 2. lib. 3., & in Cortonen., seù Perusina fideicommissi super immissione 17. Decembris 1702.*

1702. §. *Alacrius coram R.P.D. meo Ansaldo*, *& in Tuden. Parochialis de Revertenne 17. Julii 1712.* §. *Quotiescumque coram R.P.D. Falconerio.*

Quæ sanè concludentissima probatio tantum
2 tumabest, quod in Hypothesi interveniat, ut quin immò ad evidentiam dignoscatur, Equitem Herbesteyn nii novi hucusque produxisse, sed solam dilationem petere, ad effectum novas probationes adducendi, quas ob impedimentum ab altera parte datum, ut supponebant scribentes habuisse, non poterat, ut proindè sub hac simplici spe habendi contrarias probationes, non potuerint DD. à tot tantisque mature captis resolutionibus
3 resilire, & tamen certum est ad effectū consequendi restitutionem in integrum, præsertim semel denegatam, necessario requiri, quod nova exhibeantur jura, quæ nec prius, quibuscumque adhibitis diligentiis, reperiri potuerint, quodque talis serotina productio careat quacumque suspicione, id factum suisse, animo protrahendi causam, & tandem, quod probationes adductæ, ità
4 sint relevantes, ut appareat, quod si à principio haberi potuissent, ex istis dumtaxat victoria favore illius, qui jam succubuit, indubitanter stetisset, *Odd. de restit. in integr. quæst. 73. art. 3. num. 57., & seq. qu. 76. art. 5. n. 25., vers. sed contrarium, & art 13. num. 13., & 16. in fin., Gabr. vor. tit. de restit. in integr. lib. 2. concl. 2. num. 2., Cavall. dec. 16 nu. 22., & 24., & dec. 44. n. 5., & seq., Boer. dec. 307. num. 3. vers. tamen intellige, Rota coram Dunoz. Jun. decis. 321. n. 15., & seq., & cor. Duran. dec. 137. num. 7.*

Neque prædictis obstare valet, Comitem
5 Herbesteyn obtinuisse litteras remissoriales ad explendas novas probationes, quia dum istæ fuerunt concessæ usque de anno 1709. & mors Comitis de Vuratislavia contigit in fine anni mox elapsi, sibi imputare debet, si hucusque afferta nova documenta parata non sunt, & præsertim ex quo Litteræ remissoriales concernunt facultatem, seù subdelegationem Judicis pro extrahendis probationibus negativis servitiorum Equitis Dubsky ex Libris Consilii Aulici bellici,
6 quando exibito etiam hoc negativo documento, adhuc minime excluduntur servitia, quæ aliundè possunt comprobari, ut ponderant omnes decisiones hujus causæ, prout revera factum fuit ex parte Equitis Dubsky.

Tantoque fortius in hanc SententiamDD.
7 devenerunt, quia viget inconcussa observantia S. Religionis, quod nempè si quis Eques consequatur Dignitatem Magni Bajulivatus, atque permanserit in quieta, & pacifica possessione, tunc dato casu alicujus novæ vocationis, nequit adversus istum opponi defectus incapacitatis de præterito, nec impediri optio, sive smutitio Dignitatis vacantis, nisi ex nova incapacitate, ad *Text. in cap. dilectissimi, ibique Glos. de except., & tradita per Michallef. in sum. Jur. Equit. Hyerosolim. litt. A. verb. Appellatio, & litt. B. verb. Bajulius num. 9., & sub litt. C. verb. capax num. 7., ac firmata per Rotam in Anglicana Prioratus 1. Julii 1592. §. Primo, & 18. Octobris ejusdem anni coram Litta, & notant decisiones clar. me Cardinalis Caprara, & R.P.D. mei Ansaldi.*

Quamobrem dum Eques Dubsky fuit in quieta, & pacifica possessione Magni Bajulivatus Alemaniæ, non est cùr hodie adversus illum deduci prætendatur incapacitas,
8 quæ cæteroquin si solum, eveniente casu vacationis alterius Dignitatis, posset objici, maximum absurdum resultaret, quod scilicet usque ad tempus optionis, seù smutitionis, onera, & incommoda substinerentur ab uno, qui postea sub motivo incapacitatis excluderetur, aperiendo sic forsan aditum alteri, nullum onus præcedenter substinenti, ut proindè huic S. Religionis stylo no-
9 strum Tribunal quoque se conformare congruum putaverit, prout facere consuevit, sicuti testatur in allegatis decisionibus hujus causæ, ad quas de cætero DD. se se remissivè habuerunt.

Et ità unica tantum parte &c.

MELEVITANA PRIORATUUM SUPER ADJUDICATIONE PRIORATUS BOHEMIÆ.

Lunæ 3. Julii 1713.

ARGUMENTUM.

Antianitas Equitibus Hyerosolimitanis ad subliminiores dignitates viam aperit.
Res judicata per aliam rem judicatam destruitur.

SUMMARIUM.

1 *Antianitas dat jus ad majores dignitates de stylo Religionis Hierosolimitanæ.*
2 *Effectus rei judicatæ impediri nequit, nisi corruat illius fundamentum per aliam rem judicatam contrariam.*
3 *Antianitas capacitatem præsupponens ad dignitates, cæteris est præferenda.*

DECISIO DCCC.

Juxta facti seriem in contemporanea mea decisione expositam, habetur, quod fuit coram clar. me. Card. Caprara resolutum jus expectativæ quoad PrioratumBohemiæ vigere favore equitis Dubsky, & quod cor. R. P. D. meo Ansaldo in expeditione causæ super Prioratu Hungariæ, & decreto liquidatorio, fuit per brevem decisionem reservata cognitio istius inspectionis, verum propter obitum Comitis de Uratislavia denuò excitata à Comite Herbesteyn prætensione quoad ipsum Prioratum Bohemiæ, Ego insequendo ordinem à fac. Rota datum, proposui in præsentiarum dubium -- *An, & cui sit adjudicandus Prioratus Bohemiæ* --, & DD. favore Equitis Dubski illud determinarunt, respondendo *pro Informante.*

Cla-

Clara siquidem visa fuit ratio ita decidendi, nam quoties controverti non poterat adesse rem judicatam, mediante rescripto Signaturæ Gratiæ cum clausula -- *sine præjudicio* --, & subsequuta denegatione restitutionis in integrum super decreto liquidatorio
1 decennalis residentiæ, per quod jure merito Eques Dubsky, uti Anzianus capax evaserat ad obtinendas dignitates sac. Religionis, ac præcisè Prioratum Hungariæ, utique consequentia plana erat, eidem esse adjudicandum Prioratum Bohemiæ, qui semper juxta Statuta Religionis, magis Anzianis debetur, estque inseparabilis ab ipsamet anzianitate, ut punctualiter firmavit *Rota cor. Dunoz sen. dec.* 166. *per tot.*, & signanter *num.* 7. *vers. sed quando*, *& cor. Dunoz. jun. dec.* 690. *n.* 1., *& cor. Priol. dec.* 69. *n.* 2., *& in dec. hujus causæ tam coram Card. Caprara*, *quam cor. R. P. D. meo Ansaldo.*

Minimè obstante, quod inspectio quoad istum Prioratum non fuerit coram R. P. D. meo Ansaldo examinata, sed expressè suspensa, atque reservata, ut ex brevi *decisione cor. ead. edita sub die* 28. *Martii* 1707., quandoquidem licèt punctum Expectativæ in illa instantia, noluerint tunc temporis DD. determinare, quia forsan crediderunt superfluum præventivè examinare ea, quæ poterant involvere rationes diversas in actu optionis, seu smutitionis istius Prioratus, ta-
2 men ex hoc non sequitur, quod hic & nunc, concurrente re judicata circa decretum liquidatorium, non debeat adjudicari Prioratus Equiti Dubsky, hic enim petitur uti effectus dictæ rei judicatæ, & in illius executionem, adeout quousque non corruat præfatum decretum, contraria re judicata, sit in-
3 terim incontrovertibilis anzianitas, & capacitas ejusdem, qua attenta subsequitur, adjudicationem favore prædicti Equitis esse decernendam, ex auctoritatibus supra allegatis.

Ea verò, quæ dicebantur pro parte Comitis Herbesteyn circa remissoriales, quarum intuitu inculcabatur non esse deveniendum ad resolutionem dubii, donec transmitteretur processus de partibus, satis fuerunt sublata in alia contextuali decisione, ad quam in hac parte DD. sese remissivè habere voluerunt, ne inutiliter jam dicta repeterent.

Et ita unica &c.

EADEM CORAM EODEM SUPER ATTENTATIS.

Lunæ 3. *Julii* 1713.

ARGUMENTUM.

Attentata sine Judicis spretu non dantur, & si sint juris, constito de ejusdem assistentia non purgantur, maximè si ad simplex provisionale decretum redigantur.

SUMMARIUM.

1 *Anzianitas cum re judicata eam approbante in dignitatibus obtinendis, cæteris est præferenda de stylo hujus Religionis.*
2 *Attentata non committit, qui suo utitur jure, absque ulla Judicis inhibitione*, & num. 4.
3 *Attentata non committuntur per eum, qui poterat attingere effectum suæ rei judicatæ jam obtentæ, & attingere procuravit.*
5 *Attentata juris, actus nullitatem non pariunt, præsertim si attentant juris assistentia foveatur.*
6 *Attentata cessante dolo, & Judicis spretu, semper rejiciuntur.*
7 *Amplia, si attentata ad simplicem provisionem reducantur, quæ effectum non habaerit, & spretum Judicis non causaverit.*

DECISIO DCCCI.

Per obitum Comitis de Pottinch, vacato, ut jam dictum fuit in aliis decisionibus, Prioratu Bohemiæ, istoque assignato à S. Religione Equiti Dubsky, tamquam anziano, & capaci, orta fuit inter alias dubitatio, *An hujusmodi actus attentatus dici posset*; undè obtemperando mandatis Rotalibus, proposui consuetum dubium -- *An constet de attentatis*, quod à DD. *negativè* fuit resolutum.

Quoties namque ex re judicata constabat
1 Equitem Dubsky esse magis anzianum, & capacem, subsequebatur, ut dato casu vacationis, eidem esset assignandus Prioratus Bohemiæ, exclusivè ad quemcumque alium non anzianum, nec capacem, ac proinde, si S. Religio devenit ad assignationem, non videtur considerari posse attentata, dum
2 usa fuit jure sibi tam ex Statutis, quam ex consuetudine competente, prout notum est, ac potissimum, quia nulla aderat inhibitio nostri Tribunalis, qua impediretur hujusmodi assignationem explere.

In nihilo refragrante, quod coram R. P. D. meo Ansaldo fuit suspensa expeditio causæ quoad istum Prioratum Bohemiæ, quo-
3 niam cum ex hoc non extiterit sublatus effectus rei judicatæ circa decretum liquidatorium, neque exinde reddita inefficax anzianitas, quæ solummodo attenditur pro optione, seu smutitione, cessabat quæcumque causa attentatorum, eo quia non poterat ex
4 hoc allegari ulla prohibitio Judicis, qua deficiente, attentata facti nunquam admittuntur, *Rot. cor. Emer. jun. dec.* 274 *n.* 3., *& dec.* 590. *d. n.* 3., *& seq.*, *& in Spoletana, seu nullius decimarum* 22. *Novembris* 1709. §. *Quoties cor. Emo Card. Priolo.*

Adeout, etiam si in casu, de quo agitur dici posset aliqua adesse attentata, adhuc di-
5 cerentur attentata juris, quæ minimè attenduntur ad inducendam nullitatem actus, quatenus constat, ut hic de bono jure attentantis, ex ea ratione, quia denuò conce-
6 dendus esset Prioratus Bohemiæ Equiti Dubsky, & sic ad evitandos inutiles circuitus, cessante dolo, & Judicis contemptu, actus sustineri debet, *Rot. in Romana hæreditatis*

reditatis de Ruspolis 2. Martii 1705. §. 13., eum duobus seqq., & in eadem super attentatis §. 1. & §. Quamvis coram Rmo D. meo Molines Decano, & in Reatina reintegrationis super attentatis 3. Junii 1712. §. fin. coram Me.

Maximè quia in præsenti hypotheſi agi-
7 tur de simplici nominatione, quæ nec ¡fuit usque nunc effectum sortita; quamobrem tanto minus constat de nullo spreto Judicis, per quem fieri debeat revocatio, ut distinguendo simplicem provisionem ab ipsa effectuatione, firmat *Rot. dec. 151. sun. 7., & dec. 980. n. 3. & seq. cor. Cerro.*

Et ita unica &c.

AQUIPENDEN. IMMISSIONIS.

Lunæ 3. Julii 1713.

ARGUMENTUM.

Mater scripta hæres in usufructu, excluditur à successione filiorum à patre institutorum in casu eorum præmorientiæ, quando per compendiosam substitutionem nepotes vocantur, neque legitimam in eorundem bonis, & eorum nomine aquirit ex præsumpta mente testatoris, quæ est, ut hujusmodi detractiones cum usufructu compensare voluerit, maximè, si ususfructus etiam filiis præmorientibus, & substitutionibus facto loco, adhuc debeatur.

SUMMARIUM.

1 *Sententia transit in authoritatem rei judicatæ, etsi appellatum fuerit intra decendium, quando intra annum commissio non fuit præsentata, & ad dicendum contra illam citatum non fuit.*

2 *Restitutio in integrum non datur, nisi clarè constet de injustitia sententiæ.*

3 *Substitutus debet reddere rationem de bonis administratis tutorio nomine à suo Authore, cujus aderat obligatio.*

4 *Amplia, si ex confrontatione primi inventarii cum secundo detegatur bonorum deficientia.*

5 *Mobilia per annum non præsumuntur consumpta, neque ista consumptio est allegabilis per eum, qui rationem de eis reddere tenetur.*

6 *Detractiones quotitativæ, medietatem axis amplectuntur*, & vide casum.

7 *Substitutio compendiosa cadit in testamento, ubi adest verbum* -- Moreretur --, *licèt deficiat verbum* -- Quandocumque --, *& in quibus aliis verbis contineatur.*

8 *Substitutio pupillaris continetur in compendiosa, cum ab illa non sit diversa.*

9 *Legitima debetur matri in bonis filiæ à patre ad fideicommissum vocatæ cum pupillari tacita substitutione.*

10 *Substitutio pupillaris verbis generalibus expressa, operatur, ac si esset verbis specialibus, & facta fuisset mentio de obitu in ætate pupillari.*

11 *Exclusio matris de voluntate testatoris, per conjecturas potest probari.*

12 *Compendiosa excludit matrem, ubi testatoris verba non ad sua bona propria, sed ad hæredum institutorum, & substitutorum personas dirigantur.*

13 *Verba proemialia non attenduntur, bene verò apposita in institutione, & substitutione.*

14 *Fideicommittens favore filiorum, & usumfructum uxori relinquens, præsumitur voluisse ipsum compensare cum legitima, quam in bonis filii mater potuisset adipisci.*

15 *Amplia, si mater remaneret usufructuaria etiam prædefunctis filiis, & substitutis dato loco*, & vide rationem.

16 *Subamplia, si verba taxativa* -- In tal caso sia erede solamente usufruttuaria -- *in testamento legerentur.*

17 *Testamentum non potest de nullitate redargui ab hærede, quando Author istius validum recognovit.*

DECISIO DCCCII.

De anno 1707. Nannes Gottus, suum ultimum, cum quo decessit, elogium condidit, disposuitque in illo, quod ususfructus propriæ hæreditatis spectaret ad Appolloniam uxorem, eidem etiam committendo tutelam, & curam Victoriæ, atque Catharinæ communium filiarum, quibus vel in casu, quo ambæ Moniales efficerentur, vel deficerent sine filiis legitimis, & naturalibus, substituit nepotes natos ex Margharita Eleutheria, ac ex Florida Panella ejus sororibus.

Mortuo igitur testatore, Appoilonia uxor tutelam, curamque suscepit, nec non ad confectionem inventarii devenit, acceptando insuper legatum ususfructus sibi à viro relictum, & dando cautionem de bene utendo, fruendo, ac reficiendo omnia damna, præstita fidejussione Josephi Damiani fratris; sed cum Victoria una ex filiabus in tenera quinque annorum ætate constituta, atque ipsamet Appollonia obierint, facto tamen ab ista prius testamento favore Catharinæ alterius filiæ superstitis, in cujus defectu sine filiis, invitati fuerunt omnes sui germani fratres de Damianis.

In hoc rerum statu ad curam, & tutelam Catharinæ admissus fuit, uti unus ex proximioribus Antonius Pius Eleutherius de numero substitutorum à Nanne testatore, qui ad consulendum propriæ indemnitati, novum inventarium tutelare confecit, semper citato Josepho Damiano fidejussore Appolloniæ, & paulò post eadem Catharina in infantili ætate adhuc existens defuncta est, ut proinde, quasi in continenti factus fuerit locus prænarratis substitutionibus, ex quibus plures controversiæ inter substitutos Appolloniæ, & substitutos Nannis exortæ sunt.

Substituti siquidem Nannis in primis prætendere cœperunt reintegrationem adversùs hæreditatem Appolloniæ, eo quia quamplura bona hereditaria d. Nannis distraxerit;

secundo loco contendebant sibi debitos esse fructus ejusdem hæreditatis excedentes metam alimentorum, ad quę dumtaxat dicebant restrictum legatum ususfructus, & tertiò tandem aspirabant ad hæreditatem Catharinæ ultimo loco defunctæ, eo sub motivo, quod in testamento Nannis contineretur substitutio pupillaris.

Quibus omnibus quæstionibus in judicium deductis coram A. C., iste quoad restitutionem fructuum ultra metam alimentorum absolvit Appolloniæ substitutos, quos tamen, ac signanter Josephum fidejussorem condemnavit ad reddendam rationem de bonis in inventario descriptis, & quantum attinet ad immissionem vigore pupillaris substitutionis, hanc concessit ad prædium nuncupatum *il podere del Pisciaro*, calculando in summa scut. 1200. legitimam, & trebellianicam debitam Catharinę ex hæreditate materna.

Devoluta postmodùm causa in gradu appellationis ad nostrum Tribunal, illam prosequi non curarunt appellantes, nec commissionem intra annum obtinuerunt, itaut supervenerit res judicata, sed deinde ab iisdem commissione impetrata cum clausula tamen *de præfixione termini*, & eadem mihi directa, proposui in hodierna audientia dubium -- *An constet de re judicata, seu potius de causis restitutionis in integrum* --, quod DD. *favore informantis* resolverunt; sicque *constare de re judicata crediderunt*.

Et sanè, præmisso, quod pro parte illorum de Eleutheriis, & de Fanellis non impugnatur sententia A. C. quoad caput concernens liberationem substitutorum Appolloniæ circa fructus pętensos in quantitate
1 excedente alimenta, DD. visum fuit, sententiam in aliis suis partibus transiisse in judicatum; nam si illi de Damianis, licèt appellaverint intra decendium, tamen infra annum à die interpositæ appellationis, nec curarunt causæ commissionem, nec executionem citationis ad dicendum contra commissionem, nihilque fecerunt, utique stylus est inconcussus, & praxis indubitata, quod fatalia à jure concessa expiraverint, transieritque sententia in judicatum, *Ridolfin. in prax. p.1. cap.13. n.547. & seqq., Scac. de appellat. q.13. num 34., Lancellot. de attentat appellat. pendent. cap.12. n.12., Rot. dec.154. n.3. coram Put. lib.3., & dec.156. n.1., & 3. p.2. rec.*

Atque sine difficultate, quando, prout in
2 casu præsenti, nulla dignosci valet injustitia, quæ præbeat aditum restitutioni in integrum, nam re vera examinata sententia A.C. in omnibus suis controversis partibus, illa undique videtur justa, quoniam si sermo sit de parte respiciente redditionem rationis explendam à substitutis Appollonię, ac pręcipuè à Josepho, visum fuit DD. jure, meri-
3 toque illos fuisse adstrictos ad reddendam rationem, eo quia stante tutela exercita ab Appollonia, nec non obligatione per ipsam emissa de bene utendo, fruendo, ac omnia restituendo, non possunt ejus substituti, repręsentantes personam defunctæ, excusari, ad *Text. in l.1. & 15. ff. de usufruct., Syriac. contr.16. per tot.; Card. de Luc. de servit. disc.*
4 *53. n.3. & seqq.* Maximè quia comparato primo inventario cum secundo, evidenter colligitur plura prætiosa mobilia deficere, de quibus procul dubio est reddenda ratio, cum
5 tam brevi tempore unius anni consumpta non pręsumantur, *Bonden. collect. legal. 20. n.156. tom.2., Rot. coram Gregor. dec.283. num.13.*, ibique *Adden. n.4. vers. bene verum est.*

Quo vero ad aliud sententiæ caput concedens immissionem ad prædium *del Pisciaro* pro legitima, & trebellianica debita Catharinæ in bonis maternis, & ex illius personę vigore pupillaris substitutionis illis de Eleutheriis, & de Fanellis, putarunt DD, & istud justitiam pręseferre, quandoquidem
6 respectu quantitatis scut. 1200. ad quam calculatæ fuerunt præfatæ quotativæ detractiones, quæcumque cessabat difficultas ex instrumento dotali Appollonię, à quo desumebatur ejus dotem, & consequenter suum patrimonium consistere in scut. 2400., adeout rectè medietas totius patrimonii pro istis detractionibus fuerit assignata, *Pelegrin. de fideicom. art.3. n.51., & art.36. n.90., Rot. dec.20. n.1. cor. Pamphil.*

Respectu autem substitutionis pupillaris præbentis actionem ad hujusmodi detractiones consequendas, illam pariter DD. desumi posse sunt arbitrati ex testamento Nannis,
7 ibi -- *quando poi venisse il caso, che le sudette mie figlie &c. si facessero tutte due monache, ò che morissero tutte due senza figli &c., in tal caso sostituisco li miei nepoti nati &c.*; illa enim verba, *che morissero tutte due senza figli &c.* plura tempora, pluresque casus complectuntur, undè licèt deficiat verbum *quandocumque*, tamen continent compendiosam substitutionem, ut notant DD. in *l. Centurio ff. de vulgari, & pupill. subst., Fusar. de substit. q.233. n.29. & seq., Peregrin. de fideicom. art.34. n.3. & 4., Rot. dec.198. nu.7. p.4. tom.2. rec., & in Romana, seu Nicen. fideicommissi 14. Decembris 1703. §. Quod au-*
8 *tem cor Rm̃o D. meo Molines Decano*, & per consequens etiam pupillarem, quia compendiosa substitutio non dicitur diversa, sed est potius quædam adjectio complicans plures gradus substitutionum, *Peregrin. d. art.34. n.15., Crass. in §. Testamentum q.58., Fusar.* ubi supra *q.229.*, itaut pupillaris in illa compræhendatur expresè, si non verbis specialibus, saltem generalibus, *Peregrin. dd art.15. num.1., & art.34. n.3. & 14., Fusar. de substit. q.241. n.1. & seqq., Gratian. discept.407. nu.2 & seqq., Rot. dec.373. n.4. p.2., & dec.222. n.8. & 21. p.5. rec.*

Neque obstat, quod hic versemur in
9 tacita pupillari, per quam mater quando est in medio, ut hic, videtur excludi non posse saltem à legitima filiæ prædefunctæ, quoniam ultra quod in istis terminis dicitur sub-
10 stitutio pupillaris expressa verbis generalibus,

bus, atque operatur, ac si esset concepta ver-
bis specialibus, & facta mentione mortis in
ætate pupillari, juxta plenè deducta in *Au-*
ximana successionis 13. *Martii* 1702. §. *Ve-*
rum & seq.cor.R. P. D. meo Anfaldo. Ces-
sare visa fuit quælibet difficultas, ex eo, quod
cum in hac materia quæstio videatur potius
facti, ac voluntatis esse, quàm juris, ut bene
observat *de Luc.de fideic. in summa n.*39. *&*
11 *seq.*, existimatum fuit in hujusmodi hypo-
thesi, tales concurrere conjecturas, propter
quas de voluntate testatoris excludendi ma-
trem dubitari non valeat.

Constat enim in primis, quod testator
12 verba institutionis, atque substitutionis non
restrinxit ad sua bona propria, sed direxit
ad personas heredum institutorum, & sub-
stitutorum, quo casu verba communia, fiunt
directa, trahunturque ad rectam significatio-
nem, matris exclusionem præseferentem,
*Merlin.de legit. lib.*3.*tit.*2. *q.*14.*n.*15., *Man-*
*tic.de conject.ult.volunt. lib.*5.*tit.*7. *nn.*12.*&*
16., *Surd.dec.*273.*n.*6., *Rot.dec.*367. *nn.*2.*&*
8.*cor. Mantic.*, *& dec.*373.*n.*11.*p.*12.*rec.* Non
attento, quod in verbis proemialibus testator
protestatus fuerit disponere de rebus suis,
quasi quod voluerit excludere pupillarem
13 substitutionem, quia verba proemialia, ut-
pote solita apponi de stylo Notariorum, non
sunt attendenda, sed bene quidem verba
apposita in ipsamet institutione, & substitu-
tione, quæ non leguntur cum tali restrictio-
ne, ut lo puncto respondet objecto *Merlin.*
*de legit.d.lib.*3.*d.q.*14. *n.*22., plenè *Rot. cor.*
*Mantic. d.dec.*367.*n.*4.*& seqq.*

Concurrunt insuper aliæ conjecturæ, ex
quibus elicitur testatorem voluisse substitu-
14 tionem pupillarem; advertebant siquidem
DD. hic matrem fuisse relictam usufructua-
riam, adeout urgeat in hisce circumstantiis
præsumptio, quod testator intenderit com-
pensare cum legitima, aliisque detractioni-
bus super bonis filiarum forsan competenti-
bus, *Fusar.de substit. q.*442. *n.*54., *& seqq.*,
*& n.*143., *Merlin.* ubi supra *d.qu.*14.*n.*28. *in*
fin., ulterius in hunc seorsum trahebantur,
15 quia testator ordinavit Matrem adhuc præ-
defunctis filiabus usufructu gaudere, ex quo
deducebatur ipsam fuisse exclusam ab hære-
ditate filiarum, ne alioquin esses hæres, &
legataria, ex animadversis per *Cyriac. contr.*
222.*n.*29. *& seq.*, *Merlin.de legit. lib.*3. *tit.*2.
*q.*14.*n.*28., *Fusar.de subst.q.*157.*n.*29., *Surd.*
*dec.*273.*num* 9.*& seqq.*, *Rot.dec.*373. *num.*9.
*p.*2.*rec.*

Quibus itidem jungebatur circumstantia,
16 quod scilicet verba taxativa -- *in tal caso sia*
solamente usufruttuaria &c. legatum fa-
ctum uxori conceptum dignoscebatur, quam-
obrem magis patens erat voluntas testatoris
excludendi matrem ab hereditate filiarum,
*Mantic.de conject.lib.*5. *tit.*15., *n.*14., *Fusar.*
*de substit.q.*157. *n.*30., *Merlin.de legit. loco*
sæpius allegato, *vers. Undecima*, itaut pro-
bata subsistentia pupillaris substitutionis, ina-
ne reputaverint DD. diffugium, ad quod illi

de Damianis recurrebant, asserendo testa-
mentum Nannis vitio nullitatis laborare, eo
quia conditum juxta formam *cap. cum esses*
de testam. non fuerit coram Judice laico insi-
nuatum, sive relevatum; quandoquidem
omissis omnibus, quæ dici potuissent in com-
probationem istius validitatis, satisfecit res-
17 ponsio, quod nempe Appollonia, quam
iidem de Damianis in Auctricem recognos-
cunt, illud approbavit, & pro valido habuit;
ac proinde nullum jus ipsis valet competere
pro hujusmodi exceptione allegandâ, ad no-
tissima principia.

Et ita unica tantum parte informante, li-
cèt altera diù fuerit expectata, & sua jura
in hac audientia deducere promiserit &c.

NOVARIEN. PRÆCEDENTIÆ.

Luna 3. *Julii* 1713.

ARGUMENTUM.

Canonicatus de novo erectus in Ecclesia Col-
legiali, qui non sit de numero Canonicatuum
ejusdem, nec non si tali novæ erectioni Ca-
pitulum consensum dedisset sine præjudicio
Jurium suæ præeminentiæ, ex tali protesta-
tione Episcopus eandem approbasset, nun-
quam ejusdem Capituli Canonicis præcedit.
Canonici supranumerarii nullam connexionem
habent cum illis de Capitulo.

SUMMARIUM.

1 *Canonicatus erectus in una Ecclesia distin-*
ctivè à cætu illius Canonicorum, nil com-
mune habens cum istis, præeminentia su-
per his non gaudet.
2 *Canonici semper præcedunt supranumerariis*
ejusdem Capituli, etiamsi istis essent Ju-
niores, & num.5.
3 *Canonici supranumerarii non sunt de cor-*
pore Capituli.
4 *Amplia, ut numquam, licet antiquiores, ve-*
ris Canonicis præcedant ratione incon-
gruentiæ.
5 *Canonici supranumerarii non dicuntur verè*
Canonici, nisi quoàd honorificentiam, &
num.2.
6 *Canonicatus de novo erectus cum consensu*
Capituli, cum præservatione tamen om-
nium Jurium Canonicorum, Capituli Ca-
nonicis non potest præcedere.
7 *Amplia, si Episcopus eum non approbasset*
juxta solitam formulam Iuris canonicalis.
8 *Subamplia, si Episcopus ad approbationem*
devenisset cum præservationibus appositis
à Capitulo in actu consensus.
9 *Canonicatus erectus cum consensu Capituli,*
sub conditione tamen, ne vocem habere pos-
set in Capitulo, disiunctivè dicitur ab
isto approbatus sinè ejusdem prærogativis.
10 *Amplia, etiamsi fuisset erectus cum om-*
nibus Capituli privilegiis, cum semper pre-
servationes in actu consensus expletæ, per
Capitulum intacta presumantur.
11 *Eadem privilegia ad jura honorifica tan-*
tum, & à præcedentiis exclusivè extendun-
tur.

12 *Amplia, si Canonicatus de novo erectus, sacerdotalem qualitatem annexam non baberet.*

13 *Curam animarum habentes, Sacerdotes esse debent, utque tales, Canonicis non Sacerdotibus præferuntur, & vide casum.*

DECISIO DCCCIII.

IN Oppido Intri Novarien. Diœcesis adest insignis collegiata S. Victoris composita ex sex Canonicis, inter quos unus est Præpositus, & hi omnes habent curam habitualem, atque actualem Animarum d. loci, ac insuper unusquisque illorum exercet curam actualem in Valle Intrasca divisam in sex Parochiales cum propria separata præbenda, habetque domum canonicalem, additis ulterius in communi, & onere residentiæ, & quibuscumque aliis, quæ ad veram Collegiatam constituendam sunt necessaria.

Fuerunt de anno 1675. ex pia largitate erecta alia tria beneficia nuncupata Canonicatus, quorum possessores tanquam Canonici supranumerarii incedunt quidem sub Cruce ejusdem Collegiatæ, deferunt eadem insignia, sed tantum diebus Festis Choro interveniunt, nec habent onus quotidianæ residentiæ, carent voce in Capitulo, nec admittuntur ad ullos actus Capitulares, retinent proprios, ac peculiares redditus, nec curam Animarum exercent, itaut nullam cum aliis sex Canonicis unionem, ac dependentiam habere dignoscantur.

Subindè verò mox elapsis temporibus, videlicet de anno 1709. à pietate cujusdam Antonii de Notariis fuit erectus Canonicatus cum onere trium Missarum in hebdomada, & ea lege adjecta, quod Jus patronatus in infinitum ad suos descendentes masculos spectaret, semperque proximior fundatori esset præferendus, licèt minor 14. annorum, nec prima tonsura initiatus, qui posset etiam in eadem Collegiata alia beneficia absque ulla dispensatione retinere, atque tunc solummodo diebus Festis Choro interesse deberet, quoties existens in Oppido, nullo honesto impedimento detineretur, verùm hujusce Canonicatus erectionem admisit Capitulum unà cum Vicario Generali, sub expressa protestatione, & præservativa, quod nempè erectio hujusmodi intelligeretur absque ullo præjudicio dicti Ven. Capituli, ipsiusque Jurium Parochialium quorumcumque, prout re vera in istis terminis erectio ipsa expleta fuit ab Ordinario.

Præsentavit igitur in sequelam erectionis fundator Faustum Josephum ejus filium, & licèt iste in actu appræhensæ possessionis sedendo in ultimo Stallo post Canonicos Supranumerarios, omnia prædicta favorem Capituli respicientia medio Juramento approbaverit, tamen superventa vacatione unius ex sex Canonicatibus, cæpit quæstionem de præcedentia movere adversùs Dominicum Bozzolum, qui fuerat provisus de Canonicatu, & consecutivè admissus inter Antiquos Canonicos, quæ sanè controversia primo loco ab Ordinario Novarien. favore Fausti Josephi definita, dissimilem exitum habuit coràm Metropolitano Mediolanen., Quia iste præcedentem sententiam revocavit, illamque ex capite nullitatis circumscripsit; unde in gradu appellationis delata causa ad nostrum Sacrum Auditorium, & commissione mihi directa, proposui informante tantùm Bozzolo dubium -- *An, & cui competat præcedentia*, -- & Domini illud *favore informantis resolverunt*.

Cum enim hic non agatur de Canonicatu erecto cum omnibus prærogativis, & omnimoda unione, ac annexione cum vero Capitulo, & antiquioribus Canonicis, sed de Canonicatu extrà corpus Capituli, & cum simplici nomine, nulla admissa participatione, & unione cum aliis veris Canonicis, utique Dominis visum fuit dubitari non posse, quod eidem Fausto Josepho esset deneganda præcedentia in concursu Bozzoli, eo quia in istis terminis Canonici, etiamsi Juniores, quando sunt de corpore veri Capituli, semper præcedere debent alios supranumerarios, licèt antiquiores, & prius de Canonicatu provisos, juxta sensum Sacræ Congregationis Concilii *in una Sutrina 28. Ianuarii 1668.*, quàm refert *de Luc. de Canon., & dignit. disc. 37. num. 2.*, & notant *Casian. in Cathal. glor. Mund. par. 4. considerat. 12. in fin. vers. Ità etiam observat, Cecc. per lucubrat. Canon. lib. 1. num. 178., & seq.*,

Quibus authoritatibus, procul dubio ratio vivissima adstipulatur, quoniàm si Canonici supranumerum erecti, non sunt de Corpore Capituli, quod ex solis antiquis, & numerariis constituitur, nimis patens esset incongruentia, quoties illis, quantumvis præcedenter provisis competeret Jus præcedendi veros, atque antiquiores Canonicos, sic separando, & dividendo corpus, quod unitum stare debet, *Pignatell. consult. Can. 90. tom. 6. num. 4., & consultat. 72. nu. 18. tom. 9., Piton. discept. Eccles. 15. num. 3., Gratian. discept. 867. num. 23., & seqq., Panimoll. dec. 98. annot. 1. num. 17., Rot. dec. 111. nu. 5. par. 5. recent*; potissimum quia revera isti Canonici supranumerarii, qui non sunt de corpore Capituli, nec alia omnia cum cæteris Canonicis communia habent, non dicuntur verè Canonici in re, sed in sola honorifica denominatione, cujus intuitu propreteà in concursu aliorum verè, & propriè Canonicorum, præcedentia competere haud quaquam potest, *de Luc. de Canon., & dignit. dict. disc. 37. sub nu. 2. vers. altera est species.*

Et sanè DD. existimarunt Canonicatum à Fausto possessum connumerari posse dumtaxat inter Canonicos, qui supranumerarii dicuntur, ac nullam habent connexionem, & unionem cum verò Capitulo, idque rerento facto supra exposito, desumebant ex actibus gestis in ipsa erectione, nec non antè, ac post erectionē. Quantū enim attinet ad ea, quæ præcede-

cesserunt erectionem, Instrumentum assensus præstiti à Capitulo pro erectione istius Canonicatus, satis clarè præsefert, nullatenùs hujusmodi Canonicatum esse incorporatum, atque annexum aliis sex, & quia Canonici re vera præbuerunt consensum, sed cum clausula præservativa ibi -- *absque ullo præjudicio Capituli, ipsiusque Jurium Parochialium quorumcumque &c.* -- itaut ex ista dubitari nequeat, Capitulum voluisse solùm admittere Canonicatum supernumerarium, & extraneum à Capitulo, minimè verò augere numerum ultrà sexennarium, dùm hoc profectò præjudicium produxisset antiquis Canonicis, ut ex *Castr. conf.* 170. *num.* 2. *vers. non videtur verum lib.* 1., notant *Lotter. de re benef. lib.* 1. *quæst.* 19. *nu.* 45., *Gratian. discept.* 867. *num* 11., *& seqq.*, *Panimoll. dec.* 95. *num.* 7. *cum seqq.*

Erectionem verò Episcopus non peregit juxta solitas formulas, videlicèt cum plenitu-
7 dine Juris Canonicalis, cum assignatione Stalli in Choro, ac loci, & vocis in Capitulo, quæ omnia sunt demonstrativa veri, & proprii Canonicatus, *Lotter. ubi supr. num.* 46. *& seq.*, *Barbos. de Can. cap.* 3. *nu.* 5., *Tondut. resol. benef. lib.* 1. *cap.* 111. *num.* 8., *&* 9., sed dumtaxat cum limitationibus, & præserva-
8 tionibus appositis ab eodem Capitulo in Instrumento consensus præstiti, ità ut subsequebatur hujusmodi protestationes, ac præservationes censeri ad excludendum præjudicium Capituli repetitas, *Rota cor. Priolo dec.* 423. *num.* 4., *& in Rom. Status Zagaroli* 29. *Novemb.* 1706. §. *Quamobrem cor. Mo.*

Dum autem fuit facta postmodùm provisio
9 controversi Canonicatus in persona Fausti Josephi, iste fuit tantùm admissus à Capitulo sub explicata conditione, quod nempè in futurum non posset habere vocem in Capitulo, sicuti nec habent alii tres Canonici, qui non sunt de gremio Capituli, & consequenter tanto magis ex hac nova declaratione arguitur voluntas non volendi, & annectendi Capitulo hoc novum Canonicatum, *Rot cor. Coccin. dec.* 1308. *num.* 3.; maximè quia de facto alii tres Canonici nunquàm habuerunt vocem in Capitulo, nèc licet Seniores præcesserunt alios juniores de gremio, quam procul dubio consuetudinem in actu capiendi possessionem Faustus Josephus observavit, proindèque nullo modo eidem permissum esse debet à sua obligatione resilire, *Rot. in Romana Præcedentiæ* 5. *Maii* 1710. §. *quam quidem consuetudinem coram R. P. D. meo Crispo.*

Neque in contrarium urgere possunt verba erectionis, quibus convincitur Canonicatum erigi *cum honoribus, & Privilegiis, quæ de Iure similibus Canonicatibus spectent, & quæ aliis Canonicis ejusdem Ecclesiæ competant &c.* nàm satisfecit Dominis responsio,
10 quod prædicta verba erant intelligenda cum iisdem limitationibus, & præservationibus, quibus consensus fuerat præstitus à Capitulo,
11 & cum quibus Episcopus ad erectionis actù devenit, licque non posse importare, quàm quoddà Jus honorificum intra spheram Canonici supranumerarii extrà corpus Capituli, & exclusivè ad præcedentiam, *Fagnan. in cap dilectus num.* 24. *de præbend.*, *Lotter. ubi sup. num.* 47. praesertim quia novus Ca-
12 nonicatus non habet annexum ordinem Sacerdotalem, dùm potest conferri puero,
13 prout è contrà verificatur hujusmodi necessitas Sacerdotalis in aliis sex Canonicis, qui habent actualem curam Animarum, ex cujus ordinis dignitate, inferioribus adimitur facultas præcedendi, *Rot. in Eugubina Præeminentiarum* 20. *Februarii* 1702. §. *ex ordine coram Emo Card. Priolo*, *& in dicta Romana Præcedentiæ* 5. *Maii* 1710. §. *de Majori coram R. P. D. meo Crispo.*

Et ita unica &c.

VITERBIEN RELEVATIONIS.

Veneris 4 *Augusti* 1712.

ARGUMENTUM.

Hæc decisio respicit expeditionem hujus causæ sub die 26. Junii 1713. resolutæ.

SUMMARIUM.

1 *Rector habens actionem ad fructus prædii, eos debet bonificare, quos ejus Author ex eo percepisset, nè duplici fructuum solutione debitor gravaretur.*

DECISIO DCCCIV.

CUM in hodierna audientia Vincentius Bugiottus, & Dominicus Hyacintus Zagarola, qui sub die 26. Junii proximè præteriti obtinuerant rescribi relaxandum esse mandatum contra bona hæreditaria Joannis Baptistæ Zelli, & Camillæ Farinacciæ, tam pro restitutione sortis, quam solutione fructuum Census, de quo agitur, institissent pro causæ expeditione, DD. instantiæ hujusmodi adhærere non hæsitarunt, extensa tamen hac brevi Decisione, in qua declara-
1 rem, quod in liquidatione fructuum prædictorum, compensandi, & bonificandi veniant Reo convento fructus Prædii *di Campo Giordano* pro, & tempore quo idem Prædium possessum fuit ab altero ex actoribus, ne alias in præjudicium debitorum, pro uno eodemque censu duplex fructuum solutio exigatur, contra omnia Justitiæ, & æquitatis principia.

Et ita utraque &c.

COLONIEN. VICARIÆ.

Lunæ 20. *Novembris* 1713.

ARGUMENTUM.

Collatio Beneficii, quando prænentivè adesset justa protestatio de nullitate actus à vocalibus exarata, ac alicujus indulti somra-

servata non fuisset, omninò corruit.
Circà non adimplementum omnium de jure servandorum, depositionibus Datariæ Officialium defertur.

SUMMARIUM.

1 *Nominatio ad Vicariam ex quibus defectibus dicatur nulla.*

2 *Facultas nominandi ad Vicariam, illiusque vacatio, ex Ordinarii attestatione probantur.*

3 *Probatio valoris expressi per non excessum in 24. ducatis in Beneficiis Germaniæ secundùm Concordata, probatione non indiget.*

4 *Nullitas denominationis resultat, si sequuta fuisset, quando duo ex Vocalibus se se protestantes contradixissent:*

5 *Amplia, si non adfuisset lapsus temporis ad ad celerem nominationem impellentis.*

6 *Quæ sint justæ causæ supersedendi in electionibus, ultra inhibitionem Nuncii, & Superioris decisionem expectandi.*

7 *Vocalium protestationes sunt attendendæ antè nominationem.*

8 *Amplia, si infrà sex menses à die vacationis, litteræ Apostolicæ expeditæ non fuissent.*

10 *Inadimplementum ex fidibus Officialium Datariæ probatur.*

11 *Gratia ut substineatur, sat est, quod expositum aliqua in parte verificetur, & nominationum nullitates per Apostolicum Provisum alternativè fuissent expressæ.*

DECISIO DCCCV.

IN Metropolitana Ecclesia Colonien. vacaverat de Mense Julii anni 1710. Vicaria, quæ vigore indulti Apostolici conferenda venit ad nominationem Rectoris, Provisorum, ac Decanorum Universitatis Studii ejusdem Civitatis, & Antonius Harisen. ad illam nominari obtinuit ab eadem Universitate.

Cum autem nominationem hujusmodi multiplici nullitatum vitio laborare contenderet
1 Joannes Lambertus Vathour, sive ex quo contemptus extitit alter ex prædictis Vocalibus, sive ex spretu protestationum à duobus Decanis factarum, sive demum, quia servata non fuit forma prædicti Indulti, eandem Vicariam à Sanctissimo impetravit, propte reaque ad normam commissionis mihi directæ, disceptandum hodie proposui dubium, & *DD. litteras Apostolicas esse exequendas* responderunt.

Illarum enim justificatio, quoad vacatio-
2 nem Vicariæ, & facultatem nominandi prædictæ Universitati competentem, plene resultat ex ipsamet electione Antonii, & ex testimonio Ordinarii, itidemque valor ritè
3 expressus extitit per non excessum in viginti quatuor ducatis in vim Concordatorum Germaniæ, *Rota dec. 572. num. 3. cor. Cerro, & dec. 552. nu. 4. par. 19. rec., & in Monasterien. Vicariæ 3. Aprilis labentis anni §. Illa enim cor. Me.*

Ac denique non desideratur justificatio narrativæ quoad expositam nullitatem nominationis, nam cum ad eam deventum
4 fuerit non obstante, quod duo ex Vocalibus rationabiliter, & ex justa causa contradicerent, ac in ipso electionis actu solemnes emitterent protestationes, utique nullo mo-
5 do subsistere potest, præsertim quia non instabat lapsus temporis, nullumque prorsùs ex hujusmodi dilatione imminebat præjudicium, *Felin. cap. cum omnes num. 18. de constit., Abb. in cap. in Genesi num. 9. in fin. de elect., Passarin. de elect. cap. 32. num. 6., Rota dec. 5. n. 16. par. 18., & dec. 439. nu. 9. par. 19. rec.*

Rationabilitas autem, & justa causa su-
6 persedendi in hac electione perspieuè convincitur, ex quo inter Vocales in dubium revocatum fuerat, an suffragium ferre deberet Gaspar Huigen. in Decanatum præcedenter electus, vel potius præferendus esset Thomas Stuir, qui pariter Decanatum obtinuerat, ac ulterius in ejus favorem urgebat inhibitio Reverendissimi Nuncii, ne dictus Gaspar in dicta electione suffragari posset, quamobrem rationabilis nimiùm reddebatur causa expectandi reditum Superioris pro decisione relevantis hujus dubii in ipsomet actu electionis suborti, nec impune sperni
7 poterant dissentientium Vocalium protestationes, ut prosequitur *Passarin de elect. dicto cap 32. sub. num. 6., Castellin. eodem tract. cap 16. nu. 1., Rot. dec. 350. nu. 4. cum seq. par. 17. rec.*

Patentissima insuper visa est altera nulli-
8 tas ob non servatam formam Indulti; prædictus siquidem Antonius nedum infra sex menses à die reportatæ nominationis (ut præscribit idem Indultum) sed nec usque
9 adhuc novam provisionem dictæ Vicariæ à S. Sede expostulavit, ac litteras Apostolicas expedivit, ideoque nemo non videt sæpedictam nominationem eidem opitulari non posse, *Rota coram Cerro dec. 364. n. 20., & coram Bich. dec. 375. num. 22., & decis. 416. num. 4., & seqq. par. 18. rec.*

Neque in descrimen revocari valet nega-
10 tiva hujus adimplementi, quia de ea testatur Officialis Dateriæ, cui hac in re plenè deferendum venit, *Card. de Luc. de Benef. disc. 91. num. 17., Rota coram Celsf. dec. 130. num. 13., & decis. 353. num. 21. par. 10. recentior.*

Atque hæc ad opportunitatem Causæ superabundare DD. censuerunt, absque ulteriori indagine cæterarum nullitatum, cum
11 enim earum expressio per Joannem Lambertum alternativè concepta fuerit, satis est pro executione gratiæ, quod illa in aliqua sui parte verificetur, *cap. in alternativis de regul. jur. in 6., cap. inter cæteras de script., Rota dec. 494. num. 7., & decis. 514. nu. 6. cor. Dunoz. Jun., & in rec. dec. 161. n. 18. par. 18.*

Et ita per Contradictas &c.

LAU-

LAUDEN. PENSIONUM SUPER DECLARATORIA.

Veneris 24. Novembris 1713.

ARGUMENTUM.

Recusans Rotalibus mandatis parere, quando censuris plectendus sit, & quando illis separuisse dicatur.

SUMMARIUM.

1 *Contumacia in non parendo mandatis Rotalibus excluditur per consensum datum appositioni Æconomi, & per fructuum divisionem.*

2 *Ista contumacia requiritur ad hoc, ut inobediens Censuris subjici possit.*

3 *Verbalis paritio, quæ Æconomi appositionem, & fructuum dimissionem secumferat, à censuris excusat.*

4 *Deputatio Æconomi pro perceptione fructuum ad effectum solvendi pensionem, & residuum Titulari, confert utrique Parti.*

DECISIO DCCCVI.

Geminis per Me propositis dubiis 30. Januarii labentis anni ad instantiam illorum de Menattis, & Canonici Vincentii Thomei, altero nempe super bono Jure, altero vero super manutentione in possessione, seu quasi exigendi pensiones eorumdem favore reservatas super fructibus certis, & incertis Parochialis Ecclesiæ S. Petri Laudæ veteris adversùs Joan. Baptistam Galmutium modernum illius Titularem; quoad primum *dilata fuit resolutio*; quo vero ad alterum dubium responsum extitit *dandam esse manutentionem Pensionariis, & concedendam Remissoriam Titulari ad effectum probandi incapacitatem dictæ Parochialis respectu oneris prædictarum pensionum.*

In vim hujus resolutionis expeditæ fuerunt per Titularem litteræ remissoriales, & è contra Pensionarii mandata de manutenendo exequi fecerunt super nonnullis mobilibus nullius ferè momenti. Cum autem istorum pretium vix sufficiat pro expensis executionis, ideo reproductis in actis litteris executorialibus, servatisque de more quatuor terminis, institerunt hodiè pro declaratoria, quam tamen DD. *non esse relaxandam juxtà modum inferius exprimendum* censuerunt.

Cum autem Galmutius passus sit executionem realem, & ulterius illius Procurator in vim specialis mandati Procuræ in actis exhi-
1 biti, inherendo reiteratis oblationibus in partibus emissis, solemnem consensum præstiterit appositioni Æconomi, vel dimissioni omnium, & singulorum fructuum favore eorundem Pensionariorum, utique ex hoc excludi visa est pertinax, & obstinata contumacia in non parendo mandatis Rotalibus,
2 quę requiritur ad hoc, ut pertinaciter inobediens, spirituali censurarum gladio plectendus sit, & à sua protervia revocetur, ad *Text. in cap. venerabilibus §. porro de sent. excom. in 6., Rota in Leodien. Canonicatus super Declaratoria 7. Maii 1710. §. Quotier enim coram R.P.D. meo Aldovrando, & in Leodien. Pastoratus, seù Vicariæ super Declaratoria 22. Januarii 1712. § Constitit enim cor. Me.*

Nec ritè opponebatur, quod hæc esset paritio verbalis, nam attenta dicta executione reali, & fortius prædicto consensu, li-
3 berè poterant Pensionarii mediante appositione Æconomi, vel fructuum dimissione, mandatorum executionem consequi, & in his circumstantiis Titularis excipere valet per se non stetisse, quominus illa exequerentur, quod profectò sufficit ad evitandam pœnam excommunicationis, omnium maximam, *Rota coram Merlin. dec. 179. num. 2., & cor. Emerix Jun. dec. 164. num. 1., & in rec. dec. 585. nu. 6. par. 1., & dec. 208. nu. 2., & seq. par. 15.*

Ut autem exclusa undequaque remaneat via eludendi executionem, ut que oblatio, & consensus Titularis ad actum cum effectu perducatur, DD. explicantes modum resolutioni adjectum, demandarunt deputandum
4 esse Æconomum, eique consignandos omnes fructus, ut pensionarios dimittat, ac residuum tradat Titulari; sic etenim utrique Parti consultum erit, nam pensionarii debitam obtinebunt satisfactionem; Titularis verò in posterum absque metu declaratoriæ, residuali fructuum quantitate pacificè perfruetur.

Et ita, utraque &c.

VICEN. PAROCHIALIS DE AQUALATA.

Ven. 1. Decembris 1713.

ARGUMENTUM.

Præsentatus ad Beneficium mediantibus litteris Apostolicis relatis à Titulari, alteri ab Ordinario pariter mediantibus litteris præsentato, est præferendus, quando Beneficium est de Jure Patronatus alicujus privativo.

SUMMARIUM

1 *Litteræ Apostolicæ undequaque justificatæ exequi debent, neque Judicis intrat arbitrium.*

2 *Ecclesia B. Mariæ de Aqualatà Vicen. Diœcesis est de Jure patronatus Abbatis Monasterii S. Cucuphatis, & ex quibus probetur.*

3 *Res judicata super pertinentia Ecclesiæ circa probationem domini statum facit.*

4 *Scriptura de publicis copiis extracta sine citatione adversùs interesse habentes non probant.*

5 *Limita, si eædem scripturæ extractæ, fuissent per Rotales decisiones approbatæ.*

6 *Item si fuissent ex Archivio publico, & vetustissimo libro, quem legaliter fuisse tentum judicassent Periti.*

7 Ille-

7 *Illegalitas Jurium nequit de re vetustissimà opponi, quæ antiquissimis probetur scripturis.*

8 *Juris Patronatus pertinentia, ex antiquis præsentationibus nemine opponente sequutis, concludentissimè probatur.*

9 *Collatio non effectuata non attenditur, nec facit statum.*

10 *Amplia, si eidem obstet præsentatio facta ab altero, cum successiva institutione.*

11 *Collationes clandestinè factæ sine scientia Patroni, statum contra ipsum non faciunt.*

12 *Factæ mediantibus Apostolicis provisionibus, statum, & Beneficii naturam non immutant.*

13 *Amplia in Jure patronatus Ecclesiastico, quod regulis reservatoriis subjacet.*

DECISIO DCCCVII.

Litteras apostolicas, quas Bonaventura reportaverat, utpote præsentatus ab Abbate Monasterii S. Cucuphatis ad Parochialem Ecclesiam B. Mariæ de Aqualata Vicen: Diœcesis de jurepatronatus ejusdem Abbatis, præviis tribus decisionibus, exequendas esse pronunciavit R. P. D. meus Crispus ad exclusionem Pauli, qui pariter super eadem Parochiali, tanquam liberæ collationis, in concursu ab Ordinario praelectus, alteram gratiam à S. Sede obtinuerat. Cum autem iste hujusmodi resolutionibus, & judicato non acquiescens, appellationis causam mihi dirigi curasset cum clausula -- *Parito litteris arbitrio Rotæ* -- disceptandum hodie proposui consuetum dubium, & DD. io contumaciam ejusdem Pauli, dilationem frustra expostulantis, facili negotio -- *non intrare arbitrium pro retardatione dd. litterarum Bonaventuræ* -- responderunt.

Cum enim præfatæ litteræ Apostolicæ
1 undequaque justificatę dignoscantur, utique
celeriter exequi debent, nec arbitrium à juris censura regulandum intrare potest pro retardatione illarum executionis, juxta passim vulgatas, & tritas regulas.

Justificatio autem earundem clara visa est,
2 nam Ecclesiam Parochialem B. Mariæ de
Aqualata esse de jurepatronatus Abbatis S. Cucuphatis, super quo residet totum causę momentum, satis superque convincitur ex pluribus Regiis, & Imperialibus donationibus authoritate Apostolica confirmatis, ex donatione scilicet Lotharii Regis Francorum, qui anno 982. post specificam concessionem nonnullarum Ecclesiarum, cum decimis, & primitiis suis, generaliter etiam inter cætera donavit Abbati, & Monasterio S. Cucuphatis allodia, & possessiones, una cum suis Ecclesiis in Comitatu Auxonen. (hodie Viceolis) quam quidem donationem successivè anno 1233. Jacobus Aragonię Rex nedum expresè confirmavit, sed ulterius quoque denuò nominatim concessit eidem Abbati controversam Ecclesiam de Aqualata cum decimis, & primitiis. Ac demum anno 1542. Carolus V. prędictas donationes Imperialis confirmationis robore communivit, & approbavit, adeout, attentis hisce geminatis donationibus, & confirmationibus, nullo modo in discrimen revocari valeat transfusio patronalitatis pertinentiæ in Abbatem, juxta latè deducta in omnibus præcedentis instantiæ decisionibus, nempe 12. *Junii* 1711. § *verificatis cor. Rm̃o* D. *meo Decano*, 1. *Julii* 1712. §. *de qualitate cum seqq.*, & 31. *Martii mox labentis anni* §. *Patronalis namque cor. R. P. D. meo Crispo*,

Eoque potissimum, quia, ut mox dictum fuit, hujusmodi Regiæ, & Imperiales donationes specialiter confirmatę apparent per summos Pontifices Urbanum II., Calistum II., Silvestrum II., & Benedictum VIII., quorum indulta, cum uniformiter designent omnes Ecclesias ex titulo donationum in Abbatem translatas, & inter eas specificè exprimant controversam Parochialem de Aqualata, profectò ambigi nequit de ejus comprahensione in originariis donationibus, ut prosequitur *decisio R. P. D. mei Crispi* 1. *Julii* 1712. §. *Ne dubitari.*

Resque in evidentiam transire visa est, at-
3 tenta solemni re judicata nostri Tribunalis,
quæ prodiit occasione consimilis disputationis habitę quoad geminas Parochiales compræhensas inter dictas Ecclesias donatas Monasterio, & Abbati S. Cucuphatis, quarum respectu, sicuti determinatum extitit, sæpedictas donationes, ac successiva Induita Apostolica præseferre iuspatronatus favore ejusdem Abbatis, ut videre est in *Barchinonen. Hebdomadariæ majoris de Palau Tordera* 1. *Julii* 1696. *cor. bo. me. Ursino*, & *in Barchinonen. Parochialis de Albiniana ejusd. diei & anni cor. bo. me. Muto*, ita per consequens admittenda venit illius patronalis pertinentia quoad Ecclesiam, de qua agitur, utpote quę ab eodem prorsùs fonte æqualiter promanat, quemadmodum optimè arguunt *omnes decisiones* 12. *Junii* 1711. §. *Verificatis*, & *seq. cor. Rm̃o D. meo Decano* 1. *Julii* 1712. §. *finali*, & 31. *Martii præteriti* §. *In hujus cor. R. P. D. meo Crispo.*

Agnita assumpti veritate in præteritis causæ propositionibus, ejus efficaciam evitari posse contendebatur, excipiendo, quod om-
4 omnia donationum diplomata, ipsaque in-
duita Apostolica, tamquam sumpta de sumpto, & extracta ab Archivio Monasterii sine compulsoria, & citatione Partis, attendenda
5 non forent. Verùm oppositæ huic jurium ille-
galitati solidè, & multipliciter occurrunt
6 mox citatæ decisiones, tum ex quo ea ex-
tracta fuerunt ab Archivio prædicti Monasterii, & à vetustissimo libro, quem esse autenticum, ac legalem retulerunt periti judicialiter electi, tum ex eo quod dicta donatio Lotharii, & Induitum fa. me. Urb. II. per extensum referuntur ab Historico Petro de Marca Archiepiscopo Parisiensi, tum demum quia omnes donationes, confirmationes, & indulta, non solùm canonizata fuerunt in præfatis *decisionibus cor. bo. me. Ursino*,

no, *& bo.me.Muto*, sed etiam præcedenter in *Barchinonen. Parochialis* 15. *Februarii* 1647. *cor.bo.me. Ghislerio*, adeout, his omnibus concurrentibus, nimis ardua videbatur Provincia, eorum legalitatem hodie impu-
7 gnare, & confugere ad compulsoriæ, & citationis defectum, qui nullatenus attenditur, ubi quæstio est, prout in hypothesi, de antiquissima scripturarum transumptione, *Rota in Dertusen jurisdictionis* 18. *Junii* 1696. §. *absque eo quod cor.bon.mem. Pio*, & advertit *postrema decisio R.P.D. mei Crispi* §. *Quia bujusmodi*,

Præterea removet in universum quam-
8 cumque difficultatem subsecuta proxima observantia profluens ex geminis præsentationibus per Abbatem expletis anno 1335., & 1448. ad d. Parochialem de Aqualata, quæ cum effectum plenè sortitæ fuerint, magis magisque in aperto ponunt, tum legalitatem dd. jurium, tum pertinentiam patronalem ab iisdem resultantem, *Rot.in Baren Beneficii* 12. *Decembris* 1712. à §. *Quin revocari*, *& seqq. cor.R.P.D. meo Aldovrando confirmata* 1. *Decembris proximè præteriti coram R.P.D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*, *cum concordan. relatis in dec. R.P.D. mei Decani* §. *eo certius*, *& in prima R. P. D. mei Crispi* § *Sed verum*, *ac in altera* §. *hujus Ecclesiæ*.

Nec quidquam præmissis obstare posse iterum DD. censuerunt, aliàs mordicus promotum objectum, quod collationibus tamquam de libero per longam centum annorum seriem, & ultra continuatis, immutatus fuerit status Parochialis, ac libera omninò evaserit,

9 Etenim omnes status, & actus collationum ad hunc effectum adducti, attendi non merentur, sive quia plerique ineffectuati remanserunt, *Rot.cor.Bich. dec.*436. *n.*13., *& in rec. dec.*124.*n.*15.*p.*13., *& dec.*244. *nu.*16.
10 *p.*16., & ulterius confunduntur ex d. antecedenti, & subsequenti præsentatione per Abbatem facta cum successiva præsentatorum Institutione, *Rot.in Romana Cappellaniæ S.Nicolai* 28. *Junii* 1709. §. *diximus coram R.P.D.meo Ansaldo*, *& in Melphiten. Beneficii* 21. *Junii* 1712. §. *Verum cor.Me*.

Sive quia alii prodierunt de tempore, quo Abbas erat absens à Monasterio, nec probatur in eo scientia vacationum, & proinde,
11 tamquam clandestini, sponte sua corruunt, *Rot.cor. Merlin. dec.*106. *nu.*8. *& seqq.*, *& dec.*266.*n.*26.*p.*15.*rec.*, *& in Romana Cappellaniæ* 25. *Novembris* 1705. §. *Fortius cor. R.P.D. meo Ansaldo*, *& in Capuana jurispatronatus* 11. *Maii* 1708. §. *finali cor.Me*.

Sive demum, quia cæteri, utpote proce-
12 dentes à provisionibus Apostolicis, Parochialis statum immutare nunquam possunt,
13 præsertim in præjudicium jurispatronatus Ecclesiastici, quod regulis reservatoriis subjectum est, quemadmodum concludunt præfatæ decisiones præcedentis instantiæ, in quibuscum sedulo, & singillatim prædicti status enucleentur, sublatæque sint omnes contrariæ exceptiones, supervacaneum censuerunt DD. quidquam ulterius addere, & ad evitandam inutilem repetitionem remissivè sese habuerunt ad omnia earum fundamenta.

Et ita altera tantum &c.

ROMANA LEGATI, SEU INVESTIMENTI.

Lunæ 4. *Decembris* 1713.

ARGUMENTUM.

Onus investiendi pecunias, quæ à testatore fuerint ad piam causam legatæ, Dominum ipsius legati sequitur, maximè si ultra onus honorificum aliqua afficiatur utilitate.

SUMMARIUM.

1 *Investimentum faciendum de pecuniis, spectat ad illarum Dominum.*
2 *Limita, si pactum in contrarium adesset.*
3 *Subrogatum assumit omnes qualitates, & onera rei, in cujus locum subrogatur.*
4 *Investimentum faciendum de legato, ut legatarium sequatur, sufficit, quod legati Dominus dicatur, licèt illud in usum à testatore præscriptum cedere debeat.*
5 *Amplia, si legatarius ultra jus honorificum, in aliquo lucro versaretur.*
6 *Onus investiendi legatum pium, impersonaliter à testatore expressum, remanet sub dispositione juris, à quo expleri debeat, & ob id illius Dominum sequitur.*
7 *Onus investiendi legatum longè distat ab obligatione tradendi pecunias illius sub tali onere.*
8 *Onus investiendi legatum non potest dici, ut illi inhæreat, qui super re sua à Papa facultatem obtinuisset investiendi propter absurdum, quod sequeretur, de quo in num. seq.*
9 *Actio, & passio non dantur in eodem subjecto*
10 *Tale onus, donec legatum non sit acceptatum, legatarium non sequitur; secùs post acceptationem.*
11 *Amplia, si legatarius primum fecisset investimentum in figura Domini, quod facit tale onus ratificare.*

DECISIO DCCCVIII.

IN supremis tabulis anno 1673. Francisca de Gessis jure legati reliquit Venerabili Archiconfraternitati B. Mariæ de Horto Urbis loca octo Montis Salis, tunc annui redditus scut. 32., cum onere tamen, quod quolibet anno erogarentur scut.30. in subsidium dotale filiarum Annæ Mariæ ipsius testatricis filiæ, idque per sexennium, quodque successivis temporibus prædicta summa cederet in dotem cujusvis alterius pauperis, honestæque puellæ, quæ nominationem reportasset à Balthassare, & Petro de Negronia ejusdem testatricis filiis, eorumque hæredibus, & successoribus.

Verum

Verum quia Archiconfraternitas hujusmo-
di legatum acceptare detrectabat, ex quo
dd. loca montium tractu temporis obnoxia
esse poterant consuetæ eventualitati extra-
ctionis, ac etiam reductionis fructuum vicis-
situdini, propterea fratres de Nigronis an-
xiè exoptantes, quod pia Matris voluntas
impleretur, obtinuerunt à sa. me. Clemen-
te X. facultatem liberè alienandi dd. loca
montium, ad effectum deponendi eorum pre-
tium in S. Monte Pietatis, ut postmodum
reinvestiretur in tot censibus, passivè etiam
creandis ab iisdem fratribus ad rationem scu-
torum 4. pro centenario favore dictæ Ar-
chiconfraternitatis in eandem causam à te-
statrice demandatam. Ea insuper adjecta le-
ge, quod toties, quoties census sic imponendi
redimerentur, semper pecuniæ investiendæ
iterum forent in aliis censibus ad eandem ra-
tionem; & casu quo d. Archiconfraternitas
post interpellationem adhuc legatum accep-
tare recusasset, Summus Pontifex illud cum
eodem onere applicari voluit Confraternita-
ti SS. Bartholomæi, & Alexandri Nationis
Bergomensis.

In executionem hujus Chirographi deven-
tum extitit ad alienationem sæpedictorum
locorum montium, & Archiconfraternitas
post acceptationẽ legati, pecunias ex dicta
venditione retractas, & in æde sacra deposi-
tas, persolvit prædictis fratribus pro pretio
census super eorum bonis impositi. Cum au-
tem novissimè sub obtentu, quod fundus cen-
situs fideicommissi vinculo suppositus esset,
judicialiter institisset pro traditione fundi
liberi, debitores satius duxerunt censum
redimere, prout de facto redemptus, & ex-
tinctus extitit. Contendente tamen eadem
Archiconfraternitate, quod onus investiendi
hujusmodi pecunias in alio censu, juxta for-
mam Chirographi, spectaret ad ipsosmet
fratres de Nigronis, R. P. D. A. C. Cincius
censuit, investimentum faciendum esse ab Ar-
chiconfraternitate, idemque fuit sensus no-
stri Tribunalis in gradu appellationis coram
Me instauratæ; nam proposito hodie con-
gruo dubio, DD responderunt *Onus facien-
di investimentum spectare ad Archiconfra-
ternitatem, & servandam esse formam Chiro-
graphi.*

Moti sunt ex eo, quod dominium pecu-
niarum, de quibus agitur, spectat ad Archi-
1 confraternitatem, & proinde ad ipsam spe-
ctare quoque debet onus investimenti, quod
regulariter semper sequitur Dominum pe-
2 cuniæ investiendæ, nisi lex, aut pactio clara
urgeat in contrarium, *L. in re mandata C.
mandat.*, *Surd. dec.*156.*n.*5. *& seqq.*, Rota
*cor.Cerr.dec.*360. *n.*12. *& seqq.*, *& cor.Bich.
dec.*175. *à n.*14.

Hujusmodi verò dominium clarè resultat
ex supradicto legato per Testatricem Archi-
confraternitati relictum in locis montium,
quæ licèt in vim Pontificii Chirographi alie-
nata extiterint, attamen, cum eorum pre-
tium subrogatum fuerit in tot censibus præ-
via acceptatione ejusdem Archiconfraterni-
3 tatis, indè fit, quod sicuti in discrimen revo-
cari non poterat ejus dominium, quoad præ-
dicta loca montium, ita pariter perspicuum
redditur respectu census, ejusque pretii, jux-
ta notam indolem, & naturam subrogationis,
de qua *Rot cor. Emer. jun. dec.* 1088. *n.* 5. *&* 6.,
& dec. 1181. *n.* 3., *& in recen. dec.* 561. *nu.* 20.
part. 18.

Absque eo quod obstare possit animadver-
sio, quod attento onere dotandi puellas, &
erogandi quot annis ferè omnes legati reddi-
tus in earum subsidium, translatum dici ne-
queat pleno jure in legatariam illius absolu-
4 tum, ac totale dominium. Etenim ad effe-
ctum subeundi onus investimenti, de quo res
est, sufficit, quod Archiconfraternitas dici
valeat Domina legati, licèt in usum à testatri-
ce præscriptum, ut præcisè ad rem notant
Gratian. discept. forens. cap. 916. *n.* 6. *& seqq.
& n.* 17., *Rot. post Cenc. de cens. dec* 133. *n.* 2.

Immò cum ultra jus honorificum distri-
5 buendi has dotes, residuales legati fructus in
proprium commodum convertat, æqui boni-
que ratio non patitur, ut investimenti incom-
modum recuset, *L. secundùm naturam ff. de
regul. jur.*, *L. manifestissimi §. penultim. C. de
fort.*

Neque præmissis ullo modo adversatur lit-
tera d. Chirographi sa. me. Clementis X., cu-
jus pariter formam, juxta alteram dubii par-
tem DD. servandam esse censuerunt. In eo
etenim nihil aliud demandatum apparet, nisi
quod loca montium pro hujusmodi subsidio
dotali destinata, possent liberè alienari ad
effectum investiendi eorum pretium in censi-
bus etiam cum ipsis de Nigronis, prout fa-
ctum fuit; in casu verò extinctionis eorun-
dem censuum, licèt summus Pontifex præ-
scripserit, quod pecuniæ iterum investiren-
6 tur in aliis similibus censibus, nihilominus
cum hujusmodi onus impersonaliter prola-
tum fuerit absque designatione personæ, quæ
illud subire teneretur, utique casus remanet
sub dispositione juris *L. commodissime ff. de
lib., & posthum.*, *Rot. dec.* 218. *n.* 10., *& dec.*
647. *n.* 31. *p.* 19. *tom.* 2. *rec.*, secundùm quam
onus investiendi ad Dominum pecuniarum
spectare debet, ex supra firmatis

Quin relevet, quod cum fratres de Ni-
gronis impetraverint facultatem distrahendi
loca montium ad effectum reinvestiendi pre-
tium in annuis censibus, videantur suscepisse
non solùm onus alienationis, sed etiam alte-
rum explendi primum investimentum, in quo
repositus erat præcipuus finis, & effectus pe-
tendi d. distractionem, indè inferendo, quod
idem onus subierint quoad futura etiam inve-
stimenta.

Objectum siquidem non subsistit in ante-
cedenti, multoque minus regit in conse-
quenti illatione. Nam litera Chirographi in
nulla penitus sui parte injungit hoc onus Ni-
gronis, sed dumtaxat eisdem tribuit expo-
stulatam facultatem alienandi loca montium
cum obligatione deponendi eorum pretium,
ut

7 ut illud postmodum reinvestiretur; quantum autem distet onus investiendi ab obligatione tradendi pecunias sub onere investimenti, clarè patet de per se, & explicat *Rot.coram Bich.dec.303.n.4.& seqq.,& cor.Cerr. d.dec. 360. n.14.*

Præterea, si tenor Chirographi ritè perpendatur, illicò constat, sæpedictos Fratres immunes prorsùs fuisse à gravamine primi
8 investimenti; eo enim ipso, quod pecuniæ investiri poterant in censu ab ipsis super propriis bonis constituendo, nemo non videt, quod pernecesse hoc onus in Archiconfraternitatem directum dici debet; nam aliàs iidem Nigroni censum emissent insimul, & vendidissent, & consequenter verificaretur
9 concursus actionis, & passionis in eodem subjecto, contra omnia naturæ, & juris principia, de quibus in *L. Vranius, & L. frater à fratre ff. de condit. indebit., Cenc. de cens. q.107.sub n.24.vers. nam actio, Rot. dec.629. n.16.p.18. rec.*, & de facto ad evitandam hujusmodi implicantiam, Archiconfraternitas pecunias recepit, easque in actu creationis census dd. fratribus restituit.

Minus habens etiam dignoscitur objectum in consequenti, nam licèt Nigroni gravati dici possent onere explendi primum investimentum, tempore quo legati dominium erat incertum, eo quia Archiconfraternitas non-
10 dum illud acceptaverat, non indè tamen sequeretur, quod avulso deinde legati dominio ab hæreditate legantis, eoque radicato in d. Archiconfraternitate per ejus acceptationem, onus quoque investiendi in ipsam translatum non fuerit; ideoque ab uno ad alterum casum, concurrente adeò notabili rationis diversitate, nulla legitimè fieri potest illatio, vulgata *L. Papinianus ff. de minorib.*

Omnemque hac in re substulit amaritudinem factum ipsum totiès dictæ Archicon-
11 fraternitatis, quæ cum post agnitionem legati pecunias semel reinvestierit ad formam Chirographi, censetur approbasse, & suscepisse onus investiendi, à quo proindè sese subtrahere ampliùs non potest, *L. si quis testibus C. de test., L. Pomponius scribit ff. de negoc.gest., Bece.consf.3.n.39.*, & in his terminis *Gratian. discept. forens. cap.941.n.20.*

Et ita, utraque &c.

VALENTINA BENEFICII.

Mercurii 6. Decembris 1713.

ARGUMENTUM.

Testator, qui alternativè pro suis Consanguineis Ecclesiasticum Beneficium erexit, sibi semper de illis proximiorem prædilexisse præsumitur; istaque prædilectio deducitur ex ordine scripturæ ipsius testamenti, adeout primò descriptus intelligatur prædilectus.

Qualificatio per gradus distinctos verificatur ex sententia in rei judicatæ authoritatem transacta.

SUMMARIUM.

1 *Vocatio ad Beneficium per testatorem volita, primario in suis Consanguineis, & secundariò in Consanguineis istorum, licet alternativè concepta, in primis intelligitur, & n. 3.*
2 *Restitutio in integrum ut concedatur, Sententiarum iniustitia palpabilis esse debet.*
4 *Præsentatio contra fundationis legem est nulla.*
5 *Qualificatio graduum Consanguinitatis probatur ex sententia lata.*
6 *Amplia, si in judicatum pertransiisset.*
7 *Præsentatio semper fieri debet in personam à testatore semper magis prædilectam, & ex quibus ista prædilectio probetur.*
8 *Prædilectio designatur in testamentis ex ordine scripturæ.*
9 *Affectio semper erga proximiores præsumitur ad remotiorum exclusionem.*
10 *Dispositio alternativa testatoris in ultimis voluntatibus, in discretiva in favore primò descriptorum resolvitur ex prædilectione præsumpta.*
11 *Amplia, si alternativa versaretur in duplici genere personarum non æqualiter prædilectarum, adeoquod arbitrium semper favore primò descriptorum subingreditur.*
12 *Observantia, licet à vi sententiarum suffulta, si testatoris menti adversetur, non attenditur.*
13 *Amplia, si ab eisdem sententiis fuisset appellatum, & in integrum restitutio obtenta.*
14 *Appellatio ab uno deserta, alteri proprio jure, & independenter vocato non nocet.*

DECISIO DCCCIX.

Fundationem quamplurium Cappellaniarum demandaverat Didacus Covarruvias in Metropolitana Ecclesia Valentina, earumque Juspatronatus activum post sui obitum reservari voluit favore Mariæ Dies Uxoris, ejusque hæredum, ad passivum verò præsentari jussit Clericos Patronis pro tempore benevisos, ea tamen adiecta lege, quod semper præferendi essent Consanguinei, aut Consanguinei Consanguineorum sui ipsius, & d. Mariæ Uxoris sub his verbis -- *Che sempre, che vi fossero Parenti di sua Signoria, ò Parenti de' Parenti siano quelli preferiti, e dopo i Parenti de' Parenti della Signora D. Maria Dies.*

In executionem piæ hujus dispositionis, eadem Maria Dies prævio assensu Ordinarii, devenit ad actualem erectionem, & dotationem Cappellaniarum, servata prorsus, ac repetita ad litteram lege à Fundatore præscripta.

Cum autem nuper vacasset altera ex prædictis Cappellaniis sub invocatione S. Benedicti, Martinus Sanz, utpote Consanguineus Fundatoris, meritò sibi pollicebatur illius adiudicationem, sed in concursu Joannis Baptistæ Calatayud Consanguineorum Consanguinei, & à Patrono præsentati, re-

jectus

jectus extitit in Curia Valentina, ubi ſuccubuerat, etiam occaſione geminarum præcedentium vacationum, in quibus inſtitutionem pariter reportaverant Conſanguinei Conſanguineorum d. Fundatoris. Quamobrèm, ut in ulteriori inſtantia jura ſua experiri poſſet abſque obſtaculo dd ſententiarum, appellationis causâ mihi dirigi curavit cum clauſula -- *de cauſis reſtitutionis in integrum ſine præjudicio rei judicatæ* -- ad cujus normam propoſito perMe hodie congruo dubio, DD. in contumaciam alterius partis informare negligentis reſponderunt -- *conſtare de cauſis, & Beneficium eſſe adiudicandum Martino*.

Clara enim viſa eſt littera fundationis, juxta quam in jurepatronatus paſſivo, dę quo agi-
1 tur, vocanturConſanguinei Fundatoris, prælativè ad Conſanguineos Conſanguineorum, proindeque præfatæ ſententię concedentes iſtis adiudicationem Beneficii, poſthabita illorum prælatione, utique ſalvari nequeunt
2 ab iniuſtitia, quæ viam ſternit petitæ in integrum reſtitutioni, *ad text. in cap: primo de reſtit. in integr, cap. inter cæteras de re judicat. cum notiſſimis concordan.* Et in ejus ſequelam Beneficium adiudicandum venit
3 Martino, utpote qualificato, quamvis præſentatus non fuerit à Patrono, quia ex mente Fundatoris habetur pro præſentato ad excluſionem Jo. Baptiſtæ, qui contra legem
4 fundationis pręſentationem nulliter reportavit, *Garz. de Benefic. p. 4. cap. 3. n. 60., & ſeqq., Rot. cor. Bich. dec. 661. n. 13., & 14., & in Tuden. Parochialis de Revertome 12. Martii 1709. §. Sed fruſtra cor. Emo D. Cardinali Polignach., & in Hortana Beneficii prima Junii 1709. §. Verificatæ coram Emo D. Card. Priolo*.

Qualificatio ejuſdem Martini apprimè re-
5 ſultat ex ſententia lata in Curia Valentina anno 1668., in qua per diſtinctam graduum enumerationem ipſe conſtituitur in ſepti-
6 mo, & quarto Conſanguinitatis gradu cum fundatore coniunctus, quę quidem ſententia, cum in authoritatem rei judicatæ tranſierit, plenè probat conſanguinitatem, *Caſtill. contran. jur. lib. 5. cap. 104. n. 21., Modern. Roman. diſcept. Eccleſ. 7. n. 15., Rota cor. Priolo dec. 417. nu. 16.*, & de facto in ipſiſmet contrariis ſententiis, nedum ea in diſcrimen minimè revocatur, ſed etiam ultro ſupponitur.

Prælationē verò ſuorum Conſanguineorū volitā fuiſſe à Fundatore patet, ex quo in fundatione prius nominati apparent Cōſanguinei ipſius, quàm Cōſanguinei Conſanguineorū ibi -- *Che ſempre che vi foſſero Parenti di ſua*
7 *Signoria, o Parenti de' Parenti, ſiano quelli preferiti* -- Et propterea prius quoque illi admittendi veniunt ex præſumpta prædilectione erga primò nominatos, cum ordo litteræ, ordinem affectionis, & vocationis deſignet, *ad text. expreſſos in L. quoties 34. ff. de uſusfruct., L. generaliter 24. §. proinde ff. de fideicom. liber, & L. qui ſolvendo ff. de hæred. inſtit., Amoſtaz. de cauſ. piis lib. 3. cap. 8. num 20., Lara de Anniverſ., & Cappel. lib. 2. cap. 3. n. 47., Capon. diſcept. 101. n. primo, & ſeqq., Rota in Cuſentina Cappellaniæ 12. Februarii 1703. §. Fundamentum cor. R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore, & in dicta Hortana Beneficii prima Iunii 1708. §. Taliſque cor. Eminentiſſimo D. Cardinali Priolo*.

Tantoque magis, quia ordinem Scripturę
8 in hypotheſi ſubſequitur ordo Charitatis, cum namque naturalis affectio ſemper deſ-
9 cendat in proximiores, eoſque remotioribus præferat, *L. Publias §. primo ff. de condit., & demonſtr., L. ſi viva Matre C. de bon. matern, Rota cor. Emer. jun. dec. 452. n. 4.*; profectò, ne hujuſmodi ordo intervertatur, Conſanguinei Fundatoris per priùs vocati cenſeri debent, & per poſterius dumtaxat Conſanguineorum Conſanguinei, *Rota in Majoricen. Beneficii 16. Februarii 1699. §. Hiſque demum cum ſeqq. coram Eminentiſſimo D. Cardinali de la Tremoille, in d. Cuſentina Cappellanię 12. Februarii 1703. §. ſi autem cor. R.P.D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore, & in Nepeſina Donationis 31. Martii labentis anni §. Undè coram Me*.

Nec relevat, quod Fundator demandans alternativè præſentari *i ſuoi parenti, o parenti de parenti* -- videatur arbitrio Patroni liberè remiſiſſe præſentandum ab una, vel altera Conſanguineorum claſſe ſeligere, abſque ulla inter ipſos prælatione, & per conſequens cum Jo: Baptiſta ſit de Conſanguineis Conſanguineorum, ritè, recteque potuerit præſentari.

Etenim in ultimis voluntatibus alternativa reſolvitur in diſcretivam, ac importat ſubſidiariam vocationem in defectum illorum,
10 quorum favore primo loco diſpoſitum fuit, adeout per eam nullo modo data ſit electio, ſed ordine ſcripturæ facta cenſeatur ſubſtitutio, juxta celebre Papiniani reſponſum *in L. cum Pater § à te peto Marite ff. de legat. 2., de quo Garz de benef p. 7. cap. 15. num. 21., Card. de Luc. de teſtam. diſc. 68. n. 11., & de jurepatr. diſc. 88. n. 2., Modern. Roman. diſcept. Eccleſ. 7. n. 2., & in parergon. ad eaſdem n. 3., & ſeqq., Rota in d. Cuſentina Cappellanię 12. Februarii 1703. §. fundamentum cor. R.P.D. meo Scotto*.

Sine difficultate in præſenti, quia alter-
11 nativa reſpicit duplex genus perſonarum non æqualiter prædilectum, proindeque parificare nunquam poteſt utriuſque probationem, multoque minus importare valet arbitrium, liberamque facultatem eligendi, *ad text. in L. hæredes mei §. final. ff. ad Trebell., Gloſſ. in cap. in alternativis de reg. jur. in 6.*, optimè *Fagnan. in cap. inter cæteras nu. 47. & 48. de reſcript., Rota in Dertuſen. Iuriſdictionis 28. Ianuarii 1697. §. Præfatis cor. bo. me. Pio*.

Quibus ita firmatis, authumarunt DD., neque in linea obſervantiæ interpretativę
12 attendendas eſſe, tàm præteritas ſententias la-

latas contra Martinum, quàm alias hujusmodi, quæ emanarunt in Metropolitana Curia Valentina; omnes enim tribuendo Patronis absolutum arbitrium in præsentatione ad has Cappellanias, seu Beneficia, nimis apertè contrariantur literæ fundationis, atque ideò nullam prorsus animadversionem merentur, *Rota coram Coccin. dec. 930. n. 6., & dec. 1086. n. 14., & in Cremonen. Beneficii 11. Maii 1705. §. æque infeliciter, & 14. Maii 1706. §. Ex quo facto cor. Reverendissimo Labacen., & in Lucana Beneficii 22. Februarii 1709. §. accedit, & 26. Iunii sequentis §. Multo minus, & §. Nihil cor. R. P. D. meo Falconerio.*

13 Præsertim quia ab iis, quæ adversus Martinum emanarunt, interposita extitit appellatio, atque hodie beneficio restitutionis in integrum sublatum remanet quodcumque earum obstaculum, & impedimentum, *Rot. cor. Cels. dec. 47. n. 9., & 10., & in Militen. Patrimonii 17. Martii 1702. §. Nullius cor. R.P.D. meo Scotto Almæ Vrbis Gubernatore.*

14 Illæ vero, quæ istæ sunt contra cæteros Consanguineos, qui tunc propria Iura in gradu appellationis tueri neglexerunt, nullum sanè præjudicium irrogare valent eidem Actori, independenter ab eis, & ex propria persona ad Beneficium controversum vocato, *Rota dec. 22 n. 27. p. 11. rec., & in d. Cusentina Beneficii 12. Februarii 1703. §. finali cor. R.P.D. meo Scotto Almæ Vrbis Gubernatore.*

Et ita altera tantum &c.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE GHISLERIIS.

Lunæ 11. Decembris 1713.

ARGUMENTUM.

Immissio, verificatis extremis, non retardatur per exceptionem antiqui fideicommissi, quod mediante Laudo ab hæredibus gravatis acceptato, fuisset remissum, atque patrimonia liquidata, & ad istius tramites condivisa, necnon virtute ejus Laudi novum fuisset fideicommissum erectum, quæ diuisio etiam afficit successores jure proprio veniẽtes, quandò tale Laudum longa annorum serie fuisset observatum, & bona fide recognitum..

SVMMARIVM.

1 *Immissio, quæ petitur virtute rei judicatæ, concurrentibus simul extremis necessariis, omninò danda est.*

2 *Fideicommissum super re, quod aliud præcedens destrueret, non attenditur in vocatorum præjudicium.*

3 *Immissio non retardatur per exceptionem antiqui fideicommissi, quando adsit Laudũ ab hæredibus binc indè approbatum, diuq; recognitum super divisione, & bonorum pertinentia, & num. 5.*

4 *Fideicommissum fuisse divisum, & ex eo detrahenda fuisse detracta in quantitate liquida, & certa, ejusque statum fuisse formatum, ex Laudo, binc indè acceptato optimè deducitur.*

5 *Retentio ex titulo anterioris fideicommissi contra proprium factum (quod obstet) non est allegabilis.*

6 *Reservatio jurium in Laudo favore futurorum ab Arbitris relicta, consequutivam de bonis fideicommissariis divisionem non infringit.*

7 *Amplia, si verba reservationis unicè tendant ad demonstrandum ordinem à fideicommittente præscriptum.*

8 *Fideicommissi valor probatur ex liquidatione illius facta ab Arbitris in Laudo acceptato.*

9 *Amplia, si eandem liquidationem principale interesse habens approbasset.*

10 *Filius, licet ex persona propria vocatus, non potest liquidationem fideicommissi impugnare, si eam in actu serio, & proportionato Pater admisisset.*

11 *Amplia, si liquidatio prædicta bona fide facta sit in Laudo ab Antecessoribus exeeuto, quod afficit etiam proprio jure venientes.*

12 *Subampla, si partitæ in Laudo expressa, maturo examine fuisent per Arbitros approbatæ, & dispunctæ.*

DECISIO DCCCX.

POstquam Marchio Franciottus, cæterique Fratres de Tanara purificationem fideicommissi Cap. Caroli de Ghisleriis à nostro Tribunali eorum favore canonizari obtinuerant vsque ad rem judicatam, in cujus sequelam, & executionem subindè Immissionem expostularunt ad portionem Macelli, unacum Jure exigendi datium, vulgò *del Retaglio*. Et quamvis sub die 12. Junii mox labentis anni ob suffragiorum scissuram nulla capta fuerit resolutio; Nihilominùs reproposita per Me hodiè Causa, DD. *dandam esse Immissionem* responderunt.

1 Cum enim attenta dicta re judicata, de existentia fideicommissi, ejusque purificatione favore Actorum ambigi nequeat, identitas verò controuersi Macelli in discrimen non revocetur, nihil vltrà desideratur ad effectum decernendi expetitam Immissionem, ex juribus satis obviis, & passim vulgatis.

2 Nec quidquam obstare posse visa est unica exceptio, quod quamvis dictum Macellum possessum fuerit à præfato Cap. Carolo de Ghisleriis, attamen per eum subilci non potuerit fideicommisso, de quo res est, cum antecedenter obnoxium reperiretur vinculo alterius fideicommissi per Virgilium seniorem ejus Avum ordinati, & consequenter Reus conventus possidens ex juribus hisce anterioribus, non teneatur controversa bona dimit-

dimittere favore Actorum in vim posterioris fideicommissi ea vindicare satagentium.

Etenim quidquid sit, an sæpèdictum Macellum fuerit in bonis Virgilii senioris, ejusque fideicommissum purificatum extiterit favore ejusdem March. Antonii Ghislerii, &
3 omissa etiam inspectione detractionum, tamquam superflua, ex facto sublata remanet quælibet difficultas animadvertendo, quod suborta anno 1542. controversia inter Virgilium juniorem, Franciscum Mariam, dictum Capit. Carolum fideicommittentem, ac Aloysium filios Bonapartis, & respectivè Nepotes dicti Virgilii senioris super divisione, & liquidatione Assis hæreditati suorum Ascendentium, & signanter ejusdem Virgilii, hac in re amicabiliter interpositum extitit Compromissum apud Laurentium à Pipu, & Galeatium Malvasiam non obscuri nominis Juris consultos, qui omnibus partitis maturè dispunctis, & recognitis, detractisque detrahendis, Laudarunt, & declararunt, Hæreditatem, & respectivè fideicommissum, seù Primogenituram Virgilii Sen. ascendere ad libr. 27125., ac postmodum in executionem hujus Laudi assignata fuerunt Virgilio jun. primogenito bona *Altedi* pro dicta præcisa summa libr. 27125.

Cumque idem Virgilius alienasset hujusmodi bona in illos de Calvis, Franciscus author dicti Marchionis Antonij Ghislerii, Immissionem adversus ipsos obtinuit à nostro Tribunali, ut videre est in *decis. 545. par. 18. tom. 2. recent., & decis. 66. coram Vbago*, & subindè per transactionem recuperavit alia bona ejusdem valoris, utpotè expressè subrogata in locum dictorum bonorum *Altedi*.

4 Quamobrem, sicuti ex hac facti specie, ac uniformiter repetitis hisce actibus manifestè convincitur, fideicommissum, seù primogenituram Virgilii sen. limitatam esse ad dictam summam lib. 27125., ità consequens fit, quod alia bona immunia sint ab hoc onere, quodque in Cap. Carolum quomodocumque translata, ritè, recteque ejus fideicommisso subjici potuerint, quemadmodum præcisè animadversum fuit in dicta *decis. 545. n. 4. par. 18. recent., & in decis. 66. num. 13. cor. Vbago.* Semperque dicto March. Antonio alleganti retentionem controuersorum bonorum ex
5 capite antiquioris fideicommissi, obstabit regula -- *Frustrà petis, quod intùs habes*, de qua ad rem *Rota coram Emer. Iun. decis. 464. num. 1. & decis. 3. num. 14. post Gobb. tract. var. & in Bononien. fideicomm. de Bavosiis super reintegratione 4. Maii 1711. §. finali coram Me.*

Quin relevet, quod Arbitri in eodem Laudo præservaverint jura successorum in Primogenitura sub ea declaratione, ibi - *Cui fideicommisso quoad Primogenitos descen-*
6 *dentes in futurum procreandos, non intendimus per hoc nostrum præsens Laudum præjudicare*, indè inferendo, quod in eorum præjudicium constitui nequeat integer assis fideicommittentis solùm in dicta summa lib. 27125.

Hujusmodi enim præservatio, non aliam commodè patitur interpretationem, quam, quod per eam quoad futuros Primogenitos intacta, & illæsa remanerent jura vocationis, & successionis, eaque minimè alterari possent per dictum Laudum, & consecutivam divisionem, nunquam verò trahi valat ad facultatem impugnandi valorem fideicommissi adeò solemnitèr in eodem Laudo constabilitum, alias namque reservatio contra propriam indolem, & naturam, destrueret actum à Partibus principaliter volitum, ab Arbitris maturè ad finem perductum, & semel, atque iterum in judicio approbatum, quo nihil absurdius, *Oldrad cons. 330. in fin., Honded. cons. 86. num. 47. lib. 2., Rota coram Priol. decis. 365. num. 14. & decis. 452. n. 14., & cor. Emer. jun. decis. 1231. num. 7., & decis. 1291. n. 5.*

Clarius hujus assumpti veritas comprobatur, reflectendo tùm ad subsequentia verba dictæ reservationis, tùm ad ea, quibus taxatus extitit præfatus valor. Verba quidem reservationis directa unicè apparent ad ordinem succedendi à fideicommittente præscri-
7 ptum ibi - *Sed illud in suo robore remanere, & vigere debere modo, forma, & tenoribus, de quibus in Testamento Virgilii &c.* ideoqe perperam detorquentur, & extenduntur ad comprahensionem quantitatis ejusdem fideicommissi, de qua nec cogitatum fuit, ut paret ad sensum.

Valor verò fideicommissi, seù Primogeni-
8 turæ designatus, ac firmatus legitur per ea verba - *Detractis detrahendis, portionem subjectam fideicommisso restituendo primogenito fore, & esse, ac restare valoris quantitatis, & summæ lib. 27125.*, quæ sanè expressio indubitanter præsefert liquidatum fuisse statum fideicommissi, illumq; quantitatem in Laudo enunciatam non excedere, prout ponderando dicta verba, notat sæpèdicta *decis. 545. n. 4. par. 18. recen., & decis. 66. num. 13. coram Vbago.*

9 In idem pariter collimat factum ipsum Francisci Patris dicti March. Antonij Ghislerii, qui ut præmisimus persequendo bona primogenituræ in tertios possessores distracta, pretensionem nunquam promovit ultra prædictam summam libr. 27125., quam adamussim per transactionem in tot bonis recepit, approbando iterùm taxá fideicommissi in
10 Laudo, & resolutionibus Rotalibus factam, à qua proindè resilire ampliùs non potest dictus Marchio Antonius, non solùm quià tamquam hæres Patris, ejus confessionem impugnare non potest, *vulgat. leg. cum à matre C. de rei vindicat.*, sed etiam quia hæc liquida-
11 tio status fideicommissi, utpotè bona fide constabilita in Laudo, & executioni demandata per antecessores Primogenitos, afficit etiam successores, tametsi ex proprio, & particulari jure independentèr ab illis venientes, *Rota in Firmana legitimæ 1. Iunii 1709. §. Cæterum*

terum coram R. P. D. meo Ansaldo, & in Salisburgen. Primogenituræ de Lodron 20 Februarij curr. anni §. Quid ultrà cor. eodem, & in Firmana Primogenituræ super transactione 26. Iunii prox. præt. §. Nullo iure coram R. P. D. meo Crispo.

12 Eoque potissimum attento maturo examine omnium partiarum per dictos Arbitros adhibito, ac longæva in tot annorum decursu observantia, in quibus terminis eidem Laudo omninò standum venit, nec successoribus datum est ibidem firmata, ac toties ratificata indiscrimen revocare, *Rota in Romana Pecuniaria, seù Transactionis 15. Decembris 1702. §. Et certiùs cor. R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore, in Romana, seù Tusculana transactionis 11. Maii 1711. §. Eoque validius cor. Reverendiss. D. meo Decano, & in dicta Firmana Primogenituræ super transactione 26. Iunii labentis anni §. Quod eo magis coram R. P. D. meo Crispo.*

Et ità utraque &c.

ROMANA IMMISSIONIS.

Veneris 12. Ianuarii 1714.

ARGUMENTUM.

Hæc decisio est confirmatoria trium aliarum, nempè sub die 15. Aprilis 1712., & 16. Januarii 1713. coram eodem, & 9. Junii ejusdem 1713. coram R. P. D. Crispo, ibique vide argumentum, signanter in prima.

SUMMARIUM.

1 *Fideicomissum validè imponitur super bonis, quæ licet antiquo fuissent obnoxia, attamen per transactionem subsecutam inter vocatos libera evaserunt, & liberè condivisa.*

2 *Fideicommissum habetur pro destructo, si condividentes gravati scientiam de ipso habentes, bona illi obnoxia æqualiter, & uti libera condivisissent.*

3 *Amplia, si vigere dicti fideicommissi antiqui, unus ex condividentibus prædium sub illo comprehensum ad se spectare antè divisionem declarasset.*

4 *Amplia, si Condividentium mens fuisset, bonorum libertatem, & æqualitatem portionum attingere.*

5 *Item, si in portionem unius bona libera obvenissent, & fideicommissaria in contrapositionem alteri.*

6 *Fortiùs, si super eisdem, præsupposita libertate, novum fideicommissum Condividentes imposuissent, illudque à descedentibus fuisset recognitum.*

7 *Fideicommissi remissio potiùs probatur ex observantia, & factis, quàm verbis.*

8 *In divisione bona fide sequuta inter fratres prò bono pacis, & prò erectione fideicommissi cum reciproca, afficit etiam successores proprio jure venientes.*

9 *Talis bona fides non excluditur ex contrariâ re judicata, quando ab illa fuisset reportata restitutio in integrum.*

10 *Transactionis justa causa reputatur dubjus litis eventus.*

11 *Sorores propter masculos excluduntur, juxtà Statutum.*

12 *Limita, si agatur de successione in bonis fratris inter Sororem, & Patrem.*

13 *Bona fides, & utilitas vocatorum per quod dicantur adesse in remissione fideicommissi.*

14 *Transactio, quæ commodum universale respexit, non infringitur per unius accidentis supervenientiam.*

15 *Transigentes, ex quibus verbis deducatur, quod vetus fideicommissum remisissent, & novum cum reciproca favore descendentium creassent, etiamsi diversimodè dispofuissent, ac quomodò sub unica dispositione pupillarem, & fideicommissariam inter eorum descendentes ordinare potuerint, melius explicatur in* num. seq., & 20.

17 *Verba* -- In detti casi, e per qualsivoglia di essi -- *uti universalia, restrictionem non patiuntur, & compendiosam substitutionem comprehendunt.*

18 *Amplia, si substitutio concepta legatur per dictionem augumentativam* -- Etiam, - & *& quid præsupponat.*

19 *Dictio* -- Etiam -- *præcedenter disposita non destruit.*

21 *Fideicommittentes reciprocè, præsumuntur indistinctè de omnibus bonis quommodocumque sibi delatis disposuisse, si ad reciprocam æqualitatem respexissent.*

22 *Discretivus modus loquendi prò majori firmitate fideicommissi quid operetur, & quomodò applicetur.*

23 *Amplia ut discretivè dispositio sit interpetranda, si bona ex transactione, & divisione libera evasissent à nexù veteri fideicommissi.*

DECISIO DCCCXI.

Semel, atque iterùm censuit nostrum Tribunal dandam esse immissionem D. Francisco Gottifredo ad bona fideicommissaria Bruti, & signantèr ad Tenutam *di Ponte Mammolo* ex rationum momentis latè deductis in decisionibus coram Me æditis 15. Aprilis 1712., & 16. Januarii 1713., ac altius reassumptis 9. Junii ejusdem anni coram R. P. D. meo Crispo. Cumquè adhuc iteratis hisce resolutionibus, & judicatis non acquiescens Marchionissa Zeccadora à Fonte, ulterioris appellationis causam iterum coram Me instaurasset, ac insuper subcensens sibi profuturam fore firmationem status, & redditionem rationis, quoad hæreditates Alexandri Senioris de Podiis, & memorati Bruti, contextualiter ad hunc effectum instetisset pro electione Periti, gemina propterea hodiè proposui dubia, alterum nempè respiciens *Periti electionem*, de quo in contẽporanea mea decisione, & alterum -- *An sententia Rotalis esset confirmanda, vel infirmanda*, & DD. pro

pro ejusdem confirmatione respondere non hæsitarunt.

Immotum siquidèm rursus apparuit justitiæ fundamentum, ex eo, quod cum con-
1 troversa Tenuta omninò immunis evaserit ab antiquiori fideicommisso præfati Alexandri de Podiis per subsecutã transactionem, & divisionem initam inter Franciscum Seniorem & Brutum de Gottifredis, consequens est, ut ritè, rectèque ab eodem Bruto successivè subjici potuerit fideicommisso indubitantèr favore Actoris purificato, ex adductis in omnibus præcedentibus decisionibus, *in prima nempè §. Et quamvis cum seqq., in altera §. In hoc, & seqq. coram Me, & in Postrema §. Percurrendo coram R. P. D. meo Crispo*, ac novissimè dictum fuit *in Bononien. fideicommissi de Ghisleriis* 11. *Decembris anni mox elapsi §. Quamobrem coram Me.*

Et sanè eo ipso, quod scientia præfati fi-
2 deicommissi in Condividentibus superlativè comprobata remanet, ex ponderatis in mox citatis decisionibus, adeòut hodiè nec amplius in discrimen revocetur; controverti itidem non posse visa est aperta voluntas eorumdem Condividentium remittendi hujusmodi fideicommissum. Cum enim in d. divisionis, & trasactionis Instrumento, nedum apposita legantur verba generalitèr præferentia omnimodam bonorum libertatem,
3 verùm etiam specificè Franciscus declaraverit, quod controversa Tenuta ad Brutum liberè spectaret, in quem ulterius omnia sua jura cum clausula *Constitui* amplissimè transtulit, utiquè ad verificandam enunciatam libertatem, ejusque liberam transfusionem, per necesse dicendum venit, Tenutam à fideicommissi onere, quo unicè gravabatur vindicatam extitisse. Quemadmodum præter adductos *in prima decisione §. Et quamvis cum seqq., & in confirmatoria §. in hoc, & seqq. coram Me, ac in ultima R. P. D. mei Crispi §. Constito ex his*, latè probat *Rot. in Interamnen. fideicommissi* 17. *Junii* 1709. *§. Ex quibus coram Reverendissimo D. meo Decano.*

Eoque potissimum attenta causa finali, quæ
4 moti sunt dividentes ad exprimendam præfatæ Tenutæ, aliorumque bonorum libertatem, ut scilicèt inter ipsos portionum æqualitas, prout par erat, servaretur; ideoque cum in præteritis causæ instantiis clarè comprobatum fuerit in portione Bruti obvenisse bona fideicommissaria, & è contra Fran-
5 cisco assignata fuisse bona prorsus libera, nemo non videt præcisam necessitatem inducendi remissionem dicti fideicommissi, nè alias toties expressa, & volita æqualitas illicò destruatur, & evanescat, ut prosecuuntur mox citatæ decisiones, & individualiter dixit *Rot in Camerinen. Bonorũ* 17. *Aprilis* 1711. *§. Et si adhuc cum seq. cor R. P. D. meo Ansaldo, &* 27. *Junii* 1712. *§. Validius, &* 6. *Februarii superioris anni §. Incalescit coram Me.* Et in longè fortioribus terminis, in quibus nullum penitùs aderat divisionis documentum, ex quo dividentium intentio desumi posset, ad evitandam dumtaxat portionum inæqualitatem, firmavit *Rot. in Pisauren. Emphyteusis* 29 *Januarii* 1712. *§. Deficiente igitur cor. R. P. D. meo Ansaldo, &* 2. *Decembris* 1712. *§. Scrutatis enim cor. R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore.*

Omnemque hac in re tollit hæsitationem
6 animadversio, quod in ipsomet actu divisionis Fratres condividentes, novum, & ab antiquiori pænitùs independens reciprocum fideicommissum ordinarunt super bonis divisis, illudquè successivè pluries agnoverunt eorum descendentes, respectu signantèr sæpedictæ tenutæ *di Ponte Mammolo*; quamobrem nihil ultrà inquirendum venit in confirmationem concordis voluntatis remittendi antiquum fideicommissum, cum ea for-
7 tius factis, quam verbis declaretur, ut optimè ponderat *decisio R. P. D. mei Crispi §. Quibus demùm*, & dixit *Rot. cor. Cerro dec.* 585. *num.* 17., & 18., & *dec* 228. *nu.* 5. *par.* 4. *tom.* 2. *rec.*, & *in d. Interamnen fideicommissi* 17. *Junii* 1709. *§. Quibus argumentis cor. R̃mo D. meo Decano.*

Constabilita ex his sæpedicti antiquioris fideicommissi remissione, inutilitèr iterum repetebatur toties rejecta exceptio, quod illa afficere solum posset suos authores, non autem successivè vocatos jure proprio, & independentèr à condividentibus venientes. Etenim
8 cum divisio exuberanti bona fide, patentique substitutorum utilitate per viam transactionis inita fuerit ad componendas omnes lites, & constabiliendum reciprocum fideicommissum etiam super bonis liberis contrahentium pro conservatione agnationis, dubio procul in his terminis perpetuum robur, & observantiam exigit etiam à successoribus, quamvis ex propria persona vocatis, juxtà authoritates adductas in *secunda decisione §. Magnificatum coram Me, & §. Ex his igitur cor. R. P. D. meo Crispo, & in Salisburgen. Primogenituræ de Lodron* 20. *Februarii* 1713. *§. Quid ultra cum seqq. coram R. P. D. meo Ansaldo, in Firmana Primogenituræ super transactione* 26. *Junii ejusdem anni §. Nulla sane coram R. P. D meo Crispo, & in Bononien. fideicommissi de Ghisleriis* 11. *Decembris proximè præteriti §. in Idem paritèr cor. Me.*

Neque ad excludendam bonam fidem in
9 transigentibus, & utilitatem successorum, profuit recurrere ad rem judicatam Curiæ, Capitolinæ, in qua super tenuta *di Ponte Mammolo* prò medietate canonizatum fuerat fideicommissum favore Bruti, neque post lapsum termini à Judice præfiniti reportaverat altera pars restitutionem in integrũ. Ultra quod enim semper, & quandocumque in gradu restitutionis in integrum agi poterat de viribus præcedentium sententiarum,
10 & consequenter dubius futuræ litis eventus, legitimam transigendi causam suppeditabat, *Rota in Rom. fideicommissi* 12. *Junii* 1702.

§. *Bona*

§. Bona cor. R.mo Labacen. , *& in dicta Fir-
mana Primogenituræ super transactione* 26.
Junii 1713. *§. Accedit coram R. P. D. meo
Crispo*.
Adhuc funditùs corruit objectum, tùm
ex quo d. Tenuta à principio æqualiter spe-
ctans ad Philippum, & Alexandrum fidei-
committentem fratres, prò quarta parte in-
dubitanter devenerat in Hieronymam dicti
Alexandri filiam, & condividentium au-
thiricem ex juribus Archangeli fratris hæ-
redis præfati Philippi, & ab intestato defun-
11 cti, non obstante dispositione *Statuti Ur-
bis cap*.146. *lib*. 1. excludente Sorores pro-
pter Fratres; hujusmodi namque statutaria
12 dispositio, nequè ex identitate, & majori-
tate rationis operari valet exclusionem So-
roris respectu Patris, utpotè qui in parte ex-
cludente expressè non nominatur, prout
omninò ad hunc effectum requiritur, ex con-
gestis *in secunda decisione §. Quæ omnia, &
seq. coram Me*, *& §. Maxime quia coram
R.P.D. meo Crispo*. Et ulterius idem fidei-
commissum Alexandri, quoad reliquas Te-
nutæ portiones notabiliter minuendum erat
ex causa detractionum antedictę Hieronymę
competentium, ut latè ostendunt omnes de-
cisiones, quarum fundamentum supervaca-
neum est, cum nihil prorsus in contrarium
adductum fuerit.
Tum, & fortiùs, quià dato etiam, quod ad
sensum Marchionissæ Tenuta prò medietate
clarè spectaret ad Brutum in vim præfatæ rei
13 judicatæ, non indè tamen detrimentum
aliquod peterentur bona fides transigentium,
& utilitas successorum ejusdem Bruti, quippè
nedùm intacta apud ipsos per divisionem re-
mansit d. medietas, sed immo ejus opè tota
Tenuta in ipsos translata fuit: ac insuper at-
tento fideicommisso reciproco in eadem di-
visione ordinato, succedere poterant in cæ-
teris bonis, quæ in portionem Francisci ob-
venerant, ideoque his omnibus ponderatis,
controverti nequit notabilis utilitas, quàm
Bruti successores ex dicta remissione fidei-
commissi Alexandri reportarunt, quemad-
modùm patet ad sensum, & concludunt
præteritæ decisiones.
Absque eo quod quidquam relevet, quod
exindè filii Bruti privati fuerint facultate
disponendi tàm de bonis propriis, quàm pa-
ternis, quodque de facto rem sibi suisque suc-
cessoribus utilem gesserit solum Franciscus,
stante eorum successione in omnibus bonis.
Posito namque, quod contractus ab initio
14 æqualitèr utriusque Contrahentis, & De-
scendentium commodum respiceret, curan-
dum non est de iis, quæ ex post contigerunt,
cum in eventualibus utilitas rei desumi non
debeat ab eo, quod accidit, sed ab eo, quod
accidere poterat, secus enim actum esset de
transactionibus, si à futuro eventu earum
momenta diudicanda forent, *Rota in Roma-
na, seù Verulana fideicommissi* 10. *Maii*
1690. *§. Nec eadem coram clar. mem. Card.
Caprara, & in dicta Firmana Primogeni-
turę super transactione* 26. *Junii* 1713. *§.
Manifestum cor. R.P.D. meo Crispo*.
Agnoverunt tandem scribentes pro Mar-
chionissa præmissorum pondus, & subsisten-
tiam, ac properreà novum defensionis præ-
sidium in hodierna Audientia adstruere sata-
15 gebant in eo, quod Brutus, & Franciscus in
toties dicta concordia, & divisione, distinctè,
& diversimodè disposuerint de bonis pro-
priis, & de bonis filiorum, videlicet de bo-
nis propriis per substitionem reciprocam, &
fideicommissariam, & de bonis filiorum per
substitutionem pupillarem tantum, indè in-
ferendo, quod cum Xaverius filius Bruti de-
cesserit in pupillari ætate, ejusque successio
delata fuerit ad Gasparem Fratrem, qui obiit
senio confectus, ideo per ejusdem Gapraris
obitum purificata solummodò fuerit favore
Actoris substitutio fideicommissaria, restricta
ad hæreditatem propriam Bruti, & nullo
modo complectens bona propria Gasparis,
nempe Tenutam *di Ponte Mammolo*, quam
jure proprio in vim fideicommissi Alexandri
possidebat.
Verum novum hoc fundamentum statim
insubsistens prorsùs convincitur, nàm post-
quam prædicti Fratres in communi acervo
posuerant omnia bona nedum propria, sed
etiam illa, quæ proveniebant ex dicto anti-
quiori fideicommisso Alexandri, eaque per
partes æquales inter se diviserant, unusquis-
que quoad suam portionem disposuit favore
Descendentium alterius, non solum in casu,
quo filii decederent in pupillari ætate, sed
etiam quandocumque, & quocumque tem-
pore, ut manifestè patet ex substitutione fa-
cta à Bruto favore filiorum Francisci, (cui
16 consonat altera facta à Francisco ad favorem
Descendentium Bruti, ubi -- *vuole perciò d.
Sig. Bruto in riguardo della presente con-
cordia, che la detta sostitutione sia fatta
etiam pupillarmente, e per fideicommisso in
favore di detti suoi Signori Nepoti, di mo-
do che morendo in pupillare età detti suoi
figli, & semper, & quandocumque senza fi-
gli legittimi, e naturali, in detti casi, e qual-
sivoglia di essi, li detti suoi Nipoti nati, e da
nascere in infinitum succedano in tutta
l'Eredità di esso Signor Bruto, e di detti
suoi figli*.
Ex quo sanè verborum contextu clare da-
tur intelligi, unumquemque ex transigenti-
bus sub unica dispositione complectente non
solum pupillarem substitutionem, sed etiam
fideicommissariam, & aliam quamcumque,
omni meliori modo compræhendere voluis-
se integram portionem sibi in divisione ob-
ventam, quod clarius etiam præsefert ex-
pressio facta per Franciscum ibi -- *In tutti li
17 beni ora divisi, e toccatoli in sorte*, nec
verba illa *in detti casi, e qualsivoglia di essi*,
utpotè universalia restrictionem patiuntur
ad solam substitutionem pupillarem, sed
complectuntur quęcumque alium casum con-
tigibilem præcedentèr expressum, omnesque
designatas substitutiones, *Natt. cons*.476.
num.4.

num.4., Spad. cons.537. nu.5. tom.2., Fusar. de substitution. quæst.612. sub num.12., Rodec.280. n.9. cum seq. par.10., & dec.176. à num.6. cum pluribus seq. par.18. rec.

Tanto magis, quia dicta substitutio pupil-
18 laris concepta legitur per dictionem augumentativam -- *etiam* -- quæ suaptè naturà præsupponit alias substitutiones, & num-
19 quam antecedentèr dispositâ alterare, multoque minùs destruere potest, *Urceol. consult. forens. cap.79. num.27., & 28., Rota coram Buratt. dec.689. num.4., & coram Dunozett. Jun. dec.107. num.6., & dec.98. à n.6. cum pluribus seq. par.17. rec.*

Sinè difficultate, quia si dividentes di-
20 sposuissent de bonis filiorum per solam pupillarem, exindè sequeretur patentissima dispositionis, & divisionis inæqualitas, nam in casu obitus descendentium Francisci, filii Bruti superstites succedere potuissent in portione obventa Francisco, quæ continebat solùm bona libera valoris sc.9400., & ultrà. E cōtra verò extincta lineaMasculina Bruti (qui casus evenit) tunc Actor descendens à dicto Francisco, potuisset dumtaxat succedere in Bonis liberis præfati Bruti, nempè in exigua, & tenuissima portione Census scutorum 1400. nàm Tenuta *di Ponte Mammolo* pro enunciatis portionibus erat fideicommissaria Alexandri, proindeque ad evitandam adeò gravem, damnosamque inæqualitatem, pernecef-
21 sè dicendum venit, contrahentes indillinctè dispofuisse de omnibus bonis per substitutionem fideicommissariam, juxta omnia juris, & æquitatis principia, eorumque toties expressam intentionem, quæ semper de hujusmodi æqualitate sollicita fuit, ex supra ponderatis.

Atque hinc nihil concludit animadversio, quod Brutus in dicta dispositione discretivè locutus fuerit de bonis propriis, & de bonis filiorum; semper enim recurrit responsio, quod de bonis omnibus pari modo, & indistinctè disposuit, & ulterius attentis omnibus præmissis circumstantiis, discretivus loquendi
22 modus adhibitus apparet prò majori firmitate ipsius dispositionis, ne scilicet dicta Tenuta ullo umquam tempore sub prætextu antiquioris fideicommissi Alexandri per filios jure proprio vindicari posset, quo casu discretio actus, diversitatem nunquam inducere potest, *Rota coram Cels. dec.229. n.8., & dec.1229. paritèr num.8. coram Emerix Jun., & in Civitatis Vetulæ Pecuniaria 22. Aprilis 1709. §. Nec relevat cor. R.P.D. meo Aldouvando.*

Cæterum inanis pænitùs videbatur hujus-
23 modi quæstio, nam si vigore divisionis, & transactionis remissum fuerat fideicommissum Alexandri super Tenuta, dataque Bruto facultas de illa liberè disponendi; profectò eadem Tenuta considerari amplius non valet, tanquam effectus ad ejus filios proprio jure spectans, sed semper cadebat sub ejusdem dispositione, & fideicommisso.

Et ità in reliquis remissivè se se habentibus DD. ad omnea præcedentes, responsum fuit utraque &c.

EADEM CORAM EODEM SUPER ELECTIONE PERITI.

Veneris 12. Januarii 1714.

ARGUMENTUM.

Electio Periti, cujus relatio ad victoriam causæ non tenderet, & frustranea evaderet, debet à Judice denegari.

SUMMARIUM.

1 *Electio Periti non conceditur pro firmanda statu fideicommissi, quod fuit remissum, & amplius non adest.*
2 *Amplia, si talis peritia in nihilo causæ futura foret proficua.*
3 *Filius non potest impugnare transactionem à Patre factam, si illum in authorem cognoscat.*
4 *Transactio facta bona fide de bonis fideicommissariis cum utilitate Vocatorum, afficit etiam proprio jure venientes.*
5 *Immissio non retardatur per exceptionem exiguarum detractionum.*
6 *Amplia, si detractiones ex longà fructuum perceptione credi possent consumptæ, vel saltem illiquidæ.*
7 *Probationes non sunt angustiandæ.*
8 *Periti electio conceditur, quoties prosecutio causæ non retardetur, licet proficua non videatur.*

DECISIO DCCCXII.

Una cum dubio principali respiciente Immissionem, de quo in contemporanea mea decisione, contextualitèr hodiè ad instantiam Marchionissæ Zeccadoræ à Fonte proposui alterum super electione Periti ad effectum firmandi statum hæreditarium Alexandri de Podiis, & reddendi rationem de hæreditate Bruti Gottifredi, & DD. *esse locum electioni Periti quoad Bona Bruti tantum, non retardato cursu Causæ, responderunt.*

Distinctè namque procedendo, superflua omninò visa est expostulata electio Periti,
1 & consecutiva firmatio status hæreditarii præfati Alexandri, eo ipso quod Brutus, & Franciscus fratres fideicommissum super ejus bonis ordinatum in divisione, & transactione intèr ipsos inita remiserunt. Attenta enim hac remissione, inutile est inquirere quid, & quantum suppositum fuerit fideicommisso, quod non existit amplius in rerum natura, & effectum est patrimonium dividentium, ac
2 per consequens subintrant omnes regulæ exclusivæ electionis Periti, & firmationis status, tanquam nullo modo profuturæ, *l. ad probationem ubi Gloss. in verb. non conveniit C. de probat., cap. cum contigat, ibique Gloss. in verbo nihilominùs de offic. delegat., Rot. coram Emerix Jun. dec 80. nu.1., & dec.66. num.14.*

num.14., & seq. coram R. P. D. meo Ansaldo, & in rec. dec.177. n.4. p.6., & dec.157. n.2. par.18.

Æque inutilis videbatur firmatio status hereditarii Bruti, nam aut illa petitur pro removenda qualitate hæreditaria ejusdem Bruti à Gaspare illius Filio, & Authore Marchionissæ, ex quo in præcedentibus Causæ resolutionibus firmatum fuerit, quod sicuti datum non erat Gaspari, qui Bruti
3 Patris, & condividentis hæreditatem adiverat, præfatam divisionem, & transactionem impugnare, ita eadem exceptione repellenda esset Marchionissa ejusdem Jura repręsentans; Et submota etiam hac qualitate hereditaria, melior non evadet reæ conventæ conditio, quoniam in hoc motivo ad exuberantiam solum fundantur prædictæ resolutiones, cum de cæterò potissima deciden-
4 di ratio semper constituta fuerit in bona fide transigentium, & manifesta successorum utilitate, quibus attentis, transactio ipsius etiam afficit, tametsi independenter, & jure proprio venientes, ut videre est in prima decisione edita 15. *Aprilis* 1712. §. *Quibus stantibus, & seq., & in altera* 16. *Januarii* 1713. §. *Magnificatum coram Me, & 9. Junii ejusdem anni* §. *Ex his igitur cum seq. coram R.P.D. meo Crispo*, & de facto huic tantum solidissimo fundamento innititur d. contextualis decisio *à* §. *Constabilita cum pluribus seq.*

Aut hujusmodi instantia promovetur ad effectum deducendi detractiones, quas prętendit Marchionissa super hæreditate Bruti ex persona Gasparis, & cum earum examine assumpto in omnibus Causæ decisionibus, nempe in prima *à* §. *probata, in altera à* §. *Sublato*, ac in ultima *à* §. *Justitiæ usque in finem*, clarè constiterit hæreditatem Bruti ascendere ad scuta 11392. non compræhensis mobilibus conspicui valoris, & è contra detractiones non excedere summam sc.2273.
5 utique istæ, tanquam exiguæ è conspectu d. pinguis patrimonii retardare non valeant expostulatam immissionem, prȩsertim quia habito respectu ad præfata mobilia; & ad
6 fructus longo annorum spatio à die motæ litis perceptos, si non consumptæ, saltem penitus illiquidæ redduntur, ut probant mox citatæ Decisiones; proindeque irritus videbatur ad utrumque effectum futurus Periti labor.

Et nihilominus mitiùs procedentes DD.,
7 solitaque moti æquitate, quæ numquam patitur coangustiari probationes, juxta monitum *Text. in l. quoniam multi in fine C. de hæret., & Menoch., Rota coram Priolo dec.284. num.11., & dec.246. nu.4, & decis.178. num.9 par.16., & dec.636. num.4.*
8 *& 5. par.18. rec.*, censuerunt quoad bona dicti Bruti locum esse Periti electioni, *non retardato tamen cursu Causæ*, sic etenim utrique Parti consultum remanet, nam Marchionissa conquæri non poterit se defraudatam extitisse spe, quam præconceperat, ex firmatione hujus status, & Actor immissionem consequetur, quæ sub dictæ redditionis rationis obtentu ex premissis retardari nullo modo potest.

Et ita utraque &c.

CRACOVIEN., SEU SANDOMIRIEN. JURISPATRONATUS.

Lunæ 15. Ianuarii 1714.

ARGUMENTUM.

Ecclesia Parochialis potest subjectivè uniri etiam cum Animarum cura ab Episcopo alteri Ecclesiæ, & titulus Parochi aboleri, & erigi titulus Vicarii cum eodem onere, & si jus nominandi Vicarium ad Superiorem prò tempore incorporantis Ecclesię devolvatur, cessat de per se Parochi titulus, nec Vicarii successores primæva jura Parochi suppressa possunt suscitare, maximè si per beneplacitum Apostolicum Unio comprobetur.

SUMMARIUM.

1 *Bonum jus ad effectum manutentionis resultat ex principio certo, à quo titulus possidendi validè desumitur.*

2 *Amplia, si titulus fuisset ab Episcopo approbatus,*

3 *Unio subjectiva unius Ecclesiæ facta favore alterius Ecclesiæ, ex quibus verbis probetur.*

4 *Talis unio tribuit facultatem Ministris, sivè Superioribus Ecclesiæ incorporantis administrandi Ecclesiam unitam, & actus jurisdictionales in eà exercendi.*

5 *Vicarius præsentatus à Superiore Ecclesiæ ad Vicariam, non potest impugnare titulum suæ institutionis.*

6 *Collegia Societatis Jesu in Regno Poloniæ ad quem finem fundata sint.*

7 *Dispositio Concilii Tridentini* sess. 24. de reform. cap. 13. *non annullat uniones Ecclesię Parochialis, quæ ad Divini cultus incrementum factæ sint, et vide cásum.*

8 *Unio Parrochialis, Parochi consensum non requirit, si ejus vita durante, eidem præjudicium non irrogetur.*

9 *Unio Parochialis subjectivè facta, resultat ex illius incorporatione, cum abdicatione dominii favore Ecclesiæ incorporantis, & ex quibus aliis probetur.*

10 *Amplia si titulus Parochi fuisset abolitus,* & n. 12.

11 *Sub amplia, si deputatio Vicarii demandetur à Superiore Ecclesiæ incorporantis, ac deputatio Concionatoris, & Confessariorum.*

12 *Item ex transfusione Parochialitatis in Ecclesiam, cujus favore unio sequatur.*

13 *Non infringitur ex quo Superior Ecclesiæ incorporantis reservasset omnes antiquos fructus, quibus antiquus Parochus fruebatur, & nota hic rationem.*

14 *Assignatio particularis Sacrarii facta Vicario curam animarum habenti, dicitur res proficua, & vide rationem.*
15 *Reservatio fructuum, & obventionum ejus favore intelligitur prò ejus, & sibi inservientium sustentatione.*
16 *Talis unio clarior fit ex re judicata, & decretis Episcopalibus in judicatum transactis.*
17 *Talia decreta faciunt statum, & successores Vicarios afficiunt.*
18 *Amplia, si Rotalibus resolutionibus Vicarii Prædecessores paruissent, & titulo Parochi renunciassent.*
19 *Subamplia, si longissimi temporis observantia concurreret.*
20 *Observantiæ vetustissima in linea interpretativa multum defertur.*
21 *In linea præscriptiva ad præscribendos actus, sola quadragenaria sufficit cum titulo colorato, & qui sit iste titulus.*
22 *Denominatio Parochi, Vicarii, & Rectoris sunt synonima, et si Vicarius Parochus fuisset appellatus, quando dici debuisset Vicarius, per hoc non tollitur Unio Ecclesiæ, et suppressio tituli, cum ad abusum nominis referri possit.*
23 *Denominatio Parochi, & Plebani, quæ vulgò sic appellentur, confunduntur ex præsentationibus factis, sub titulo Vicarij.*
24 *Amplia, ex judicialibus declarationibus per Vicarios emissis, quæ titulum Parochi præcedentem destruunt.*
25 *Nomen vacationis, & collationis in institutione adhibitum, & visitationes Episcopi non efficiunt, quod Vicaria non sit de Jurepatronatus Rectoris pro tempore Ecclesiæ incorporantis, & vide rationem,* ac num.28.
26 *Vacatio rigorosa, licèt non detur in Ecclesiis Parochialibus, nihilominus dicuntur vacare, & de facto conferri.*
27 *Vicarij curam Animarum habentes, per examen debent esse approbati, ex Constitutione sanct. mem. Pii V. la* 47. §. Volumus.
28 *Unio subjectiva non tollitur ex virtutibus Episcopi, vide supra* num.25.
29 *Actus turbativi, qui dant causam litibus, non sunt allegabiles ad talem unionem tollendam.*
30 *Testes in his circumstantiis adducti, à præponderantioribus destruuntur.*
31 *Claves Tabernaculi SS.Sacramenti debent existere penès Parochum cujuscumque Ecclesiæ.*

DECISIO DCCCXIII.

Ecclesiam Parochialem S. Petri Sandomiriæ prævia Donatione Jurispatronatus facta à Poloniæ Rege Sigismundo sui nominis Tertio, favore Patrum inclytæ Societatis Jesu, eorundem Collegio univit, & incorporavit usque de anno 1603. Bernardus Episcopus Cracoviensis, reservato dumtaxat jure Gasparis Parochi tunc viventis, quo defuncto, demandavit, ut extincto penitùs titulo Parochi, Animarum Cura ibidem exerceretur per Vicarium perpetuum, à Superiore pro tempore ejusdem Collegii præsentandi, quam quidem Unionem facultate ordinaria celebratam, ipsemet Bernardus paulò post ad sublimem Cardinalatus dignitatem evectus, & apud eundem Sigismundum Regem Legati à Latere officio fungens, authoritate Apostolica solemniter confirmavit, & approbavit.

In ejus sequelam, ab humanis postmodum erepto dicto Gaspare, anno 1616. Rector præfati Collegii præsentavit in Vicarium perpetuum Nicolaum, cum subsecuta illius institutione, quo pariter defuncto, anno 1639. præsentari obtinuit à Rectore Sebastianus, qui licèt post acceptatam præsentationem, expressè etiam sese obligasset ad implementum, & exequutionem omnium contentorum in dicta Unione; nihilominùs subindè in discrimen revocavit jura Collegii, quæ tamen canonizata fuerunt à nostro Tribunali 28. Junii 1641. coram cl.me. Cardinali Panzirolo, mediante mandato de manutenendo in possessione præsentandi Vicarium favore Rectoris relaxato. Cumque adhuc idem Sebastianus huiusmodi mandato obtemperare detrectaret, relaxata fuit contra ipsum declaratoria, ut videre est in *decis.217. coram Carillo*, donec tandem à sua contumacia resipiscens, per sufficientem pariti onem, à Censurarum pœna omnium maxima sese subtraxit.

Continuarunt abindè citra Patres dicti Collegii, ejusque Rectores in libero exercitio præsentandi Vicarium pro tempore, ac peragendi cæteras functiones, omnesque actus à dictæ Unionis fonte promanantes. Verùm cum hujusmodi longævam, & pacificam possessionem intervertere cæpissent Stephanus Zuchovvski, in Vicarium dictæ Ecclesiæ ultimo loco nominatus, & litis Consortes, postquam etiam inhibitio Rotalis eisdem præsentata fuerat; propterea sub die prima Julii 1712. disputatum fuit cor. R. P. D. meo Ansaldo duplex Dubium; alterum nempè super manutentione; Alterum verò super Attentatis, & in utroque Patres voti compotes effici obtinuerunt, ut ex geminis Decisionibus dicta die editis, in quarum sequelam ad causæ expeditionem deventum extitit.

Delegata mihi in gradu appellationis causa cum facultate manutenendi quem de jure, & purgandi attentata, quæ deindè per R. P. D. Auditorem Sanctissimi reservata fuerunt in fine litis; Ideò in audientia diei 12. Junii superioris anni, dubitavi -- *An, & cui, & in quibus actibus jurisdictionalibus esset danda manutentio* -- sed dilata resolutione, responsum prodiit, quod *videretur de bono jure, etiam ad effectum manutentionis*, propositoque per Me hodiè ad normam hu-

jus

Jus rescripti consueto Dubio, Domini *Constare de bono jure Collegii ad effectum manutentionis, juxtà modum*, inferius exprimendum, responderunt.

1 Etenim bonum Jus Collegii, quod ad hunc
effectum clare resultat ex Regia Donatione,
per quam in ipsum pertinentiam patronalem
translatam fuisse ambigi non potest, quià Ordinaria primum mox Apostolica authoritate
roborata apparet, ex latè firmatis in *Vicen. Parochialis de Aqualata* 12. *Junii* 1711. §. *Versificatis coram Reverendiss. D. meo Decano, prima Julii* 1712. §. *De qualitate cum sequen.*, & 13. *Martii* 1713. § *Patronalis namque cor. R. P. D. meo Crispo, & prima Decembris proximè præter.* §. *Justificatio coram Me*.

2 Validiùs confirmari visum est, ex quo
præfatus Bernardus post dictam donationis
confirmationem, tanquam Episcopus. & de-
3 indè uti Legatus à Latere, ad amplissimam
dictæ Ecclesiæ, & annexorum Unionem favore Collegii devenit, ibi -*Ecclesiamq; eandem eidem Collegio &c. cum Domo Parochiali &c cum plenitudine Iuris, & Dominii, facultateque, & potestate ea omnia, munia, & Officia Ecclesiastica, quæ ex Instituto, & Professione sua exercere consuevit, in ea exercendi, & exequendi, & incorporandam, uniendam, et inviscerandam esse duximus, prout admittimus, approbamus, incorporamus, unimus, et inviscerамus &c. extincto titulo Parochi ejusdem &c., & salvo Iure moderni Parochi illius &c.* Quæ sanè verba, cum præseferant Unionem subjectivam favore Collegii. *Garz. de Benefic. par.* 12. *cap.* 2. *num.* 55 *& sequen.*, *Turricell. de Union. cap.* 3. *num.* 16. *Rota coram Bich. decis.* 421. *num.* 7., *& decis* 321. *num. primo, & sequen par.* 19. *rec.*, *et in Reatina Unionis* 25. *Iunii* 1708. §. *De unione coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore, & in Neapolitana Unionis* 23. *Junii* 1710. § *Ratio sic decidendi cor. R̃ma Domina meo Decano*. Utique in ejus seque-
4 lam fundata est intentio Patrum quoad regimen, & moderationem ejusdem Ecclesiæ. & quoad facultatem liberè exercendi omnes, & quoscumque actus in Decisione R. P. D. mei Ansaldi super manutentione §. *fin.* recensitos, utpote propriè Ecclesiæ Jurisdictionem respicientes, *Murg. de Benefic. quæst.* 2. *num.* 195., *& sequen.*, *& quæst* 4. *num* 20., *et* 38. *cum sequen.*, *Turricell de Union. cap.* 4. *à num.* 11., *Rota coram Durano decis.* 303. *n.* 3., *et in Tarraconen. Parochialis de Vimbodino* 15. *Ianuarii* 1706. §. *Avulso coram R. P. D. meo Ansaldo*, *& in Neapolitana unionis* 23. *Iunii* 1710. §. *Posito autem cum seq. cor. R̃mo D. meo Decano.*

5 Neque suffragari posse visa sunt ea, quæ adversus validitatem dictæ Unionis, ejusque naturam, & qualitatem adducebantur. Ultra quod enim modernus Vicarius, tanquam præsentatus à Superiore Collegii, & quidem vigore dictæ Unionis, sine qua deputatio ad hanc Vicariam non subsisteret, nullam omninò exceptionem contra illum promouere potest, impugnando titulum, à quo unicè jus suum metitur, ut in individualibus terminis favore Domus Probationis ejusdem Societatis Jesu respondit *Rota in Cracovien. Unionis* 10. *Ianuarii* 1681. §. *Eoque fortiùs cum sequen. cor. bon. mem. Ursino, impressa in recentior. decis.* 817. *nu.* 8. *& seqq. par.* 18. *tom.* 2.

6 Adhùc corruit prætensa nullitas ducta ex eo, quod dicta Ecclesia Parochialis uniri non poterat Collegio, resistente litterali dispositione Sacri Concilii Tridentini *sess.* 24. *de reformat. cap.* 13. Nam cum Collegia Societatis Jesu, præsertim in Regno Poloniæ fundata fuerint ad præstantissimum finem propagandæ, tuendæque Catholicæ Fidei, Divini Cultus promovendi, & bonarum Artium progressùs augendi, juxtà pium, & laudabile illius Institutum, teste *Rota dicta decis.* 817. *num.* 2., *&* 3. *part* 18 *recent*, aliena
7 est à præsenti hypothesi dicta prohibitio
Conciliaris, quia nunquam comprehendere censetur Uniones, quę adeò notabiliter tendunt ad Divini cultus incrementum. *Gonzal. ad regul.* 8. *Cancellar.*, *gloss.* 5. §. 7. *sub n.* 46. *versic. Item salvantur*, *Turricell. de Union. cap.* 15. *num.* 55., *Gratian. disceptat. forens. cap.* 278. *num* 7. cum cæteris concordantibus relatis in dicta *Cracovien Unionis dec.* 817. *à num* 1. *& sequen par.* 18. *recent.*, quæ latissime huiusmodi obiecto occurrit, & ostendit, in hisce circumstantiis de legitima Unionis causa dubitari non posse.

Majoris irrelevantiæ nota laborat altera nullitas ob non servatam in Unione formam consensus à Porocho tunc vivente sub diver-
8 sis pactis, & conditionibus præstiti. Cum enim
in litteris Unionis illæsa præservata fuerint illius Jura quousque viveret. curandum non erat de eius assensu, & sine illo ritè, recteque perfici potuit Unio, nullum eidem damnum illatura, *Lotter. de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 28. *num.* 171., *Turricell. de union. cap* 99. *n.* 44., *Barbos. de Offic.*, *& potest. Episc. part.* 3. *allegat.* 66. *num.* 23, *Rota decis.* 133. *n.* 13., *& sequen. part.* 2. *divers.*, *& decis* 1078. *num.* 3. *cor. Seraph.*, *& dicta decis.* 817. *n.* 15. *par.* 18. *recent.*

Firmiter itaq; subsistente legitima uniendi causa, & secluso quocumque Parochi præjudicio, perperam contendebatur, quod cum clarè non constet, Episcopum devenire voluisse ad Unionem subjectivam, in dubio inclinandum sit pro Unione æquè principali, tanquam minùs odiosa.

9 Littera siquidem unionis superius recensita clarior esse non potest ad concludendam huiusmodi qualitatem subiectivam, ponderando signanter dicta verba -- *Ecclesiamque eandem eidem Collegio &c. cum plenitudine juris, & dominii unimus, incorporamus, et inviscerамus* -- quæ ad evidentiam usque subiectionem eiusdem Ecclesiæ unitæ designant, *Rota decis.* 305. *num.* 21. *& seq. par.* 11. *decis.* 49.

decis.49.num.2.4.6., & per tot. par. 15. recen.
& in Terracinen. Cathedralitatis 23. *Iunii*
1702. §. 24., *& sequen. coram Reverendiss.*
Domino meo Decano, & in Savonen. Re-
staurationis Parochialis Ecclesiæ 8. *Martii*
1709. §. *Quamvis autem coram R. P. D. meo*
Scotto Almæ Urbis Gubern.

10 Eoque potissimum, quià *extincto titulo*
Parochi, & salvo jure Parochi tunc viven-
tis, deputatio Vicarii perpetui ad Curam
exercendam demandatur Superiori dicti
11 Collegii, *cum facultate admouendi eundem*
Vicarium, cæterosque Ecclesiæ Ministros,
quoties in suis Officiis eos negligentes com-
pererit, necnon eligendi Concionatorem, de-
putandi Confessarios, & disponendi pro sui
libito exercitia pietatis in eadem Ecclesia,
absque ullo impedimento Vicarii. Ex quibus
omnibus validius semper comprobata rema-
net Unio subiectiva, cui nihil magis consen-
taneum est, quam extinctio prædicti tituli
12 post obitum Parochi viventis, & transfusio
Parochialitatis in subiectum, cuius favore fit
Unio, *Garz. de Benefic. par. 11. cap. 5. n. 192.,*
& par. 12. cap. 2. num. 12. cum sequen., Bar-
bos. de offic., & potest. Episc par. 3. dicta alle-
gat. 66. num. 34., & sequen. Rota cor. Se-
raphin. decis. 1009. num. 4., & sequen., et
coram Bich. decis. 421. n. 4., et 5. et dec. 580.
num 5., et 17. par. 4 tom. 3. recent. Nihilque
magis congruit, quam exercitium dictorum
actuum, & potestas corrigendi Vicarium,
Rota coram Seraphin. decis. 1304. sub n. 1, et
cor. Priol. decis. 252. n. 9., et decis. 62. n. 14., et
seqq. par. 15. recent.

Quin relevet, quod in litteris ejusdem
Unionis Episcopus assignaverit Vicario Sa-
13 cristiam distinctam ab illa PP., eique reser-
vaverit omnes, & singulos fructus, reddi-
tus, & obventiones, quæ ex antiquò ad d.
Ecclesiæ Rectorem spectabanr. Tantum
enim abest, ut hujusmodi reservationes Unio-
ni subiectivæ adversentur, quin potius aper-
tissimè eidem famulari dignoscantur, quia
si Unio non fuisset subiectiva, utique super-
fluum extitisset assignare ex gratia liberum
usum unius tantum Sacristiæ, & reservare
fructus illi, qui ex jureproprio erat Rec-
or, Sponsus, & Dominus totius Ecclesiæ,
eodemque jure fructus, & obventiones præ-
dictas percipere poterat, ut patet ad sensum.

Præterea d. assignatio Sacristiæ provido
14 consilio facta censeri debet per Episcopum,
ut magis opportunè consultum foret Anima-
rum Curę per Vicarium exercendæ median-
te libero, & expedito aditu ad illam quo-
cumque tempore, absque onere expectandi
Patres, qui Sacristiam aperirent.

Reservatio vero fructuum, & obventio-
15 num, dubio procul referenda venit ad neces-
sariam Vicarii congruam, cœterorumque
Ministrorum substentationem, postquam
præcedenter extinctus fuerat titulus Parochi
Rota dec. 580. n. 19., & seqq. p. 4. tom. 3.,
& dec. 445. n. 10., & 11. p. 5. rec., & etiam
admittit *Rota in Luceorien. Unionis 5. De-*
cembris 1701. *cor. cl. me. Cardinali Caprara*
in contrarium allegata, in cujus casu litte-
raliter præservatus erat titulus Parochi, ut
habetur in §. *Animadverterunt DD.*

Atque hæc, quæ clara sunt pro qualitate
subiectiva, inspecto tenore Unionis, clario-
16 ra evadunt ex iis, quę in executionem ejus-
dem Unionis subinde gesta sunt. Et primo lo-
co sese offert res judicata Rotalis, quæ præ-
viis decisionibus æditis coram Panzirolo, &
Carillo anno 1641., & 1642. decernit favo-
re Collegii manutentionem in possessione
præsentandi Vicarium perpetuum ad Eccle-
siam sibi unitam, & per consequens ejusdem
subiectionem tacitè præsupponit. Nec non
decretum Episcopi Cracoviensis de anno
1655. in authoritatem pariter rei judicatæ,
transactum, in quo declaratur, titulum Pa-
rochi, & Plebani jamdiù fuisse per Unionem
extinctum, & simplicem titulum Vicarii
perpetui competere Rectori ad Curam Ani-
marum exercendam deputato à Supe-
riore Collegii, quæ sanè res judicatæ
nedum perspicuè comprobant effectuatio-
nem d. Unionis, *Rota cor. Peutinger. dec.*
364. *n.* 3., *& cor. Cerr. dec.* 64. *nu.* 10., *&*
cor. Sa. me. Alex. VIII. dec. 159. *n. primo,*
& dec. 773. n. 4. p. 18. tom. 2. rec., sed tam-
17 quam concernentes statum afficiunt omnes
in eodem Vicariatus officio Successores. *Ro-*
ta in Tarraconen. Parochialis de Vimbodi-
no 15 *Januarii* 1706. §. *atque hinc, & seq.*
cor. R. P. D. meo Ansaldo, & in Salaman-
tina Iuris conferendi 27. Iunii 1707. §. *Quod-*
que magis cor. R. P. D. meo Scotto

Et de facto pręfatis resolutionibus Rotali-
18 bus, & decreto Ordinarii, non solum ob-
temperarunt Vicarii tunc temporis, verum
etiam alii successores, inter quos signanter
Stanislaus, qui anno 1685. expresse renun-
ciavit titulo Parochi, se ipsum agnoscens in
simplicem Vicarium perpetuum, quodque
speciali nota dignum est, consentit abraho-
ni ejusdem tituli sculpti in quadam Campa-
na. Hujusmodi vero actus Antecessorum, qui
prætensa jura adeo mordicus tueri conati
sunt, & deinde in obsequium veritatis ac-
quieverunt, nemo non videt quantum con-
ferant ad Intentum, *Turricell. de union. cap.*
11. *à n. 53. cum seqq., Rota cor. Serap. dec.*
1272. *n.* 3., *& cor. Cerr. dec.* 161. *n.* 6., *&*
cor. Priolo d. dec. 252. *n.* 8., *& decis.* 1354.
n. 9. *cor. Emer. jun., & in rec. dec.* 485. *nu-*
mero 13. *p.* 4., *& dec.* 48. *n.* 8. *p.* 10.

Tandem adstipulatur vetustissima obser-
19 vantia unius sæculi, nam post obitum Gas-
paris Parochi viventis de tempore Unionis,
Patres, & Superiores Collegii semper ex-
pleverunt actus omnes in necessariam illius
sequelam, & exequutionem venientes, quos
singillatim recenset utraque decisio edita in
præcedenti instantia super manutentione, &
attentatis cor. R.P.D. meo Ansaldo, ideo-
que talis observantia tùm in linea interpræ-
20 tativa satis superque demonstrat titulum
Parochialis Ecclesiæ translatum fuisse in Col-
le-

legium eum plenitudine dominii, *Rot. cor. Merlin. dec.* 905. *n.* 4., *& seq.*, *& coram Pænia dec.* 30. *n.* 11., *& dec.* 303. *n°* 5. *cor. Duran.*, *& in rec.dec.*698, *n.*3.*p.*2.,*dec.* 334. *num.*7.*p.* 10., *dec.* 317.*n.* 4.*p.* 14., *& dec.* 336. *n. primo*, *& seqq.p.* 18, tum in linea
21 præscriptiva exuberat ad præscribendòr controversos actus; nam ad hunc effectum sufficeret sola quadragenaria cum titulo colorato, qualem sine difficultate præseferunt UnioOrdinarii authoritate Apostolica confirmata, & alia superiùs expensa, *Felin.conf.* 2. *n.* 14., *Rot.cor. Penia d. dec.* 30. *n.* 10., *& cor. Bich. dec.*285. *n.* 4., *& dec.* 448.*num.*15.*p.* 4. *tom.*1., *& dec.* 433. *n.* 5., *& seqq. p.* 9. *tom.*2., *& dec.* 336. *n.* 4.*p.* 18. *rec.*

Quibus ita firmatis non obstant argumenta ad probandam ineffectuationem Unionis, & destruendam d. observantiam cumulata; nihil enim ad intentum concludunt quamplura documenta, in quibus Vicarius de-
22 nominatur Parochus; id enim potuit abusivè fieri, & hujusmodi denominationes commodè referuntur ad majorem quandam honorificentiam ejusdem Vicarii, penes quem cum resideret actuale exercitium Curæ Animarum, non erat omnino incongruus hic titulus, tametsi intrinseca sui proprietate carens, *Barbos. de offic.*, *& potest. Paroch. p. prima cap. primo n.* 55., *& seqq.*, *Rota cor. Buratt. dec.* 214. *nu.* 6., *et in puncto animadvertit Rota in scpeditta Cracovien. Unionis dec.* 817.*n.* 11.*p.* 18. *rec.*

Tantoque magis quia dd. enunciativæ Parochi, & Plebani confunduntur ex præsen-
23 tationibus semper factis perSuperiores Collegii sub simplici denominatione Vicarii perpetui, nec non ex judicialibus declaratio-
24 nibus per ipsosmet Vicarios emissis, ut supra ponderatum fuit; hujusmodi enim actus univocè excludentes substantiam tituli ad formam Unionis, explicant, & declarant æquivocas denominationes factas sub expressione Parochi, vel Plebani, *Rot. cor. Priol. dec.* 252. *n.* 2., *& seqq.*, *et in Novarien. Parochialis*, *seu Vicariæ* 22. *Iunii* 1705. §. *his positis in fine cor. cl. me. Card. Caprara, et in Herbipolen. Vicariæ, et Parochialium super bono jure* 10. *Martii superioris anni* §. *tanto magis cor. R.P.D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore.*

Nec majoris ponderis sunt nomina illa *vo-*
25 *cationis*, *ac collationis* in institutione Vicariorum adhibita, eorumdem examen antequam Instituerentur, & visitationes d. Ecclesiæ ab Episcopis Cracoviēsibus pluriès factę

Licet enim in Ecclesiis Parochialibus uni-
26 tis non detur rigorosa vacatio, & collatio de jure, nihilominus dicuntur vacare, & conferri de facto, quando per obitum unius Vicarii perpetui præsentatur, & admittitur alter, *Mandos. conf.* 4. *à n.* 20., *Gonzal. ad regul.* 8. *Cancell Glos.* 15. §. *primo n.* 2., *et seqq.*, *Garz. de Benef. p.*11. *cap. primo n.*2., *Rota in d. Tarraconen. Parochialis de Vimbodino* 15. *Ianuarii* 1706. §. *rescripserunt cor. R.P.D. meo Ansaldo.*

Examen vero Vicariorum nemo est qui
27 nesciat præcisè necessarium esse, ut exercere valeant Animarum curam, juxta *notam Constitutionem Sa. me. Pii V. la* 47. §.*Volumus insuper*, *Bullar. nov tom.* 2., *de qua Rota dec.* 16.*n.* 12.*p.*6. *rec.*

Prout etiam attenta d. Animarum Cura, quæ Ecclesiæ etiam post Unionem immine-
28 bat, Ordinarii Cracovienses ritè possunt, ac debent illam visitare, nec ex hisce visitationibus præjudicium aliquod irrogatur Unioni subiectivæ, *Garz. de Benef. p.* 11. *cap* 2. *n.* 12., *Ventig. in prax. p.* 2. *annot.* 24. §. *primo n.*8., *Rot. cor. Seraph. dec.* 1067. *n.* 3., *et cor. Cerr.dec.* 858. *n.*4., *et dec.*252. *n.* 15., *et* 16. *cor. Priol.*

Testes denique, & cæteri actus adducti
29 per Parochum, animadversionem non merentur, tùm quia fuerunt turbativi, dederuntque causam litibus passim subortis, in quibus tamen jura Patrum semper prævaluerunt, quemadmodum huc usque probatum extitit; tùm quia destruuntur ex testibus, & actibus numero, & pondere præstantioribus ex parte Collegii cumulatis, qui uti suffulti clara titulorum assistentia toties confirmata, & approbata, cæteris contrariis præ-
30 ferri debent, *Rota cor. Buratt. decis.* 572. *n.*12., *& seq.*, *& cor. Bich dec.*290. *n.*40., *& cor. Emer. jun.dec.*31.*n.*3, *dec.*234.*n.*14.*p.*19. *tom.*1., *& dec.*459.*n.*22., *&* 23 *tom.*2.*p* 19 *rec.*

Constito ex his de bono jure Collegii ad effectum manutentionis, DD. explicantes modum resolutioni adiectum, censuerunt Claves Ecclesiæ, & Tabernaculi, in quo asservatur Sanctissimum EucharistiæSacramentum cumulativè retinendas esse à Superiore Collegii, & Vicario, cum hoc tamen, quod Vicarius illis dumtaxat uti possit ad meram necessitatem exercitii Curæ Animarum, absque eo quod Patres ullo modo impediantur, & perturbentur in Ecclesiasticis functionibus.

Moti sunt ex eo, quod sicuti plenum dominium Ecclesiæ, & cura habitualis spectat ad Collegium, ita cum actualis Cura Anima-
31 rum resideat penes Vicarium, profectò ejus exercitium commodè expleri nequit absque retentione dd. Clavium, quæ in casu administrationis Sacramentorum signanter infirmis faciendæ, incongruum videtur, quod queri debeant à Superiore Collegii, qui sollicitè, ac statim, prout multoties expedit, saluti Animarum inveniri non posset.

Eoque magis, quia ad hunc etiam finem tendit assignatio particularis, & separatæ Sacristiæ providè facta eidem Vicario in litteris Unionis, ex supra ponderatis.

Et ita juxta hunc modum responsum fuit utraque &c.

PERUSINA CURÆ.

Veneris 19. *Ianuarii* 1714.

ARGUMENTUM.

Simplex fœmina nunquam potest esse tutrix, benè verò Mater, & Avia; à furiosi tamen cura ambo arcentur; quomodò furioso sit de Curatore providendum. *SUM-*

SUMMARIUM.

1 *Fœmina non potest esse tutrix.*
2 *Limitatur regula in Matre & Avia, dummodo tamen filius, vel nepos demens non sit, à cujus cura arceantur.*
3 *Fœmina non potest esse tutrix dementis, licèt possibilitatem succedendi in illius bonis haberet, & vide rationem.*
4 *Judicis est idoneum deputare Curatorem Furioso, qui etiam illius bona administret,* & n seq.
6 *Electio tutoris sine cautione, & inventario de rebus administrandis est nulla.*
7 *Amplia, etiamsi successivè cautionem dedisset, cum removeri non posset incursa nullitas deputationis, & vide rationem.*
8 *Actus ab initio nullus non convalidatur ex subsequentibus solemnitatibus, quæ nequeunt retrotrahi.*
9 *Tutor affectatè, & anxiè pupilli, vel Furiosi curam exoptans, tamquam suspectus rejicitur, & sola suspicio sufficit pro rejectione.*
10 *Tutor, dum litigatur qualis sit dandus Furioso, vel pupillo, & qualis sumenda provisio, ne in bonis præiudicio afficiatur.*

DECISIO DCCCXIV.

Curam Francisci Mariæ Herculani dementis invicem suscipere contendebant Septimia de Bassis, ac Raphael de Rubeis, & utrique in partibus concessa extitit facultas hujusmodi munus exercendi, alteri nempe à Locumtenente, alteri verò à Vicario Generali Perusiæ, delataque subinde controversia ad R.P D. A C. Cincium, censuit iste potiora esse jura Raphaelis, eique propterea super exercitio d. curæ *dandam esse manutentionem.* Verum devoluta per ulteriorem appellationem causa ad nostrum Tribunal, ac geminis per Me hodie propositis dubiis, altero super bono jure, & altero super manutentione, Domini dilata resolutione, quoad manutentionem responderunt, *Curam ad neutrum spectare, & ad mentem, inferiùs exprimendam.*

Quò enim ad Septimiam, res quacumque
1 difficultate carere visa est, ip sa namque uti fæmina impar omninò hujusmodi muneri reputatur; nam curam, & tutelam administrare virile munus dicitur, & ultra sexum fœmineæ infirmitatis tale officium est, ut inquit *Text. in l. 1. C. quando mulier tutel. offic. fung. poss.*, ac in specie quod ipsa etiam Mater à cura furiosi, vel dementis arceatur, litteraliter disponit *Text. in l. cum repudiante C. de furios., vel prodig.*

Et quamvis ex speciali quodam privile-
2 gio, ac benigna legum indulgentia, hujusmodi munus Matri, ac Aviæ postmodum permissum fuerit, nihilominus ad alias mulieres illud protendi expressè interdicitur in *auth. Matri & Aviæ C. eodem*, & per consequens clara est exclusio Septimiæ neptis prædicti Francisci Mariæ dementis, quemadmodum consentaneè tradunt *Altograd. cons. 100. n. 1. & seqq, Guttierez de tutel., & Cur. par. 1. cap. 7. n. 39. & cap. 8. à nu. 5. cum seqq., Rota dec. 470. n. 12. p. 9. rec.*

Neque ad sanandam incapacitatem Septi-
3 miæ, proficit animadversio, quod ipsa, uti proximior d Francisco Mariæ senio jam confecto, probabilem foveat spem eidem succedendi, nedum ab intestato, sed etiam in pluribus bonis ex avito testamento Bernardini Herculani vigore substitutionis ab ipso ordinata, adeout proinde, saltem ratione hujus principalis interesse, controversa bonorum administratio ad ipsam spectare possit. Etenim curandum non est de iis, quæ post obitum dementia in alienum commo-
4 dum contingere possunt, ast unicè Judicis religio in præsenti sollicita esse debet de mente capti utilitate, deputando ad hunc effectũ non simplicem bonorum administratorem, sed idoneum & legitimum curatorem, cujus ope, consilio, ac sollicitudine, & rebus, & personæ dementis abunde consultum sit, *L. consilio, & opera ff. de curat. furos., Montan. de tutor. & curat. cap. 29. n. 9., Guttier. de tutel. & cur. p. 3. cap. 3. à n. 8. cum seqq., Rot. cor Cerr. dec. 87. n. 15.*

Exclusa itaque ex his à contr oversa munere Septimia, clara itidem apparuit exclu-
5 sio Raphaelis, quia licèt in curatorem electus fuerit à Judice, cui deficiente legitimo curatore deputandi, competit facultas, ad *Text. in §. furiosi quoque instit. de curator.*,
6 cum tamen nec cautionem à jure requisitam obtulerit, nec inventarium rerum administrandarum confecerit, nullo modo ejus deputatio à patenti nullitate salvari valet, *l. 1. ff. rem pupill. salv. for., l. si nondum C. de Tutor., vel Curat qui satis non dedit, Rot. cor. Zarat. dec. 29. n. 20. & 21., & cor. fan. mem. Alexand. VIII. dec. 144. n. 6. et 7., et dec. 34. n. 10. p. 13. rec.*

7 Quin relevet, quod successivè per ipsum de facto præstita fuerit cautio, quia cum tunc temporis non esset ampliùs res integra, ex quo d. nullitas judicialiter jam promota, & acceptata exciterat, intempestivum reddebatur implementum solemnitatis, quod
8 propterea ad convalidandum præcedentem actum retrotrahi non poterat, *Bart. in l. tutor qui repertorium n. 7 ff. de administr. tutor., Guttier. de tutel., et cura. p. 2. cap. 1. n. 11 et seqq., Rot. cor. sa. me. Alexand. VIII. d. dec. 144. n. 6.*

Cæterum dato etiam, quod à principio per Raphaelem omnia solemnia ritè, rectèque
9 adimpleta fuissent, adhuc Domini animadvertentes, quod ipse nimis anxiè d. curam affectavit, actuque sollicitè affectat, dispendiosam litis provinciam subeundo in partibus primò, mox coram A.C., ac demùm in nostro Tribunali, jure meritoque suspectum reddi censuerunt, adeout ex hac sola ratione ab huiusmodi munere, & officio votia omnibus exoptato repellendus veniat, juxta expressum monitum *Text. in l. scire oportet §. Semper autem ff. de tutor., & curator. dat. ab his*

ab his ibi -- semper autem, maximè hoc observent Magistratus, nec creent eos, qui se ipsos volunt ingerere, ut creentur -- Gabr. cons.27.n.14.lib.1., Gozzadin. cons.54.n.9., Rot.cor. Cerr. dec.87.n.16., & dec.34.nu.9.p.13.rec.

Quibus ita se habentibus, Domini, suam mihi mentem aperiendo demandarunt, quod
10 provido consilio, ac pietati Rmi Episcopi Perusini committerem deputationē personæ idoneæ, servatis de jure omnibus servandis nomine Sac. Rotæ, nec interim Franciscus Maria, ejusque substantiæ detrimentum aliquod patiantur, quemadmodùm opportunè sancitum est in *L. eum quem 7. C. de suspect. tutor.*, & in simili casu practicavit *Rot. dict. dec.144.n.11.& 12. cor. sa.me. Alexand.VIII., & d.dec.34.n.12.p.13.rec.*

Et ita utraque &c.

VELITERNA DONATIONIS SUPER MANDATO,

Veneris 26. Januarii 1714.

ARGUMENTUM.

Exigibilitas à Donante promissa, ejusque obligatio in casu evictionis exarata super suis bonis, tribuit Donatario jus reversivum in d. casu adversùs cætera bona ejusdem Donantis.

SUMMARIUM.

1 *Donans non tenetur de exigibilitate rei donatæ, neque de illius evictione.*
2 *Limita, si donans tali casu adversùs sua propria bona regressum favore Donatarii reservasset.*
3 *Quid dicatur superventum ob talem obligationem, & in tali casu.*
4 *Inexigibilitas crediti resultat, si hæres testamentum acceptasset, in quo idem creditum detrahere prohiberetur.*
5 *Filius metiendo iura à Matre, creditum dotis non potest petere, si Mater illi quodammodo renunciasset, ne diceretur maius habere ius, quam propria autrix, & n. 8.*
6 *Creditor hæret sui debitoris per actionum confusionem, unum, & idem efficit patrimonium.*
7 *Creditor debet priùs excutere debitorem principalem, & postea cæteros subsidiariè obligatos.*
8 *Creditum dotis in Matre extinctum, nunquam in filio reviviscit, & n. 5.*
9 *Donatarius crediti, quod Donans contra plures coobligatos habebat, non cogitur omnes excutere, si adversùs Donantem de evictione obligatum regressum habeat in donatione expressum.*
10 *In dubio sumenda est pro Donatario, & contra Donantem interpretatio.*
11 *Inexigibilitas dicitur tacitè à reo confessata, si de ea non excipiat.*
12 *Creditor non tenetur excutere non obligatum in gratiam sui debitoris.*
13 *Habens actionem claram, non tenetur lites arduas assumere contra plures pro solutione in gratiam de evictione obligati.*
14 *Actio clara ab exceptione turbida non repellitur.*
15 *Cohæres tenetur pro virili ad debita defuncti.*

DECISIO DCCCXV.

NUpserat anno 1656. Aurelia Mercurio Palianti, constituta sibi dote scutor. 3000., pro qua se se obligarunt Octavia mater, Nicolaus Simonellus Patruus, & Angelus Paris ejusdem Aureliæ frater cum promissione reportandi etiam ratificationem à Dominico Patre.

Ab humanis successivè erepta d. Aurelia, hujusmodi creditum dotale adhuc inexactum, pro residuali summa scutorum 1200., Carolus Paliantes illius filius, & hæres, titulo irrevocabilis donationis transtulit in Barbaram Squarciam, promisitque ulterius exigibilitatem sub his verbis ibi -- *Et quia voluntas, & intentio Donantis sola fuit, & est, ut eadem Barbara Donataria liberè consequi possit, & valeat à d. hereditate Nicolai Simonelli supradictum creditum &c., ideo voluit, & vult, quod in casum inexigibilitatis dicti crediti, dicta Barbara possit similem summam consequi super aliis bonis, & effectibus ejusdem Caroli etiam ipso vivente &c.*

Verùm quia præcedenter præfata Octavia pro eadem dote obligata, post aditam hæreditatem d. Nicolai Simonelli fratris, sibi hæredes pro æquali portione scripserat Aureliam, & Annam Dianoram filiam sub ea lege, quod sese ad invicem ratione suarum dotium molestare non possent; quod quidem præceptum ab ipsis præcisè acceptatum fuit: Propterea agnoscens Barbara donataria inanem prorsùs esse actionem adversùs bona præfati Simonelli, ex quo d. acceptatio Aureliæ obstabat etiam Carolo filio, & hæredi, qui donationem fecerat vigore supra recensiti pacti in ea appositi, judicium instauravit coram R. P. D. Sardino Auditore Emi D. Card. Decani pro consecutione crediti dotalis adversùs Monasterium S. Claræ Veliternarum heredem præfati Caroli, & mandatum obtinuit pro medietate tantùm, illudque in gradu appellationis exequi mandavit R.P.D. Amadorius, qui ulterius revocando in reliquis præcedens judicatum, relaxavit novum mandatum pro aliis scutis 600., reservato etiam d. Barbaræ jure agendi pro fructibus ejusdem crediti dotalis constante matrimonio decursis, & in donatione compræhensis.

Cumque ulterior causæ cognitio mihi delegata fuerit ab Emo D. Cardinali Decano, gemina proinde in hodierna audientia proposui dubia, alterum nempe *super credito, & fructibus*, de quo in contemporanea mea decisione, & alterum respiciens mandatum, super quo Judices utriusque instantiæ concordes fuerunt, & Domini *procedendum esse ad*

ad legitimam executionem respondere non hæsitarunt,

Validitas enim mandati in discrimen non
revocatur, & justitia clarè rasultat ex eo,
1 quod licèt donans regulariter non teneatur
ad exigibilitatem, neque ad evictionem rei
donatæ, cum jus tantùm, quod habet in ipsa
re donasse censeatur, *ad text. in l. Aristo
§. fin. ff. de donat., Mantic. de tacit. lib. 13. tit.
14. n. 18.*, & 20.; nihilominùs cum in hypo-
2 thesi, juxta expressam conventionem supe-
riùs recensitam reservaverit regressum ad
cætera sua bona favore donatariæ in even-
tum, quo crediti dotalis satisfactionem con-
sequi non posset ab hæreditate Nicolai debi-
toris, utique detecta hac inexigibilitate,
3 commissa dicitur stipulatio, factusque est lo-
cus regressui adversùs patrimonium donan-
tis, non secùs ac in aliis contractibus, qui ex
conventione legem accipiunt, *Gloss. in d. l.
Aristo d. §. final. ff. de donat., Ruin. con. 186.
n. 1. lib. 1., Corn. cons. 141. n. 1. lib. 1., Man-
gil. de evict. q. 69. à nu. 9., Rot. dec. 150. n. 4.
cum pluribus seqq. par. 8 rec.*

Hujusmodi autem inexigibilitas resultare
4 visa est ex d. præcepto Octaviæ, quo filiabus
adempta extitit facultas se invicem mole-
standi pro creditis dotalibus. Sicut enim Au-
relia post acceptationem hæreditatis mater-
næ sub hac lege jura sua dotalia nullo modo
experiri poterat, *Rot. coram Bich. dec. 158.
n. 33., & cor. Emerix jun. dec. 745. n. 2., & in
rec. dec. 339. n. 38. p. 12., & dec. 79. n. 6. p. 19.*,
5 ita nec Barbara in causam ejusdem dotis
quidquam prætendere valet ex persona Ca-
roli, qui tanquam d. Aureliæ Matris hæres,
ejus factum servare tenetur, *Rot. cor. Pam-
phil. dec. 381. n. 5. & seqq., & dec. 182. nu. 17.
p. 12. recen., & in Romana fideicommissi de
Avila super restitutione in integrum 15.
Maii* 1711. *§. Procedenter cor. Me.*

Atque hinc superflua dignoscitur inspectio
assumpta à Scribentibus pro Monasterio,
quod præfata prohibitio petendi dotes sit
merè personalis, & limitata ad filias tantùm,
quoniam cum creditum donatum non pro-
cedat ex juribus donantis, quo casu dubitari
posset, an prohibitio illum afficiat, sed ex
juribus, & persona Aureliæ, profectò quo-
ties eidem obstat prohibitio deducendi di-
ctum creditum, multò minùs illud deducere
potuerunt Carolus, vel Barbara agentes ex
illius persona, aliàs enim potiora essent eo-
rum jura, quam propriæ auctricis, contra
passim vulgatam Regulam, de qua in *l. aliud
§. Absurdum, & l. nemo plus juris ff. de regul.
jur., Rot. dec. 134. n. 15. p. 13. rec.*

Eademque irrelevantia laborat alterum
objectum, quod hæc inexigibilitas juris in
omnem casum locum sibi vindicare possit re-
spectu bonorum Nicolai Simonelli, & Octa-
6 viæ tantùm, quæ per aditionem illius hære-
ditatis unum, & idem patrimonium effecta
fuerunt, nunquam tamen quoad bona cæte-
7 rorum coobligatorum, super quibus facien-
da erat excussio, antequam subsidiarius re-
gressus contra hæreditatem Donantis inten-
tari posset.

Etenim quidquid sit, an ex dicto præcep-
to Octaviæ, tanquam absoluto, & indefinito
ibi -- *non possa pretendere cosa alcuna per la
sua dote* -- creditum dotale penitus extin-
ctum remanserit, semper recurrit responsio,
8 quod nullatenùs reviviscere valet in Carolo,
causam habente ab Aurelia Matre, quam af-
ficit sæpedicta prohibitio.

Cessit ulterius quælibet difficultas, tum
9 ex littera donationis, in qua nulla fit men-
tio de cæteris dotis debitoribus, sed stipula-
tus legitur regressus contra patrimonium
donantis, in casu, quo donataria liberè conse-
qui non posset creditum ab hæreditate Nico-
lai Simonelli; ideoque duro, & laborioso
excussionis onere adversùs cæteros debito-
res gravari non debet, dum donans, nec de
illo cogitavit, solùmque liberalitem exer-
cere voluit erga personam sibi conjunctam,
10 pro qua ideò favorabilior semper sumenda
venit interpetratio, *Bero. cons. 121. num. 18.
vol. 2., Surd. cons. 143. n. 36., Card. de Luc. de
donat. disc. 58. n. 8., Rot. cor. Coccin. dec. 1788.
n. 15., & dec. 281. n. 1. p. 10. rec.*

Tum ex quo inexigibilitas quoad cæteros
debitores illicò manifestissima redditur, nam
11 respectu Angeli illam tacitè fateri videntur
Scribentes pro Monasterio, dum de eo verba
facere omittunt. Quo verò ad Dominicum
clarior esse non potest, quia ipse, nec dire-
ctè in dotis constitutione sese obligavit, nec
promissionem ejus nomine factam nunquam
ratificasse constat, & per consequens, ces-
12 sante obligatione, inutilis est excussio, ut
patet ad sensum.

Aliquam fortasse animadversionem pro-
mereri posse videbatur postrema exceptio,
quod sicuti Anna Dianora hæres pro medie-
tate Octaviæ, si vexaret donantem media-
rum pariter hæredem ejusdem Octaviæ, re-
pelli posset, ex quo possidet & ipsa bona
hæreditaria d. Octaviæ, ita & repellenda
sit Barbara jura Matris repræsentans, & pos-
sidens bona provenientia ab hæreditate sæ-
pedictæ Octaviæ.

Verùm recurrentes iterum DD. ad verba
13 donationis, agnoverunt, fundatam esse
actricis intentionem pro regressu contra do-
nantem, eo ipso, quod liberè, & expeditè
satisfactionem assequi nequit ab hæreditate
Nicolai, & è contra, incertum prorsùs est
quid, & quantum ipsa possideat ex bonis
Octaviæ, cum utraque pars varios calculos
marte suo ad propriam opportunitatem,
hinc inde efformet, quamobrem in his ter-
14 minis actio clara, & limpida sub adeo involu-
luta, ac turbida exceptione retardari non
potest, *Rot. dec. 284., & dec. 1133., utrobique
n. 1. cor. Emerix jun., & dec. 527. n. 15. par. 19.
recent.*

Præterea funditus corruit vis objecti, quia
in præsenti res est de executione mandati
pro medietate d. crediti, quam dubio pro-
cul Barbara consequi debet, etiam si eidem
obstaret

obstaret d. qualitas hereditaria, & possessio
15 bonorum Octaviæ, quia cohæres tenetur solùm pro sua virili, maximè respectu cohæredis, *l.actio quidem C. fiunus ex pluribus bæredibus*, *& l.2. Cod.de hæred.action.*, *Rot.cor.Bich. dec.*574. *n.*16., *& cor. Emerix jun. dec.*1145. *n.*3. *dec.*140. *n.*7. *p.*17., *& dec.*159. *n.*9. *p.*19. *rec.*

Et ita &c. utraque &c,

Præterea, quamvis in donatione facta fue-
4 rit mentio de fructibus, attamen promissio exigibilitatis expressè restricta est ad summam scut.1200. ibi -- *possit similem summam scut.*1200. *consequi super aliis bonis*, *& effectibus ejusdem Caroli*, adeout nihil ultra actrix ab illius hereditate prætendere valeat.

Et ita &c. utraque &c.

EADEM CORAM EODEM SUPER RESIDUO CREDITI, ET FRUCTIBUS.

Eadem die.

ARGVMENTVM.

Habes in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Donans habet regressum in casu inexigibilitatis crediti donati adversùs Donantem de evictione obligatum.*
2 *Fructus dotis constante matrimonio pertinent ad Virum.*
3 *Non currunt, eo soluto, adversùs dotis debitorem absque interpellatione.*
4 *Exigibilitas promissa quoad sortem, non extenditur ad fructus, & vide casum.*

DECISIO DCCCXVI.

Juxta deducta in contextuali mea decisione, quemadmodùm Domini censuerùnt procedendum esse ad legitimam executionem mandati pro summa scutorum 600. relaxati, ita quoad aliud dubium respiciens residuale creditum, tam pro sorte, quàm pro fructibus responderunt -- *constare de credito, & relaxandum esse mandatum pro scutis* 600., *& fructus non deberi.*

Respectu siquidem ad primam dubii partem, moti sunt ex eo, quod cum Barbara consequi non valeat ab hæreditate Nicolai Simonelli creditum dotale, sibi à Carolo Paliante do-
1 natum, consequens est, ut eidem succurrendum veniat mediante regressu ad hæreditatem donantis, juxta litterale pactum in donationis instrumento appositum, ut latè probat d. contemporanea decisio, cujus fundamenta supervacaneum existimarunt DD. hic repetere, solùmque ad ea remissivè sese habuerunt.

Facili itidem negocio absoluta extitit altera dubii pars respiciens fructus, quos jure meritoque arbitrati sunt non deberi, illi enim
2 constante matrimonio indubitanter spectabant ad Virum Aureliæ, *ad text. in cap. Salubriter de usur.*, *l.dotis fructus ff.de jur.dot. & l.pro oneribus C eod.*, *Rot.cor.Bich. dec.*190. *n.*1., *& cor.Emerix jun. dec* 1148. *n.*1., *& dec.*
3 1142. *n.*3. Eo verò dissoluto absque interpellatione adversùs dotis debitores decurrere non poterant, *Rot.cor.Duran. dec.*176. *n.*4., *latè cor.Emerix sen.dec.*12. *nu.*1. *&* 2., *& per tot.*, *& dec.*2. *n.*2. *cor. Emerix jun.*

AQUIPENDIEN. IMMISSIONIS.

Lunæ 29. Ianuarii 1714.

ARGUMENTUM.

Hæc est decisio confirmatoria præcedentis sub die 3. Julii 1713., ubi habes argumentum.

SVMMARIVM.

1 *Tutor, qui bona Pupilli administravit, rationem reddere de illis tenetur.*
2 *Amplia, ut ex eodem Jure ad eam hæredes tutoris, & ab eo causam habentes teneantur.*
3 *Mobilia intra annum non dicuntur consumpta.*
4 *Substitutio pupillaris, sub quibus verbis contineatur.*
5 *Compendiosa continetur sub verbis* -- o che morissero senza figli, *& similibus, quæ plura tempora, & casus respiciunt.*
6 *Pupillaris tacitu sub compendiosa comprehenditur, & Matrem à legitima excludit.*
7 *Verbum* -- Substitutio. *est commune, & nedum continet vulgarem, sed etiam Fideicommissariam.*
8 *Substitutio facta per verbum directum, continet pupillarem, etiam si sit compendiosa.*
9 *Amplia, si Testator dispositionem non direxisset ad bona sua tantum, sed ultro fuisset progressus ad personas hæredum, & substitutorum.*
10 *Subamplia, si Institutorum Matri usumfructum legasset., etiam in casu, quo filii Instituti prædecederent, à fortiori Mater à legitima filiorum dicitur exclusa*, & n. sequenti.
11 *Mater hæres, & legataria Pupilli esse non potest, & vide casum.*
12 *Verba in materia substitutionum* -- si facessero Monache, ò morissero senza figli -- *à fideicommittente prolata, indicant terminum substitutionis, & vide quid aliud operentur.*
13 *Substitutio compendiosa est, quando quis post mortem alicui substituitur, multo magis sub conditione, si sine liberis Institutus decedat.*
14 *Testator magis præsumitur dilexisse proximiores, quam remotiores.*
15 *Mater dicitur à successione filii exclusa, si filio in pupillari ætate decedenti fuissent à Patre relicti substituti, presertim si ab eodem relicta fuisset usufructuaria, tàm in casu, quo daretur locus substitutioni, quàm si non daretur.*

16 *Reciproca virtualis, & tacita intelligitur, si substitutio locum habre debeat post mortem plurium Institutorum.*

17 *Pupillaris directa similiter, semper in his terminis intelligitur.*

18 *Testamentum à Parocho, & duobus testibus subscripium ad formam cap. Cum esses substinetur.*

19 *Amplia, si agatur de testamento inter liberos, quod sola probatione voluntatis paternæ perficitur.*

20 *Subamplia, si realitas testamenti ab examine Paroci, & testium probaretur, qui schedulam recognovissent, & quoad illius substantiam essent concordes.*

21 *Limita, si testamentum fuisset sine scriptura, & testator coram testibus voluntatem suam declarasset, vel esset cum scriptura non subscripta.*

22 *Testamensum ad formam cap. Cum esses, substinetur, etsi Paroci deposisio distingueretur ab illa duorum Testium, quando eadem cum illis in substantialibus quodammodo conveniret,*

23 *Testamentum approbatum à Matre interesse habete, & filiorum tutrice, salvatur à nullitate desumpta, ex quo filiis Actor ad lites non fuisset deputatus, & n. seq.*

24 *Testamentum pro valido ab usufructuaria, & tutrice recognitum, non potest de nullitate redargui ab ipsius hæredibus,*

DECISIO DCCCXVII.

C*Onstare de re judicata* favore illorum de Eleuterlis, & Fanellis responsum fnerat coram Me sub die 3. Julii superioris anni. Et quamvis in hodierna audientia tandem aliquando post plures dilatinnes jura sua deduxerint Joseph, aliique de Damianis, nihilominus adhuc immota agnoscentes DD. directæ resolutionis fundamenta, *in decisis* persistiterunt,

Præsupposita enim facti specie, latè in præfata decisione recensita, ex qua constat, quod Joannes, seù Nannes Guthus in supremis tabulis relicto usufructu omnium bonorum Appolloniæ Damianæ Uxori, hæredes instituit Victoriam, & Chatarinam communes filias, quibus in casu, quo Moniales efficerentur, vel decederêt sine filiis, substituit Nepotes ex Margarita Eleuteria, & Florida Fanella Sororibus, quodque per obitum dictarum filiarum in pupillari ætate factus fuit locus dictę substitutioni, postquam Appollonia earum curam, & tutelam susceperat, & acceptando legatum ususfructus cum solita cautione, & ulteriori fidejussione Josephi Fratris, testamentum Viri approbaverat, ac insuper hæredem scripserat dictam Catharinam ultimo loco defunctam, eidem postmodum substituendo suos fratres de Damianis; utique patens est justitia rei judicatæ tàm in ea parte, qua condemnantur substituti Appolloniæ, ac signanter Joseph fidejussor ad reddendam rationem de bonis in inventario tutelari descriptis, quam in altera, qua conceditur immissio antedictis Eleuterlis, & Fanellis ad Prædium del *Pisciaro* vigore pupillaris substitutionis in Testamento Nannis contentę, adeout Appollonia exclusa etiam remaneat à legitima in bonis dictæ Victoriæ filiæ sibi prædefunctæ.

Et sane eo ipso, quod in discrimen non
1 revocatur Appolloniam in sequelam susceptæ curæ, & tutelæ, filiarum bona administrasse, quemadmodum controverti nequit præcisa ejusdem obligatio reddendi rationem de hujusmodi bonis, ad *text. in l. prima §. Officio ff. de tutel.*, *& rat. distrahen. l. rationes C. de administr. tutor.*, *Rot. coram Cerro dec. 76.*, *& dec. 168. utrobique n. 1.*, *& dec. 70. n. 9. p. 18. rec.*, ita ab eodem
2 onere sese subducere nullo pacto possunt Fratres de Damianis ab ipsa causam habentes, & præ cæteris Joseph, qui præscindendo etiam ab hac qualitate hæreditaria, pròpriam obligationem, quam fidejubendo pro d. Appollonia suscepit, adimplere tenetur, juxta passim obvias, & vulgatas regulas.

Eoque potissimum, quia ex lectura secundi inventarii tutelaris per Antonium Pium Eleuterium confecti citato sæpedicto Josepho fidejussore, apertè convincitur defectus quamplurium mobilium in primo inventario descriptorum, de quibus propterea est reddenda ratio, cum intra breve uniusanni spatium consumpta non præsumantur, ex adduc-
3 ctis in decisione, quæ revidetur §. *Atque sine difficultate.*

Clara itidem Dominis visa est substitutio pupillaris, cui merito innititur altera rei judicatæ pars decernens favore illorum de Eleuteriis, & Fanellis immissionem ad dictum Prædium *del Pisciaro* pro legalibus, seu quotitatlvis detractionibus in summa scutorum 1200., quę eisdem debentur ex juribus præfatæ Catharinæ in bonis Appolloniæ Matris, quæ per consequens exclusa remanet à consecutione legitimę super Patrimonio Victoriæ alterius filiæ sibi prædefun-
4 ctæ. Testator siquidem ita disposuit -- *Quando poi venisse il caso, che le sudette mie figlie &c. si facessero tutte due Monache, ò che morissero tutte due senza figli &c. in tal caso, dopo la morte di detta Signora Appollonia usufruttuaria, alle medeme due figlie sostituisco i miei Nepoti nati &c.* -- quę sa-
5 ne verba -- *ò che morissero tutte due senza figli &c.* -- utpote plura tempora, pluresque casus complectentia, dubio procul præseferunt compendiosam substitutionem, sub qua consequenter comprehensa est etiam
6 pupillaris non solum tacita, sed sufficienter expressa verbis generalibus, ut preter authoritates relatas in d. decisione §. *Respectu autem*, latè probant *Mantic. de conject. lib. 5. tit. 15. à n. 12. cum pluribus seqq.*, *Scop. ad Merlin. Pignattell. cap. 9. n. 9.*, *& seq.*, *Surd. dec. 273. à n. 2. cum seq.*, *ubi concordan.*

Quin relevet, quod d. substitutio sub men-
7 tione mortis indefinitè prolata absque ulla men-

mentione pupillaris ętatis, & temporum
distinctione, suapte natura importet fidei-
commissariam verificabilem quidem in casu,
quo pupillæ decessissent impuberes, non ità
tamen, ut contineat pupillarem directam, per
quam Pater de bonis filiarum disponere vo-
luerit. Etenim cum Testator hujusmodi sub-
stitutionem expresserit cum verbo communi
-- *Sostituisco &c.* -- ad tradita per *Doctores*
in l. Centurio ff. de vulgar., & pupill., Surd.
cons. 232. n. 15., & cons. 236. n. 30., Rot.
cor. Coccin. dec. 1245. n. 2., & dec. 633. n.
27. p. 18. tom. 2. rec. Quemadmodum illud
8 includit etiam vim, & efficaciam verbi di-
recti, ità ęquè benè convenit, nedum substi-
tutioni fideicommissarię extra tempus pu-
pillaris etatis, sed etiam pupillari directę,
quando ejus casus evenerit, *Peregrin. de fi-*
deicom. art. 34. n. 24., & seq, Mans. con-
sult. 157. n. 8., & 9., Gratian. discept. fo-
rens. cap. 47. n. 2., & seqq., Mart. medic. de-
cisione 69. n. 37., & 38., Surd. d. dec. 273.
n. 7., latè *Rot. in Auximana Successionis*
13. Martii 1702. §. Pro majori, & sequen.
cor. R. P. D. meo Ansaldo.

Tantoque magis, quia Testator in hypo-
thesi nulla facta restrictione ab bona sua, dis-
positionis verba semper direxit ad Perso-
9 nas hęredum, & substitutorum, dictam
Appolloniam Uxorem, & Matrem respecti-
vè usufructuariam reliquit per verba taxati-
va ibi -- *Sia solamente usufruttuaria* -- & de-
mum hujusmodi legatum ususfructus ejus fa-
vore confirmavit etiam in casu, quo filiæ ei-
dem prędecederent. Ex quibus omnibus ma-
10 nifestè datur intelligi, testatorem de bonis fi-
liarũ disponere, Matrêque etiam à legitima
excludere voluisse, prout singillatim prę-
missas coniecturas ponderando, probat prę-
cedens decisio §. *Constat enim cum duobus*
seqq.

Absque eo quod retorqueri mereatur di-
cta coniectura desumpta ex legato usufru-
ctus, quasi quod si testator substantiæ suæ
partem Uxori reliquit, multo magis luctuo-
sam filiarum hæreditatem ad Matrem deve-
11 nire voluerit. Siquidem cum expressè, &
consultò declaraverit, quod Mater præ-
defunctis etiam filiabus prędicto legato frue-
retur, nemo non videt necessariam omninò
esse illius exclusionem ab earum hæreditate,
ne alias gravissimum admittatur absurdum,
quod insimul ipsa foret hæres, & legataria,
l. legatum §. 1. ff. de legt. 1., Menoch. de
præsumpt. lib. 4. præsumpt. 56. nu. 26., optime
Surd. d. dec. 273. num. 11., cum cæteris rela-
tis in decisione, quæ confirmatur §. *Con-*
currunt.

Ejusdem pariter irrelevantiæ nota laborat
magnificata animadversio, quod substitutio
12 Nepotum facta sit in casu, quo filiæ -- *Si*
facessero tutte due Monache, ò che morissero
tutte due senza figli -- proindeque cum
hujusmodi casus verificari nequeant, nisi de
tempore pubertatis, ex quo nec professio in
Religione, nec matrimonium congruant pu-
pillari ætati, dicendum sit Testatorem ità
substituendo, de directa pupillari nullatenus
cogitasse; quoniam dicti casus indicant qui-
dem terminum substitutionis, efficiuntque,
ut non nisi purificatis conditionibus adje-
13 ctis, locus sit substitutorum admissioni,
numquam tamen exindè exclusa remanet
substitutio pupillaris, eo ipso, quod altera
ex dictis conditionibus impleta dignoscitur
per obitum filiarum sine filiis, licet ante pu-
bertatem, & cum casus obitus sine filiis ve-
rificari dicatur etiam in pupillari ætate, &
satis est ad effectum de quo agitur, quod ille
quoquomodo, & diversis respectibus sequa-
tur, *Ancharan. cons. 74. nu. 1., Gabr. consil.*
504. num. 1. lib. 1., Peregrin. de fideicom-
missis art. 34. num. 60., plenè Mart. Medic.
dicta decis. 70. à num. 5. cum seqq.

Eoque libentiùs in hanc sententiã devene-
14 runt Domini, tum quia res est de substitu-
tione Nepotum, qui sicuti deficientibus fi-
liabus erant Testatori magis proximi, &
conjuncti, & per consequens magis etiam
prædilecti, ita præsumendum venit ad eorum
15 favorem de filiarum bonis disposuisse, post-
quam Appolloniæ Uxori mediante assigna-
tione usufructus omnium bonorum, satis su-
perque consuluerat, *Menoch. consil. 362. nu.*
11., Roland. cons. 69. nu. 26. vol. 1., Mantica
de conject. lib. 5. tit. 15. num. 30., Surd. sępe-
dicta dec. 273. num. 4., & 5.

Tum quia in dicta pupillari directa, mani-
festè continebatur favor, & commodum ea-
16 rumdem filiarum; cum enim Nepotes substi-
tuti fuerint post mortem utriusque, pro-
fecto inter utramque admittenda est reci-
proca tacita, & virtualis, cujus ope ultima
ex eis hæreditatem præfatis Nepotibus re-
stituere posset, *Rota cor. Arguel dec. 81. n.*
21., & 26., & cor. Dunozzett. Jun. dec. 186.
num. 10, & in Avenionen. Primog. 10. Ia-
nuarii 1701. §. Nec in dubium cor. clar me-
moriæ Card. Caprara, & in Interamnen. fi-
deic. 2. Iulii 1708 §. Neque obstat cor. R. P.
D. meo Scotto Almę Urbis Gub., ideoque
17 facilius in his terminis locum sibi vindicat
substitutio pupillaris directa, *Bart. in l. præ-*
cibus num. 14. cod. de impub., & aliis sub-
stit., Fusar. de substit. quæst. 242. sub. n. 69.,
Menoch. de pręsumpt. lib. 4. pręsumpt. 56. n. 14.

Agnita ex præmissis assumpti subsistentia,
18 mordicus hodiè impugnabatur validitas te-
stamenti præfati Nannis, illiusque legitima
relevatio penes acta curiæ Ecclesiasticæ, sed
inutiliter, nam cum schedula testamentaria
de mandato testatoris, & in ejus præsentia
scripta, & subscripta fuerit à Parocho coram
duobus testibus ad hunc effectum vocatis,
nihil ultrà prò ejus validitate desideratur,
juxta famigeratam censuram *Textus in cap.*
Cum esses de testamentis, Card. de Luc. de
testam disc. 25. num. 16., Rota cor. Cavaler.
decis. 497. num. 3., & dec. 459. nu. 15. part. 5.
recent. Præsertim cum agatur de testamento
19 inter liberos, quod nullam exigit ex solem-
nitatibus à jure præscriptis, sed sola naturali

probatione voluntatis paternæ perficitur, *l. hac consultissima §. Ex imperfecto cod. de testament., Andreol. controv.33. n.2., Rocc. disput. jur. cap.40. num.32., Rota in Firm. testamenti 6. Maii 1707. §. Agebatur coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore.*

Relevatio itidem dicti testamenti, ritè re-
20 ctèque facta dignoscitur coram Vicario Civitatis Plebis prævio examine Parochi, & testium, qui testamentariam schedulam recognoverunt, fueruntque concordes quoad ejus substantiam, quod superabundat ad intentum, nam rigorosæ testium depositiones
21 super toto dispositionis tenore, cæteræque formalitates tunc solum requiruntur, quando Testator simpliciter coram iisdem voluntatem suam declaravit sine scriptura, vel cum scriptura, nec à se, nec ab ullo ex dictis testibus subscripta, quemadmodum unum casum ab altero distinguendo, tradit *Rot. dec. 533. à num.8. cum pluribus seqq. par.4. tom. 3. recent., & in Pisauren. Prędii 16. Iunii 1692. §. Non obstat. coram clar.mem. Card. Caprara, & in Baren. Testamenti 21. Aprilis 1704. §. Avulsis cor. R.P.D. meo Ansaldo, & in Baren. censuum, & legati 21. Ianuarii 1710. §. Licet enim coram Eminentissimo D. Card. Priolo.*

Nec subsistere visa est opposita contra-
22 rietas respiciens substantiam ex eo, quod Parochus deponat de substitutorum vocatione in solo casu, quo filiæ decederent, vel Moniales efficerentur ante obitum Matris, & ideo contradicat aliis testibus deponentibus de dicta substitutione tamante, quam post obitum ejusdem Matris. Parochus quippè post designatum casum prædecessus filiarum ante obitum Matris, ulterius progreditur, & subdit ibi – *E dopo la morte di detta Appollonia in caso che le medeme sue figlie morissero senza figli &c., ò pure si facessero Monache, alle medeme sostituisco &c.* propterea que attenta expressione substitutionis etiã post obitum Apolloniæ, conciliantur dicta testium, & sublata remanet ex facto quęcunque contrarietas.

Atque hinc omissis cæteris contrarietatibus, utpotè quæ in partibus substantialibus nullo modo versantur, irrito tandem conatu relevationis nullitas petebatur, ex quo deputatus non fuerit Actor ad lites præfatis filiabus, nec præcesserit substitutorum citatio.
23 Eo enim ipso, quod dictum testamentum relevatum apparet ad instantiam Apolloniæ earum Matris, & Tutricis, ac ulterius usufructuariæ, hoc sufficit ad actus validitatem, cum exinde consultum esset primam succecedendi causam, ac principale interesse habentibus, *Castrens. in l. publicati num.2. cod. Testam., Roland. consil.36. num.11., & 12. lib.1., late Rota dicta decis.533. num.30., et seqq. par.4. tom.3. recent.*

Sed cessat in universum quælibet difficul-
24 tas, quia sæpedictum testamentum semper approbatum extitit ab Appollonia, quæ quousque vixit omnium bonorum usumfructum illius vigore percepit, proindeque datum non est fratribus de Damianis ejus hæredibus substitutis hujusmodi approbationem amplius in discrimen revocare, vulgata *l. cum à Matre C. de rei vindicat.* Haud relevante, quod præsens instantia per ipsos promota fuerit, uti proximiores, & hæredes ab intestato Catharinæ eorum Nepotis, nam tantum abest, quod ex hoc tollatur obstaculum dictæ qualitatis hæreditariæ, quin potiùs apertissimè confirmatur, animadvertendo, quod præfata Catharina fuit hæres Appolloniæ, ideoque etiam si per hypothesim evitare possent qualitatem hæreditariam immediatam ejusdem Apolloniæ; semper tamen mediata illius qualitate afficerentur ex persona dictæ Catharinæ.

Et ita utraque &c.

ROMANA PECUNIARIA.

Lunę 19. Januarii 1714.

ARGUMENTUM.

Creditor pignus conventionale sui debitoris vendere nequit eo irrequisito, ac eidem non præfixo termino ad reluendum, juxta stylum loci, adeout omnia damna, quæ ex clandestina venditione permanarent, debitori refundere teneatur.

SUMMARIUM.

1 *Pignus semper majoris valoris præsumitur, quam valor debiti.*

2 *Pignus conventionale irrequisito Debitore, & absque citatione à Creditore vendi non potest, & ad quod, si illud vendat teneatur.*

3 *Amplia, etiamsi Dominus Pignoris in forma Cameræ esset obligatus, & adesset determinata dies solutionis,* & num.7.

4 *Deterioratio mercium in paucis mensibus non præsumitur.*

5 *Creditor, antequam vendat pignus conventionale, terminum ad reluendum debet, à Judice præfigi facere juxta Stylum loci.*

6 *Non desumit facultatem à destinata die solutionis vendendi pignus, si in casu incursus in mora, fructus fuissent conventi inter se, & debitorem.*

8 *Damnum Domini in venditione pignoris conventionalis desumitur ex venditione illius viliori pretio.*

9 *Liquidatio damnorum, semper à Judice fieri debet prò minori summa, qua fieri possit.*

10 *Solutio facta in causam determinatam, ad diversam non potest referri.*

11 *Deterioratio mercium non probatur per simplex computum à Creditore deductum, qui eas in pignus retineret, cum præsumatur tenedre ad proprium commodum.*

12 *Deterioratio mercium cedit damno illius, ex cujus negligentia progreditur.*

13 *Non præsumitur, nisi ab allegante ocularitèr demonstretur.*

14 *Mer-*

14 *Mercatores ex quo de Stylo quanti minimi emere solent, & quanti plurimi vendere, ob id intrat Judicis arbitrium in liquidatione pretii retracti à pignore conventionali, quod inscio Creditore vendidissent.*
15 *In liquidationis materia locum habet regula, quod singula, quæ divisa non prosunt, simul juncta juvant, & nota hic probationum particularitates.*
16 *Amplia, ut creditum in substantia probatum, levioribus probationibus quoad quantitatem liquidari possit.*
17 *Schedula pagarò habet vim publici instrumenti.*
18 *Compensatio crediti liquidi cum æquè liquido semper datur.*
19 *Fructus non debentur, si ex culpa, & negligentia Creditoris, debitum, à quo potuissent procedere, non fuisset extinctum.*
20 *Creditor, ex cujus pecuniis merces sub concursu cadentes sint comparatæ, gaudet prælatione in vim legis Licet.*
21 *Mulier habens hypothecam expressam posteriorem, præfertur habentibus anteriorem in bonis postea per Virum adeptis.*
22 *Damnum causatum à Mandatario, sequitur Mandantem, & non Dominum rei.*
23 *Correspectivorũ sine altero alterũ subsistere nequit, & diversimode contractus non obligat contrahentes ad illius observationem.*
24 *Contractus Viri in præjudicium Uxoris hypothecariam, & anteriora Iura habentis, quoad ipsam non sustinetur.*
25 *Amplia, ut talis contractus nèc alios afficiat, si vir præventivè Foro cessisset.*
26 *Summa in causa declarandam conceditur Mulieri bonum jus foventi adversus bona Viri oberrati, & præsertim si sit miserabilis.*

DECISIO DCCCXVIII.

Sequuta decoctione Nicolai Belbè, Margarita Chellia Uxor ad effectum recuperandi Dotem scut. 2022., pro cujus assecuratione, usque ab Anno 1694., citatis Creditoribus Viri, sententiam obtinuerat; Judicium instauravit coram R. P. D. meo Cerro, tunc in subselliis A.C. summa cum laude jus dicente adversus Rationem Bancariam Fontanæ, & Andreozzi pro refectione damnorum eidem Nicolao illatorum in venditione Chirothecarum, & Flabellorum ipsorum mandato præcipitanter facta in Regia Villa Matriti, electoque pro instructione animi Judicis Perito ad liquidanda hujusmodi damna, ac exhibita illius relatione, relaxatum fuit favore Mulieris mandatum pro summa sc. 1510. 40.

Devoluta per appellationem causa ad nostrum Tribunal, propositoque per Me sub die 8. Junii 1711. dubio -- *An constaret de credito, & in qua summa, itaut esset relaxandum mandatum* -- cum Fontana, & Andreozzius relationem dicti Periti, tamquam extrajudicialem impugnarent, Domini, dilata causæ resolutione, demandarunt, quod eligeretur novus Peritus, & coadjuvarentur probationes. Quibus omnibus adimpletis, reproponenti mihi in hodierna audientia idem dubium, unacum instantia ejusdem mulieris pro subministratione alicujus summæ in causam declarandam, responsum fuit: *Constare de credito, & pro summa in decisione exprimenda relaxandum esse mandatum, contra Rationem bancariam Fontanæ, & Andreozzii, subministratis interim sc.70. in causam declarandam.*

Creditum enim Dotale Margaritæ à Partibus cæteroquin non controversum, clarè resultabat nedum ex Instrumento publico constitutionis Dotis, sed etiam ex sententia super illius assecuratione in summa sc. 2022. ab A.C. lata, usque de anno 1694. citatis Creditoribus Viri, jam tunc urgentis ad inopiam.

De Credito autem, quod ex persona Nicolai Viri Margarita desumebat contra præfatam Rationem Bancariam Fontanæ, & Andreozzii, satis superque constare visum est, ex eo, quod controversæ merces eisdem assignatæ fuerant in pignus, quod de jure majus
1 semper debito præsumitur, ad *Text. in leg. 2., ibique Gloss. in verbo redigere, Cod. de pign., Fontanell. decis.* 208. *num.* 10, & propterea, cum subindè nulla prorsus præmissa cita-
2 tione ad reluendum, & absque licentia, & mandato Judicis præcipitanter venditæ fuerint Matriti per illos de Contuccis, & Jacobinis de mandato dd. Fontanæ, & Andreozzi, ut resultat ex eorum Epistolis, utique omnis justitiæ ratio postulat, ut succurrendum sit præfato Nicolao mediante refusione damnorum, quæ ex hujusmodi venditione passus est, cum distractio pignoris conventionalis, nunquam creditori permissa censeatur irrequisito debitore, *Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 3. quæst. 95. num.* 49, *Gail de credit. cap. 4. quæst. 1. num.* 468., *Maugil de subhast. quæst.* 160. *num.* 14., *Posth. eodem tract. inspect. 7 n. 15. &* 24., *Ridolph. in prax. par. 1. cap. 15. n.* 85.

3 Neque dicta pignoris distractio subsistere potest, ex eo, quod illud traditum fuerit sub obligatione Camerali, quod merces deteriorationi subjectæ essent, quodque demum destinata foret dies solutionis.

Quamvis etenim obligatio Cameralis præseferat facultatem vendendi pignus authoritate propria, nihilominus hujusmodi facultas legitimè ad actum perduci nequit, absque debitoris citatione, *Salust. Tiber. in prax. lib. 1. cap. 44. num. 6.*, *Ridolph. in dicto lib. 1. cap. 15. num.* 86. Deterioratio verò dd.
4 mercium, ultraquod nullo modo probatur, nec præsumitur intra paucos menses, profe-
5 ctò denuncianda erat debitori cum assignatione congrui termini ad illas reluendum, saltem juxta stylum, & consuetudinem loci, *Negusan. de pignor. par. 6. mem. 1. nu. 4. et 5., Merlin. eodem tract. lib. 4. tit. 3. qu. 95. nu. 5., Rodriguez de concurs. credit. p. 2. art. 5. n. 17., Ridolph. loco mox cit. n.* 85.

Et tan-

Et tandem, tantum abest, ut ex eo, quod
6 destinata fuerit dies solutionis inserti valeat
datam fuisse Creditoribus facultatem distra-
hendi propria authoritate dd. merces, quin
potiùs contrarium manifestè resultet, anim-
advertendo, quod in casu moræ, in pactum
deductæ fuerunt rigorosæ usuræ ad ratio-
nem sc. 6. pro quolibet centenario, quæ sa-
nè conventio incompatibilis est cum faculta-
te vendendi pignus, nam per talem venditio-
nem sublata extitisset quæcumque debitoris
7 obligatio, ut patet ad sensum; Immò etiam
si aqualiter destinata fuisset dies solutionis,
ac distractionis pignoris, adhuc tamen ad il-
lam legitimè explendam, necessaria omninò
erat interpellatio, & citatio debitoris, juxtà
litteralem censuram *Text. in leg. cum propo-
nas Cod. de bon. und. jud. possid.*, *Rodriguez
de concurs. credit. dicta par. 2. artic.* 15. *n.* 18.,
Mangil. de sub. bast. dicta qu. 160. *n.* 14., *Rota
cor. Duran. dec.* 445. *num.* 8. *& seqq.*, *& in
Sabinen. fideicomm.* 24. *April.* 1690. §. *Sub-
sistere cor. bo. me. Benincasa inter ejus novis-
simè impress. dec.* 220. *n.* 1.

Constabilita ex his realitate crediti in ge-
nere, descenderunt Domini ad illius liqui-
dationem in specie, insequendo ordinem Pe-
ritiæ, in qua huiusmodi damna in tres spe-
8 cies, seu partitas distinguuntur. Prima igi-
tur partita promanabat ex venditione Chi-
rotecarum viliori pretio facta, & ab expen-
sis, quas earum intuitu subiit Belbè, & quam-
vis juxtà diversa pretia, quibus de facili ad-
hibita peculiari industria, & sollicitudine
vendi potuissent dd. merces, hæc partita
ascenderet ad notabilem, & perspicuam
quantitatem, attamen illam approbarunt in
9 sc. 388., quanti etiam calculata fuit in atte-
statione Jacobi Lazzari producta ab ipsamet
Margarita, ponderando, quod in præsenti res
est de liquidatione damnorum, in qua mitiùs
semper procedendum venit, minorque sum-
ma à judicis æquitate determinari debet, ad
Tex. in leg. Tutor §. *Et cæteris ff. de admi-
nistrat. Tutor.*, *Gratian. discept. forens. cap.*
688. *num.* 33., *Rota cor. Cavaler. dec.* 570.
num. 7. *dec.* 153. *num.* 8. *par.* 1 a. *recent.*, *& in
Spoletana liquidationis Fructuum* 28. *Iun.*
1702. § *Ex hisce coram Reverendiss. D. meo
Decano.*

Perperam tamen ab hac partita subducen-
dam esse contendebatur summam Dupl. 40.,
solutam Matriti Nicolao Belbè à Jacomino
altero ex corresponsalibus dictæ rationis
Bancariæ, quoniam illa nihil commune ha-
bet cum negocio Chirothecarum, & Flabel-
lorum de quibus agitur, quemadmodum re-
sultat ex tenore solutionis, & receptæ, ubi
designantur diversæ mercium species, adeout
10 solutio in unam causam facta, ad aliam om-
ninò diversam referri nequeat. ad *Text. in
leg.* 1. *ff. de solut.*, *& in leg. si usuras Cod. de
usur.*, *Rota coram Bich. decis.* 281. *num.* 34.,
& coram Emer. jun. decis. 47. *num.* 6., *& dec.*
1109. *num.* 7., *& in recent. dec.* 360. *n.* 4. *&* 8.
par. 19.

Succedebat altera partita pro Chirothe-
cis, quæ supponuntur partim deperditæ, &
partim deterioratæ, & in hanc causam boni-
ficata extitit Margaritæ summa scut. 206. 40.,
11 quia deperditio, & deterioratio non aliun-
dè probantur, quam ex simplici computo
à corresponsalibus transmisso Fontanæ, &
Andreozzio, in quorum proinde commo-
dum, & exonerationem, nullum probationis
gradum constituere potest, ex passim vulgatis
Juribus. Præterea quando etiam dicta ad-
12 missio concludenter probaretur, utique
cedere deberet in perniciem rationis Banca-
riæ, utpotè proveniens ex negligentia ejus-
dem corresponsalium, *leg. si Servus Servum
ff. ad leg. Aquiliam*, *& leg. neminem Cod. de
Decur. lib.* 10., *R. P. D. meus Ansald. de com-
merc.*, *& mercat. disc.* 39. *num.* 24., *Rovit.
dec.* 79. *à num* 1. *cum plurib. seqq.*, *Rota cor.
Priol. decis.* 413. *num.* 12., & quatenùs re ve-
13 ra prætensa deterioratio subsisteret, cur ad
removendam quamcunque suspicionem
merces deterioratæ non fuerunt exhibitæ?

Tertia demùm partita respiciebat triginta
Flabella, ex quorum venditione retracta
docebatur tantummodò tenuissima summa
sc. 42. 50., quando hic in Urbe empta fue-
rant pretio sc. 330. longeque plures Matriti
vendi debebant. Quamobrem sequentes DD.
rationes latè per Peritum expensas, & inhæ-
rentes familiari, ac quotidianæ praxi, qua in
14 dies edocemur, mercatores quanti minimi
emere, ut quanti plurimi vendant, arbitrati
sunt liquidanda esse damna pro hac partita
in sc. 407. 50.

Non attenta mordicùs promota exceptio-
ne, quod numerus dd. Flabellorum esset
duodenarius tantum; præmissa quippè major
15 quantitas, quæ abundè comprobata remanet,
tum ex depositione Testis perspicuè loquen-
tis de eorum inclusione in Capsulis Matri-
tum transmissis, tùm ex confessione ab ipsis-
met Andreozzio, & Fontana in Libris ratio-
nis emissa, ubi post expressionem duo-
decim Flabellorum subditur --- *& altri
Ventagli contenuti nelle sudette tre Cas-
se* -- tùm, & fortiùs ex Epistola Francisci
Monthioni ipsorum Consocii ad suos corres-
ponsales Florentiæ degentes, scripta de anno
1708. in qua claris notis legitur -- *trenta
Ventagli* -- Ex quibus omnibus simul junctis,
ambigi non potest, quin plena resultet as-
sumpti comprobatio, *Gloss. in cap. Cum cau-
sam in verbo adminicula de probat*, *Rota
coram Cerro dec.* 183. *num.* 17. *&* 18., *& de-
cis.* 233. *num.* 4., *&* 5. *par.* 16., *& dec.* 347.
16 *num.* 23. *par.* 19. *recent.* Præsertim quia ex
dicta annotatione per reos conventos in Li-
bris negocii facta, manifestè patet, Flabella
fuisse generice plura, quam duodecim, ideo-
que eorum numerus in specie sufficienter
concluditur levioribus probationibus, ad normã
regulam, de qua *Rota cor. Gregor. dec.* 324.
num. 4., *& decis.* 263. *num.* 1., *&* 2. *part.* 18.
recent.

Adversus hujusmodi partitas ascendentes
ad

ad summam scut. 1001. 90. opponebant Andreozzius, & Fontana saltem compensationem, seu retentionem pro eorum credito, ex quo mutuo dederant præfato Nicolao Belbe sc. 1280. in emptionem controversarum mercium erogata, quemadmodum resul-
17 tabat ex schedula: *Pagerò*: quam equivalere Instrumento publico, ac plenissimam crediti probationem præseferre nemo est qui dubitet, *Card. de Luc. de credit., & debit. disc.* 25. *n.* 2., *Rota dec.* 553. *n.* 3 *par.* 18. *recent.* cum concordan. relatis per *R. P. D. meum Ansaldum de commerc.*, & *mercat.*
18 *disc. general. num.* 170., & *seqq.* Et sanè cum dd. rei conventi in causam restitutionis mutui receperint solum sc. 951. 27., ducto calculo, clarum erat eorum residuale creditum in scut. 328. 73., quæ proindè demenda esse à supradicto damnorum credito DD. censuerunt, & pro residuali summa sc. 673. 17., relaxandum fore mandatum.

Nec ulla ratio habita fuit de fructibus, pro quibus pariter intrare compensationem sibi blandiebantur Fontana, & Andreozzius;
19 quandoquidem placuit responsio, quod integralem crediti satisfactionem commodè consequi poterant, nisi merces cum adeo notabili damno Belbè debitoris distractæ fuissent, in quibus terminis æquitas non patitur, ut in ulterius, graviusque ipsius præjudicium creditores ex propria culpa fructuum etiam commodum reportent, *leg quæro* §. *Inter Locatorem ff. locat.*, *Alex. cons* 84. *num.* 3. & 4. *lib* 6., *R. P. D. meus Ansald. de commerc.*, & *mercat. dicto disc.* 39. *num.* 16., *Rota cor. Dunoz. jun. dec.* 88t. *n.* 11., & *dec.* 4. *n.* 13. *par.* 17., & *dec.* 535. *n* 2., & 21. *par.* 19. *recen.*

Sicut etiam suffragari non posse visa est rationi Bancariæ exceptio prælationis, quam
20 sibi competere prætendebat in vim vulgatæ *leg. licet*, *Cod. qui potior. in pignor. babeantur*, ex quo merces emptæ fuerint cum illius pecuniis. Constat enim in facto, quod ultra dictam summam sc. 1280. mutuò receptam à ratione Bancaria, Belbè in emptionem mercium erogavit alia sc. 900. de proprio, & per
21 consequens saltem super hac rata potiora semper sunt jura Margaritæ Uxoris, *Audreol. controv.* 9. *n.* 10., & *seqq.*, *R. P. D. meus Ansald. de commerc.*, & *mercat disc.* 13. *num.* 30., & *disc.* 85. *num.* 7., *Rota cor. Cerr. dec.* 477. *n.* 9., & *seqq.*, *et in recen. dec.* 248. *n.* 3. *par.* 15., & *dec.* 331 *n* 17. *par.* 18.

Cum itaque ex præmissis eius creditum, tàm in genere, quàm in specie à contrariis exceptionibus satis vindicatum appareat, iure meritoq; relaxatum fuit mandatum contra sæpedictam rationem Bancariam Fontanæ, & Andreozzii; ipsi enim receperunt pignus, quod subinde de eorum mandato, & propria authoritate venditum fuit, ideoque
22 licet distractio facta extiterit ministerio illorum de Contuccis, & Jacobinis, nihilominus cum actus tribuatur mandàti, non exequenti, nullatenùs evitare potuit refectionem damnorum, ad tradita per DD. in *cap.* 1. §. *Procuratot de procurator. in* 6., & *in leg. si Procuratorem* §. *Si quis mandaverit ff. mandati*, *Gratian, discept. forens. cap.* 395. *num* 9., *R. P. D. meus Ansald. de commerc.*, & *mercat. discurs.* 29. *num.* 17., & *seqq.*, *Rota decis.* 73. *à num.* 11. *par.* 15. *recen.*, & *in Romana Affictus* 23. *Maii* 1712. §. *Ad septimam coram R. P. D. meo Aldovrando.*

Quin relevet transactio inita à dicto Belbe anno 1708. cum præfatis Andreozzio, & Fontana, in qua subiit onus agendi adversus Contuccium, adjecitque pactum non molestandi amplius eorum rationem Bancariam. Duplex namque occurrebat responsio, altera, quod
23 huiusmodi conventio fuit correspectiva ad obligationem susceptam ab iisdem Andreozzio, & Fontana tradendi Belbe omnia iura, & iustificationes necessarias ad agendum contra dictum Contuccium, propereaque iis nunquam traditis, contractus resolutus extitit, *Rota dec.* 469. *num.* 8. *coram Buratt.*, & *dec.* 273. *num.* 24., *et* 25. *par.* 16. *recent.*, ac alibi passim, & de facto iudicialiter etiam eius resolutio canonizata fuit.
24 Altera verò, quod cum Margarita ratione Dotis esset creditrix hypothecaria, & anterior, neutiquam poterat Vir in eius præiudicium ad supradictas conventiones devenire, ad *Text. in leg. debitorum*, *Cod. de pact.*, *Mans. consult.* 435. *num.* 3., *Rota cor. Bich. decis.* 191. *num.* 1. *et cor. Priol. decis.* 584. *n.* 18., & *in recen. decis* 291, *num* 10. *par.* 18., & *in Romana Pecuniaria* 3. *Febru.* 1713. § *Quin immò cor. R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis*
25 *Gubernatore.* Maxime quia iam cesserat bonis, & ideò actus ab eo gesti in præiudicium tertii tanto minùs attendi merentur, ut in fortioribus terminis proximè decocturi, tradunt *Amat. resolut.* 57. *num.* 8., *Urceol consult.* 61. *num.* 24., *et de transact. quæst* 34. *à n.* 1. *cum seqq.*, *Rota cor. Buratt. dec.* 9., *et cor. Royas dec.* 322. *n* 6., *et* 7. *et dec.* 14. *nu.* 2., *et* 3. *par.* 14. *recen.*

Juxta postremam tandem rescripti par-
26 tem demandarunt Domini, quod Margaritæ subministrentur sc. 70. in causam declarandam, iustificata enim fuit eius paupertas, & constitit de illius bono Jure, tum ex hucusq; perpensis, tum ex sententia ad eius favorem lata in prima instantia ab A. C., quibus extremis concurrentibus, nostrum Tribunal præstationem alicuius summæ, nunquam denegare solet, teste *Rota decis.* 404. *n.* 2. *et* 10. *part.* 18., *et decis.* 130. *num.* 1., *et* 7. *part.* 19. *recent.*

Et ita utraque &c.

SORANA DIVISIONIS SUPER REDDITIONE RATIONIS.

Mercurii 31. *Januarii* 1714.

ARGUMENTUM.

Hæc est confirmatoria alterius sub die 18. Aprilis 1712.

Fra-

Fratres, qui in communione omnibus requisitis probata, vixerunt, & communiter omnia bona administrarunt, actiones confundisse ad invicem dicuntur: taliter, ut unus ab altero rationis redditionem expostulare prohibeatur.

SUMMARIUM.

1 *Frater non potest requirere fratrem de redditione rationis, nisi in administratione illum se immiscuisse probet.*

2 *Limitatur in fratribus, qui promiscuè administrarunt, & ex operatione legis actiones confunderunt circa redditionem rationis, adeout ex eodem legis ministerio hinc inde habeat locum compensatio.*

3 *Amplia, si communis administratio ex formali testium examine probetur.*

4 *Fides extrajudiciales cedunt formali examini aliorum Testium.*

5 *Frater major semper in dubio præsumitur administrasse, & non minor, ratione preheminentiæ ætatis.*

6 *Redditio rationis non potest peti adversùs hæredem illius, qui eamdem similiter postulavit, ob confusionem jurium, & actionum.*

7 *Non datur inter fratres, qui simul cohabitarunt, in confuso lucra ad invicem communicarunt, & talis petitio hinc indè numquam facta fuit.*

8 *Mutua remissio computorum inter fratres non destruitur, ex quo unus in patria moratus fuerit, quando communio in aliis extremis verificatur, & vide rationem.*

9 *Modicæ acquisitiones factæ ab uno ex fratribus non attenduntur, & confunduntur cum aliis majoribus communi nomine acquisitis.*

10 *Amplia, si universalis communio hinc indè fuisset per fratres recognita, & approbata.*

DECISIO DCCCXIX.

Contendente Joanne Honuphrio de Tutlis sibi reddendam fore rationem per Fratres minores de communium bonorum administratione, censuit nostrum Tribunal sub die 18. Aprilis 1712. coram Me insubsistentem prorsus esse hujusmodi prætensionem; expeditaque ad formam hujus resolutionis causa, in eodem sensu subindè perstitit die 23. Junii superioris anni coram R. P. D. meo Crispo, qui sententiam Rotalem confirmandam esse pronunciavit. Cumque ulterioris appellationis causa iterum mihi delegata fuerit, facili negocio hodie DD. in contumaciam alterius Partis, dilationem frustrà petentis, præfatæ sententiæ *novum confirmationis robur adjicere* non hæsitarunt.

Rursus enim præsupposita validitate ex actorum revolutione, firmiter subsistere visum est justitiæ fundamentum, ex eo, quod,
1 cum nullo modo probetur administrationem præfatorum bonorum privativè resedisse penès fratres minores, utique Joannes Honuphrius ab ipsis redditionem rationis expetere non potest, resistente expressa dispositione *Tex. in leg. Creditor*, ibique *Gloss. in §. duobus ff. mandat*, quam latè exornant authoritates adductæ in prima Decisione §. *Deficere enim coram Me*, & in altera
2 §. *Supposita coram R. P. D. meo Crispo*. Ea convincenti ratione, quia sicuti supposita hujusmodi probatione, Fratres promiscuè in bonorum administratione se se immiscuisse censentur, ita per tacitam, mutuamque compensationem operatione legis inductam, confusa, & sublata remanet hinc inde obligatio reddendi rationem, juxta plenè firmata in *Romana hæreditatis de Rivaldis prima Februarii* 1709. §. *Hactenus*, & 5. *Maij* 1710. §. *Posita enim*, & 4. *Februar.* 1711. §. *De reliquo cor. R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*, cum cæteris concordan. relatis in prima Decisione sub dicto §. *Deficere*, & *in decis. R. P. D. mei Crispi* §. *Supposita in fine*.

Tantoque magis, quia non in simplici hac præsumptione fundantur prædicti fratres minores, sed ulterius promiscuam hujusmodi
3 administrationem concludenter comprobarunt ex Testibus formiter examinatis, concorditer recensentibus plures, & plures actus, qui intra spheram privativæ alicujus administrationis coarctari non possunt, proindeque ad communem administrationem referendi veniunt, quemadmodum omnes distinctè reassumendo, prosequitur utraque Decisio prima, §. *Nempè*, §. *Hujusmodi*, & §. *Clarius*, & altera dicto §. *Supposita quippè*.

Hinc jure, meritoque in præcedentibus causæ instantiis, semper rejectæ fuerunt
4 simplices extrajudiciales attestationes per Joannem Honuphrium adductæ ad probandum, quod ipse in Patria, ubi administrationis sedes retenta fuit, numquam moram traxerit, quodque Emilius natu maior inter omnes fratres specialiter administrationi præfuerit. Utraque enim exceptio, nedum corruit è conspectu præmissarum probationum, sed etiam altera magis magisque insubsistens convincitur ex repetitis actibus per ipsum gestis in Patria, ut notat dicta Decisio §. *Perperam verò coram Me*, & §. *Quin*
5 *pro excludenda coram R. P. D. meo Crispo*. Altera verò nihil prorsus concludit ad intentum, quia preheminentia in obsequium majoris ætatis debita Emilio, compatibilis erat cum administratione etiam per alios fratres expleta, & in omnem casum eo ipso,
6 quod eidem Emilio omnes fratres ab intestato, absque Inventarii beneficio successerunt, confusa, & perempta extitit quælibet actio pro redditione rationis, ad *Text. in leg. Stichum* §. *Aditio ff. de solut.*, *Leg. si debitori Creditor ff. de fidejuss.*

7 Atque hæc, quæ in quocumque casu sufficerent ad excludendam prætensam redditionem rationis, potiori jure procedere visa sunt DD. in præsenti hypothesi, animadvertendo, dictos fratres habitationem, bona, & lucra

lucra omnia ad invicem communia semper habuisse, absque eo quod ulla unquam ratio inter ipsos reddita, seu expostulata fuerit; ideoque quemadmodum exindè universalis bonorum communio, & Societas inter eosdem inducta extitit, juxtà vulgata requisita *Bartol. in leg. Titium, & Mævium §. Altero num. 5. ff. de administr., & pericul. Tutor.*, de quibus ultrà relatos in præcedentibus decisionibus, firmat *Rot. in Rom. supplementi 15. Maii 1713 §. Talis namque cor. Me*, ità per consequens redditioni rationis locus esse non potest, ex firmatis in prima Decisione *§. Constabilita cor. Me*, & in altera *§. Quæ omnia cor. R.P.D. meo Crispo.*

Quin relevet, quod quilibet ex dd. Fratribus, & signanter Jo. Honuphrius aliquando à Patria recesserit, nonnullæque bonorum acquisitiones per ipsos particulari nomine
8 factæ appareant. Cohabitatio enim ad effectum inducendæ communionis universalis, sumenda non est in sensu materiali pro continua, ac nunquam interrupta permanentia in eodem loco, & sub eodem tecto, sed sufficit, quod verificetur (prout in præsenti) respectu ad promiscuum totius patrimonij in unum redacti usum, etiam in ordine ad absentem à communi habitatione, ut prosequitur *Rota in dicta Romana supplementi 15. Maii 1713. §. Et quamvis coram Me*, & concordantes referendo, notat prima Decisio *§. Non obstat*, & altera *§. Nullatenus.*
9 Prout etiam dd. modicæ acquisitiones, quæ in his terminis particulari nomine factę censentur ex aliquo motivo omnibus sociis utili, confunduntur ab aliis, & numero, & qualitate præstantioribus communi nomine factis, quemadmodum plenè probant præcedentes
10 decisiones, in quibus, cùm ulterius demonstretur, Jo. Honuphrium semel, atque iterum tam verbis, quam factis hujusmodi universalem communionem agnovisse, superfluum existimarunt DD. hac in re diutiùs immorari, remissivè in omnibus sese habentes ad easdem decisiones.

Et ità altera tantum &c.

FIRMANA PRIMOGENITURÆ SUPER TRANSACTIONE.

Lunę 5. Februarii 1714.

ARGUMENTUM.

Tanta est virtus, & efficacia Transactionum, ut si ad resecandas lites inter Hæredes gravatos de re fideicommissaria sequutæ sint, etiam Successores proprio jure venientes afficiant, maximè si bona fide, & de consilio Juris peritorum emanassent, diuque fuissent observatæ, & utilitas Vocatorum oculariter recognosceretur.

SUMMARIUM.

1 *Immissio non datur, si obstet transactio, licet postuletur à Vocato ad bona fideicommissaria, ad quæ jure proprio vocetur, & vide casum.*

2 *Transactio resecat omnes lites, & actiones.*
3 *Facta bona fide inter gravatos super bonis fideicommissariis ligat Successores jure proprio venientes, maximè si longà serie annorum fuisset observata*, & n. 16.
4 *Transigens, contra propriam transactionem nequit venire.*
5 *Amplia, si solemnitatibus necessariis, & si de consilio Jurisperitorum sequuta sit, ab omnibusque transigentibus laudata.*
6 *Subamplia, si in transactione expressum fuisset omne jus dubium, & disputabile.*
7 *Item si ejus causa transigentes, bona cum utilitate recuperassent.*
8 *Transactio semper dicitur justa, & substinetur, si ex solo motivo incerti litium eventus facta fuisset.*
9 *Transactio, ut habeat effectum, attendi debet status causæ ejus temporis, nec curari de iis, quæ à futuro eventu dependeant.*
10 *Transactio, etsì aliqualiter obstaret menti Fideicommittentis, adhuc tamen substinetur, quando lites damnosæ fideicommisso per illam resecantur.*
11 *Prohibitio dividendi bona fideicommissaria, numquam comprehendit divisiones factas per transactionem utilem fideicommisso, uti litium extinctivam, & pro bono pacis inter Vocatos.*
12 *Amplia, si divisio sit facta ad tempus, donec bona per extinctionem unius lineæ, in uno tantum Primogenito consolidarentur.*
13 *Transactio non infringitur, si fuissent divisa bona, quæ communiter debebant possideri, quando ista prohibitio respexisset portionem tantum bonorum, quæ ad unam ex duabus lineis pertinere debuisset.*
14 *Amplia, ut neque ex defectu insinuationis, quæ stante lapsu temporis, supervenisse præsumitur.*
15 *Insinuatio non requiritur in contractibus initis in locis Statuto Faventino subjectis*
17 *Transactio, ut rescindatur ex capite lęsionis, læsio esse debet ultra demidiam.*
18 *Transactio, ut substineatur ex justa causa, sufficit dubietas articuli, quæ lites parere potuisset.*

DECISIO DCCCXX.

Maturo suppositis hodiè examini viribus, & fundamentis Decisionis in hac Causa editæ 26. *Junii superioris anni cor. R.P.D. meo Crispo*, ad cujus formã favore Asdrubalis de Vinciis pronunciatũ fuerat, Antonio, cæterisque de Porta *dandam non esse immissionem ad bona controversæ Primogenituræ, eisque obstare transactionem*. Compertum extitit, illa undequaque firmiter subsistere, proindeque Domini novo confirmationis robore Sententiam Rotalem communire non hæsitarunt.

Retenta enim facti serie, latè in dicta decisione recensita, ex qua constat prædictam Primogenituram post obitum ultimi masculi

de familia Juliuccia, à qua originem trahit, uberrimam semper litium segetem suppeditasse, nedum, quia admodum dubium, & incertum erat cui nam ex pluribus inter se contendentibus deberetur in illa successio, & prælatio, quemadmodum videre est *in dec. 244. par. 12.*, *& dec 1. par. 13. rec.*. Verum etiam, ex quo aliis in dies prodeuntibus oppositoribus, post dilatam Causæ resolutionem, ob gravitatem articuli, semel, atque iterum censuit nostrum Tribunal non *constare de Primogenitura*, *ut in dicta decis. 419. par. 13.*, *& dec. 1. par. 14. rec.*

Illicò manifesta redditur validitas, & ju-
1 stitia transactionis, quam jure, meritoque obstare immissioni ab actoribus expostulatæ definitum fuit, cum per eam quelibet actio
2 sublata, & exincta remanserit, *l. causas*, *& l. non minorem C. de transact.*, *Rota in Romana Domus* 10. *Junii* 1707. §. *Immissio enim coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urb. Gubernatore*, *& in Romana seù Tusculana Transactionis* 11. *Maii* 1711. §. *Et ex his coram Rmo D. meo Decano*.

Et sanè si hujusmodi transactio, utpote
3 exuberanti bona fide inita ad effectum restaurandi dictam Primogenituram, recuperandique illius bona penès extraneum tanquam libera per tot annorum spatium existentia, afficeret etiam quoscumque successores, tametsi independenter à transigentibus ex jure proprio venientes, ut præter authoritates adductas in *Decisione* præcedentis instantiæ §. *Nullo sanè*, latè probat *Rota in Bononien. Transactionis* 23. *Junii* 1713. §. *Quæ sanè coram R. P. D. meo Cerro*, *& in Romana Immissionis* 16. *Januarii* §. *Magnificatum coram Me*, *& 9. Junii ejusdem anni* §. *Ex his coram R. P. D. meo Crispo*, & in confirmatoria 12. *Januarii proximè præteriti* §. *Constabilita*, *pariter cor. Me*,

Quanto potiori jure afficere debet ipsos
4 met transigentes, qui sub iterata juramenti religione, perpetuam illius observantiam inviolabiliter promiserunt, ad *Text. in l. si quis major C. de transact.*, *Rota cor. Merlin. dec. 767. num. 13.*, *& cor. Bich. dec. 560. n. 14.*, *& coram Emerix Jun. dec. 199. n. 11.*, *& dec. 352. n. 2.*, *& seq. par. 9. rec.*

5 Eoque potissimum, quia res est de transactione numeris omnibus absoluta, nam prævio maturo examine negocii, adscitis etiam Juris consultorum suffragiis, promota, continuata, & felicitèr tandem completa extitit authoritate, & consilio Eminentissimi mediatoris, nempè clar. me. Cardinalis Ginnetti Archiepiscopi Firmani, omnibus interesse habentibus præmaximè accepti, subindè vero ad hæc usque tempora religiosè, prout par erat, observata apparet, adeout in his terminis transigentibus datum ampliùs sit ab illa resilire, quemadmodum hæc omnia distinctè ponderando, optimè prosequitur *Decisio R. P. D. mei Crispi* §. *Quod eo magis*, & in longè debilioribus circumstantiis respondit *Rota in Tudertina Donationis* 10. *Martii* 1692. §. *Tum quia cor. cl. me, Card, Caccia*, *& in Tudertina Transactionis* 25. *Januarii* 1706 §. *Fortius autem coram Reverendissimo D. meo Decano*, *& in dicta Romana*, *seù Tusculana Transactionis* 11 *Maii* 1711. §. *Eoque validius coram eodem*.

Sine difficultate, attento, quod in transa-
6 ctione deductum fuit jus non solum dubium, & disputabile, verum etiam quodammodo extinctum, nam ex supra ponderatis geminę prodierant Decisiones nullam adesse primogenituram firmantes, & ulterius quoque ad earum formam lata fuerat sententia, cujus vigore cl. me. Card. Decius Azzolinus omnia bona Primogenialia, usque ad obi-
7 tū pacificè possedit; quamobrem eo ipso, quod trāsactionis presidio, tres ex quatuor portionibus dictorū Bonorum recuperatæ fuerunt ad commodum vocatorum ad eandē Primogenituram, utique nemo non videt patentem utilitatem, quam reportarunt transigentes, & justitiam causæ, qua moti sunt ad contrahendum post dictam contrariam sententiam, ut individualiter probant authoritates in præfata *Decisione* relatæ §. *Accedit*, & in fortiori casu, quo alter ex transigentibus favora-
8 biles sententias, & rem judicatam obtinuerat, quod adhuc legitimam transigendi causam eidem suppeditaverit incertus futuræ litis eventus, dixit *Rota in Romana fideicommissi* 12. *Iunii* §. *Bona autem fides coram Reverendissimo Labacen-*, & novissimè *in dicta Romana Immissionis* 12. *Ianuarii proximè preteriti* §. *Neque ad excludendam coram Me*.

Quin suffragari valeat repetita exceptio, quod hodie hæsitandum ampliùs non sit de existentia Primogenituræ, postquam solemniter canonizata fuit per Sententiam Rotalem *R. P. D. mei Falconerii*, ac uniformem Decisionem in subsequenti instantia *coram R. P. D. meo Crispo*. Etenim pro sustinenda transactione, & ad effectum dignoscendi
9 illius validitatem, pensari unicè debet status Causæ de eo tempore, quo inita fuit, nec curandum ullo modo est de iis, quæ ex post variato rerum statu contigerunt, aliàs enim actum esset de transactionibus, si à futuro eventu earum momenta diudicanda forent, *Rota post Merlin. de Pignor. dec. 48. nu. 18. & 19.*, *& in Reatina fideicommissi 4. Martii* 1704. §. *Proptereaque coram Reverendissimo D. meo Decano*, *& in dicta Tudertina Transactionis* 25. *Ianuarii* 1706. §. *Non relevante cor. eodem*, *& in dicta Romana Immissionis* 12. *Iannarii proximè præteriti* §. *Absque eo quod cor Me* cum, cæteris concordan. relatis in præcedenti *Decisione* §. *Manifestam*.

Minus relevat altius hodiè promotum assumptum, quod licet inspectis rei circumstantiis de tempore transactionis, legitima subesset causa transigendi cum Marchione Pompejo hærede dicti clar. mem. Card. Azzolini, cujus favore prodierat sententia Ro-

talis canonizans bonorum primogenialium libertatem, nihilominus exinde inferri nequeat ad bonam fidem cæterorum contrahentium, qui notabiliter excesserunt in modo transigendi, dividendo inter se prò equali portione bona recuperata, quando omnia integraliter reservanda erant ad commodum unius tantum ex eis, qui subinde favorabilem sententiam reportasset in nostro Tribunali, ubi controversia pendebat, juxta expressam voluntatem Conditorum Primogenituræ, qui quamcumque bonorum divisionem strictissimè prohibuerant.

Siquidem rursùs animadverterunt *Domini*, quod si cæteri contransigentes ad bono-
10 rum divisionem modo prædicto non devenissent, dubio procul transactio non litis actu, etiam inter ipsos vigentis extinctiva, sed majoris, graviorisque dissidii productiva extitisset, quo nihil absurdius, ulterius quis unquam ex eis curasset vindicare jus Primogenituræ, recuperando bona è manibus extranei Possessoris, nisi allectus fuisset certitudine reportandi aliquod commodum; quamobrem in his terminis scindi nequit transactionis contractus, sed æquè validus reputandus est quoad omnes contransigentes, prout egregiè combrobat *Decisio R. P. D. mei Crispi §. Prout pariformiter*.

Atque hinc corruit subalterna objecti pars
11 desumpta à lege Primogenituræ irritante quemlibet actum divisionis, & alienationis; illa namque locum sibi vindicat in divisionibus, & alienationibus voluntariè factis per vocatos in eversionem Primogenituræ, nunquam verò comprehendere potest præfatam divisionem, quæ laudabiliter inita fuit per viam transactionis ad extinguendas lites, quæque patenter occurrebat irreparabili præjudicio ejusdem Primogenituræ, ideoque immunis est à dicto præcepto fideicommittentium, cum eorum potius voluntati famuletur, *Olea de cess. jur. tit.2. quæst.1, num.47., Mieres de majorat. Hispan. par.4. quæst.22. nu.17., Rota coram R. P. D. meo Ansaldo dec.46. num.20., & dec.158. n.15. cum seq. par.13., & dec.534. num.16. par.14. recent.*

Maximè quia in ulteriorem observantiam
12 & implementum voluntatis Testatorum, transigentes providè diviserunt bona non in perpetuum, sed ad tempus, quousque durarent eorum lineæ, quarum altera deficiente, portio cæteris accrescere debebat, donec tandem aliquando in unico Primogenito bona omnia consolidarentur, quemadmodum in casu, quo plures Primogenituram seù fideicommissum ad se spectare contendant, certentque ad invicem de prælatione, faciendum esse præcisè monent, *Urceol. de transact. quæst.50. num.44., Card. de Luca de fideicommiss. in Summario n.287. versic. aut sola lis, cum cæteris concordan. in decisione præcedentis instantiæ §. bis obesse in fine*.

Levioris demùm momenti visæ sunt cæte-

ræ nullitates, quæ adversùs dictam transactionem opponebantur, ex quo fratres de Porta eidem assensum præstiterint sub conditione, quod bona in communi possiderentur, proindeque ex eorum divisione inferebatur non servatam fuisse formam mandati, quod ulterius, cum non doceatur insinuatum, prout opus erat, attenta minori ætatè eorundem de Porta, inefficax reputandum veniat ad ineundam prædictam transactionem.

13 Communio quippè à mandantibus expressa, respicit eam portionem bonorum, quæ in transactione Familiæ de Porta obtigisset, quam quidem omnes Fratres æqualiter frui intendebant, non vero cæteras partes, quæ Vinciis, & Adamis assignandæ erant, ut perspicuè patet ex littera ejusdem mandati procuræ ibi -- *dummodo ex bonis in partem obveniendis &c. quilibet ex dictis fratribus exponentibus respectivè, suam coequalem partem consequi debeat, seù communitèr frui, & non alias*.

14 Insinuatio vero, ultrà quod cum sit solemnitas extrinseca, quæ etiam ex post supervenire potest, intercessisse præsumitur, stante longæva contractus approbatione, & observantia, *Gratian. discept. forensf. cap.869. num.4., Rot. dec.151. num.7. par.11., dec.477. num.10. par.13., decis.254. nu.22. par.14., & dec.709. num.11. par.18. rec.*, adhuc nullo
15 modo erat necessaria in casu nostro, ex peculiari dispositione Statuti Firmani, quam attendendam esse in concursu generalis constitutionis Marchiæ, ad hunc præcisum effectum respondit *Rot. coram Penia dec.1049. n.6., & in Firmana Evictionis 3. Junii 1701. §. finali coram R.mo D. meo Decano*.

Incontrovertibilem ex his agnoscentes validitatem transactionis scribentes pro Fratribus de Porta, præcipuum hodiè defensionis momentum adstruere satagebant in clara eorum vocatione, exindè inferendo ad læsionem; & ad hunc effectum, perindè ac si re integra disputandum esset, an controversa Primogenitura post obitum ultimi Masculi de Familia Juliuccia spectaret ad Vincentium de Porta descendentem ex Anna Maria Sorore conditorum ejusdem Primogenituræ, vel potiùs ad Bnioannem Vincium provenientem ab Aurelia eorundem Amita, & maiorem natu hujusmodi articuli inspectionem lato calamo assumebant, sed inutiliter.

Nàm si ex plenè deductis ex abundanti in *Decisione R. P. D. mei Crispi à §. Sed ex abundanti usque in finem*, aliquibus etiam ex *Dominis* in præcedenti instantia littera substitutionis assistere videbatur præfato Bnioanni Vincio, à quo descendit Reus conventus, si Authores ipsorum met de Porta, antequam iniretur transactio, suæ prælative vocationis, jura acriter promoverunt *corbo.me. Verospio* anno 1660., & tamen ob rei dubietatem divisis suffragiis nulla capta
16 fuit resolutio. Quo nam pacto modò prætendi potest claram esse, & indubitatam vo-

cationem sæpedictorum Fratrum de Porta, ad durissimum effectum rescindendi transactionem adeo bona fide, patentique omnium vocatorum utilitate celebrata ex ca-
17 pite læsionis, quæ tamen in continenti concludentissimè probanda foret ultrà dimidiam in magno excessu, itaut nullo prorsus colore excusari posset, *Urceol. de transact. quæst. 94. num.16., Rota post.eundem dec.82. nu.7., & dec.144. num.3. par.13., et dec.461. n.10. par.19. rec., et in dicta Tudertina Transactionis 25. Ian.1706. §. Potissimè cor. Rmo D. meo Decano, et in dicta Romana Cessionis 3. Decembris ejusdem anni §. Adeout, et seq. coram eodem.*

Supervacaneum proindè existimarunt Domini, improbo labore articuli discussionem aggredi, cum ad intentum superabundet il-
18 lius dubietas ex mox recensitis circumstantiis evidenter resultans, quemadmodum in debilioribus terminis pro substinenda transactione respondit *Rot. in d. Romana cessionis 3. Decembris 1706. §. Adeout cor. Rmo D. meo Decano, et in Civitatis Vetulæ Transactionis 20. Aprilis 1708. §. Absque eo quod, et seqq. cor. R.P.D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore.*

Et ita in reliquis remissivè se habentes ad late firmata in decisione præcedentis instantiæ, responderunt utraque &c.

FIRMANA PRIMOGENITURÆ SUPER BONIS POSSESSIS PER ADAMOS.

Lunæ 5. Februarii 1714.

ARGUMENTUM.

Divisio de bonis fideicommissariis facta pr transactionem à Partibus observatam, & sub conditione, quod extincta una linea, integrum Patrimonium alteri superstiti accresceret, fideicommisso dicitur favorabilis, duabus verò extantibus lineis æquè vocatis, fideicommissum hinc inde dividendum est.

SUMMARIUM.

1 *Pactum, quod bona accrescere debeant lineæ superstiti in casu extinctionis unius lineæ, initum inter gravatos, paratam habet executionem.*
2 *Conventio, quod bona primogenialia similiter se habeant in casu extinctionis uniut lineæ, dicitur famulativa menti testatoris, licet de hoc mentionem non fecisset, & vide rationem.*
3 *Transactio circa modum succedendi in bonis primogenialibus inter gravatos inita, attendenda est, etiam si quodammodo Testatoris menti adversaretur.*
4 *Lineæ in pari gradu existentes, pro virili censentur vocatæ ad bona fideicommissaria, si adsit pactum, quod una extincta portio illius alteri accrescat.*
5 *Referens, licet restringat ur ad terminos rela-ti, regula hæc tamen fallit, si transigentes in rescercute id disposuissent.*

DECISIO DCCCXXI.

Quemadmodum in contextuali mea decisione confirmationem promeruit Sententia Rotalis respiciens transactionem initam inter omnes ad controversiam Primogenituram aspirantes; ita per consequens *confirmandam esse censuerunt alteram sententiam contemporaneè latam ab R. P. D. meo Crispo,* in qua rite, recteque ad formam ejusdem transactionis pronunciatum fuit *dondam esse immissionem pro æquali illis de Vinciis, & de Porta, super bonis olim possessis per Adamos.*

Cum enim inter cæteras conventiones
1 in prædicta transactione constabilitas appositum sit pactum, quod in casu, quo aliqua contransigentium linea extingueretur, illius portio bonorum primogenialium, ad aliam lineam, seu lineas superstites devolvi deberet; utique estincta nuper linea illorum de Adamis, factus est locus dictæ conventioni, adeout in ejus exequtionem bona per ipsos possessa, antedictis lineis superstitibus, æqualiter accrescere debeant.

Neque ad repellendos Vincios ab hac immissione, profuit iterum promota exceptio, quod d. conventio, utpotè contraria voluntati Conditorum Primogenituræ, attendi non mereatur; ultra quod enim sublata remanet qualibet contrarietas, ex quo potius famulativè ad eorum vota vigore d. Conventionis tractu temporis bona omnia in unico Primogenito consolidari possunt, ex latè firmatis in decisione præcedentis instantiæ super transactione §. *His obesse cor. R. P. D. meo Crispo,* & in d. contemporanea mea decisione §. *Maxime quia,* & ulterius per admissionè unius tantù lineæ, prout in præsenti consultum non esset legibus primogenituræ, quia adhuc tertia pars bonorum penes alteram lineam remaneret.

Cessat pænitus difficultas, nam supposita
3 validitate transactionis, religiosè servanda sunt pacta ibidem apposita, quamvis ea diversum succedendi ordinem ab illo in Primogenitura demandato præseferrent, juxtà authoritates relatas in *dec. R.P.D.mei Crispi §. Absque eo quod,* & novissimè dixit *Rot. in Romana Immissionis 9. Junii 1713. §. percurrendo cor. eodem, & 12. Januarii proximè præteriti §. Immotum, & §. Tum & fortius cor. Me.*

Atque hinc nulla subest necessitas coarctandi devolutionem portionis illorum de Adamis ad favorem unius dumtaxat lineæ, quando juxtà germanam, & litteralem transactionis intelligentiam, utraque invitata dignoscitur ad eamdem portionem, & omitti poterat animadversio, quod utraque linea censeatur vocata ad successionè, una scilicet post aliam ex illis verbis -- *Et in casu, quo aliqua ex eorum lineis extinguatur, bona prædicta ad aliam lineam, seù lineas superstites*

4 *perstites devolvantur* -- quoniam cum d. alternativa respiciat casum extinctionis lineę, & devolutionem bonorum illico faciendam, non alium patitur intellectum, quam quod si unica tunc temporis superesset linea, successio ad illam in totum spectaret, si verò geminæ lineę existerent, tunc illæ ęqualiter succederent; secus enim contradictionem involveret vocatio linearum, dareturque instantanea correctio, ut patet ad sensum.

Relatio pariter facta per transigentes ad
5 tenorem Primogenituræ, nihil prorsus ad intentum concludit, quia intelligenda est de his, quæ non sunt specialiter in referente constabilita, juxta vulgatam regulam, de qua *Adden. ad Buratt. dec.* 52. *n.* 13., *Rot. cor. Cerro dec.* 480. *n.* 11., & propterea, trahi non debet ad successionem desetendam in casu extinctionis alicujus lineę, super quo transigentes expresse pepigerunt ad favorem linearum superstitum.

Cęterum, cum ex deductis, tàm in decisione precedentis instantię super transactione cor. R.P.D. meo Crispo, quam in alia contextuali coram Me, tantum absit, quod clara sit prælativa vocatio illorum de Poria, ut potius eorum Jura maximas patiantur difficultates, inutiliter in presenti ostendere satagunt, quod omnia bona lineæ extinctæ, ad propriam lineam devolvi debeant, supponendo id, quod est in quęstione.

Et ita utraque &c.

ASCULANA EVICTIONIS.

Lunæ 19. *Februarii* 1714.

ARGUMENTUM.

Mater solidaliter in casu evictionis cum filiis obligata pro dote filiæ in stabilibus constituta, eveniente casu, directè pulsari potest, nec locus est dubio, an teneatur, vel ne dotare, vel in subsidium.

SUMMARIUM.

1 *Actor, & simul hæres sui debitoris, agendo repellitur per exceptionem desumptam à leg. Vindicantem*, & n. 16.
2 *Obligatus de evictione, eveniente casu, tenetur ex stipulatu.*
3 *Dos in Civitate Asculi non potest secundum patrium Statutum excedere florenos* 2500.
4 *Dos si consistat in specie, talis excessus ab allegante concludentissimè, & liquidè probari debet.*
5 *Ista probatio sumenda non est ex valore antiquo stabilium assignatorum, sed ex præsentaneo de tempore constitutionis, & vi de rationem.*
6 *Dot excessiva ut substineatur, eget Apostolica derogatione.*
7 *Beneplacitum Apostolicum ob excessivam dotem, post lapsu* 30. *annorum reportatum præsumitur.*
8 *In dote excessiva de stylo Civitatis Asculi, in instrumentis dotalibus apponitur pactum reportandæ derogationis Apostolicæ.*
9 *In hac materia Curialium, & Notariorum loci, attestationibus multum defertur.*
10 *Defectus dicti beneplaciti non inficit contractum, & dotale instrumentum, quando in eo adsit talis reservatio, vigore cujus semper potest reportari.*
11 *Cessio crediti, sive donatio, quæ in commercium deduci possunt, non subjacent censuræ* Textus in L. Ab Anastasio, *& quando secùs.*
12 *Jus certum cedentis, dictę legis rigorem repellit.*
13 *Mater obligata pro dote filiæ solidaliter cum filiis, directè conveniri potest, nec disputandum est, an teneatur, vel ne dotare.*
14 *Amplia, ut hęc obligatio à fortiori substineatur, si de ejus tempore vir fuisset in bonis, super quibus relevationem mulier habere potuisset.*
15 *Mater in subsidium de proprio tenetur dotare filium.*
17 *Rota de stylo solet denegare id usui, quod statim ex alio claro titulo esset restituturum, ad tollendos inanes circuitus.*
18 *Donatio compræhendens omnia bona, mobilia, stabilia, semoventia, prȩsentia, & futura, dicitur universalis.*
Amplia ut in num. sequent.
20 *Obligatio Comeralis continet in se stipulationem pro omnibus, quorum interest.*
21 *Obligatus præcisè ad solutionem debiti individuati, non potest ex quocumque alio titulo obligationem excutere.*
22 *Correus debendi pro sua quota tantùm tenetur, & non ultra illum.*

DECISIO DCCCXXII.

Nupsit Orpheo de Turre Emigdia de Soderinis anno 1676., eique Petrus Antonius, & Dominicus Germani fratres, ac Maria Parisani communis Mater sub conjuncta evictionis promissione in dotem assignarunt prædium in Territorio *Castorani*, Vineam in vocabulo *Tolignani*, nec non medietatem cujusdam Apothecæ.

Cum autem successivè iidem conjuges, nedum molestias, sed etiam evictionem passi fuissent, tam super dicta vinea *Tolignani*, quàm super medietate dictæ Apothecæ, ideò Horatius de Grassis uti cessionarius, & donatarius Corradi de Turre, præfatorum conjugum filii, & heredis, institit in Tribunali A. C. adversùs Constantiam Soderinam de Cautis filiam, & hæredem d. Mariæ Parisanæ pro consecutione pretii dd. bonorum dotalium, & refectione damnorum à die sequutę evictionis.

1 Verùm quia idem actor praeedenter, unà cum Philippo de Joannettis donationem etiam report averat à supradicto Petro Antonio de Soderinis altero ex coobligatis in dicta dotis constitutione, propterea R.P.D. meus Cerrus, tunc dicta A. C. subsellia meritissimè implens, censuit eidem obstare dispositionem

dispositionem *Textus in vulgata l. vindican-
tem ff.de evict.* Idenque relaxavit mandatum
executivum pro medietate tantùm prædii *di
Tolignano* , & tribus ex quatuor partibus
medietatis Apothecæ , nec non pro damnis à
die evictionis proportionabiliter illatis.

Devoluta per appellationem causa ad no-
strum Tribunal , in Audientia diei 12. Maii
superioris anni ad formam commissionis mihi
directæ, proposui dubium -- *An mandatum
A. C. esset exequendum , & novum relaxan-
dum* ; sed dilata resolutione , demandatum
extitit, quod scriberetur *super subsistentia
dotis Emigdiæ , validitate cessionis reporta-
tæ ab Horatio de Grassis, & extraherentur
testamentum , & donatio Petri Antonii* ;
quibus omnibus adimpletis , reassumptoque
hodie præfati dubii examine , *Domini man-
datum A. C. esse exequendum , & novum
non esse relaxandum* , responderunt.

Quo enim ad primam dubii partem con-
cernentem executionem mandati , satis su-
perque fundata apparuit actoris intentio in
duplici titulo , cessionis nempè , & donatio-
nis reportatę à Corrado filio , & hærede
2 dd. conjugum de Turre , quorum favore
Maria Parisana sub obligatione solidali , bo-
na in dotem assignata tueri , & manutenere
promiserat , proindeque cum eorundem bo-
norum evictio secuta fuerit , utique commissa
dicitur stipulatio promissę evictionis , pro
qua ideò ritè , & rectè relaxatum extitit
mandatum adversùs Constantiam de Cauls,
uti hæredem dictæ Mariæ Parisanæ Matris,
ad *Text.in l. evicta re ff.de evict.*, *Rot.in Ro-
mana evictionis 16.Februarii §.Posito enim ,
& 3.Julii 1705. §. Cum enim, & §. Minus-
que cor. Me , & in Romana Evictionis loco-
rum montium 18. Aprilis 1712. §. Clara
namque cor.R.P.D.meo Scotto Almę Urbis
Gubernatore.*

Neque ad elidendam validitatem , & ju-
stitiam dicti mandati, profuit recurrere ad
prætensum excessum dotis Emigdiæ , quæ
supponebatur ascendere ad florenos 3627. ,
3 quando juxta pragmaticam Civitatis Asculi ,
cautum est , dotea excedere non posse sum-
mam floren.2500.,adempta pænitùs quacum-
que actione contractibus contra ejus nor-
mam initis.

Objectum quippe multiplici responsione
pænitùs sublatum remanet, & primò, quia
4 cum dos præfata Emigdię constituta fuerit
in specie , nulla facta mentione quantitatis ,
consequens est , ut dicta exceptio nullo mo-
do attendi debeat , nisi per univocas , &
concludentes probationes justificetur , pre-
tium bonorum dotalium excedere summam
in reformatione statutaria præscriptam, *Rot.
cor. Priol.dec.424.n.1. & 2., & dec.260. n.13.
part.15.rec.,& in Asculana dotis 14.Junii
1709.§.Sublata cor.Em̃o D.Card. Priolo.*

Hujusmodi autem probatio excessus per-
peram deducebatur ex instrumento emptio-
nis prædii in Territorio Castorani pretio flo-
ren.2100. ; nam talis emptio facta fuit anno
1671.;assignatio verò dotis de anno 1676. , &
5 propterea exindè determinari nequit præci-
sus valor de tempore constitutionis ejusdem
dotis , prout opus esset ad durissimum effe-
ctum de quo agitur , cum pretia rerum tot ,
tantisque vicissitudinibus obnoxia dignosci-
tur,& in dies varientur, *L. pretia rerum ff.ad
leg.falcid., Rot.dec.615.n.4.& 5.p.16., & dec.
548. n.42.p.19.rec. , & in Camerinen. Bono-
rum 6. Februarii 1713. §. Absque eo quod
cor.Me*, & de facto dictum prædium subin-
dè venditum fuit pretio floren. 1006. dum-
taxat.

Adstipulatur secundò,quod quatenùs etiam
6 manifestè constaret de excessu , & per conse-
quens docendum esset de Apostolica dero-
7 gatione , adhuc tamen ex lapsu triginta , &
ultra annorum à die constitutę dotis , illa
præsumenda foret , cum passim , & facili ne-
gocio concedi soleat,*Card.de Luc.de dot.disc.
143 n.14.,& seqq., Rot.dec.93. nu.10.& seqq.
p.14.rec., & in Urbevetana Dotis 9.Februa-
rii 1693.§. Neque demum cor.bo.me. Benin-
casa inter impressas ad ornatum Card.de Luc.
de feud. dec.4. n.14. , & in Romana Salviani
26.Aprilis 1709. §.Obstaculum cor. R. P.D.
meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore.*

Et tandem urget animadversio , quod cum
in Capitulis matrimonialibus reservata præ-
cisè fuerit extensio instrumenti dotalis , &
8 de stylo Civitatis Asculi , in omnibus instru-
mentis dotalibus apponi soleat pactum obti-
9 nendi dictam derogationem , ut testantur
Curiales , & Notarii dictæ Civitatis , quibus
hac in re plenè deferendum esse,in individuo
dixit *Rot.in Asculana Dotis 27.Junii 1681.
§.fin.cor. bo. me. Rondinino, & in Romana ,
seu Asculana Dotis 5.Julii 1694. §.Urgebat
10 cor.bo.me.Pio.* Profectò,sicuti vigore hujus
reservationis d. derogatio semper , & quan-
documque peti , & obtineri posset , ita ex il-
lius defectu irritari nequit sæpedicta dotis
assignatio , ut prosequitur *Rot.in d. Ascula-
na Dotis dicto §.final. cor.bo.me. Rondinino ,
& in d. Romana, seu Asculana Dotis sub eo-
dem §.Urgebat cor.bo.me.Pio.*

Levioris ponderis visa est altera exceptio,
desumpta ex famigerata dispositione *Textus
in l.ab Anastasio,& l.per diversas C.manda-
ti* adversùs cessionem ab actore reportatam.
11 Cum enim creditum cessum sit clarum , &
liquidum , ac præcedenter pro illius conse-
cutione judicialiter actum fuerit , nulla sub-
est ratio , propter quam per viam cessionis in
commercium deduci non posset , ad instar
aliarum rerum , & inapplicabilis redditur in
his terminis censura dd. legum , quę unicè
emanarunt ad coercendas pravas eorum cu-
piditates,qui debitores injustè divexant , li-
tes redimunt , & capiant cessiones, *Olea de
de cess.iur. tit.6. q.10. sub nu.60., Andreol.
controv.262.n.14., Rot.cor.Bich.dec.10.n.5.,
& in rec.dec.294. n.9. p.11.*, cum concordan-
tibus latè cumulatis *in Romana Cambii 20.
Martii 1709. § Redacta igitur , & pluribus
seqq. cor.R.P.D.meo Ansaldo, & in Roma-
na* ,

na, seu Farfen. Censui 7. Martii 1712. §.
Ejusdem demùm cor. R. P. D. meo Scotto Al-
12 *mæ Urbis Gubernatore*; præterea seposita
etiam hujusmodi cessione, adhuc firmiter
subsistit favore actoris titulus donationis,
quam reportavit ab eodem Corrado, & illius
ope controversum creditum indubitanter
consequi potest.

Inutiliter tandem opponebatur, quod
obligatio emissa per Mariam Parisani, sit me-
rè subsidiaria, & resolvatur in simplicem fi-
dejussionem, proindeque non teneatur ad
ullam evictionem, nisi in defectum Petri
Antonii, & Dominici fratrum, ad quos sal-
tem, ut hæredes Patris onus dotandi Emig-
13 diam principaliter spectabat. Siquidem cum
ipsa in Capitulis matrimonialibus sese prin-
cipaliter, ac in solidum obligaverit, & am-
plissimam evictionem promiserit, hoc sufficit
in præsenti, ad effectum dirigendi actionem
contra ejus hæreditatem pro obtinenda pro-
missa relevatione, absque eo quod assumi de-
beat altior inspectio, an dicta obligatio sit
subsidiaria, necne, & ad quem de jure prin-
cipalius dotationis onus spectaret, *Card. de
Luc. de dot. disc. 29. n. 6., Rot. coram Gregor.
dec. 445. n. 2.*, ibique *Adden. n. 8., & cor. Bich.
dec. 603. n. 7. & 8., & cor. Emer. jun. dec. 1292.
n. 5., & dec. 118. n. 8. post Zacch. de oblig. Ca-
mer.*
14 Eoque potissimùm, quia vel de tempore
susceptæ obligationis per d. mulierem ade-
rant bona Viri, & tunc, cum super illis rele-
vationem consequi posset, validè sese obliga-
vit, *Rot cor. Duran. dec. 141. n. 7., & dec. 100.
n. 3. & seqq post Zacch. de oblig. Cameral., &
dec. 147 n 14., dec. 148. num. 13., & dec. 149.
n. 21 post Constant. ad Statut. Urb., & dec*
15 *193. n 3. p. 12 rec.*, vel non aderant prædicta
bona, & eo casu locus erat subsidiario oneri
dotandi filiam de proprio, *Altograd. cons.
59. n. 2. & seqq. lib. 1., Cost. de remed. subsid.
remed. 65. n. 1. & 2., Bost. de dot. cap. 5. à n. 17.,
Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 16 nu. 28., Card
de Luca de dot. d. disc. 29. n. 5., & disc. 142. n.
52., Rot. cor. Coccin. dec. 77. n. 5.*

Atque hinc deveniendo ad alteram dubii
partem, jure, meritoque censuerunt Domini
novum mandatum *non esse relaxandum*, quia
16 cum Petrus Antonius in transactione inita
anno 1694. cum Dominico fratre, sub obliga-
tione Camerali promiserit reintegrare Emig-
diam sororem de evictione bonorum *Toli-
gnani*, tunc temporis jam secuta, procul du-
bio Horatius agens ad d. reintegrationem ex
juribus ejusdem Emigdiæ repellitur excep-
tione *l. vindicantem ff. de evict.*, nam uti
condonatarius præfati Petri Antonii, saltem
pro medietate tenetur ad d. reintegrationem
ab ipso promissam, & ad evitandos inanes
17 circuitus, à quibus nostrum Tribunal sem-
per abhorret, petere nequit, id, quod sta-
tim esset restituturus, *Rot. in Romana, seu
Jannen. dotis 3. Julii 1711. §. Omnemque
cor. Rmo D. meo Decano, & in Sutrina Im-
missionis 29. Januarii 1712. cor. Emo D. Car-
dinali Priolo.*

Haud relevante, quod idem Horatius actor
non sit condonatarius universalis dicti Petri
Antonii, quodque in omnem casum iste obli-
gationem emiserit solum favore Dominici,
& Emigdiæ, uti hæres patris, ac per conse-
quens ea uti non possit Constantia ejusdem
Emigdiæ heres.
18 Prima namque objecti pars tollitur ex le-
ctura donationis, quæ cum compræhendat
*omnia, & singula bona, stabilia, mobilia,
&c. actiones, jura tam præsentia, quam fu-
tura &c.* censeri debet universalis, attenta
19 significanter declaratione, quod si donans de
aliquibus bonis ad effectum testandi sibi reser-
vatis non disponeret, ea etiam in donatione
compræhensa censerentur, *Gratian. discept.
forens. cap. 256. n. 3. & 4*, optimè *Rot. coram
Emer. jun. dec 277. à n. 7. cum seqq.*

Altera verò submovetur ex eo, quod vi-
20 gore obligationis Cameralis in transactionis
instrumento appositæ, importantis stipula-
tionem pro omnibus, quorum interest, quæ-
situm extitit jus etiam dictæ Constantiæ hæ-
redi Emigdiæ, *Rot. cor. Cerr. dec. 178. nu 7.,
& dec. 258. n. 9. & 17. p. 6., & dec. 527. à n. 6. &
seqq. p. 19. rec.*

Et postrema exceptio, quod idem Petrus
Antonius sese obligaverit, tanquam Patris
hæres, indè inferendo, quod deficientibus
bonis hæreditariis, evictionem præstare non
teneatur, nihil prorsùs concludit ad inten-
tum; tum quia dicta obligatio simpliciter,
& absolutè emissa, nullam præsefert relatio-
nem ad qualitatem hæreditariam Patris; tum
quia delectus bonorum paternorum non ju-
21 stificatur; tum demùm quia cum Actor in
dicta donatione præcisè assumpserit onus
solvendi debita donantis, neutiquam valet
bona donata retinere, & suscepti oneris ad-
implementum evitare, *Surd. de alim. tit. 9.
q. 23. à n. 12. cum seqq., Hodiern. controv. fo-
rens cap 15. n. 46. & seqq., Cyriac. contr. 128.
n. 72., & seqq., Rot. dec. 400. à. num. 20. p. 16.
rec.*

Ritè pariter denegatum fuit novum man-
datum quoad Apothecam, nam istius respe-
ctu Petrus Antonius in d. translatione nul-
lam suscepit obligationem, & propterea
cum Horatius agat in vim primævæ obliga-
tionis emissæ in Capitulis matrimonialibus,
quæ afficit etiam d. Petrum Antonium, con-
siderari debet, uti Correus debendi ob titu-
22 lum præfatæ donationis, & consequenter
dum ipse etiam pro sua quota tenetur, ad
*Text. in l. Creditor C. de duobus reis, Natt.
cons. 658. n. 4., Caphal. cons. 220. nu. 11., Rota
cor. Cerr. dec. 492. n. 6, & dec. 344. n. 1. p. 18.
rec.* frustra agit pro illius evictione, recurren-
te semper censura *dict. l. vindicantem ff. de
evict.*

Et ita utraque &c.

ASCU-

ASCULANA LIBERATIONIS A' MOLESTIIS.

Lunę 19. Februarii 1714.

ARGUMENTUM.

Coobligatus in casu evictionis respectu socii pro virili tantum tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Coobligatus in casu evictionis rei, tenetur prò sua rata.*

2 *Hæres non potest retardare exequtionem obligationis à suo Authore exaratæ.*

3 *Condonatarii ad debita donantis coobligati, si unus condemnetur, alter suam virilem debet refundere, cum eadem militet ratio.*

4 *Coobligatus simpliciter tenetur prò virili ad debita, quæ se soluturum promisit.*

DECISIO DCCCXXIII.

PRænoscens Constantia de Cautis, se tamquam hæredem Marię Pisanę Matris difficiliter evitare posse executionem mandati pro estinctione controversorum bonorum (ad quam eadem Maria tenebatur) relaxari; Ideò, quamvis jura sua experiri non omiserit in hodierna audientia, nihilominus providè per Me contextualiter reassumi curavit dubium respiciens relaxationem mandati pro liberatione à molestiis adversus Philippum de Joannettis Condonatarium universalem Petri Antonii de Soderinis, qui pariter dictam evictionem, nedùm solidaliter promiserat in capitulis matrimonialibus Æmigdię Sororis, sed etiam in transactione inita anno 1694. cum Dominico Fratre, & coobligato in se assumpserat onus reintegrandi eandem Emigdiam de evictione bonorum *di Tolignano* tunc temporis jam secuta, & DD. *mandatum esse relaxandum juxta modum*, nempè *prò medietate eorumdem bonorum, & pro una ex quatuor partibus medietatis Apothecæ* censuerunt.

Respectu siquidem medietatis Prędii *di Tolignano* moti sunt ex eo, quod licet in constitutione dotis favore Æmigdiæ, sese in solidum obligaverit una cum Petro Antonio, & Dominico fratribus etiam Maria Parisana Mater, & auctrix pręfatæ Constantiæ.
1 Nihilominus cum subinde idem Petrus Antonius in dicta transactione sub obligatione Camerali Emigdiam reintegrare promiserit, utique dum ex omisso hujus obligationis adimplemento Constantia molestias passa est super hæreditate matris, ritè liberationem exposcit à Joannetto, qui in figura Condonatarii universalis pro dimidia repræsentat Petrum Antonium ad d. reintegrationem coobligatum, *Amat. resol* 58. *n.* 7., *&* 13. *p* 2., *Card. de Luca de donat. disc.* 44. *n.* 3., *et disc.* 45. *nu.* 11., *Rota cor. Emerix. jun. dec.* 1273. *n.* 2., *& dec.* 98. *nu.* 5., *et* 6. *post Merlin. de pign.*, *et in rec. dec.* 124. *nu.* 3. *p.* 3., *et in Recineten. fideicommissi* 31. *Januarii* 1695. §. *Validitas coram EmoD. Cardinali Priolo.*

Tantoque magis, quia in instrumento do-
2 nationis idem Joannettus præcisam emisit obligationem solvendi debita, ac assumendi lites passivas Donantis; proindeque nullo pacto effugere valet relaxationem mandati pro liberatione à molestiis ex facto sui Authoris illaris, ut ponderat d. contemporanea decisio §. *Et postrema.*

Quin relevet, quod onus dotandi Emigdiam principaliter spectaret ad Mariam Parisanam Matrem, quodque Petrus Antonius d. reintegrationem promiserit solum favore ejusdem Sororis, & Dominici Fratris, ac tanquam Patris hæres. Quoniam hujusmodi exceptiones plenè sublatæ fuerunt in dicta
3 contextuali mea decisione, & sicuti earum prętextu novum mandatum obtinere non potuit Horatius de Grassis pariter condonatarius Petri Antonii, ita suffragari nequeunt Joannetto, qui est in eadem Navi.

Quo vero ad unam ex quatuor partibus medietatis Apothecæ, sublata itidem vita est Actricis intentio in primæva obligatione emissa in Capitulis Matrimonialibus, juxtà quam, cum quilibet ex Correis debendi, inter quos etiam adnumeratur sępedictus Petrus Antonius, teneatur pro sua quota, ex firmatis in d. decisione §. *finali*. Consequens est, ut eadem Constantia per Joannettum liberari debeat pro quarta parte.

Et ita utraque &c.

ROMANA SALVIANI.

Lunæ 26. *Februarii* 1714.

ARGUMENTUM.

Immissio non solum ex defectu unius ex necessariis extremis retardatur, sed etiam ex simplici crediti turbiditate.

Pater adhuc vivens, potest filio legitimam assignare, itaut quidquid ultra congrua alimenta filio absenti persolvisset, in legitimam imputare voluisse præsumitur.

SVMMARIVM.

1 *Immissio non potest concedi, si deficiat unum ex necessariis extremis, hoc est possessio antiqua penes debitorem.*

2 *Hypotheca etiam deficit, si idem extremum absit.*

3 *Legitimarius pro consequenda legitima, potest agere super domo in vim Salviani interdicti.*

4 *Factum proprii Authoris nemo potest impugnare, aut contra illud agere*, & n. 11.

5 *Pater non prohibetur vivens assignare filio legitimam.*

6 *Pater si vivens legitimam filio assignasset, & de ea in testamento fuisset locutus, præsumitur id fecisse, ne testamentum corrueret, vel ut innotesceret, quod in legitima tantum filium instituere voluisset.*

7 Obli-

7 *Obligatus ad quid Arbitri judicassent, tali obligationi omnino tenetur stare.*

8 *Laudum ferens, quod pecuniæ à Patre filio solutæ in causam legitimæ non caderent, quando adessent receputæ ità declarantes, non attenditur.*

9 *Solutio imputanda est in eam causam, in qua versatur tenor receputæ.*

10 *Pater, si ultra congrua alimenta filio extra Patrios lares degenti, summam conspicuam persolvat, qua ut honestè vivat, non indigeat, in legitimam solvisse præsumitur, & vide casum.*

12 *Immissio ex sola crediti turbiditate denegatur.*

13 *Cessionarius potest ex eisdem juribus cedentis, se in rei possessione consovere.*

14 *Immissio nullo meliori titulo repellitur, quàm per retentionem ex titulo anteriori desumptam.*

DECISIO DCCCXXIV.

AUgumentum dotale, quod Luciæ Coniugi in scut. 800. promiserat Joannes Carolus Gambirasius, consequi intendens Theresia illius hęres, judicium instituit vigore utilis Salviani interdicti contra Ven. Ecclesiam S. Mariæ de Anima posseditricem Domus, olim pertinentem ad Donatum Patrem dicti Joannis Caroli; rejecta tamen fuit per sententiam à R P.D. meo Cerro tunc meritissimo A. C. Locumteoente, nec dissimilem exitum fortita est in oostro Tribunali, ad quod per appellationem causa devoluta fuit, dum proposito à Me dubio -- *An esset danda immissio* -- DD. *negativè* responderunt.

Deficere enim in præsenti visum est alte-
1 rum ex extremis in hoc Judicio requisitis,
nempe possessio antiqua Joannis Caroli Gam-
birasii debitoris, dum de illa nullum docu-
2 mentum allatum fuit. Eo vero deficiente
non est dubitandum, quod deficit etiam
hypotheca, quæ mater est Salviani, ut ait
Rota dec. 26. n. 4. p. 19. rec., & non con-
trahitur, nisi in bonis à debitore possessis, *ad
text. in L. rem alienam ff. de pignor. action.*,
Rot. cor. Sa. me. Alex. VIII. dec. 63. n. 9.,
et dec. 381. n. 4. p. 19 rec.

Neque defectus hujusmodi salvari potest
ex eo, quod eidem debitori competeret in
prædicta Domo, tanquam hæreditaria Do-
nati Patris legitima in testamento etiam re-
3 licta; ideoque sicuti potuisset ille pro hujus
legitimæ consecutione agere super Domo in
vim utilis Salviani, ut tradit *Pacific. de Sal-
vian: inspect. 3. cap. 4. n. 472.*, ita & agere
posset Theresia utendo juribus sui debitoris.

Siquidem non subsistit creditum legitimæ
competiisse super hac Domo Joanni Carolo
de tempore contractæ obligationis anno
1679. favore Lucię Uxoris. Fuerat enim us-
que tunc legitima Filio præventivè soluta, ut
patet ex publicis illius quietantiis, *sum. Eccl.
4 n. 2.*, quas Theresia veniens ex juribus im-
pugnare certè non potest, ad *text. in L. cum
à Matre C. de rei vindic.*, *Rota decis.* 434.
n. primo p. 9., *& dec. 638. n. 19. p. 19. rec.*,
tom. 2., *et cor. Cerro dec. 41. n. 11.* Et pro-
5 cul dubio Pater præveniendo suam mortem,
potest filio non dissentienti legitimā assigna-
re, ut latè tradunt *Altograd. cons. 8. n. 25.*,
& seqq. lib. primo, *Amat. resol. 23. nu. 6.*,
Torr. de pact. futur. success. cap. 3. n. 19., *&
20. lib. 3.*, *Rota cor. Duran. dec. 271. n. 6.*, *&
dec. 385. n. 7. p. 18. rec.*, *& in Cavallicen.
donationis 2. Julii 1710. §. Et de facto cir-
ca medium cor. Me*, *& in Romana fructuum
dotis 2. Decembris 1712. §. Altera vero co-
ram* R. *P. D. meo Aldrovando*.

Quin relevet, quod Pater in testamento
legitimam Joanni Carolo filio expressè reli-
querit, & propterea præsumendum sit, quod
6 minimè fuerit præsuntivè soluta. Expressio
enim hæc in testamento Patris facta, vel re-
ferenda est ad præservandum illius testa-
mentum ab omni scrupulo inofficiositatis, ne
proprius filius præteritus videretur, contra
text. in L. maximum vitium C. de fil. præter.,
& in §. igitur quartam, *& tot. tit. Instit de
inoffic. testam.*, vel ad declarandum, quod
eum voluerit in legitima tantū instituere, ad
differentiam aliorum filiorum, quos in toto
asse hæredes nuncupaverat, vel saltem of-
fuscare noo valet veritatem resultantem ex
quietantiis à filio factis de legitima, cæte-
risque juribus contra Patris bona competeo-
tibus, juxta regulam, de qua *text. in L.
nuptum ff. de jur. dot.*, *& L. in rebus 30.
vers. non enim C. eodem*, *& Rot. dec. 675.
n. 9. p. 19. rec.*, *& in Senogallien. Pecunia-
ria 28. Iunii 1709. §. verum in conflictu cor.
Emo* D. *Card. Polignach.*

Minusque obstat prætensus error in calcu-
latione Status hæreditarii, juxta quem legi-
tima non esset integraliter persoluta, sum-
pto argumento à voto, & laudo bon. mem.
R. P. D. Maculani Judicis Compromissarii
ædito in causa tunc vertente inter fratres de
Gambirasiis, & bo. me. R. P. D. Rimbal-
desium Joannis Caroli creditorem.

Quandoquidem segregando votum à Lau-
7 do, nihil aliud ab isto desumi valet, quam
condemnatio fratrum de Gambirasiis ad so-
lutionem scut. 600. favore Rimbaldesii, quam
certe evitare non poterant, quia quidqnid
judicatum esset, solvere promiserant. Vo-
tum vero remanet in linea simplicis responsi
legalis, parum de cætero attendendi; & si
8 probàre conatur, quod partita scutor. 981.
non sit impotanda in legitimam Joannis Ca-
roli, non videtur sufficere cootra sępedictam
publicam quietantiam, in qua ad legitimæ
9 causam referuntur etiam dd. scut. 981., ubi
enim habētur expressā certa solutionis causa,
in aliam solutio imputari non debet, *text.
in L. 1. ff. de solut.*, *Rot. cor. Bich. dec. 262.
n. 14.*, *cum aliis in dec. 343. n. 10. p. 11.*, *&
& dec. 360. n. 4. p. 19. rec.*, *& in Romana
pecuniaria 29. Januarii proxime præteriti
§. perperam verò cor. Me.*

Maximè quia omni jure prædicta partita
in legitimę Causam imputanda videtur. Fuit

enim expleta talis solutio JoanniCarolo de
10 ordine ejus Patris per cl.me. Cardinalē Fe-
dericū Borromeū S. Sedis Apostolicæ Nunciū
apud Regem Catholicum, cujus servitio ad-
dictus in Hispaniis morabatur, eratque par-
tim ab illo, partim à Patre provisus congruis
alimentis in scut. 24. menstruis circiter; un-
de ad ea nullo modo referri potest, sed re-
ferenda est ad lautiorem, & splendidiorem
tractatum, & superfluas filii expensas, cum
quibus nec Patri, nec fratribus ullo modo
poterat præjudicare; itaut quidquid hac ra-
tione solutum fuerit, in ejus legitimam de
jure cedere debeat, juxta *Bald. in auth. ex
testamento sub nu. 37. vers. item de bis C. de
collat., Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 2. q. 25.
n. 2., & per tot, Rot. dec. 142. n. 9., & 10.
p. 8. rec.*

Cessare autem videtur omnis in præsenti
difficultas, si advertatur juxta obiectum
superius propositum, quod Theresia immis-
11 sionem petit utendo juribus hujus legitimæ,
quę habet contra se quietantiam Joannis Ca-
roli ejusdem legitimæ creditoris, & res-
pectivè debitoris Theresiæ, unde, vel cre-
ditum pænitùs excluditur, vel saltem adeo
12 turbidum, & illiquidum apparet, ut insuffi-
ciens sit ad consequendam immissionem in
Salviano, *Pacific de Salvian. inspect. 1. cap.
5. n. 2., & seq.*, & post eum *Rota dec. 203.
primo, & seqq., & in rec. dec. 214 n. 7. p. 19,
et in Romana Salviani 27. Januarii 1712. §.
Qualitas, et §. cum igitur cor. R.P.D. Fal-
conerio.*

Additur ad exuberantiam, quod Ven.
Ecclesia posset se tueri juribus Antonii Papii
creditoris anterioris Joannis Caroli in scu-
tis 1953. occasione Cambii contracti usque
de anno 1672. Cum namque Antonius cre-
13 ditum hoc cesserit Gambirasiis, & isti in
venditione Domus latissimè se de evictione
obligaverint, utique ex istorum persona
posset Ven. Ecclesia posseditrix retentionem
obycere, ad *text. in L. si decreto 2. C. qui
pot. in pignor. hab., Rot. dec. 845. n. 5. cor.
Dunox. iun., cum aliis in dec. 476. n. 1. cor.
Emer. jun.* Nihil vero obstat magis petenti
immissionem, quam retentio possessoris pro
14 credito anteriori, juxta firmata *cor. Sa. me.
Alex. VIII. dec. 155. n. 21., et dec. 170. nu.
25. p. 19. rec., dec. 542. n. primo, et in Vi-
terbien. Salviani 16. Aprilis 1706. §. de va-
liditate cor. R.P.D. meo Ansaldo, et in
Romana Salviani p. Julii 1712. §. moti sunt
cor. Me.*

Et ita utraque &c.

VERCELLEN REINTEGRATIONIS SUPER FRUCTIBUS.

Lunæ 26. Februarii 1714.

ARGUMENTUM.

A die comissi spolii veniunt fructus, si de vio-
lento agatur, & juxta taxam legalem à Ju-
dice taxantur, in conflictu tamen liquidatio-
num, de æquitate minor taxa servatur.

SUMMARIUM.

1 *Fructus in spolio violento à die comissi spolii,
non motę litis debentur.*
2 *Bona fides in spolio violento numquam ad-
mittitur.*
3 *Fructus in spolio violento quomodo liquiden-
tur.*
4 *Taxa legalis justissima est.*
5 *Minor taxa in liquidandis fructibus, con-
currentibus pluribus liquidationibus, de
æquitate à Iudice amplectenda est.*
6 *Spoliator violentus non potest excipere de
melioramentis factis super fundo, ratione
malæ fidei.*
7 *Amplia, si melioramenta probentur per testes
non concludentes, quid impensum, & quid
melioratum.*

DECISIO DCCCXXV.

OBtinuerunt Fratres de Badinis per tria
judicata canonizata à Signatura Justitiæ
cum clausula -- *sine præjudicio, & amplius* --
reintegrationem ad Molendinum ex juribus
Rocchi Secchiæ detentum à D. Principilla
Mellerani, & illius actualem possessionem
appræhenderunt. Cupientes autem etiam
fructus ab illa perceptos recuperare, cura-
runt à Me proponi dubium -- *An, & in qua
summa sint taxandi fructus*, cui in hodierna
audientia Domini responderunt -- *Fructus
esse taxandos juxtà modum, & pro summa
in decisione exprimenda.*

Deberi namque fructus, & quidem à die
1 commissi spolii, & illegitimè captæ possessio-
nis anno 1668. non dubitarunt Domini; post-
quam enim per Rem judicatam firmatum est,
quod possessio D. Principillæ attentata esset,
& spoliativa, venit in consequentiam, quod
teneatur ad purgationem spolii non per solam
rei dimissionem, sed ulteriùs etiam per reiu-
tegrationem spoliatorum ad omnes fructus
ex re possessà perceptos, juxtà distinctio-
nem, quam tradunt *Doctores in cap. gravis
de restitut. spoliator, & in l. qui bonæ fidei
C. de acquir. rer. dominn., Adden. ad Pam-
phil. dec. 31. num. 8. vers. dummodo, Rota
dec. 246. num. 1 par. 17. rec.*

Nec renovare necessè est quæstionem su-
2 per bona, vel mala fide D. Principillæ, sivè
enim illius bona fides desumi velit ex mu-
tatione personarum, & lapsu longi temporis,
sive ex gemina transactione inita cum Badi-
nis, in præcedentibus instantiis prorsus ex-
clusa fuit, ut videre est *in dec. edita 3. Julii
1711. §. Eo fortius cum sequen., & §. Hinc
miserum coram R.P.D. meo Falconerio, &
coram Me 22. Iunii 1712 §. Absque eo quod,
& in confirmatoria 6. Martii anni præteriti
§. Ulterius usque ad finem.*

Quantitatem autem horum fructuum, in
qua aliqua suberat difficultas, desumpserunt
3 Domini ab affictibus, & Testium depositio-
nibus hinc indè adductis. Quamvis verò his
ar-

attentis etiam in aliqua conspicua summa statui illam posse cognoscerent, nihilominus utendo solita eorum æquitate, habitoque respectu ad expensas quoque in manutentione Molendini necessarias, illam taxarunt in solis annuis libris 500.

Et profectò hæc taxatio visa est, & Justitię, & ęquitati consona. Justitiæ quidem, quia, firmato capitalis valore in duplis circir. 800., nō
4 multum distat à taxa legali, quæ præsumptionem jurium habet pro se, *Rota in Reatina Spolii super fructibus* 11. *Martii* 1709. §. *Hoc posi o, & in Interamnen. Spolii* 15. *Iunii* 1711. §. *Non levius coram R.P.D. meo Aldovrando*. Æquitati verò, quia concurrentibus plu-
5 ribus taxis, vel liquidationem modis inter se variis, Judex sequi debet, quod est minus, ex *Text. in l. Tutor qui repertorium* §. *Et cæteris ff. de administ. at. Tutor., Rot. dec.* 153. *num.* 8. *par.* 12. *recen.*, *& in Spoletana liquidationis fructuum* 26. *Junii* 1702. §. *Ex hisce cor. Rmo D. meo Decano*.

Neque ulla ratio habenda est de melio-
6 ramentis, quæ à Principissa prætenduntur facta in Molendino. Omissò enim, quod etiā in hoc obstare ei posset mala fides, cum qua tamquam spoliatrix illud possedit, juxta firmata *in Romana Fornacis super fructibus* 9. *Decembris* 1707. §. *Agnitum coram R.P.D. meo Ansaldo*, *&* 10. *Jannarii* 1712. §. *Et de facto cor. Me*. Omnis difficultas cessare visa est, quia ad illorum probationem non affe-
7 runtur, nisi simplices fides Testium, qui non concludunt quid impensum, & quid melioratum, & de statu antiquo certam rationem non reddunt. Ideoque deest etiam illorum justificatio, ex adductis per *Rot. cor. Emer. Iun. dec.*916. *num.*5., *& dec.*525. *nu.* 12. *par.* 18. *rec.*, *& in Beneventana nullitatis Testamenti super retentione* 13. *Iannarii* 1710. §. *Eademque coram Me*.

Et ità fructus deberi à die 27. Octobris 1668. ad rationem annuarum librarum 500, omnibus Dominis suffragantibus & utraque Parte audita resolutum fuit.

COLONIEN. TESTAMENTI SUPER DECLARATORIA.

Veneris 2. *Martii* 1714.

ARGUMENTUM.

Mandatis Rotalibus Inobedientes, censuris ab eodem S. Tribunali plectuntur.

SUMMARIUM.

1 *Censuræ relaxandæ sunt contra inobedientes mandatis Rotalibus, post expirationem terminorum, qui de stylo priùs eisdem pręfigendi sunt.*

2 *Amplia, si inobedientes essent Ecclesiastici, in quibus gravior, quam in Sæcularibus inobedientia efficitur.*

3 *In relaxandis censuris post expiratos quatuor terminos, de ęquitate à Rota alter terminus concedi solet.*

DECISIO DCCCXXVI.

ABsoluto Judicio super nullitate Testamenti quond. Gottardi Brauns, cujus vigore omnia ejus bona occupaverant Canonici Regulares S. Antonii Viennensis Colonię, opus etiam fuit, ut hæredes illius ab intestato ad assequendum aliquem Victoriæ fructum, disputari curarunt dubium -- *An, & pro qua summa sit relaxandum mandatum in executionem rei judicatæ* -- cui responsum prodiit sub die 11. Junii 1708. *affirmativum pro Imperialibus* 463., quæ in hæreditate prædicti Gottardi fuisse demonstrabantur, ut ex Decisione tunc ædita *coram Reverendiss. D. meo Decano*.

In decernenda expeditione hujus Causæ, placuit DD. ob paupertatem dd. Hæredum demandare, ut illis à PP. succumbentibus subministrarentur in causam declarandam sc. 50., pro quibus, post denegatum à Signatura Justitiæ recursum, expeditum fuit mandatum. Verùm renuentibus adhuc dd. PP. summam in eo contentam persolvere, proposui hodiè dubium *An sit danda Declaratoria, & dandam esse, præfixo novo termino*, DD. responderunt.

1 Constitit enim mandatum Rotale fuisse PP. personaliter præsentatum, & adhùc summam, cujus subministratio in illo demandabatur persolvere recusasse; quo circa, servatis subindè post illius reproductionem, quatuor terminis ad docendum de paritione, juxta notoriam praxim, de qua benè testatur *Vestrias in prax. lib* 8. *cap. fin. nu.* 19., utique non docto de paritione, locus est relaxationi Declaratoriæ, ut ita inobedientium contumacia reprimatur, & spirituali censurarum gladio territi resipiscant, ut ait *Text in cap. Venerabilibus* §. *Porrò de sent. excomm. in* 6., *Rota cor. Emer. jun. dec.* 179. *num.* 1., *in Leodien. Canonicatus super Declaratoria* 7. *Maij* 1710. §. *Quoties enim coram R.P.D. meo Aldrovando*, cum aliis in *Leodien. Pastoratus, seu Vicariæ super declaratoria* 22. *Jan.* 1712. §. *Constitit enim cor. Me*, *& in Vallisoletana Beneficij super Declaratoria* 16 *Februar. curr. anni* §. *Siquidem coram R.P.D. meo Falconerio*.

2 Multò fortiùs id locum habet ex qualitate personarum, & gravior efficitur inobedientia, ex quo PP. utpotè personæ Ecclesiasticę reverenter suscipere tenebantur mandata Sacri Tribunalis, & celeriter iisdem obtemperare, ut prosequitur *Rota in cit. Leodien. Canonicatus super Declaratoria* 7. *Maij* 1710. §. *Contumacia namque cor. R.P.D. Aldrovando*, *& in Leodien. Pastoratus, seù Vicariæ super Declaratoria* 22. *Januar.* 1712. §. *Eoque magis coram Me*.

3 Mitius tamen DD. procedentes, voluerunt PP. præfigi novum terminum ad parendum, ut interim dignoscentes propriam culpam, & debitæ obedientiæ præstantes obsequia, censu-

censuras, pœnam omnium longè gravissimam evitare queant, quemadmodum ad excitandum contumaces Tribunal nostrum practicare consuevit, ut videre est *dec. 670. num. 9. part. 18. recent., in Baren. Testamenti super Declaratoria 4. Iun. 1708. §. Potuisset coram R. P. D. meo Ansaldo, in cit. Leodien. Pastoratus, seù Vicariæ super Declaratoria §. Mitius tamen cor. Me.*, & cum concordan. in *Vallisoletana Benefic. super Declaratoria 16. Mensis prox. elapsi §. Licet autem coram R. P. D. meo Falconerio.*

Et ita utraque &c.

ROMANA DOTIS, ET DONATIONIS.

Veneris 2. Martij 1714.

ARGUMENTUM.

Mater intuitu Matrimonii à filia ineundi, sua bona donare potest, dummodò filiis Masculis legitimam deferat; In cujus causam dimissionem æris alieni à se factam, & respectivè à filiis contracti imputare potest.

Donatio, ut ex capite dementiæ rescindatur, dementia in illo præciso Donationis actu probari debet.

SUMMARIUM

1 *Clausula Constituti in Donationibus operatur, ut Donatarius associationem ad bona Donata postulare possit.*

2 *Donatio Matris facta cum solemnitatibus, ad formam* Cap. 151. lib. 1. Statut. Urb. *est validissima.*

3 *Amplia, si sit favore filiæ, filijs non tenetur notificare, nè obstaculum præbeant.*

4 *Mater, quando filia minoritatem excessit, contrahit oblgationem prò illius Dote, licet Matrimonium non sit sequutum, nec solemnitatibus indiget iste actus;*

5 *Amplia, si esset mera voluntaria constitutio, & merum Dotis augumentum.*

6 *Mater non præsumitur auxisse Dotem filiæ per medium Donationis in odium filiorum, sed Matrimonium tantum contemplasse præsumitur.*

7 *Causa impulsiva Donationis, ea semper præsumitur, quæ in Donatione fuit expressa, & contrarium probare spectat ad allegantem.*

8 *Donatio facta à Matre favore filiæ propter Dotem, præsumitur ex causa Matrimonij.*

9 *Substinetur, subsistente causa finali, nec causæ impulsivæ defectus, tamquam impropriæ, attendendus est.*

10 *Insania, ad effectum rescindendi Donationem, non satis probatur per fides Medici, sed totaliter probari debet consensum, & voluntatem in Donante evanuisse.*

11 *Amplia, & quod hæc mentis deperditio fuisset de præciso tempore donationis.*

12 *Donans, ex quibus conjecturis colligatur, quod de tempore Donationis sanæ mentis fuisset.*

13 *Donans non potest dici donasse in statu dementiæ, si in actu Donationis Iudex, Curator, & Testes adfuissent.*

14 *Amplia, si ad impugnandam Donationem, ex post mandatum Procuræ in filij personam exarasset, qui actus dementiæ repugnat.*

15 *Mater non potest redargui de insania, si potiùs filiæ, quàm filijs donasset.*

16 *Effectus Donationis claræ non retardatur per exceptiones altioris indaginis.*

17 *Donatio non rescinditur, si post obitum Donantis, aliquid sub Donatione comprehensum in quæstione cadere deberet, cum id jus esset de futuro.*

DECISIO DCCCXXVII.

Constituerat Agatha Annæ filiæ Dotem in scut. 4000. compræhenso Legato sc. 1000. à Patruo eidem relicto: Nondum verò trigesimum jam annum agens paris conditionis invenerat Nuptias: Unde habito postmodum tractatu cum Petro Paulo, Mater, quæ talis Matrimonii effectuationem filiæ utilem maximopere exoptabat, ad hoc, ut concluderetur, in augumentum constitutæ Dotis, donavit eidem omnia sua bona, reservatis sibi congruis alimentis, injunctoque Donatariæ onere extinguendi æs alienum ab ipsa contractum in scut. 2500. in gratiam Jo. Ludovici, ac Prosperi ipsius filiorum Masculorum, in quorum legitimam hanc extinctionem cedere jussit, & in eodem Donationis Instrumento mutua futurorum Conjugum fide Matrimonium stabilitum fuit, sicuti etiam successivè contractum extitit.

Fratres autem supradicti, præmissa ipsis insciis peracta minimè approbantes, curarunt à Matre reportare mandatum Procuræ ad impugnandam dictam Donationem, & eo obtento, tam Matris, quam proprio ipsorum nomine in vim notoriæ *leg. diffamari ff. de Ingen., & Manumiss.* vocarunt Annam Donatariam in Judicium coram R. P. D. A. C. Ansideo, à quo istius favore relaxatum fuit mandatum de associando ad bona in Donatione contenta, excepta proprietate apothecarum ad Peregrinum, quæ erat in quæstione, & reservatis eidem Annæ juribus sibi competentibus pro consecutione Dotis ad ratam bonorum Paternorum à Fratribus, ac salvis pariter juribus Fratrum pro impugnanda dicta Donatione tanquam inofficiosa, & legitimam ex Maternis bonis consequendi.

Habito recursu ad Signaturam Justitiæ, signata fuit Commissio cum clausula -- *Sine præjudicio quo ad bona contenta in prima constitutione Dotis, & in reliquis si quid exequendum* -- eaque mihi directa, proposui, juxta secundam partem dicti Rescripti in hodierna audientia dubium -- *An mandatum A. C. sit exequendum* -- & Domini -- *Affirmativè* responderunt.

1 Continet enim Instrumentum Donationis clau-

clausulam *Constituti*, cujus vigore competit ex ootissima juribus associatio ad bona ibidem comprahensa.

Neque retardari valet per oppositas nul-
2 litatum exceptiones. Siquidem solemnitates, vel plenè servatæ sunt, quia stipulationi hujus Instrumenti interfuere Judex, & Curator legitimè Mulieri deputatus in locum proximiorum, ut præscribit *Statut. Urbis cap.* 151. *lib.* 1., ibique latè tradunt *Fenzon.*,
3 *& Constantin.*, & aderat rationabilis causa non vocandi Donatoris filios, ne scilicet ejus animum tentarent avertere, aliove modo isti Matrimonio, pro quo Matris vota urgebant, obstaculum pararent, ut benè observat *Rota in Romana dotis* 20. *Novembris* 1711. §. *Utique cor. R. P. D. meo Ansaldo, & in Eugubina dotis, & Fructnum* 17. *Iunij* 1712. §. *Quin obstet in fin. cor. R. P. D. meo Ansaldo, & in Eugubina Dotis, & Fructuum* 17. *Jun.* 1712. §. *Quin obstet in fin. cor. R. P. D. meo Aldrovando, &* 14. *Jun.* 1713. §. *Minime attentis coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urb. Gubernatore*. Vel saltèm non erant in isto con-
4 tractu necessariæ, quià quando Mulier, præcipuè minoritatem egressa, obligationem contrahit favore Dotis, antequam Matrimonium sequutum sit, hæc obligatio, quamvis destituta solemnitatibus statutariis, ac licet sit merè voluntaria, & in causam augumenti Dotis, nihilominùs substinetur in Jure, ut
5 plenè probat *Rota dec.* 293. *num.* 5. *cor. bon. mem. Benincasa, & in cit. Romana Dotis §. De reliquo cor. R. P. D. meo Ansaldo, in Eugubina Dotis, & fructuum §. Sicuti cor. R. P. D. meo Aldrovando, & §. Etenim cor. R. P. D. meo Scotto, & in alia Eugubina Dotis* 4. *Decembris anni prox. pret. §. Absque eo quod, & seq. cor. eodem R. P. D. meo Scotto, & in alia Romana Dotis* 4. *Decembris ejusdem anni §. Motivum coràm bon. mem. Barbadigo*.

Defectus autem Causæ æque insubsistens
6 visus est. Quantumvis enim sub initio Instrumenti Donationis exposita fuerint à Donatrice Judici decretum interponenti molestiæ, quas ratione primæ constitutionis Dotis factæ Annæ filiæ receperat ab ejus Fratribus, & suis respectivè filiis, non tamen dici potest hanc fuisse Donationis causam, itaut eorum odio emissa fuerit, quia, & ex subsequentibus in eadem expositione verbis, & toto Instrumenti tenore patet principalem donandi causam fuisse Matrimonium cum Petro Paulo contrahendum, ibi -- *Essendo detta Signora Agata disposta per l'effettuazione di detto Matrimonio, constituire per sussidio dotale &c.*, & rursus -- *Ad effetto, che detto Sig. Pietro Paolo possa magiormente sostenere li pesi Matrimoniali per sussidio di Dote &c. dà, & assegna &c.* --
7 Adeoque cum certa causa Donationis expressa fuerit ab ipsa Donante, ista præsumitur reverà ejus animum ad donandum impulisse, nisi apertissime probetur contrarium, dum insuper Donatio continetur in eodem actu, & Instrumento, quo continetur Matrimonium, itaut illius pars dici debeat, ad *Text. in leg. Iuris gentium, §. Quinimo ff. de pact., Rota dec.* 1215. *n.* 2. *par.* 18. *recen.*, *& optimè in cit. Eugubina Dotis* 4. *Decembris* 1713. §. *Nequè opponi coram R. P. D. meo Scotto*.

Patet itaque, quod aut Matrimonium cum certa, & determinata Persona contrahendum fuit unica causa Donationis, aut saltem contradictiones filiorum fuerunt solum cau-
8 sa impulsiva, & accessoria, & Matrimonium certum, & determinatum causa finalis, & principalis, sicuti de jure præsumendum est, ex traditis per *Constant. ad Stat. Urb. adnot.* 43. *num.* 76. *ubi concordan., & Rota in Lauretana Dotis* 25. *Iun.* 1696. §. *Neque objiciatur cor. Rmo meo Decano*, adeo ut subsi-
9 steme causa finali, non mæreatur attendi defectus causæ impulsivę, quæ improprie tantum dicitur causa, *Tiraquell. in tract. cessante causa limit.* 1. *cum seqq.*, et non dat subsistentiam actui, qui suam effectiam recipit à sola causa finali, & principali, *Rota coram Merlin. dec.* 229. *num.* 3., *&* 4., *& dec.* 392. *num.* 12., *& seq., & cor. Benincas. dec.* 175. *num.* 9., *& in recent. dec.* 462. *num* 12. *p.* 18., *ac in Albanen. Donationis* 9. *Martij* 1711. §. *Constabilito cor. R. P. D. meo Aldrovando*.

10 Denique sanæ mentis defectus in Donatrice, ex cujus etiam capite donatio impugnabatur, non satis probatus apparuit ex simplicibus fidibus Medici, Chirurgi, & Aromatarii testantium de morbo epileptico, quo jampridem correpta fuit. Debet enim ita de eo constare, ut appareat ablatus à Donatore totaliter consensus, & voluntas, quæ sunt naturalia principia humanorum actionum, ut pluribus adductis firmat *Rota in Romana, seu Veneta Immissionis* 14. *Martij* 1696. §. *Quæ sanè cor. Emo D. meo Card. de la Tre-*
11 *moille inter impressas post Albit. de inconstant. in Iudic. dec.* 52. *num.* 35., *& seq.*, & necesse est, quod de illo deponant de tempore præciso stipulatæ Donationis, ut firmat *Rota cor. Cerro dec.* 681. *n.* 2., *& dec.* 624. *num.* 5., *&* 8. *par.* 19. *recent.*, *& in Tudertina Donationis* 10. *Martii* 1692. §. *Maximè cor. cl. mem. Card. Caccia, & in prox. cit. Romana, seu Veneta Immissionis. post Albit. dec.* 52. *num.* 52., *& cum alijs in Albanen. Donationis* 9. *Martij* 1711. §. *Hæc autem coram R. P. D. meo Aldrovando, & in Syracusana Donationis* 9. *Decemb.* 1712. §. *Totum igitur coram Me*.

12 Fortiùs verò, dum ad ostendendam de tempore donationis perfectam mentis sanitatem ultra Juris præsumptionem, de qua latè in *cit. decis.* 52. *num.* 15. *post Albitium de inconstant. in Judic.*, concurrit optime ordinata, ac serio digesta dispositio cum congrua reservatione alimentorum, & cum discretiva illorum à casu, quo Donans, & Donataria cohabitarent, ab alio casu, quò sejunctim viverent, & tot aliæ circumstantiæ, quæ nonnisi à persona sane mentis potè-
rant

rant considerari, ut ad arguendam mentis
sanitatem ponderat *Rota cor.Cerro dec.127.
num. 23., & 24. in Nullius, seu Sublacen.
Donationis 26.Iunij 1711. §.Tum etiam, &
in Syracusana Donationis 9. Decemb. 1712.*
13 *§.Additur cor. Me*, dum præsertim inter-
fuere isti donationi, ut supra diximus, Judex,
Notarius, Curator, & Testes, quos omnes
censendum non est voluisse admittere de-
mentem ad contrahendum, *Rota in Roma-
na, seù Fanen. Donationis 12. Iunij 1693.
§.Quarto reflectendo cor. Rm̃o D.meo Deca-
no*, & prosequitur *cit Syracusana Donationis*
14 *§.Quibus cor.Me*, & mentis compotem eam
approbarunt ejus filii, reportando absq; ulla
Curatoris deputatione mandatum Procuræ
ad agendum in hoc Judicio, ut aliis relatis,
firmat *Rot in supracit.Albanen.Donationis
9 Mart. 1711. §. Validius cor. R.P.D.meo
Aldrovando*.

Nec facit ad rem, quod filiis Masculis le-
gitimam in sua donatione Agatha non reli-
querit, idcoque exinde constet de ejus livo-
re, & iracundia erga illos: Quandoquidem
id ita p rè asseri non potest, dum jussit Do-
natariæ, quod persolveret æs alienum pro
filiis masculis contractum, cum hoc, quod
cædere deberet hęc extinctio in illorum le-
gitimam. Utrum verò id fieri liceret, utrum-
vè adęquet legitimam, non est præsentis in-
15 spectionis: Cęterum ex quo habuit infensos
filios masculos, voluitque potius gratificari
fœminæ, quam magis de se bene meritam
censuit, dici non potest, quod insaniam sa-
piat eius dispositio, ut ad rem notat *Corn.
cons.219. in fin.lib.1., & Rota in cit. Tuder-
tina Donationis 10. Martii 1692. §. Neque
ex quo cor. cl mem. Card. Caccia.*
16 Cętera quæ respiciunt, vel supplementum
ejusdem legitimæ à filiis pręten sum, vel com-
præhensionem in Donatione Apothecarum,
jampridem à Donatrice datarum in solutum
suo Viro, à quo relicta fuerat hæres usufru-
ctuaria, censuerunt Domini discutienda esse
in particulari Judicio, cum altiorem requi-
rant indaginem, iuxta praxim, de qua omis-
sis aliis in *Romana Donationis 1. Martii*
1709 *§.finali cor. Reverendiss. Labacen.*, dum
præsertim filiorum juribus optimè consul-
tum fuit à R. P. D. A. C. Ansideo, qui super
pręten sione legitimæ, Jura illis reservavit, &
quo ad Apothecas mandatum restrinxit ad
usumfructum, reiecta ad aliud Judicium
17 quæstione proprietatis. Quo vero ad aliam
quæstionem super bonis Pientiæ, an scilicet
Agatha etiam hæc donare potuerit, quæ post
eius obitum ad se Jure proprio spectare con-
tendunt filii, pro nunc visa est suffragari res-
ponsio, quod hoc Jus solum post eius mortem
purificandum, non videtur posse impedire,
quin ipsa vivente donatio substineatur sal-
tem in usufructu, ad *Text. in leg. penult.
§. Prædium ff. de leg.2., & relat.concordan.*
firmat *Rota dec 150. num. 13., & seq., &
dec.862. num. 9. coràm Dunoz. Iun., & de-
cis. 144. num.6., & 7. cor. Cerr.*, & in pro-
posito probat *Card. de Luca de Donat. di-
scurs 3. à num.4. ad 7.*

Et ita salvo ex præmissis Jure Jo. Ludovi-
ci, ac Prosperi, & reservato etiam Annæ
Jure consequendi Dotem ad ratam bonorum
Paternorum, juxta Judicatum R.P.D. A. C.
Ansidei, resolutum fuit utraque &c.

PRÆNESTINA FIDEICOMMISSI SUPER DETRACTIONIBUS.

Lunæ 5. Martii 1714.

ARGVMENTVM.

Hęc est confirmatoria alterius sub die 23. Ja-
nuarii 1713.

Titulus clarus ex detractionibus, & dotibus
mulieribus competentibus, immissionem fi-
deicommissario hæredi retardat. Inventa-
rium necessarium non est in hærede univer-
sali, ut prohibeatur legitimam detrahere, si
res sit cum hærede fideicommissario, & nisi
constet de alienationibus conspicuis, secùs
verò si ista probarentur, & res esset cum
creditoribus.

SVMMARIVM.

1 *Retentio ex causa detractionum de jure da-
tur, quando de istarum competentia non
dubitatur.*

2 *Frater ex dispositione Statuti Vrbis exclu-
dit Sororem à successione Patris.*

3 *Filia licèt exclusa propter masculum à suc-
cessione Patris, attamen si Frater ipsi præ-
decedat, ex ejus persona Patris fit hęręs.*

4 *Filia in favorabilibus, ut dicatur hęres, sa-
tis est, quod filia sit.*

5 *Hæres usufructuaria, creditum dotale cum
usufructu non compensat, si ultra dotem,
etiam usumfructum testator eidem reli-
quisset.*

6 *Detractionum jus ex simplici inventarii de-
fectu non aufertur, si agatur de fideicom-
misso universali, dummodo tamen ingen-
tes alienationes legitimarius non fecisset.*

7 *Amplia in casu, quo fideicommittens omnia
sua bona in testamento descripsisset, per
quod talis defectus suppletur.*

8 *Subamplia, quando agitur cum hærede fidei-
commissario, quo casu rigoroso inventario
opus non est, secùs si ageretur cum credi-
toribus.*

9 *Bona censentur alienata per testatorem, si in
testamento, in quo cætera bona descripsit,
non reperirentur adnotata, nec catastrum
attenditur, & vide casum.*

10 *Bona descripta in testamento condito longè
ante obitum præsumuntur à testatore di-
stracta, si post ejus obitum non fuissent re-
perta.*

DECISIO DCCCXXVIII.

Responsum fuerat in Decisione hujus Causæ
coram Me edita sub die 23. Januarii supe-
rioris anni, dandam esse immissionem Joanni
Bapti-

Baptistæ Spezzæ actori ad bona fideicommissaria Bernardini Cursoni: Canonicatui verò erecto in Ecclesia Cathedrali Prænestina ex dispositione Antoniæ Neptis dicti testatoris ex Perseo Cursono filio altero ex heredibus gravatis, ac Balthassarri Filiaccio illius possessori concessa extitit retentio ex causa detractionum legitimę, & dotium; cumque super illis idem actor iterum audiri obtinuerit, ideò revocatis hodie ad novum examen sub consueto dubio dictæ resolutionis fundamentis, agnitaque eorum subsistentia, Domini *in decisis* perstiterunt.

1 Clara etenim favore dicti Persei rursùs apparuit competentia detractionum, quas distinctè recenset decisio, quæ confirmatur §. *Constita ex.bir*, & per consequens perspicuus exindè reddebatur titulus retentionis per reos conventos oppositus ex persona præfatæ Antoniæ ab eodem Perseo causam habente.

Nec quidquam obstare posse visa est repetita exceptio, quod huc usque probatum non fuerit dictam Antoniam fuisse hęredem Persei Patris, dum iste post se etiam reliquit

2 Felicem Angelum Filium, qui propterea tamquam masculus ex dispositione Statuti Urbis locum sibi vindicantis in Civitate Prenestina, utpote sita in districtu, Sororem ab intestata Patris successione excludebat. Ete-

3 nim cum in discrimen revocati non possit, quod dictus Felix Angelus prędecesserit Sorori, quia ista de facto omnia bona, nedum possedit, sed etiam de illis in causam prædictam disposuit, controverti itidem nequit, quod fuerit Patris hæres mediata ex persona ejusdem fratris, ad *Text. in l. si quit honis paternis ff. de acquir. hered.*, *Rot. cor. Emerix jun. dec.*655. *n.* 8., *& in Perusina Dotis* 20. *Junii* 1701. §. *Hic autem cor. cla. me. Card. Caprara*, *& in Viterbien. Salviani* 18 *Iunii* 1703. §. *Ex pluribus, cor. Rmo D. meo Decano*.

Quin relevet replicatio, quod Antonia dicta bona possederit titulo fideicommissi dumtaxat, non autem jure etiam hæreditario Patris; quoniam assumptum nullo modo probatur, & tamen concludenter justificandum esset in hypotesi, in qua, cum agatur de

4 commodo, & favore dictæ Antonię, sufficit propterea eidem, attento dicti fratris prædecessu, allegare se esse filiam, ad hoc, ut Patris hæres præsumatur, *Rot. cor. Cerr. decis.* 123. *à n.*4., *& cor. fa. me Alexandro VIII. dec.*137 *n.*18., *& cor. bo. me. Benicasa dec.*138. *n.*8., *& dec.* 187. *n.* 14. *p.* 10. *rec.*

Eademque responsione sublata remanet altera exceptio contra qualitatem hæreditariam Persei respectu Ascenzianę Matris, ad effectum impediendi detractionem ejus dotis; præsertim quia nemo comparet, qui il-

5 lius hæredem se esse contendat; hujusmodi verò dotem perperam opponitur fuisse consumptam ex perceptione fructuum, ex quo à fideicommittente relicta extitit usufructuaria omnium bonorum. Cum enim fideicommittens etiam hanc dotem per viam legati restitui mandaverit, evidenter datur intelligi, alienum prorsùs fuisse ab illius compensatione cum usufructu uxori relicto, ad *Text. in l. unica* §. *Primum itaque Cod. de rei uxor. act.*, *Surd conf.* 112. *n.* 44., *Rot. cor. Emerix jun. dec.* 1. *n.*6. *& seqq.*, *& dec.* 1210. *n.*7., *et in recent. dec.* 152. *n.* 19. *p.*9

Quibus ita firmatis, inutili conatu iterum recurrebatur ad defectum inventarii, indè inferendo, quod hęredibus gravatis, & ab eis causam habentibus sublata fuerit facultas allegandi detractiones, præsertim quantitativas, cum præsumantur consumptæ, vel saltem turbidæ, & inefficaces ad impediendam

6 hæredi fideicommissario immissionem. Constans namque hodie est regula, quod ubi, prout in hypotesi, agitur de fideicommisso universali, simplex omissio inventarii satis non reputatur ad tollendum jus detractionum, nisi copulativè concurrant ingentes alienationes, quæ hic prorsùs deficiunt, ut præter authoritates adductas in præcedenti decisione §. *Absque eo quod*, probant *Andreol. controv.* 141. *nu.* 3., *& seqq.*, *Card. de Luca de hæred. discurs.* 17., *& de legitim. discurs.* 27. *utrobique n.* 8., *Rot. cor. bo. me. Benincasa dec.* 29. *num.* 7., *& seqq.*, *& dec.* 133. *num.* 18.

Eoque potissimum, quia fideicommittens in

7 testamento descripsit omnia bona, quæ sanè descriptio supplet dictam omissionem inventarii, & dubio procul superabundat ad effectum de quo agitur, *Rot. coram R. P. D. meo Ansaldo dec.* 21. *n.* 18., *& dec.* 595. *n.*. *p.* 19. *rec.*, *& in Romana Pecuniaria*, *seu locorum montium* 11. *Junii* 1706. §. *Præterea coram Rmo D. meo Decano*, *& in Ariminen.*, *seu Aneonitana fideicommissi* 18. *Junii* 1710. §.

8 *Sed adhuc cor. Rmo Lobaceu.*, ponderando signanter, quod in præsenti res non est cum creditoribus, sed cum hærede fideicommissario, cujus respectu gravatus non tenetur rigorosum inventarium conficere, *Gratian. discept. forens. cap.*822. *n* 14. *& seqq.*, *Rot. in Romana fideicommissi de Porta* 22. *Aprilis* 1709. §. *Non relevante cor. Rmo D. meo Decano*, *& in Firmana Commendæ* 29. *Februarii* 1712. §. *Eoque libentius cor. Me.*

Haud refragante, quod non reddatur ratio de aliis bonis, quę testatorem possedisse constat ex partita catastri, nec non de aliqui-

9 bus in dicto testamento descriptis: bona siquidem in catastro descripta anno 1585., alienata censeri debent ab ipsomet testatore, ex quo in testamento longè post condito, nempe anno 1603. per ipsum adnotata non

10 fuerunt. Respectu verò bonorum in testamentariis tabulis descriptorum, vel eadem militat responsio, cum testator per plures annos supervixerit, vel in omnem casum satis est, quod non probetur, dicta bona pervenisse ad manus Persei, prout opus esset, præsertim cum obvenire potuerint in portionem Jo. Baptistæ ejus fratris, & cohæredis, quemadmodum probat decisio, quæ revidetur

tur §. *Neque*, ad quam Domini in omnibus remissivè sese habuerunt.

Et ità utraque &c.

CREMONEN. BENEFICII.

Veneris 9. Martii 1714.

ARGUMENTUM.

Testator, qui jus patronatus activum fundavit, & ad jus nominandi Parochum, sive Rectorem Ecclesię, in qua fuit erectum, ac Parochianos, sive Vicinos vocavit, eidem Rectori vocum medietatem, & alteram medietatem Parochianis, & Vicinis concessisse præsumitur, præsertim, si huic præsumptioni longæva observantia faveat.

Beneficium Clericale dicitur, nisi personæ industria electa sit.

SUMMARIUM.

1 *Litteræ Apostolicæ in præsentationibus ad Ecclesiastica beneficia undique justificatę, exequendæ sunt.*

2 *Litteræ Apostolicæ ex quibus expositis dicantur verificatæ.*

3 *Jus præsentandi, si pertineat ad Rectorem Ecclesiæ, & Parochianos, duo voces æquales constitutæ censentur, una in istis, altera in illo, & sub* n.5. & n.6.

4 *Parochus, tamquam Parochię caput dicitur major dignitas.*

5 *Relatio fit semper ad proxima, & non ad remota.*

6 *Jus nominandi Rectori, & Parochianis reservatum cum verbis* -- Vel majori parte eorum -- *intelligitur, ut iidem collegialiter, uti corpus pro medietate Vocum præsentare debeant, & pro altera Rector.*

7 *Religiosi Reformati Minoris Observantiæ S. Francisci, quia pauperes, sunt incapaces jurispatronatus activi, etiam in communi.*

8 *Translatio jurispatronatus factæ favore Ecclesiæ, salvis juribus super titulo, & fructibus favore Rectoris alterius Ecclesiæ, ad quem collatio pertinet, non præjudicat juribus dicti Rectoris, & Successorum; &* vide casum in num. seq.

10 *Amplia, si constet ab observantia, quod Rector habuerit medietatem Vocum, & alteram Parochiani.*

11 *Juspatronatus duorum beneficiorum, à Fundatore in uno, eodemque Altari erectorum sub uniformi reservatione, non dici potest, ut quoad unum ex eisdem pertineat ad unam personam jus nominandi, & quoad alterum ad aliam, maximè si sint sub eadem lege comprębensa*, & vide casum.

12 *Amplia, si status unius ex eisdem Beneficiis, statui alterius cohæreat, & habens medietatem vocum, pro sua medietate quoad utrumque prę sentasset.*

13 *Subamplia, si præsentatio unius ex habentibus medietatem vocum effectum habuisset.*

14 *Curatus admissus à Parochianis, tamquam Director, & assistens in actu præsentationis ad beneficium, non dicitur habere illius juspatronatus activum.*

15 *Adde, si idem Curatus inhibitus ne accederet ad actum prę sentandi, se protestasset, quod non intelligit prę judicare jus habentibus pro medietate vocum.*

16 *Beneficium dicitur Sacerdotale, si sit electa industria personę, secùs si per alium nominatus posset celebrare; quo casu dicitur Clericale.*

17 *Onus celebrandi per se ipsum non residet in verbis* -- Presbyter teneatur celebrare, & justo impedimento subsistente faciat celebrare -- *cum ista sola circumstantia non sufficiat*, & num. seq.

18 *Beneficium esse Sacerdotale in dubio deducitur ex facultate à testatore concessa de celebrando per alium in casu impedimenti*, & vide num. 17.

19 *Onus celebrandi per se ipsum non benè infertur ex alio onere residentiæ, quod Beneficiato Fundator injunxisset.*

20 *Amplia, ut neque ex pœna privationis Beneficii à testatore indicta in casu contraventionis, cum hoc tendat ad favorem Beneficii tantum.*

21 *Subamplia, si concurrat centenaria observantia, ex qua deduceretur Clericos fuisse admissos.*

22 *Beneficium numquam dicitur Sacerdotale, si ad ipsum simplex Clericus fuisset institutus.*

23 *Amplia, si in contradictorio judicio Clerici fuissent in concursu Sacerdotum admissi.*

24 *Subamplia, etiamsi Clerici Apostolicam procurassent dispensationem, quod ad maiorem tantùm cauthelam fecisse præsumuntur.*

25 *Juspatronatus dicitur justificatum coram Ordinario ex demonstratione fundationis, si litteræ Apostolicę verificandum esse inhereut.*

26 *Juspatronatus fuisse justificatum non potest à collitigante impugnari, si ab eodem jurepatronatus suum jus metiatur.*

27 *Institutio ad Beneficium non potest concedi habenti medietatem vocum dumtaxat, quando super ea alter præsentatus Apostolicam derogationem retulisset.*

DECISIO DCCCXXIX.

Perpetuum simplex Beneficium ad Altare S. Joannis Baptistæ à se constructum in Parochiali Ecclesia S. Luciæ Cremonæ, cum onere Missæ quotidianæ, fundavit anno 1419. Anghinorius de Aqualonga, reservavitque juspatronatus activum Presbytero, & Rectori dictæ Parochialis (*Præposito* hodiè nuncupato) necnon Vicinis, seù Parochianis ejusdem Ecclesiæ, vel majori Parti eorum.

Subindè anno 1422. in executionem piæ voluntatis ejusdem Anghinorii expressæ in ejus testamento, fundatum fuit aliud consimile Beneficium ad Altare prædictum cum eodem

eodem prosùs onere, eademque jurispatronatus reservatione favore prædictarum Personarum. Utraque fundatio plenarium sortita est effectum, & juspatronatus hujusmodi approbatum, & canonizatum extitit in nostro Tribunali, tàm priscis temporibus in *dec.2010. par.3. divers.*, *quam novissimè in Cremonen Beneficii 3. Decembris* 1706. *cor. Me* ad favorem Joannis Baptistæ Ravasii ad alterum ex dd. Beneficiis præsentati per Præpositum, & Vicinos d. Parochialis Ecclesiæ.

Vacavit ultimo loco per obitum ejusdem Ravasii hoc Beneficium, & Jacobus Marenghus ad illud præsentari obtinuit à majori parte Vicinorum, ac etiam à PP. S. Francisci Minoris Observantiæ, in quos dict. Parochialis Ecclesia, una cum exercitio curæ Animarum, usque ab anno 1528. translata fuerat. E contra verò Valentinus Carolus obtenta præsentatione à Petro Maria de Cæsaris moderno Præposito sæpedictæ Ecclesiæ, reportavit gratiam Apostolicam pro præsentato cum derogatione medietatis vocum, & postmodum geminas in partibus sententias, alteram nempe ab Ordinario super verificatione jurispatronatus favore dicti Præpositi, alteram verò ab exequutore super executione dd. litterarū, nunquam tamen citato dicto Marengo, qui proindè facili negotio obtinuit à Signatura Justitiæ remitti causam ex integro ad nostrum Tribunal. Ad normam itaque Commissionis mihi directæ, proposito hodie congruo dubio, DD. *Litteras Apostolicas Valentini esse exequendas, & non esse dandam Institutionem Jacobo*, responrunt.

Constitit enim illas esse in omnibus verifi-
1 catas, & signanter in substantiali narrativa, quod Valentinus præsentatus fuerit à medietate Patronorum, qua attenta, derogationem alterius medietatis reportavit, proindeque executioni demandandæ veniunt, *Rota in Romana Cappellaniæ S. Nicolai 28. Junii 1709 §. Amaritudo cor. R.P.D. meo Ansaldo, & in Sorana Jurispatronatus 22. Januarii 1712. §. Concluso coram R. P. D. meo Falconerio, & in Bononien. Beneficiorum de Castello super executione litterarum Apostolicarum 12. Octobris ejusdem anni §. de justificatione coram R. P. D. meo Crispo.*

Hujusmodi autem narrativæ justificatio
2 clarè emergit ex præsentatione per ipsum obtenta à Præposito dictæ Ecclesiæ Parochialis S. Luciæ, ad quam medietas jurispatronatus activi spectare dignoscitur, quia
3 cum juxtà legem fundationis reservatum fuerit Rectori, & Vicinis, seù Parochianis ejusdem Ecclesiæ, duæ voces æquales constitutæ censentur, quarum altera Rectori, altera verò Parochianis competit, ut in puncto respondis *Rota coram Crescentio dec.4. de jure patronat.*, quam resolutionem communi Doctorum calculo receptam esse testantur *Gonzal. ad regul.8. Cancell. Gloss.*
3. *num.17.*, *Gratian. discept. forens. cap.50, num.14., & seq.*, *Murga de Benef. quæst. 3. num.77.*, *Barbos. vot. dec.121. nu.9., & 10., ac per tot., & de potest. Episc. allegat.72. sub. num.198.*, *Card. de Luca de jurepatr. disc.34. num.3.*, *eidemque constanter semper adhæsit nostrum Tribunal, ut videre est in dec.551. num.4. coram Cavaler., & in Barchinonen. Beneficii 23. Martii 1705. §. Siquidem cor. R.P.D. meo Ansaldo.*

Absque eo quod contraria Fundatoris voluntas desumi valeat ex subsequentibus verbis in dicta reservatione appositis ibi -- *vel majori parte eorum* -- quasi quod exindè Juspatronatus relictum censeri debeat omnibus nominatis, Parocho nempè, & Parochianis collectivè, & per modum Collegii, quodque nominatio Rectoris primo loco de per se facta referenda veniat ad majo-
4 rem dignitatem, & præeminentiam, quam ipse habet tamquam caput Parochiæ, & Parochianorum, ad firmata per *Buratt. cons.324. num.18. cum pluribus seq. tom.3.* Etenim præfata verba nullo modo qualifi-
5 cant vocationem Rectoris, de quo in principio orationis fundator locutus fuerat, sed unicè stant relativè ad Parochianos, quibus immediatè coherent, *Rota coram Cels. decis.232. num.11., & coram Merlin. dec.525., & coram Emerix jun. dec.535. num.10., & in rec. dec.637. num.8., & dec.643. num.6. par.19 rec.*

Et optima quidem ratione, nàm seposita lege fundationis, dicti Parochiani præsentare poterant uti singuli, *Rota in Hypporegien. Parochialis 21. Junii 1700. §. In hypothesi coram. Reverendiss. D. meo Decano, & in Bononien. Parochialis 26. Januarii 1711. §. Constitit coram bon. mem. Caffarello*, ideo-
6 que consulto per fundatorem adjecta fuerunt illa verba -- *vel majori parte eorum* -- ad ostendendum, quod ipsi, uti Corpus, & Collegialiter præsentare deberent, adeout majori eorum parti standum esset, *Rot. in Majoricen. Beneficii 6. Decembris 1709. §. Hujusmodi coram R.P.D. meo Ansaldo, & in d. Bononien. Parochialis 26. Januarii 1711. §. Verum cum seq. coram bon. mem. Caffarello.*

Extranea proindè redditur à præsenti hypothesi dicta authoritas Bursatti, quia in ejus casu post vocationem Rectoris, & Vicinorum, immediatè subsequebantur verba ad evidentiam usque omnium complexiva, ut patet ex num.20, § Præterea, ibi -- *Quibus omnibus, sive majori parte eorum*, -- ac propterea mirum non est, quod in his terminis Juspatronatus relictum censeretur Parocho, & Vicinis pèr modum unius, cum ejusdem Parochi, & Vicinorum vocatio æqualiter determinata, & purificata fuerit in illis verbis *quibus omnibus &c.*, maximè attenta observantia, in qua potissimum se fundat præfatus Author.

Levioris momenti visa est altera exceptio, quod admissa etiam juxta legem fundationis,

pertinentia medietatis jurispatronatus favo-
re Præpositi, nihilominus cum an. 1528. dicta
Ecclesia Parochialis, una cum onere, &
exercitio Curæ Animarum translata fuerit in
7 PP. Reformatos minoris observantiæ S. Fran-
cisci, in eosdem pariter, sive in Rectorem ab
ipsis pro tempore deputandum, transfusum
fuisse dici debeat jus præsentandi, itaut Præ-
positus ab indè citrà, tamquam Rector puri
nominis, patronalem pertinentiam amiserit.

Ultra quod enim prætensæ huic acquisi-
tioni jurispatronatus favore PP. resistere vi-
debatur arctissima eorum paupertas, & ab-
soluta incapacitas possidendi etiam in com-
muni, ad tradita *per Sanchez ad præcepta Decalogi lib. 7. cap. 14. num. 5., Pacion. alle-
gat. 104. num. 1. cum seqq., & à nu. 12 ad 25.*,
& præcisè resolutum fuit per sacram Con-
gregationem Episcoporum, & Regularium in
una *Spoletana sub die 31. Ianuarii* 1687. Ces-
sat omnis difficultas, ex quo in dicta conces-
8 sione speciali pacto cautum extitit, *quod
collatio prædictæ Ecclesiæ, & ejus provi-
sio, dum pro tempore vacaverit, pertineat
ad Rm̃um Dominum Episcopum Cremonæ,
& quod per hujusmodi investituram perpe-
tualem non fiat, nec factam esse intelligatur
aliquod præjuditium ipsi D. Appollonio
Præposito, seu Rectori antedicto, & ejus
successoribus in dicta Præpositura, & Eccle-
sia quoad titulum præfatæ Ecclesiæ, & quo-
ad fructus, redditus, & proventus terrarum
Ecclesiæ prædictæ* &c. ideoque si per hanc
concessionem nullum omnino irrogari po-
terat præjudicium Præposito tunc temporis,
ac successoribus in Præpositura, cujus titulus
illesus remansit, si fructus, redditus, ac pro-
ventus Ecclesię ad eorum commodum, prout
antea, reservati fuerunt, profectò jus pręsen-
tandi nullo pacto transire potuit in PP., sed
utpotè annexum dicto Præpositurræ, & com-
præhensum in dicta fructuum reservatione,
apud Præpositum continuare debet, *Ton-
dut. quæst. Benefic. par. 3. cap. 81. num. 1., &
seqq., Rot. dec, 205. num. 12. par. 6. rec., & in
Rom. Cappellaniæ 16. Martii* 1708. §. *potis-
simè cor. R. P. D. meo Ansaldo, & appositè
in Recinaten. Beneficii 20. Martii* 1702. §.
non obstante cor. cla. me. Card. Caprara.

Minimè attenta replicatione, quod in sæ-
pedictos PP. translata fuerit Ecclesia Paro-
chialis, & cura Animarum, cujus intuitu ex
verisimili mente fundatoris juspatronatus
Rectori relictum pręsumitur; verba siquidem
9 concessionis manifestè pręseferunt solam con-
cessionem, seu investituram domorum, &
ędificiorum Præpositurę, seu Ecclesiæ S. Lu-
cæ, atque onus, & simplex dumtaxat exer-
citium Curæ Animarum transfusum fuisse in
PP. ibi, -- *Cum pacto, quod Guardianus, &
Fratres obligati sint deservire in divinis, ac
exercere curam animarum, ac omnia &
quęcumque opera spectan. ad Curam per-
ferre, & substinere gratis, & absque aliqua
recompensatione, seu solutione sibi propterea
fatienda per Præpositum, seu ejus successo-
res in d. Ecclesia, ac Præpositura* -- Et pro-
pterea cum jus, & titulus Præpositurræ,
atque Ecclesiæ, ac habitualis cura resideat
pænes Præpositum, consequens est, ut con-
tinuatio quoque jurispatronatus apud eun-
dem, in discrimen revocari nequeat, quemad-
modum in præcisis terminis dixit *Rot. in d.
Recinaten. Beneficii 20 Martii 1702. §. Hinc
inanis coram cla. me Card. Caprara*.

Cæterum, hæc omnia mirificè corrobo-
10 rantur ex observantia, juxta quam, cum
Præpositus pro tempore in vacationibus prę-
sentaverit pro medietate, clarè exinde da-
tur intelligi, quod Fundator reservare vo-
luerit medietatem jurispatronatus Pręposito,
alteram verò medietatem Vicinis, seu Paro-
chianis, *Card. de Luc. de jurepatr. disc. 34. n.
7., & disc. 60, num. 11., Rota post Vivian. de
jurepatr. dec. 36. num. 11., & dec. 26, num.
14., & 15. cor. Sa. Me. Alexandro VIII.*,
quodque in supradicta concessione Ecclesiæ
Parochialis facta PP. S. Francisci, nulla-
tenus comprehensum fuerit controversum
jus præsentandi, ut generalibus omissis prose-
quitur *Rota in d. Recinaten. Beneficii 20,
Martii* 1702. §. *quod etiam cor. cl. me Card.
Caprara*.

Et sanè inter quamplures status ad hunc
effectum à Scribentibus pro Valentino cu-
mulatos, præcipuè attisit DD. ille anni 1660.,
in quo secuta vacatione alterius ex dd. Be-
neficiis, Præpositus ad illud presentavit Joan-
nem Baptistam Ceriolum; cumque Paro-
chiani seu Vicini alium presentassent, idẽ Jo.
Baptista reportavit gratiam Apostolicam pro
præsentatu cum derogatione medietatis vo-
cum, & illius vigore Beneficii possessionem
nactus fuit, ac in ea, usque ad obitum pacificè
continuavit. Hujusmodi vero status adeo
qualificatus, & omnino conformis pręsenti
hypothesi, nemo non videt quantum cõferat
ad intentũ, *Rot. cor. Vbald. dec. 555. n. 4., &
seqq., & in Aretina Beneficii 31. Ianuarii*
1701. §. *Suffocata cor. R. P. D. meo Ansaldo,
& in Malevitana jurispatronatus 13 Ianua-
rii 1708. Qualificatissimus cor. bo. memoria
Omanna*.

Nec relevat, quod iste status respiciat Be-
neficium diversum ab illo, de quo in pręsenti
disceptatur, quià cum utrumque Beneficium,
ut supra præmissum est, per eundem funda-
11 torem erectum fuerit ad unicum Altare, sub
uniformi prorsùs reservatione jurispatrona-
tus favore Rectoris, & Vicinorum, sequitur
exindè, quod sicuti ad Præpositum spectare
dignoscitur juspatronatus, & est in pos-
sessione pręsentandi pro medietate quoad
unum, ità etiam d. patronalis pertinentia,
& possessio eidem suffragatur quoad alterum
Beneficium sub eadem lege, & determina-
tione compræhensum, ac ab uno ad aliud tu-
tissima fieri potest illatio, ut in his terminis
tradunt *Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 10.
num. 20., Post. de Manut. observ. 73. nu. 148.,
Rot. cor. Emerix Iun. dec. 820. num. 7., & in
Majoritea Beneficii 11. Maii 1705. §. fin,*

cor.

cor. bo. me. Muto, *& in d. Malevitana jurispatronatus* 13. *Ianuarii* 1708. §. *neque obstat cor. bo. me. Omanua*.

Eoque potissimum, quia cum hoc statu con-
12 cordant etiam alii præcisè respicientes controversum Beneficium, in quibus Præpositi pro tempore, vel præsentarunt pro medietate, vel nominationē suam dederunt separatim ab Universitate Vicinorum, qui quidem modus præsentandi, clarè comprobat eosdem Præpositos fuisse consideratos veluti habentes unam vocem æquivalentem alteri Parochianorum, nam alias, nec potuissent votum dare pro medietate, ac seorsim ab eisdem Vicinis valuissent præsentare, sed insimul, & collegialiter eum illis debuissent ad nominationem devenire, ex firmatis in *d. Majoricen. Beneficii* 6. *Decembris* 1709. §. *Hujusmodi cor. R.P.D. meo Ansaldo*, *& in d. Bononien. Parochialis* 26. *Ianuarii* 1711. §. *Quoniam cum seqq. cor. bo. me. Caffarello*.

Atque hinc attendi non meretur contraria observantia; vel enim adducitur ad ostendendum, quod medietas d. Jurispatronatus non spectet ad Præpositum, & nullus omninò actus id concludit, quando è contra
13 alii, & quidem qualificati concurrunt status, in quibus Præpositus pro sua medietate præsentavit, eiusque præsentationes effectum sortitæ sunt, ex mox ponderatis.

Aut allegatur ad comprobandum, quod in supradicta concessione Ecclesiæ Parochialis factaPP.S.Francisci, cōptæhensū etiam fuerit d. Juspatronatus, & minus relevat, nam
14 omnes actus præseferunt solùm, quod Guardianus, seu Curatus pro tempore admissus fuerit à Vicinis habentibus aliam medietatē Jurispatronatus, tamquā simplex eorum director, & assistens, cum in qualibet vacatione Præpositus pacificè præsentaverit, quod etiam
15 evidenter resultat ex confessione moderni Curati, qui occasione præsentis vacationis inhibitus ne accederet ad Congregationem Vicinorum, opposuit dumtaxat se esse in possessione interessendi tamquam Curatum eorū congregationibus, & solēniter corā Vicario Generali protestatus fuit, se non intendere aliquod præjudicium inferre juribus cōpetentibus Præposito in d. Jurepatronatus; quę sanè solemnis confessio de perse exuberat, tum in comprobationem assumpti, quod PP. simplicem præstiterint assistentiam in dd. Parochianorū Congregationibus, tum in confirmationem Jurium Præpositi, quoad medietatem sæpedicti Jurispatronatus, *Rota in d.Recineten. Beneficii* 20. *Martii* 1702.§. *hinc inanis in fin, cor.cl.me. Card. Caprara*, *& in Cracovien., seu Sandomirien. jurispat.* 15.*Januarii proxime præteriti* § *Et de facto cor. & Me*.

Inevitabilem ex his agnoscentes executionem litterarum Apostolicarum defensores Jacobi, frustra tandem pro illius retardatione adlitruere satagebant controversum Beneficium esse actu Sacerdotale, & per consequens, licet Valentinus sit in ea ætate constitutus, ut intra annum ad Sacerdotium promoveri possit, nihilominus ad illud concurrere nequeat eum d. Jacobo, qui de tempore præsentationis actualiter erat Sacerdos.

Etenim littera fundationis hujusmodi qualitatem non præsefert, nam Fundator
16 mandavit quidem, quod eligeretur, præsentaretur, an instituerctur Presbiter, seu Sacerdos adiecto certo onere missarum; verum, cum neque expressè, nec per æquipollens, eidem injunxerit onus celebrandi per se ipsum, electa non censetur industria personę, sed solum indigitatum onus Missarum, quod æquè bene per alium adimpleri potest, & consequenter Beneficium in his terminis diudicari nequit Sacerdotale, juxta famigeratam *Decis*.825.*cor.Merlin. cū concordan.* latissimè cumulatis in *Ortonen. Beneficii* 23. *Martii* 1708. §. *Quæ quidem coram R.P.D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*, *& 10. Junii* 1709. §. *fin. cor. Emo D. Card. Polignach.*, *& in Melphiten. Beneficii* 26. *Jun.* 1711. *cor. Emo D.Card. Priolo*, *&* 27. *Ianuarii*, *&* 5. *Decembris* 1712. *per tot. cor.Me.*

Neque tacita Fundatoris voluntas injun-
17 gendi hoc onus personale Beneficiato desumi valet ex illis verbis -- *quod Presbiter præsentatus &c. teneatur celebrare, seu justo impedimento subsistente, facere celebrare Missas* -- nam quamvis facultas celebrandi
18 per alium in casu impedimenti, plurimum conferat ad arguendam qualitatem Sacerdotalem Beneficii, ut in *Baren. Beneficii* 12. *Decembris* 1712. §. *Eoque magis cor. R.P.D. meo Aldovrando*, attamen sepositis aliis circumstantiis, hæc sola de perse non sufficit ad hunc effectum, juxta punctualem resolutionem Sac. Congregationis Concilii relatā per *Pignattell consult.*2. *num.*10. *tom.*7., & de facto in *d. Baren. Beneficii*, præter alias gravissimas conjecturas, concurrebat etiam præceptum celebrandi de per se.

Minus confert ad intentum demandata
19 residentia in d. Ecclesia Parochiali S. Lucæ, quia ex onere residendi iniunctoCappellano, seu Beneficiato, non infertur ad onus celebrandi per se ipsum, eum tali casu residentia non dicatur præcisa, sed causativa, *Rota cor. Merlin. dec.* 399. *per tot.*, *& cor. Cavaler. d. dec.* 551. *n.* 5., *&* 6., & novissime resolutum fuit per Sac. Congregationem Concilii *in Nepesina Cappellaniæ* 19. *Decembris* 1708.

Pœna tandem privationis in casu omissi
20 adimplementi, unicè respicit favorem Fundatoris, ne scilicet iniuncto Missarum suffragio defraudetur, ideoque inflicta censeri debet, quatenus Beneficiatus, nec per se, nec per alium celebret, quemadmodum pluries respondit *d. Sac. Congregatio Concilii teste Fagnan. in cap. ut Abbates n.* 69. *de ætat.*, *& qualit.*, *Pignattell. d. consult.* 2.*sub n.* 6. *tom.* 7.

Omnemque hac in re pariter tollit hæsita-
21 tionem subsequta observantia plusquam centenaria in utraque Cappellania, dum ex

ferie præsentationum, & Institutionum pa-
tet, ad utrumque Beneficium passim admissos
fuisse Clericos, quod sane prœtensam qua-
22 litatem Sacerdotalem apertissimè excludit,
*Rota in Melevitana Beneficiorum 16. Iunii
1710. §. frustra cor. R.P.D. meo Falconerio,
et in d. Melphiten. Beneficii 26. Iunii 1711.
§. At si adhuc cor. Eminentissimo D. Card.
Priolo, et 27. Iunii 1712. §. Atque hæc, &
12. Decembris ejusdem anni §. Cum itaque
cor. Me.*

Tantoque magis, quia plures præsentatio-
23 nes Clericorum effectum sortitæ sunt in
contradictorio Judicio, & in concursu Sa-
cerdotum, in quibus terminis validiorem
firmant statum pro exclusione qualitatis Sa-
cerdotalis, *Rot. cor. Cels. dec. 313 n. 2., &
3., et dec. 77. n. 3. post Vivian. de jurepatr.,
et in Novarien. Beneficiorum 26. Novem-
bris 1703. §. iterum cor. R.P.D. meo Scotto
Almæ Urbis Gubernatore*,

Quin urgeat, quod aliqui ex dd. Clericis
24 supplicaverint Sanctissimo pro dispensatione;
nam cum præsentati fuerint absque ulla con-
ditione obtinendi dispensationem Apostoli-
cam, atque hæc de cætero dubitativè expe-
tita extiterit, dicitur proinde reportata ad
majorem cauthelam, & ideo inefficax est ad
elidendam observantiam exclusivam quali-
tatis Sacerdotalis, *Rota dec. 136. n. 38., et
dec. 472. n. 43 p. 18. rec., et in Adrien. Ca-
nonicatus 7. Maii 1706. §. Quod si cor. Re-
verendissimo Lahacen., et in sæpedicta Mel-
phiten. Beneficii 21. Junii 1712. §. Atque
hæc, et 5. Decembris ejusdem anni §. Hinc
non refragatur cor. Me.*

Denique clausula adiecta in litteris Apo-
25 stolicis obtentis, nempè à Valentino -- *ve-
rificato prius cor. Ordinario loci d. Iurepa-
tronatus ex fundatione, vel dotatione* -- sa-
tis visa fuit adimpleta ad effectum de quo
agitur per justificationem jurispatronatus ex
fundatione d. Anghinorii, aliisq. documentis
ab ipso factam cor. Ordinario, qui non de-
venit ad Sententiam declarationis jurispa-
tronatus ob oppositam per Jacobum Colliti-
gantem, & Vicinos pendentiam litis in no-
stro Tribunali, quemadmodum specialibus
litteris idem Ordinarius testatus fuit, ideo-
que attento hujusmodi impedimento per
collitigantem prælitito, eadem sententia, &
declaratio habetur, ac si prolata fuisset, præ-
sertim quia ex dd. litteris constat juspatro-
natus habitum fuisse pro justificato ab Ordi-
nario, & illius justificatio plenè fuit etiam
comprobata, & agnita in nostro Tribunali,
26 ex supra deductis. Nec per Jacobum suum
Jus metientē ex eodem jurepatronatus ullo
modo controverti, & impugari valet.

Constito ex his, quod juxta primam dubii
partem literæ Apostolicæ Valentini sint exe-
quendæ, in necessariam emergit consequen-
tiam negativa resolutio alterius partis. In-
27 stitutio enim concedi nequit Jacobo haben-
ti dumtaxat medietatem vocum, super qua
gratiam derogatoriam præfatus Valentinus
reportavit, *Rota in d. Sorana Iurispatron.
22. Ianuarii 1712. §. concluso cor. R. P. D.
meo Falconerio*.

Et ita utraque &c.

MELEVITANA PRIORATUUM SUPER RE JUDICATA QUOAD LIQUIDATIONEM.

Lunę 12. Martii 1714.

A R G U M E N T U M.

Hæc est confirmatoria alterius sub die 3. Julii 1713.

Restitutio in integrum non conceditur, nisi tales deducantur probationes, quæ si deductę prius fuissent, per eas causæ victoria stetisset. Res judicata probationibus, quæ de cœtero in principio Judicii fuissent imbeciles, robur addit. Testimonia Principum probatæ probationes dicuntur.

S U M M A R I U M.

1 *Restitutio in integrum si pro secunda vice postuletur, numquam conceditur, nisi perstringentes afferantur probationes, quæ judicatorum iniustitiam concludant.*

2 *Processus ex discontinuis foliis, et malo ordine compositus, atque interruptus non probat.*

3 *Attestationes Ducum Exercitus probant militaria servitia.*

4 *Equites Castra honorificè sequentes, non describuntur in Rollo Militum pecunia conductorum*, & n. seq., 6., & 12.

7 *Testes formiter non repetiti, & epistolæ, quę re integra forsan concludenter non probarent, post rem judicatam tamen concludentissimè probant.*

8 *Servitium si probetur fuisse præstitum de tempore antecedenti, et ultimo, demedio in consequentiam venit.*

9 *Miles non præsumitur ascendisse ad gradus sublimiores belli, nisi de strenua, & continua virtute experimentū prius dederit.*

10 *Miles strenuè pugnasse, sibique meritum comparasse probatur ex Regiis diplomatibus,*

11 *Testimonia Supremorum Principum indistinctè, & secundum eorum generalitatem concludentissimè probant.*

13 *Miles Æques à fortiori honorificè, & sine stipendio militasse prçsumitur, si supremo Principi praces porrexisset pro militari officio, ex quo belli suas omnes substantias consumpsisset.*

14 *Æquites Hierosolimitani, qui antianitate digni, præviis solitis citationibus, ab Eminentissimo Magno Magistro reputati sunt, antianitatis effectus consequi debent, ac si per decennium in conventu resedissent.*

15 *Exceptio incapacitatis de præterito non admittitur in dd. Æquitibus, ut assecutio dignitatum antianitati competentium eis denegetur.* 16 *Di-*

16 *Dignitas magni Bajulivatus ab Æquite obtineri non potest, nisi quindecim annis habitum gestaverint, & decem annis in Conventu habitaverint, ac Æquites antianitate dignos efficit.*
17 *Capacitas approbata in contradictorio judicio, statum facit favore Æquitum, ut antianitate dignentur.*
18 *Æques dicitur capax antianitatis, si Magnum Prioratum obtinuisset.*
19 *Æquites graduati, non possunt redargui de incapacitate eveniente optionis casu, de stylo S. Religionis, quem Rota sequitur.*

DECISIO DCCCXXX.

COmpleto tandem aliquando, ac transportato in hac causa Processu remissoriali, ex quo Comes Carolus Leopoldus ab Herbesteyn sibi blandiebatur perspicuè resultare negativam hucusque suppositi servitii militaris præstiti per Ferdinandum Leopoldum Baronem Dubsky, & consequenter corruente exinde Justitia decreti liquidatorii decennalis residentiæ, subsistere neutiquam posse rem judicatam eidem decreto innixam. Ad novum examen in hodierna audientia revocavi fundamentum Decisionis coram Me editæ sub die 3. Julii superioris anni, & DD. sedulo rimatis novis juribus in præfato processu cumulatis, agnoverunt adhuc immotam esse Justitiam d. Decreti liquidatorii, & consecutivæ rei judicatæ, proindeque *in decisis* perstitere non hæsitarunt.

1 Et sanè præmisso iterum, quod in præsenti res est non de prima, sed de secunda restitutione in integrum, quodque hæc promovetur adversus decretum liquidatorium executioni jam demandatum, ac toties solemniter approbatum, & confirmatum, primò nempè in consilio Ordinario, & Completo Sac. Religionis Hierosolymitanæ, mox in nostro Tribunali, ac tandem in Signatura Gratiæ, profectò ea admitti nullo pacto potest, nisi adeo univocę, & perstringentes afferantur probationes, ut ad evidentiam usque præcedentium Judicatorum injustitiam concludant, *ad text. in cap. ultimo de restit. spoliat.*, et *in l. in una C. si sæpe in integr. restit. postul., Odd. de restit. in integr. p. prima quæst. 16. art. 5. n. 25.* cum concordan. relatis in decisione, quæ revidetur §. *Cum enim*.

2 Hujusmodi autem generis visa non sunt nova documenta in d. processu remissoriali contenta; ultra quod enim idem processus constat ex discontinuis, & disparatis foliis, ac per saltum, & interruptè pluribus in locis rubricatus apparet, ideoque licet id facile oriri potuerit ex negligentia compilatoris, nihilominus negari non potest, quin saltem exinde turbata remaneat vis illa incontrovertibilis, & nitidissima probationis ad effectum de quo agitur requisitæ, quemadmodum respectu alterius processus concernentis d. Decretum liquidatorium, latissimè animadvertit decisio R.P.D. mei Ansaldi super restitutione in integrum 13. Decembris 1706. à §. *Patefacta, usque in finem*.

Adhuc ex prælatis documentis resultat solum, quod Baro Dubsky militaverit anno 1683. in Moravia, & in ultima Hungariæ expeditione bellica de anno 1698., absque eo quod alia actualia eius servitia adnotata reperiantur in libris, & matriculis Consilii Aulicobellici, quod tamen non concludit pernecesse negativam aliorum militarium servitiorum, tum quia, ut præventivè animadvertit prima decisio hujus causæ edita 15. Junii 1705. § *Quoniam cor. cla. me. Card. Caprara*, necnon novissima cor. Me §. *Neque prædictis*, hæc aliunde desumi possunt, ex attestationibus scilicet Ductorum Exercitus, ex testibus, cæterisque probationum speciebus, quas recensent *Crispolt. de re militar. cas. 46. n. 3. cum plurib. seqq., Mascard. de probat. conclus. 1058. à n. 3. usque in fin. pernes quos concordan.*

4 Tum quia in mox enunciatis regestris probabiliter describuntur illi dumtaxat, qui sub stipendio militant, non autem cæteri omnes, qui in qualitate militum honorariorum Castra sequuntur, juxta plenè ponderata *in decisione R. P. D. mei Ansaldi 13. Decembris 1706. §. Hujusmodi autem cum pluribus seqq.*

Nec subsistit, quod quælibet possibilitas servitii militaris aliunde petenda apertissime excludatur ex attestatione dicti Consilii Aulicobellici, in qua habetur -- *Nec Gregarium, nec Officialem cujuscumque sit gradus vel dignitatis actuale servitium militare posse præstare, nec talis posse haberi, nisi cum nomine, & cognomine, nec non diei, in qua susceptus, vel promotus est, expressione, arrolationibus, regestris, & matriculis publicis sit insertus, & sic tam charactèr, quam servitium præstitum necessario ex illis, & non aliter possit constare*,

5 Etenim hujusmodi attestatio, quæ etiam in præcedentibus Causę propositionibus satis conciliata extitit, ut videre est in d. decisione R.P.D. mei Ansaldi § *Atque in rei veritate*, clarius hodie in ulteriorem assumpti comprobationem conciliatur ex novissima relatione ejusdem Consilii Aulicobellici transmissa ad Eminentissimum D. Cardinalem Piazza tunc apud Cæsaream Maiestatem Nuncium, & Judicem subdelegatum, ubi perspicuis notis legitur, quod dd. regestra continent nomina Militum, ac Officialium mercenariorum ibi -- *Ex dd. documentis publicit, in quibus omnis miles Cæsareus, qui actuale servitium habet, aut unquam habuit, uddito semper SALARIO, & die adepti cinguli militaris, vel promotionis suæ annotatus necessario, & infallibiliter reperi-*
6 *tur &c.*, -- ideoque semper magis magisque inefficaces deteguntur sæpedicti libri militares ad concludendum negativam servitii honorarii, dum de eo aliunde constare potest, juxta vulgatam regulam *text. in l. Neque natales C. de probat.*

Et de facto talis possibilitas, quæ de per se ad intentum sufficeret, post tot res judica-

tas, ac reiterstas approbationes controversi
militaris servitii, transit etiam in eviden-
tem probationem, animadvertendo, quod
Baro Dubsky post realem residentiam duo-
rum annorum cum dimidio in Conventu, &
postquam usque ab anno 1681. militiæ no-
mæn dederat, in ea absque controversia in
gradu Vicecolumnelli continuavit anno
1683., quo tempore prodiit ædictum Sac.
Religionis decernens, quod habendus esset
pro residente in Conventu quicunque Eques,
qui adversus infensissimum Christiani nomi-
nis hostem sub Cæsareis Vexillis militaret.
Subinde vero eumdem militasse constat in
bello Hungarico usque ad annum 1685. in-
clusivè ex epistola Generalis Scultz, & ex
7 depositionibus quampiurium testium, quæ
quidem epistola licet non fuerit hodiè origi-
naliter producta, & testes non sint formi-
rer examinati, proindeque aliquam fortasse
exceptionem, si res esset integra, pati pos-
sent, nihilominus cum fomentum, & robur
recipiant à multiplici re judicata, aliisque
adminiculis inferius recensendis, utique
plenum probationis gradum constituunt, *Ro-
ta cor. Bich. dec. 423. nu. 4., & cor. Emer.
jun. dec. 264. n. 11., & dec. 65. nu. 18. cor.
R. P. D. meo Ansaldo, & in rec. dec. 101.
à n. 17. cum pluribus seqq. p. 12., & dec. 554.
n. 14 p. 18.*

Tandem in discrimen non revocatur ejus
militare servitium in gradu Columnelli, &
continuatum extitisse in sequentibus annis
1698. 1699. cum qualitate Viceadmiralis, te-
statur Generalis Vigiliarum Præfectus,
adeout ducto calculo, defectus probationis
redigatur ad duos anoos cum dimidio dum-
taxat, qui tamen satis superque suppletus
remanet in hypothesi, tum ex eo, quod con-
8 stito indubitanter de actuali servitio præsti-
to anno 1683., ac annis 1698., & 1699., in-
termedia continuatio præsumi debet, ex fir-
matis in omnibus præcedentibus decisioni-
bus, & signanter 21. Junii §. *Restringebatur
& 13 Decembris 1705. §. Visum est Domi-
nis, & §. Quoniam præcisivè coram R. P. D.
meo Ansaldo*, tum ex quo hodiè respectu
annorum 1684., & 1685. dicta continuatio
justificatur, atque ideò facilius protracta
censetur, quoad intermedios subsequentes
annos, *Gloss. in cap Volumus 16. quæst. 4.,
Bald. in l. Si quis ita legaverit ff. de condit.,
& demonstr., Jas. cons. 46. lib. 3. n. 39., Rota
coram Bich. dec. 336. num. 5., & seq.*

Eoque potissimum, si animadvertatur dicto
9 intermedio tempore bellum acrius semper
exarsisse, & propterea nemo non videt,
quantum à quacunque verisimilitudine alie-
num sit, quod Dubsky tunc militiæ vale di-
xerit, & deindè anno 1698. feliciter ascen-
derit ad conspicuos militiæ gradus, & si-
gnanter Viceadmiralis, quos sanè adeo bre-
vi tempore, & sine diuturno strenuitatis
experimento assequi posse nemini datum est,
quemadmodum optimè ponderat *decisio cl.
mem. Card. Caprarę 15. Iunii 1705. §. Quo-
niam.*

Cessatque omnis hæsitatio, ex Diploma-
10 te, quod idem Dubsky anno 1688. repor-
tavit à gloriosæ mem. Leopoldo Imperato-
re sub ea expressione ibi - *Ad quod imper-
tiendum eo facilius adducimur, quod indefe-
ssa præsenti bello Turcico contra hostiles eo-
rum conatus tum Regię huic nostrę obsidione
cinctæ, tum aliis in occasionibus egregiè na-
vavit opera, infractamque animi fortitudi-
nem abundè compertam habeamus, ob quam
non tam in supremum Vigiliarum Præfe-
ctum assumi, quam postremo Columnelli no-
stri titulo decorari meruit &c.* Necnon ex
alio Imperiali Diplomate anni 1701. ibi. *Cum
Nobis non ignotum sit ipsum Baronem in
compluribus bellicis expeditionibus contra
infessissimum Christiani nominis hostem Tur-
cam, præprimis supremum Vigiliarum Præ-
fectum, deindè Vicecolumnellum, ac tandem
Columnellum, in postrema vero nostra Da-
nubii navali expeditione bellica Viceadmi-
rabilis officio fungentem, diversimodè nobis
justa, & utilia, proficuaque præstitisse ser-
vitia &c.* --, & inferius ibi -- *Tum ob præfa-
ta nobis per eũdem à compluribus jam annis,
maximè in obsidione Viennensi exhibita
grata militaria servitia &c.* --, & cum eis
concordat attestatio Consilii Aulicobellici:
Ex quibus evidenter convincitur, quod di-
cta servitia militaria *à compluribus jam an-
nis, in pluribus bellicis expeditionibus* prę-
stita, & quorum intuitu Dubsky ad dictos
militiæ honores sibi aditum aperuit, nulla-
tenus restrictionem patiuntur ad simplicem
decursum unius, vel alterius tantum anni,
11 cum testimonia Supremi Pontificis circum-
spectè semper in omnibus expressionibus
procedant, ideoque secundum eorum ge-
neralitatem intelligi debent, & indubita-
tam fidem merentur, *Menoch. consil. 100.
nu. 16. cum pluribus seq., Ramon. consil. 24.
à num. 33., & seq, & num. 84., Larrea al-
legat. fiscal. 60. num. 2., & 3. par. 1., Rota
coram Emer. Jun. dec 317. nu. 5., & 9., &
decis. 26. num. 12. coram R. P. D. meo An-
saldo.*

Absque eo quod in contrarium urgere va-
leat declaratio præfatorum Diplomatum
subindè facta ab eodem clar. mem. Impera-
tore, necnon recens attestatio dicti Consilii
Aulicobellici, in quibus habetur, quod ex
regestris militaribus annotata non apparent
alia servitia, præter illa an. 1683., & 1698. Sa-
12 tis enim hujusmodi declarationũ compatibi-
litas cum præcedentibus attestationibus de-
monstrata extitit ex eo, quod dicta regestra
continent solum nomina illorum, qui sub sti-
pendio, non autem voluntariè militant, juxtà
latè ponderata in §. *Adhuc cum pluribus seq.*

Non attenta replicatione, quod Dubsky
supplices libellos porrexerit Cæsareæ Maje-
stati ad effectum consequendi aliquod mili-
tare officium, quia *omnibus vivendi mediis
destitutus, in summa ægestate reperiebatur*,
indè inferendo, quod voluntariè, & pro-
priis sumptibus Castra sequi non poterat.

13 Tan-

13 Tantum quippè abest, ut ex hoc assumpti veritas destruatur, quin potius validius confirmetur probatio, quod ad ægestatem redactus fuerit, ex quo tandiù sine stipendio militavit. Præsertim quia in dictis supplicibus libellis, una cum paupertate Orator enarravit etiā sua servitia militaria per plures, & plures annos pręstita, adeout nullo modo scindi valeat hujusmodi cōfessio, sed in omni sui parte admitti debet ab Herbesteyn., qui in illa se fundat, ad tradita per DD. in *cap. Cum venerabilis de except.*, *Surd. consil.* 151. *num.*16., *Honded. consil* 78. *num.* 80. *lib.*1., *Rota in Romana Pecuniaria* 3. *Junii* 1701. §. *Nam quoad veritatem coram Eminentiss. D. Card. Priolo, & in Romana Depositi* 11. *Decembris* 1711. §. *Accedit cor. Me.*

Satis superque ex his vindicata apparent à contrariis exceptionibus sæpedicta militaria servitia per Equitem Dubsky præstita; Et tamen quando etiam per hypothesim respectu illorum aliqua superesset difficultas,
14 adhuc eo ipso, quod usque ab anno 1700. per Eminentissimum magnum Magistrum, & Ven. Consilium Sac. Religionis *prævisis solitis citationibus* declaratus fuit capax antianitatis, ac si realiter per decennium in Conventu resedisset, mandatumque extitit, ut hujusmodi decretum liquidatorium in libris Ven. Linguæ Alemanæ, & communis ærarii annotaretur, utique nimis intempestivus dignoscitur oppositus hodiè eorundem servitiorum defectus in optione Dignitatum, quæ postea vacarunt, cum exceptio incapacitatis de præterito, juxta inconcussam Sac. Religionis observantiam, nec proponi, nec admitti valeat, nisi ex nova causa, quemadmodum testantur *Michalef. in Sum Jur. Equit. Hierosolym sub litt. B. verbo Bajulivus nu.*9., *& sub litt. C verbo capax n.*7., *Caravit. in compend. tit. de Elect. cap.*12., *& in tract. absolut. de Elect. cap.*14. *nu.*14., *& de Comend. tit.*14. *cap.* 13. *quæst.* 5. *vers. Quinди è*, *Rota in Anglicana Prioratus* 1. *Julii* 1592. §. *Primo*, & 19. *Novembris ejusdem anni in principio coram Litta*, & advertunt omnes præcedentes decisiones.

Tantoque magis, quia secuta subindè anno
16 1702. vacatione magni Bajulivatus Linguæ Alemaniæ, qui ad formam statuti Religionis smutiri non poterat, nisi favore Equitis, qui per quindecim annorum spatium tulisset habitum, & ulterius decennalem residentiam in Conventu explevisset, eidem Baroni Dubsky ad dictam Dignitatem aspiranti se se opposuit Eques Vvactendon., non ex defectu servitii decennalis, quod Viennæ, ubi res agebatur facili negocio convinci potuisset, sed ob angustiam rei familiaris, qua attenta inhabilis reddebatur ad substinendam Albergiam. Et quamvis eadem lingua Alemaniæ Bajulivatum smutiverit favore ejusdem Vvactendon. contradictoris, attamen in Consilio Ordinario, & Completo prævaluerunt jura Baronis Dubsky, qui præstita fidejussione de substinenda Albergia d. Magni Bajulivatus, possessionem nactus fuit,
17 quamobrem perperam modo in dubium revocatur capacitas usque tunc ingenuè admissa à legitimo Contradictore, & adeo solemniter canonizata in dicto Consilio Ordinario & Completo, quorum sententiæ, dubio procul afficiunt omnes ad vulgatam regulam *Textus in l. Ingenuum ff. de stat. homin.*, quam latè exornat decisio 15. Julii 1705. §. *Ex his, & seq. coram clar. mem. Card. Caprara, & 13. Decembris 1706. §. Et ob id cor. R. P. D. meo Ansaldo.*

Adstipulatur tandem, quod idem Dubsky,
18 postquam Albergię onus adimpleverat, cum vacesset Magnus Prioratus Hungarię, illud pariter obtinuit in Consilio Ordinario, & Completo, & postmodū contendente Herbesteyn ad alium Magnum Prioratū Bohemiæ ascendere, non alias hunc assequi potuit, quam sine præjudicio ejusdem Baronis Dubsky; Ex quibus omnibus, quantum in congrua sit instantia adversùs illius capacitatem per tot
19 Dignitatum gradus toties approbatam, nemo non videt, proindeque ad evitāda gravissima absurda, quæ in universa Religione excitarentur, si semper, & quandocumque contra Equites graduatos hujusmodi incapacitatis nota promoveri posset, inhærendum omnino est ejusdem Sac. Religionis laudabili stylo, juxtà quem exceptio incapacitatis de præterito nullatenus admittitur eveniente casu optionis alterius Dignitatis, ut supra probatum est, & concludunt omnes pręcedentes, decisiones, ad quas in reliquis Domini remissivè se se habuerunt.

Et ita, utraque &c.

MELEVITANA PRIORATUUM SUPER ADJUDICATIONE PRIORATUS BOHEMIÆ.

Lunæ 12. Martii 1714.

ARGUMENTUM.

Hæc est confirmatoria alterius sub die 3. Julii 1713. Dignitates primariæ Religionis Hyerosolimitanæ Antianis tantum Equitibus de stylo conceduntur.

SUMMARIUM.

1 *Equites, qui decretum liquidatorium decennalis Residentiæ, & justum prò se habent, eveniente vacatione alicujus Prioratus, sibi istum acquirere debent, & vide rationem in* n. seq.

2 *Dignitates Religionis Hyerosolimitanæ ad Antianos pertinent de stylo.*

3 *Amplia, si Decretum liquidatorium sit ab Ordinario, & Completo Consilio executioni demandatum*

4 *Subamplia. si illud fuisset à S. Rota, & Signatura Gratię approbatum.*

DE-

DECISIO DCCCXXXI.

UNa cum adjudicatione Prioratus Hungariæ, obtinuerat Baro Dubsky in nostro Tribunali ad sui favorem canonizari jus expectativæ ad Prioratum Bohemiæ prævia decisione edita 15. Junii 1705. coram clar. me. Card. Caprara. Et quamvis in subsequenti instantia coram R. P. D. meo Ansaldo inspectio, quoad dictam expectativam maturiori Judicio reservata fuerit, nihilominus reassumpto examine coram Me sub die 3. Julii superioris anni, absoluta pariter extitit favore ejusdem Dubsky, ut videre est in decisione dicta die edita, cujus fundamenta hodie Domini, persistendo *in decisis*, approbare non dubitarunt.

Quemadmodum enim ex latè firmatis in
1 contextuali mea decisione, clara undequaque est justitia Decreti liquidatorii decennalis residentiæ per dictum Dubsky præstitæ, utique in necessariam emergit consequentiam adjudicatio controversi Prioratus Bohemiæ ad illius favorem, cum Dignitates Sac. Religionis juxta ejus stabilimenta, dispositioni
2 juris conformia, Antiano, & capaci semper debeantur, ut præter authoritates relatas in decisione, quæ confirmatur §. *Clara siquidem*, & in aliis præcedentibus, dixit *Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 15. nu. 47., & seq. Rota coram Coccin. dec. 1168. num. 4, & decis. 152. n. 21., & 26. par. 8. rec., & in Melevitana Commendæ 10. Februarii 1710. §. Stetit ratio coram Eminentissimo Cardinali Priolo*.

Eoque magis, quia dictum Decretum liquidatorium semel, atque iterum executioni
3 demandatum à Consilio Ordinario, & Completo, constanter semper approbatum, &
4 confirmatum fuit, nedum in nostro Tribunali, verum etiam in Signatura Gratiæ mediante rescripto -- *sine præjudicio* - proindeque omnis justitiæ, & æquitatis ratio postulat, ut tandem aliquando idem Baro Dubsky senio jam confectus, laborum suorum, & victoriæ fructus consequatur.

Et ita utraque &c.

EADEM CORAM EODEM SUPER ATTENTATIS.

Veneris 16. Martii 1714.

ARGUMENTUM.

Bonum jus attentantis de stylo Rotæ facit, ut actus ex capite nullitatis non revocetur.

SUMMARIUM.

1 *Nominatio ad Dignitatem numquam dicitur attentata, quoties cessante Judicis spretu, & inhibitione, in executionem rei judicatæ suum habuisset effectum.*
2 *Bonum Jus attentantis, ad tollendos inanes circuitus, de stylo Rotæ facit actum non revocari ex capite nullitatis, & ab attentatorum pœnâ excusat.*

DECISIO DCCCXXXII.

COntendente inter cætera Comite Herbesteyn attentatorum vitio laborare adjudicationem Prioratus Bohemiæ, sive nominationem ad illum factam à Sacr. Religione favore Baronis Dubsky, proposui pariter in audientia diei 3. Julii 1713. consuetum dubium -- *An constaret de attentatis*, quod *negativè* resolutum fuit, revocatisque hodie ad novum examen dictæ resolutionis fundamentis, Domini facili negocio in *decisis* persistierunt.

Cum enim nulla intercedente nostri Tri-
1 bunalis inhibitione, ad dictam nominationem deventum fuerit in sequelam rei judicatæ, cujus effectus nequaquam sublatus extitit in Decisione R. P. D. mei Ansaldi, ut probat Decisio, quæ confirmatur §. *Quoties namque cum seqq.*, profecto cessat quicumque Judicis spretus, & per consequens dicta nominatio nullo modo, tanquam attentata redargui potest, *Rota decis. 201. nu. 2. par. 17., & in Eugubina Cantelæ Angeli super attentatis 22. Februarii 1712. §. Motivum coram Reverendiss. P. D. meo Aldovrando, & in Reatina reintegrationis super attentatis 3. Junii ejusdem anni §. Cum enim cor. Me*.

Sed quando etiam aliqua attentatorum suspicio in hypothesi superesset, adhuc ta-
2 men cum ex plenè firmatis in geminis Decisionibus coram Me editis in præcedenti Audientia, manifestè constet de bono jure præfati Dubsky, eique adjudicandus sit Prioratus Bohemiæ, ad evitandos inanes circuitus, dictus, actus revocandus non esset, juxta laudabilem stylum nostri Tribunalis, de quo in *decis. 159. num. 18., & seqq. cor. Cerro, & in Hortana Sylvarum super Attentatis 13. Martii 1705. §. Accedit coram bon. mem. Caffarello, & in dicta Reatina reintegrationis super Attentatis §. final. coram Me, cum concordan. relatis in præcedenti decis. §. Adrout*.

Et hanc veritatem agnoverunt etiam ipsimet Defensores Herbesteyn, qui proindè super hoc dubio informare recusarunt.

Et ita altera &c.

FOROLIVIEN. LEGITIMÆ.

Veneris 13. Aprilis 1714.

ARGVMENTVM.

Immissio non potest à filiis impugnari contra Matrem pro credito legitimæ certo, & liquido eidem competenti, sub prætextu redditionis rationis, ad quam illa teneatur, ob administrationem exercitam, quæ vel non probetur, vel si probetur, ad jus potiùs familiaritatis redigitur, maximè si unus ex filiis coæquale jus habens liti cessisset.

SVMMARIVM.

1. *Immissio pro credito liquido, & claro semper datur.*

2 *Admi-*

Administratio probatur ex locationibus, permutotionibus bonorum, solutionibus debitorum, & similibus, quæ citra nomen Administratoris fieri non potuissent.

3 *Administrator non potest cogi ad reddendam rationem de administratione, nisi Actor ipsum administrasse probet.*

4 *Administratio obligat ad reddendam rationem.*

5 *Administratio non probatur per actus æquivocos, qui ad jus familiaritatis redigi potuissent.*

6 *Redditio rationis, quod non fuerit petita, vel remissa à filio favore Matris, ex quibus probetur.*

7 *Unica solutio, ad duo debita non potest referri.*

8 *Immissio ex actione clara, & credito liquido petita non retardatur per exceptionem turbidam redditionis rationis.*

9 *Judicia summaria rejiciunt exceptiones altioris indaginis, & eas ad congrua iudicia remittunt.*

10 *Exceptio non redditæ rationis non retardat executionem mandati pro credito diverso, certo, & liquido, & ab ipsa administratione pænitùs distincto.*

11 *Administratio, ut excludatur, arguitur ex hoc, quod coæquale ius habens in petcuda redditione rationis liti cessisset.*

DECISIO DCCCXXXIII.

SUper luctuosa hæreditate Thomæ filii ab intestato defuncti, quæ ex dispositione Statuti Forolivii ad Fratres superstites, Petrum Paulum scilicet, & Joannem Baptistam de Marchesiis delata fuit, consequi intendens Cæcilia Chellina Mater legitimam ab eadem municipali sanctione taxatam in tertia parte illius, quod de jure communi habitura fuisset, quatenùs successisset ab intestato, judicium instruxit in partibus coram Officiali Curię Episcopalis contra præfatos Petrum Paulum, & Joannem Baptistam, quorum secundus maternæ petitioni statim acquievit; alter verò mordicùs se opposuit objiciendo redditionem rationis bonorum communis patrimonii, quæ ab ea fuisse administrata prætendebat, & obtinuit pronunciari, deberi quidem legitimam, sed teneri Matrem ad redditionem rationis, & quousque rationem hanc non reddidisset, nil consequi posse.

Delata per appellationem causa ad Curiam, R.P.D. A.C. Ansideus prævia infirmatione judicati de partibus in ea parte, qua Matrem condemnabat ad redditionem rationis, & consequutionem legitimæ interim retardabat, ac pręvia respectivè confirmatione in ea parte, qua legitimam deberi dictum fuerat, relaxavit mandatum de immittendo pro indiviso in possessione bonorum hæreditariorum Thomæ pro una uncia, & tertia parte alterius unciæ favore Matris, reservando quoad prætensam redditionem rationis jura à Petro Paulo experienda in congruo judicio. In gradu ulterioris appellationis coram Me instauratæ, ad formam commissionis proposui hodiè dubium -- *An esset danda immissio, quod affirmotivè* resolutum fuit.

1 Cum enim creditum legitimæ Matri competens refricari non posset, utpotè promanans tam ex Jure Communi, quam ex Jure Municipali Civitatis Forolivii *lib.5.rub.32.§. Quibus fratribus vel altero &c.*, cujus particula habetur impressa inter collectas apud *Card. de Luc. de Statut. success︎. partic.73.*, unica difficultas fuit in exceptione redditionis rationis opposita à Petro Paulo sub fundamento, quod post obitum Patris, & respectivè viri, relictis filiis in minori ætate, ipsa hæreditatem illius administraverit, & successivè etiam hæreditatem Patrui iisdem relictam.

Verùm hæc exceptio multiplici ratione deficere DD. visa est; primò quippe Matris administratio concludenter probata non ap-
2 paruit, dum ad eam excludendam concurrebant tot actus verę administrationis per filios expleti, ut sunt locationes, permutationes bonorum, solutiones debitorum, & similes, ex quibus apud ipsos administrationem fuisse convincitur, *Rot. cor. Cæsar. de Graff de caus. possess., & propriet. dec.8. n.6. & 7., & cor. Benincas. dec.130. n.8., & in Sorana Divisionis super redditione rationis* 18. *Aprilis*
3 1712. §. *Clarius cor. Me*; & tamen certum est, quod tanquam fundamentum hujus exceptionis, in qua actoris vices subit Petrus Paulus, ab eo debebat concludenter demon-
4 strari, cum indè resultet obligatio reddendæ rationis, juxta notata *in l. tutori C. de negoc.gest., & l.2.ff. eod.tit.* cum aliis, *Rot. dec. 450. n.5.cor. Priolo, & dec.600. n.8.p* 19.*rec.*
5 *tom.2.*; nec sufficiunt actus æquivoci, qui vel ad jus familiaritatis, vel ad titulũ præambulum ususfructus Cæciliæ competentis ex testamento viri referri possunt, *l. quędam mulier ff. de rei iudic., Rot. cor. Coccin. dec.1813. n.20., cor. Cavaler. dec.98.n.5.*

Neque vis ulla fieri potest in transactione anno 1700. inita inter Cæciliam, ac filios, ex qua constat, illam pro prætensionibus tunc promotis, summam nullatenus iis correspondentem, sed longè minorem recepisse. Nam evidenter argumentum retorque-
6 tur; fuit enim deventum ad hanc transactionem occasione qua Cęcilia Mater inter cætera prætendebat à filiis consequutionem alterius legitimæ sibi debitę in bonis Marchesii filii pariter prædefuncti, & de facto jus illam consequendi nullatenus impugnatum fuit, imò in eodem instrumento debitum legitimæ admittitur, & inter causas solvendi summam ibi conventam, etiam legitima numeratur; nunquam autem, neque in judicio tunc instructo, neque in transactione opposita videtur, prout hodie exceptio redditionis rationis; undè oritur præsumptio vel illius insubsistentiæ, vel saltem remissionis, *Gration. discept. forens. cap.793.n.1., Rot. in Romana Pecuniaria* 29. *Aprilis* 1712. §. *Quamobrem cor. R. P. D. meo Scotto Almæ*

Urbis Gubernatore, & in Perusina Pecuniaria 3. Iunii eiusdem anni §. Idque præsertim cor. R. P. D. meo Crispo.

Et quatenùs replicetur, quod ideò fuit conventa solutio summæ minoris prætensionibus, quia habitus fuit respectus ad præfatam administrationem, excomputando id, quod prætendebat Caecilia eum eo, quod administrationis causa prætendebant filii, & tunc pariter objectum retorquetur, quia
7 ejusdemmet crediti excomputatio reiteranda non est in extinctionem duplicis obligationis, *Text. in l. si ex pluribus in princ. ff. de solut., Rot. dec. 86. n. 21. p. 18. rec., & in Firmana immissionis super legitima 4. Iulii 1698. §. Stante autem in fin. cor Me, & in Reatina successionis super reservatis 14. Martii 1710. §. Quo verò cor. Eminentissimo D. meo Card. Priolo.*

Innegabile in omnem casum ex præmissis Domini existimarunt, quod hæc exceptio redditionis rationis tot patiens difficultates
8 undique turbida remanet, & illiquida, ut propterea allegari non valeat ad retardandam actionem adeò claram, & limpidam à Petro Paulo nullo modo impugnatam, quam per hanc ipsam exceptionem, juxta firmata per *Rot. dec. 527. nu. 15. p. 19. rec., & in Romana, seu Sabinen. locorum montium 19. Iunii 1711. §. Nec itidem cor. eod. Eminentiss. D. Card. Priolo, & in Velliterna Donationis super mandato 26 Ianuar. currentis anni*
9 §. *Verum recurrentes cor. Me*, sed rejicienda sit ad aliud examen (prout fecit R. P. D. A. C. Ansideus) ita expostulante natura hujus judicii Summarii adipiscendæ, ad notas regulas, de quibus *in Placentina Immissionis 23. Iulii 1713. §. Parumque cor. Me*, & passim alibi.

Ulterius animadversum fuit, quod legiti-
10 mæ creditum per obitum Thomæ filii supervenit Caeciliæ, postquam juxta sensum Petri Pauli excipientis, ipsa destiterat ab administratione quorumcumque bonorum ad filios spectantium, undè nihil commune habere potest cum ipsa administratione, & multominùs per exceptionem non redditæ rationis impediri, ut benè distinguit *Rot. dec. 527. n. 17. p. 19. rec. tom. 2., in Romana dotis, seu lucri dotalis 26. Februarii 1698. Eo minùs cor. clar. me Card. Caprara, & in Reatina successionis super reservatis 14. Martii 1710. §. Non obstante cor. Eminentissimo Domino Card. Priolo.*

Accedit his omnibus exemplum alterius filii Joannis Baptistæ, qui statim ac promota fuit in partibus à Matre hæc instantia pro legitimæ consequutione, liti cessit, neque præfatam exceptionem promovit, ex quo certè
11 augetur præsumptio ejus insubsistentiæ; nam aliàs non destitisset etiam hic æquè de illius veritate benè informatus illa se tueri in exclusionem agentis, *Cyn. in l. 1. C. ut quæ desunt advoc., & cum aliis* Rot. *dec. 11. n. 16. p. 18. rec., & in Romana supplementi 15. Maii superioris anni §. Omnemque cor. Me.*

Et ita utraque &c.

ROMANA DOTIS.

Veneris 20. Aprilis 1714.

ARGUMENTUM.

Obligatio filiifamilias tam ad dotandam, quàm desponsandam puellam non substinetur resistente Statuto; secùs si talis filius uti Patremfamilias se gereret, & favore honestæ puellæ in Monasterio degentis se obligasset.

SUMMARIUM.

1 *Filiusfamilias non tenetur servare obligationem tam de desponsanda, quàm dotanda puella ex Statuto Urbis.*

2 *Amplia, ut privilegium dotis in hisce terminis locum non habeat, cum Statutum omnes casus indistinctè complectatur.*

3 *Consensus Patris cùm à Filio in his casibus requiri possit, ob id Statutum corrigit jus commune, & hæc est ratio fundamentalis.*

4 *Amplia, ut talis obligatio corruat, etiamsi fuisset correspectiva ad resarcimentum honoris mulieri ablati, quæ jactura per Amantis confessionem non probatur.*

5 *Testes personali exceptione laborantes, & informes rejiciuntur.*

6 *Puella non præsumitur inhonesta, si Virum invenisset in eodem loco, ubi degit.*

7 *Puella undecimum agens annum non præsumitur inhonesta, cum non sit Viri potens.*

8 *Filiusfamilias, qui esset Advocatus, & se gereret pro Patrefamilias, potest se obligare ad desponsandam honestam Puellam in Monasterio degentem, & ad eam dotandam.*

9 *Amplia, si eamdem obligationem neque Pater, neque Filius unquam impugnassent.*

DECISIO DCCCXXXIV.

POst acquiescentiam plurium annorum reclamavit Maria Cleria adversùs Decisionem editam 26. Junii 1709. coram Eminentissimo Domino meo Cardinali Priolo. Domini verò immota agnoscentes illius fundamenta, quæ novo supposita fuerunt examini in hodierna audientia coram Me in illius locum subrogato, censuerunt standum esse *in decisis.*

1 Obligatio enim per Ignatium emissa de ducendo in uxorem Mariam Cleriam, cum qua diù conversatus fuerat, eamque dotando in scut. 1500, dum adhuc Patriæ subesset potestati, iterum corruere visa est ob defectum consensus Jacobi Patris, qui ex dispositione *Statuti Urbis cap. 152.* omninò requiritur in quacumque Filiifamilias obligatione, ut ex littera ejusdem Statuti tradunt *Constantin. annot. 45. art. 1. n. 4. & seq., Rot. cor. sa. me. Alex. VIII. dec. 16. nu. 3., dec. 191. n. 5., & dec. 204. n. 1., & cor. Priolo dec. 102. num. 2.*

2 Neque hujusmodi nullitas evitari valet ex privilegio dotis, ut iterum objiciebat Maria Cleria. Quoniam statuti littera adeò malignantis naturę est, ut omnes casus excludat,

ibi

ibi *ex nullo contractu*, & propterea necessariò comprehendit etiam dotis promissionem, ut benè probat *Constant. citat. annot.* 45. *art.* 1. *à n.*54. *ad* 59., *& in simili Carpan. ad Statut. Mediolan. tom.*1. *cap.*416. *nn.*47.

3 Potuit enim Statutum ad obviandum fraudibus, quibus filiifamilias in contractibus plerumque involvi solent, corrigendo jus commune, consensum illius, in cujus potestate sunt, requirere etiam in isto contractu, in quo fundamentalis intentio Statuentium evitandi fraudes, æque ac in aliis contractibus militat, ut in puncto observant *Decius cons.* 300. *num.* 5. *versic. Tertiò hoc idem*, *Giovagnon. cons.* 83. *numer.*43., *Cappon. discept.*113. *num.*32., *Gratian. disc.*95. *num.*4. *& seq.*

Multò minùs hæc obligatio sustineri potest, tanquam facta ab Ignatio ad reparandam jacturam honoris, & pudicitiæ Mariæ Cleriæ

4 illatam ex diutina sui conversatione. Siquidem prætensa diffamatio, quæ cæteroquin concludenter ex parte mulieris esset demonstranda, resultare non potest ex confessione ejusdem Ignatii in apoca obligationis, quæ tempore nulla respectu talis obligationis, corruit quoque respectu confessionis, ut benè probat decisio, quæ revidetur §. finali.

5 Testes verò nec diffamationem ullo modo concludunt, & plurea patiuntur tam in dicto, quàm in persona exceptiones, & deponunt tantummodò ad perpetuam; undè ex notissimis regulis non merentur attendi;

6 dum præsertim accedunt illæ fatales circumstantiæ, quod Maria Cleria ex post matrimonium cum alio viro contraxit in eadem Urbe, ubi marito poterat de facili, si quæ fuisset Sponsæ diffamatio, innotescere; & quod de tempore emissæ obligationis, &

7 prætensæ diffamationis Puella non agebat, nisi undecimum ætatis annum, ideòque non erat adhuc Viripotens, ut per *Text. in l. pubertatem instit. quib. mod. tut. fin.*, *benè arguit decisio, quæ revidetur eodem §. finali.*

Iterùm Defensores Mariæ Cleriæ insistebant in auctoritate Decisionis in *Romana Pecuniaria* 20. *Julii* 1704. *coram Reverendissimo Domino meo Decano.* Censuerunt tamen Domini illam nullatenus casui nostro

8 applicabilem esse, tum quia ibi Promissor erat in Urbe Advocatus, publicè se gerens pro patrefamilias, tum quia nubebat cum nobili Puella, quæ in Monasterio educatio-

9 nis causa morabatur; tum etiam quia nec ipse Promissor, nec ipsius Pater, dum vixerant, obligationem unquam impugnaverant, ut benè respondet *eadem Decisio Eminentissimi Domini Cardinalis Prioli* §. *Minùs allegabilis cum seqq.*, ad quam se remissivè Domini habuerunt.

Et ita, utraque &c.

ASCULANA FIDEJUSSIONIS, SEU RELEVATIONIS INDEMNITATIS.

Lunæ 23. *Aprilis* 1714.

ARGUMENTUM.

Inventarium illegitimè factum, & defectuosum, qualitatem hæreditariam in hærede inducit, ac si factum non fuisset, & simplicem reddit hæredem. Lex in hac materia nemini parcit, neque sexui, neque Pupillo, & in quo eædem nullitates, & defectus consistant, copiosè describit sequens.

SUMMARIUM.

1 *Inventarium defectuosum, est, ac si non esset, & non liberat à qualitate hæreditaria.*

2 *Inventarium incipi debet infrà mensem à die obitus Testatoris, & intra duos perficiendum, aliàs est nullum.*

3 *Amplia, si agatur inter hæredes præsentes.*

4 *Hæreditas præsumitur adita illa die, qua hæres declarat se velle illam adire.*

5 *Amplia, si post d. declarationem hæres ad tales devenisset actus, qui citra tale jus, & nomen fieri non potuissent, & qui sunt isti.*

6 *Inventarium, si in eo describi debeant pactita creditorum extrahendorum, quæ tempus, ultrà illud à lege præfixum requirant, ut sit validum, debet obtineri à Judice prorogatio termini ad perficiendum.*

7 *Inventarium hæreditarium Viri Nobilis, in quo essent descripta Mobilia infimi valoris, præsumeretur defectuosum, cum ille præsumatur habuisse mobilia suo statui decentia.*

8 *Amplia, si nullum obulum, nullum Frumenti, Lini, & olei quantitatem adnotatam referret, quando Testator bona stabilia deservisset.*

9 Debitor *Nobilis ex quo confugisset ad Ecclesiam, non ideò præsumitur, ut mobilia ad tramites suæ conditionis non habuisset, quoties de executionibus super illis passim non constaret.*

10 *Testes adminiculati ex qualitate debitoris, et deponentes illum habuisse bona mobilia, præferuntur Testibus talem negativam probantibus.*

11 *Inventarium est nullum, si vasa ænea sinè pondere, arcæ, & similia, absque expressione, an essent plena, vel vacua, adnotata reperirentur.*

12 *Consuetudo loci probata per Testes informes de conficiendo Inventario sine adnotatione ponderis, ut suprà, non attenditur, & si adducerentur casus consimiles, quando è contrà doceri posset de aliis legalitèr factis.*

13 *Amplia, ac etiam si probaretur, sicut fraudem, & abusum pareret, talis stylus, semper rejicitur.*

14 *Subamplia, nullitatem Inventarii promanare ex omissione descriptionis Credito-rum*

rum defuncti, & bonorum stabilium, de quibus certam notitiam hæredes habuissent, quod de mala fide eosdem teneret.

15 *Scientia penès Heredes de bonis omissis in Inventario deducitur ex ijs actibus factis, qui citrà talem scientiam fieri non potuissent; & qui sint isti,* vide in numero sequenti.

17 *Inventarium à fortiori dicitur nullum, si in eo notorium creditum defuncti fuisset omissum, cum ex hoc tanto magis inferatur, quod incognita credita sint omninò reticita.*

18 *Omissio simplex stabilium non causat Inventarium nullum, cum stabilia non possint occultari.*

19 *Limita, si cum hac omissione concurrerent alij dolosi defectus, & reticita Mobilium descriptio.*

20 *Inventarium à nullitate non liberatur, ex quo heredes facultatem addendi, & minuendi sibi reservassent, cum talis cauthela operetur, donec duret ignorantia de bonis hereditariis.*

21 *Amplia, si talis additio facto fuisset post longum tempus, & post oppositam nullitatem à Creditoribus, cum de dolo saperet.*

22 *Inventarii defectus non excusatur ex quo heres de tempore aditionis esset pupillus, vel minor, vel fuisset à Curatore confectum, cum lex nec sexui, nec Pupillo parcat,*

23 *Pupillus actionem relevatoriam haberet contrà Tutorem, si illegitimè fecisset Inventarium.*

24 *Minor ætas à fortiori non excusat à nullitate, si post excessum de illa, minor illud approbasset, & sic in bonorum possessione continuasset.*

25 *Nec excusat positos in mala fide, & dolo in materia Inventarii defectuosi.*

DECISIO DCCCXXXV.

Fidejusserant Fratres de Cappettis, & de Nuntiis prò fideli exercitio Officii Camerariatus Civitatis Asculi, ad quod assumptus fuerat Sfortia de Ferris, cumque post ejus obitum condemnati fuissent in sequelam susceptæ obligationis ad restituendum omnia deposita penès ipsum facta, Judicium instaurarunt coram R.P.D. meo Cerro, tunc A.C. prò liberatione à molestiis, ac relevatione, mandatumque obtinuerunt contra bona hæreditaria dicti Sfortiæ defuncti, unacum exequatur adversus Personas, & bona propria Philippi, & Josephi de Ferris illius filiorum, & hæredum.

Contendentibus autem istis, se utporè heredes beneficiatos Patris non teneri de proprio ad illius debita, maximè quia de bonis hæreditariis rationem jam reddiderant, R.P.D. A.C. Ansideus, coram quo hujusmodi controversia instaurata extitit, mandavit procedi ad ulteriora in executione dicti mandati contra personas, & bona propria præfatorum fratrum de Ferris, & declaravit Inventarium per ipsos factum esse nullum, & invalidum, eosdemque per consequens, tamquam heredes simplices obligatos esse debita Patris, etiam de proprio dimittere.

Nec dissimilem exitum sortita est causa in gradu appellationis ad nostrum Tribunal devoluta, nam ad formam Commissionis mihi directæ, proposito hodiè Dubio — *An esset procedendum ad legitimam executionem mandati A. C. contra Personas, & bona propria Philippi, & Josephi de Ferris,* Domini *affirmativè* respondere non hæsitarunt.

Siquidem cum dd. Fratres de Ferris Paternam hæreditatem adiverint, & Inventa-
1 rium per ipsos confectum ob multiplices defectus tàm respectu formæ, quam substantiæ minùs legale, & invalidum dignoscatur, consequens est, ut sub ejus præsidio propriam substantiam tueri nequeant adversus Creditores dictæ hæreditatis, nihil quippè magis tritum regula illa, quod paria omninò sunt Inventarium omittere, vel illud nulliter explere, *Rot. cor. Dunozett. sen. decis. 496. n. 2., & decis. 495. n. 3. par. 19. recent. & in Rom. Annuæ præstationis, & census 15. Junij 1711. §. Exordiendo cor. Emo D Card. Priolo.*

2 Et sanè inter quamplures defectus respicientes formam, nimis patens visus est Dominis ille resultans ex eo, quod Inventarium inchoatum extitit post quatuor menses, & ultra à die aditionis hæreditatis, & tamen de jure inchoandum erat infra mensem, & intra alios duos menses perficiendum, ad litteram *Text. in leg. fin. §. Sin autem, Cod. de jur. de-*
3 *liber.* Immò cum res esset de hæredibus præsentibus, absolvi debebat intra duos menses à die obitus dicti Sfortiæ, juxta *Constitutionem san. me. Pij IV. la 34. Bullar. nov. renovatam in Bull. san. mem. Pauli V. sub tit. de Iud. in caus. civil. §. 11.,* ut notant *Ridolphin. in prax. par. 1. cap. 9. num. 36., Card. de Luca de hæred. disc. 21. num. 5., Rot. in Romana Pecuniaria, seu Locorum Montium 11. Iun. 1706. §. 31. cor. Reverendiss. D. meo Decano, & 12. Decembris 1712. §. Non minoris cor. Me, & in dicta Rom. Annuæ præstationis, & Census super relevatione 15. Iunij 1711. §. Addito insuper cor. Emo D. Card. Priolo.*

Neque ad evitandam hujusmodi nullitatem profuit excipere, quod hæreditas adita fuerit sub die 18. Junii 1696., qua pariter Inventarium confectum extitit; quoniam cum
4 Philippus tam nomine proprio, quam Josephi fratris, usque sub die 8. Februarii ejusdem anni coram Judice declarasset se velle adire hæreditatem Paternam cum beneficio Legis, & Inventarii, utique à dicta die illam adivisse præsumitur, *Rota decis. 342 per tot. par. 2. divers & cor. Royas decis 285. num. 19. & seqq., & cor. Cavaler. decis. 244. num. 2, & decis. 106. num. 5., & seqq. part. 7. recentior.*

Tanto-

5 Tantoque magis, quia immediatè post dictam judicialem declarationem, quam plures actus hæreditario nomine Patris expleverunt, constituendo signanter Procuratorem ad prosequendum judicium ab illo inceptum, ex quo sanè actu apertissimè convincitur, hæreditatem usque tunc per ipsos aditam fuisse, ut prosequitur *Rota cor. Royas dicta decis. 285. num. 20., & in Anconitana, seu Recinaten. Cauthelæ Angeli 7. April. 1710. §. Ultra cor. R̃mo Labacen.*

Minusque suffragatur emendicatum impedimentum ductum ex necessitate extrahendi omnes partitas Officii Camerariatus à defuncto exerciti, qua in re integrum quadrimestris spatium impensum fuisse contenditur. Ultra quod enim nulla urgebat necessitas describendi partitas ex publicis Libris resultantes, cum interim superabundaret
6 simplex earum indicatio, in omnem casum adire tenebantur Judicem ad effectum obtinendi prorogationem termini à lege prò forma præscripti, *Rota cor. Cavaler. decis. 310. num. 6., & in recent. decis. 118. n. 25. par. 12. & in dicta Romana Annuæ præstationis 15. Iunii 1711. § Addito in fine coram Em̃o D. Card. Priolo.*

Atque hinc omissis cęteris nullitatibus respectu formæ, longè graviores apparuerunt
7 defectus notabiliter lædentes substantiam Inventarii; quandoquidem universa supellex, & mobilia in eo descripta non excedunt tenuissimum valorem sc. 15., & tamen cum agatur de hæreditate Viri non humilis conditionis, cui etiam rerum publicarum administratio credita fuerat, in illa extasse præsumuntur Mobilia, & suppellectilia saltèm ad usum, & cultum humanum necessaria, proprioque statui respondentia, adeout nedùm omninò inverisimile, sed penè impossibile videatur eorum valorem redigere ad dictam miserabilem summam scut. 15., *Rota decis. 658. num 3., & seq par. 19., & in Spoletana Immissionis 4. Febr. 1704. §. Rursùs cor. R.P.D. meo Ansaldo, & in Rom. Cambij 19. Iannar. 1705. §. Secundò, & seqq. cor. bon mem. Muto, & in Rom., seu Florentina Census 6. Iunij 1712. § Hinc etiam cor. Me.*

8 Nullum præterea obulum, nullam Frumenti, Vini, & Olei quantitatem in eodem Inventario adnotatam fuisse constat, quod profectò à quacumque verisimilitudine alienum est, maximè animadvertendo, quod dictus Sfortia possidebat bona stabilia conspicui valoris, ex quibus dd. fructuum species in non modica quantitate solitus erat percipere, ut resultat ex depositionibus Testium, & ex notulis per ipsosmet Fratres de Ferris exhibitis, quamobrem de tempore illius obitus, & quidem recollectioni proximo, omnes prorsus fuisse consumptos perperam opponebatur, *Rota in dicta Rom. Cambij 19. Iannar. 1705. dicto §. Secundò resultat. cor. bon. mem. Muto, & in dicta Rom. Pecuniaria, seu Locorum Montium §. 45. cor. Reverendiss. D. meo Decano, & in d. Romana, seu Florentina Census 19. Iun. 1711. §. Hinc inutile cor. R.P.D. meo Ansal., & 6. Iun. 1712. dicto §. Hinc nec etiam cor. Me.*

9 Absque eo quod tenuitas supradictorum Mobilium, & angustia rei familiaris probabilis reddi valeat, ex quo dictus Sfortia valdè oberatus per plures annos, usque ad obitum latitaverit in Conventu PP. S. Augustini; hujusmodi siquidem circumstantia de per se nihil ad intentum concludit, cum nullo modo doceatur Creditores executionem consumasse super Mobilibus, & suppellectilibus Domus, immò ducto calculo super ejus Credito, & Debito, illicò patet illud longè istud excedere, ideòque ex simplici illius latitatione in Ecclesia, nullum elici valet argumentum decoctionis, dùm ad evitandam carcerationem, ad quam prò tenui etiam debito deveniri potest, passim debitores ad Ecclesiam confugiunt, semperq; magis, magisque confirmatur inverisimilitudo, quod tunc temporis in eum extremæ paupertatis statum prolapsus fuerit, ut decedens reliquerit dumtaxat Mobilia valoris sc. 15.,
10 & de facto ejus Domum honorifica suppellectili instructam extitisse usque ad obitum deponunt plures Testes, quibus utpotè adminiculatis præsumptione juris militante prò existentia Mobilium, juxtà conditionem, & qualitatem defuncti deferendum venit in concursu aliorum Testium contrarium deponentium, *Rota decis. 234. n. 14., & decis. 459. n. 22. par. 19. recent., & in dicta Romana Pecuniaria, seu Locorum Montium 12. Decembris 1712. §. Corruente, et seq. cor. Me.*

11 Sed quando etiam supponenda foret hæc curta suppellex, adhuc tamen, cum in folle adnotata fuerit, nam præcæteris vasa ænea, & ramea descripta leguntur sine pondere, capsæ, & dolia absque expressione, an essent plena, vel vacua, declinari nunquam posset nullitas Inventarii ex hac confusa descriptione resultans, *Rota in d. Rom. Pecuniaria, seu Locor. Montium 11. Jun. 1706. à §. 36. cum pluribus seqq. cor. R̃mo D. meo Decano, et 12. Decembris 1712. §. Constitit cor. Me, et in d. Rom. Annuæ prestationis, et census super relevatione 11. Iun. 1711. §. Sed ultra, et 27. Iannar. 1711. §. Hæc quoad defectum cor. Eminentiss. D. Card. Priolo, et in d. Rom. seu Florentina Census 6. Iunii ejusd. anni §. Tandem pariter cor. Me.*

12 Minimè attenta prætensa consuetudine Civitatis Asculi describendi in Inventariis mobilia sinè specificatione numeri, ponderis, & mensuræ, tum quia illam non concludunt simplices quædam, & informes attestationes, ac nonnulla Inventaria dictis demonstrationibus destituta, cum è contra alia exhibita fuerint, in quibus res omnes cum specifica designatione, & distinctè adnotatæ conspiciuntur, tùm quia concludenter etiam
13 probata, intolerabilem præseferret abusum nutritivum Fraudis, & collusionis in gravissimam creditorum perniciem, & per consequens

sequens omninò reiicienda esset, ex latissime
firmatis in sæpedicta *Rom. Pecuniar., seu*
Locor. Montium 11. *Iun.* 1706. §. 41. *cum plu-*
ribus seqq. cor. Rmo D. meo Decano.

Hinc non sistunt substantiales Inventarij
14 defectus, sed inexcusabiles superaccedunt
omissiones; in eo quippe hæredes non de-
scripserunt plura credita hæreditaria defun-
cti, pluraque bona stabilia, tametsi de his om-
nibus certam, & indubitatam scientiam ha-
berent, atque ideò sicuti exinde exclusa
quacumque bona fide subintrat doli suspicio,
ita validius inventarii nullitas confirmatur,
Gratian. discept. foren. cap. 532. *à n.* 10. *cum*
plurib. seqq., Rota cor. Cels. dec. 142. *n.* 4., *et*
dec. 149 *num.* 27., *et seqq. par.* 9. *rece t., et*
in Rom. Annuæ præstationis 26. *Mart* 1703.
§. *Rursus addebatur cor. R. P. D. meo Scotto*
Almæ Urbis Gubernat., et in d. Rom. An-
nuæ præstationis, et census 15. *Jun.* 1711.
§. *His omnibus cor Emo D. Card. Priolo.*

Indubitata autem scientia dd. hæredum,
quoad res omissas petenda non est ex conje-
15 cturis, & præsumptionibus, cum apertissimè
convincatur, ex quo ipsi statim secuto Patris
obitu, bonorum stabilium fructus recollige-
re, pensiones Domorum, & plura ex dictis
creditis exigere cœperunt, & continuarunt
usque in præsens, quæ omnia ad hunc effe-
ctu concludendi scientiã ponderat, *Rot. in d.*
Romana Annuæ præstat. 26. *Martii* 1703.
dicto §. *Rursus cor. R. P.* D. *meo Scotto Al-*
mæ Urb. Gubernat., et in dicta Romana
annuæ præstationis, et census super relevatione
dicto §. *His omnibus in princip. coràm*
Emo D. *Card. Priolo.*

Unam tamen pro cunctis circumstantiam
16 hac in re ponderarunt Domini, quod nem-
pe præfati Filii, & hæredes illicò post obi-
tum Patris, & antequam inchoarent inven-
tarium, legitimarunt proprias personas, con-
stitueruntque hìc in Urbe Procuratorem ad
prosequendum judicium eo vivente intro-
ductum adversus Fratres de Turiis illius de-
bitores in considerabili summa scutor. 400.,
Et tamen de huiusmodi credito ex geminis
apocis resultante, ipsisque ex prædictis op-
timè noto, nulla facta fuit mentio in inventa-
rio successivè confecto, adeout nil clarius ad-
stipulari valeat ad patefaciendam verè do-
losam ommissionem, quæ frustra excusatur
sub obtentu, quod necessaria non esset des-
criptio ejusdem crediti, utpotè notorii per
productionem apocarum judicialiter usque
tunc coram A. C. expletam; gratis namque
Creditoribus in Civitate Asculi degentibus
innotuisse supponitur d. productio. & ulte-
17 rius si occultatum fuit creditum aliquo mo-
do notorium, quid dicendum erit respectu
ad alia credita, de quibus Creditores nul-
lam habere potuerant notitiam, ut inquit
Rota in dicta Romana Cambii 19. *Januarii*
1705. §. *Itaque dolosa omissio cor. bon. mem.*
Muto.

Eademque animadversione tollitur alia
18 exceptio respectu stabilium, quorum omissa
adnotatio, licet de per se non influat in nulli-
tatem inventarii, quia non sunt occultationi
obnoxia, nihilominus concurrentibus aliis
19 dolosis omissionibus, ut hìc, ipsa etiam su-
specta redditur. *Rota in d. Romana cambii*
19. *Januarii* 1705. §. *Itaque cor. bon. mem.*
Muto. Maximè quia sæpedicti hæredes in
inventario descripserunt Prædium in Terri-
torio Ophidæ, quod pariter occultari non
poteat, ideoque si arbitrati sunt necessariam
quoque esse descriptionem stabilium, ea, quæ
non adnotarunt, ex malitia potiùs, quam
ex incuria, & oscitantia omissa dicuntur,
Rota in d. Romana pecuniaria, seu locorum
montium 11. *Junii* 1706 *sub* §. *Non omissa*
cor. Reverendissimo D. meo Decano.

Quibus ita firmatis, vanum est confugere
ad facultatem addendi, & minuendi in con-
fectione inventarii reservatam, inde inferen-
do, quod illius defectus per subsequtam ad-
ditionem suppleri potuerint. Tum quia
20 data ex præmissis in hæredibus scientia re-
rum in inventario ab initio non descripta-
rum, dicta salutaris cauthela, & facultas
ad intentum non suffragatur, cum operetur
solùm, donec, & quousque durat justa igno-
rantia, *Bart in l. prima* §. *Ita ff. de Offic.*
Præfect. Urb., Grati. n. disc. forens. cap. 532.
n. 12., & 13., *Posth. resolut.* 3. *nu.* 7., *Rot.*
cor. Cerro dec. 919. *n.* 5., & 6., & *in dicta*
Romana Pecuniaria, seù locorum montiū
11. *Junii* 1706 §. *final. cor. Reverendissimo*
D. meo Decano, & in d. Romana Annuæ
præstationis, & census super relevatione 15.
Junii 1711 § *Qua de re cor. Eminentissimo*
D. Card. Priolo. Tum quia notificatio, seu
additio rerum omissarum facta fuit post spa-
21 tium 16. annorum, & postquam à credi-
toribus intentata fuerat lis super nullitate
inventarii, quo casu augetur potius, & con-
firmatur in hæredibus suspicio doli, ut pro-
sequuntur *Posth. d. resolut.* 3. *n.* 6., *Rota*
cor. Duran. dec. 387. *n.* 24., & *in d. Rom.*
annuæ præstationis 26. *Martii* 1703. § *Ne-*
que hujusmodi cor. R. P. D. meo Scotto Almæ
Urbis Gubernatore, & in d. Romana annuæ
præstationis, & census super relevatione 15.
Iunii 1711. *d.* §. *Qua de re, &* 27. *Ianuarii*
1712. §. *Sed hujusmodi cor. Eminentissimo D.*
Card. Priolo.

Prout etiam non relevat, quod de tempo-
22 re aditionis hæreditatis alter ex dd. fratri-
bus esset minor, alter vero pupillus, quod-
que inventarium confectum fuerit à Curato-
re, qui eisdem præjudicium irrogare non
poterat; siquidem Philippus ferè excesse-
rat minorem ætatem, & ipse tam nomine
proprio, quàm Josephi ejus fratris inventa-
rium confecit, quando de cætero in hac ma-
teria ad occurrendum fraudibus, & consu-
lendum creditorum indemnitati leges nul-
lam admittunt sexus, vel ætatis differentiam,
& nemini parcunt, sed omnibus indistinctè
præcipiunt adimplere ea, quæ ad legitimam
inventarii confectionem præscripta sunt, si
ejus præsidio sese tueri velint, *Ciriac. con-*
trov.

trov. 127. *n.* 13., *& seqq.*, *Andreol. controv.* 101. *n.* 14., *Rot. dec.* 4. *à n.* 21. *ad* 25. *p.* 5. *rec.*, *& in Romana Pecuniaria* 7. *Martii* 1701. §. *Quamquam cor. bon. mem. Muto*, *& in d. Romana*, *seù Florentina census* 6. *Iunii* 1712. §. *Hinc nihil cor. Me*, & proinde etiam si tutor ac curator inventarium
23 minus legitimè confecerit, adhuc minor, vel pupillus ab illius beneficio arcetur, eidemque solum succurritur mediante actione relevatoria contra ipsum Tutorem, vel Curatorem, *Cancer. variar. resolut. p.* 3. *cap.* 2. *n.* 84. *cum seqq.*, *Rot. dec.* 384. *nu.* 36., *& seqq p.* 9. *rec.*, *& in Perusina Pecuniaria* 6. *Maii* 1707. §. *Neque cor. R. P. D. mea Scotto Almæ Vrbis Gubernatore*, *& in d. Romana*, *seù Florentina census d.* §. *Hinc nihil cor. Me*.

Cessatque omnis difficultas, quia toties dd.
24 hæredes post completam minorem ætatem diù continuarunt in possessione bonorum hæreditariorum optimè conscii de illorum occultationibus à se factis, solumque metu mandati, & exequutur contra eorum personas, & bona propria per Creditores obtenti exhibuerunt notulas dictarum rerum in inventario minimè descriptarum. Quamobrem, vel ratificasse dicuntur dictum inventarium, & aditionem in minori ætate expletam, ad *text. in l. liberis* §. *si quis minor ff. de liberal. caus.*, *Rot. cor. Sa. me. Alex. VIII. dec.* 110. *n.* 5., *& dec.* 384. *n.* 42., *& seqq. p.* 9. *rec.*, *& in Anconitana*, *seu Recinaten. Cauthelæ An-*
25 *geli* 26. *Februarii* 1712. §. *Haud relevante cor. R. P. D. meo Aldrovando*, vel uti positi in mala fide, & dolo excusari nequeunt sub præsidio minoris ætatis, *ad text. in l.* 1., *& 2. ff. ad Senat. consult. vell.*, *l. si non decipiendi Cod. eodem*, *Ciarlin. controv. forens. cap.* 43. *lib.* 1. *n.* 40., *& seq.*, *Surd. dec.* 216. *n.* 1., *& seqq.* cum concordantibus relatis in contextuali mea decisione super restitutione in integrum §. *Cum enim*.

Et ita utraque &c.

ASCULANA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM.

Lunæ 23. *Aprilis* 1714.

ARGUMENTUM.

Restitutio in integrum adversus inconsultò aditam hæreditatem nunquam admittitur, si in hærede dolus adfuisset, & quampiura bona in fraudem Creditorum describere omisisset.

SUMMARIUM.

1 *Restitutio in integrum pro confectione novi Inventarii non datur, quando primum fuisset dolosum, & mutilatum.*
2 *Restitutio in integrum datur iis, qui fraudandi animum non habuerunt, & inconsultò hæreditatem adire non dubitarunt.*
3 *Amplia, ut à fortiori restitutio in integrum concedatur, si de læsione non constet.*
4 *Læsio in aditione hæreditatis inconsultò, debet probari per firmationem status, & probationes, quæ negativam coarctatam concluderent.*
5 *Additio facta inventario post lapsum* 16. *annorum*, *& coactè, non secumfert probationem de negativa coarctata.*
6 *Restitutio in integrum post quadriennium non conceditur ad effectum conficiendi inventarium.*
7 *Amplia, si hæres longo temporis spatio possidere continuasset, usque quo à Creditoribus pulsatus non fuisset.*

DECISIO DCCCXXXVI.

Agnoscentes Fratres de Ferris inventarium bonorum hæreditariorum Sfortiæ Patris per eos confectum quampluribus laborare nullitatibus tam respectu formæ, quàm substantiæ, itaut arduum foret evitare processum ad legitimam executionem mandati contra eorum personas, & bona propria relaxati favore illorum de Cappellis, & de Nuntiis Creditorum d. Sfortiæ, confugerunt ad consuetum Præsidium restitutionis in integrum ad effectum conficiendi novum inventarium. Quamobrem in hodierna audientia una cum dubio respiciente examen justitiæ d. mandati, de quo in contemporanea mea decisione, disceptandum proposui alterum -- *An esset danda restitutio in integrum*, & DD. *negativè* responderunt.

Cum enim ex latè firmatis in d. contex-
1 tuali mea decisione clare constet, præfatos hæredes usque ab initio confecti inventarii immunes non extitisse à doli suspicione, ex quo in illo describere omiserunt plura bona hæreditaria, & signanter credita, de quibus nullam allegare poterant ignorantiam, profectò arcendi sunt ab implorato beneficio
2 restitutionis in integrum, quod provida legum benignitas unicè indulget iis, qui absque animo fraudandi creditores inconsultò, & minus legitimè hæreditatem sibi damnosam adierunt, *ad text in l. fin. C. de restit. in integr.*, *Odd. de restit. in integr. p.* 2. *q.* 23. *artic.* 2. *n.* 12., *& seq.*, *Card. de Luca de hæred. disc.* 14. *n.* 12., *Tappia dec.* 39. *fere per tot*, *Rota in Romana cambii* 19. *Ianuarii* 1705. §. *Agnoverunt cor. bo. me. Muto*.

Tantoque magis, quia non probatur, nec
3 de facili probari potest læsio, sine qua restitutioni in integrum locus esse non potest, *Rota cor. Cerro dec.* 388. *n.* 1., *& cor. Dunoz. Iun. dec.* 645. *n.* 5., *& in Anconitana*, *seù Recinaten. Cauthelæ Angeli super restitutione in integrum* 3. *Iunii* 1709. §. *Nec relevat cor. Reverendissimo Labacen.*

Et sane non probatur, quia, ut ponderat contextualis decisio, patrimonium defuncti, licet integraliter non descriptum in inventario, nec in notulis recenter exhibitis, adhuc longè excedit ejus debita.

Nec facilè probari potest, nã cum ad hunc
4 effectum firmandus sit status hæreditarius per claras, & undequaque concludentes probatio-

riones, ex quibus resultet negativa coarctata existentiæ aliorum bonorum de tempore obitus d. Sfortiæ, *Rota cor. Priolo decis.* 407. *n.* 8., *&* 10., *&* *dec.*793.. *n* 3. *p.*18., *&* *dec.* 23. *n.* 6., *& seqq. p.* 19. *rec.*, *& in Urbevetana fideicommissi* 14. *Maii* 1694. §. *Animadvertebant*, et 5. *Martii* 1698. *cor. bon.*
5 *me. Ursino*. Utique hujusmodi probationem concludere ne quit d. inventarium adeo defectuosum, minusque additio post longum 16. annorum spatium per hæredes coactè expleta, *Rot. in d. RomanaCambii* 19. *Ianuarii* 1705. §. *Tum demum cor. bo. me. Muto*, *& in d. Anconitana, seu Recinaten. Cauthelæ Angeli* 3. *Iunii* 1709. *d.* §. *Nec relevat in fine*, *&* 26. *Februarii* 1712. §. *Etenim cor. R. P. D. meo Aldrovando*.

Adstipulatur tandem, quod dd. hęredes
6 nedum passi sunt præterlabi quadriennium à jure præfixum ad petendam restitutionem in integrum, sed per spatium 16 annorum, & ultra continuarunt possidere bona hæredi-
7 taria in Inventario non descripta, & occultata, eorumque exhibitionem detrectarunt, quousque judicialiter per Creditores fuerunt lacessiti, in quibus terminis eò minus admittendi veniunt ad beneficium restitutionis in integrum, *Rota in sępedicta Romana Cambii* 19. *Januarii* 1705. *d.* §. *Tum etiam quia coram bo. mem. Muto*, *& in d. Anconitana, seu Recinaten. Cauthelæ Angeli super restitutione in integrum* 26. *Februarii* 1712. §. *Etenim cor. R. P. D. meo Aldrovando*.

Et ita utraque &c.

AMERINA REDDITIONIS RATIONIS.

Veneris 27. *Aprilis* 1714.

ARGUMENTUM.

Inventarium recenter factum non deservit Hęredi, qui restitutionem in integrum ob inconsultò aditam hæreditatem pro reddenda ratione expostulaffet, sed adducere debet inventarium antiquum de tempore obitus Testatoris, & reliquum argumenti secum fert.

SUMMARIUM.

1 *Hæres si velit reddere rationem de bonis hæreditariis, non potest uti novo inventario, sed antiquo de tempore obitus Testatoris, & vide rationem in num. seqq.*
2 *Mobilia post lapsum quinquaginta annorum consumpta præsumuntur.*
3 *Animalia inservientia prò instructione agrorum, post longum tempus demortua præsumuntur.*
4 *Estimatio facta de domibus in numero plurali, ad unam tantum referri non potest.*
5 *Estimatio facta à Perito in diversa causa, non potest applicari in alia ad diversum effectum emanata.*
6 *Testator potest disponere de re per fideicommissum alteri debita, præsertim hæredi, si tantundem in bonis liberis eidem legasset in correspectivitatem oneris ejusdem fideicommissi.*
7 *Fideicommissum à Testatore præsumitur impositum super tota domo, si de ea loquendo dixisset -- in quâ de præsenti inhabitat ipse Testator --, designasset omnes confines, & onus perpetuæ habitationis Hęredi injunxisset.*
8 *Amplia, si hæres talem dispositionem recognovisset, nec specialiter excepisset de fideicommisso super medietate tantum.*
9 *Legitima debita filio, existentibus Sororibus exclusis propter ipsum à statuto Amerino, ad semissem ascendit.*
10 *Dotes fœminarum detrahuntur ex semisse, qui legitimam importet, quando dos numerata sit ad impinguandam ipsam legitimam.*
11 *Fructus percepti à filiis, in Trebellanicam non imputantur, secus, quoad extraneos.*
12 *Cessionarius nominis debitoris adversus cedentem regressum non habet, donec de illius inexigibilitate, & factis diligentiis non doceat, & si non doceat, lapsu temporis præsumitur exactum.*
13 *Partitæ, quæ in majori parte verificantur, & verisimiles, semper bonificantur.*
14 *Partitæ, quæ consistant in minimo, inter Fratres omittuntur, cum non rigidè sit procedendum inter illos.*

DECISIO DCCCXXXVII.

Postquam R. P. D. Joannes Antonius, una cum Francisco Angelo, & Anibale Fratribus de Petrignanis hæreditatem Jacobi Latini Patris adiverat cum beneficio legis, & inventarii, sibi magis consultum fore existimans hujusmodi qualitatem hæreditariam exuere, institit in nostro Tribunali pro electione periti Curialis ad effectum reddendi rationem de bonis hæreditariis, exhibitaque subinde illius relatione, disceptandum proposui in audientia diei 27. Januarii superioris anni consuetum dubium --- *An constaret de sufficienti redditione rationis bonorum hæreditariorum Jacobi Latini* -- sed ob involutum undequaque causæ statum, dilata resolutione, demandatum extitit, quod *Peritus iterum referret, & concordaretur factum cor. Me.*

In obsequium itaque hujusmodi rescripti producta novissimè in actis nova relatione, nec non etiam alia ejusdem Periti relatione, seu declaratione, concordatoque facto rediit hodie ad trutinam prædictum dubium, & DD. *constare de sufficienti redditione rationis juxta modum inferius exprimendum* responderunt.

Et quoniam in prædictum Jacobum Latinum, de cujus hæreditate reddenda est ratio, obvenerunt tam bona fideicommissaria Mirabilis Farattinæ Matris, quam alia bona Bruti de Petrignanis Patris, ideo distinctè procedendo, convenerunt DD., *quod dictam fideicommissum d. Mirabilis ad formam peritiæ calculandum sit in scut* 3913. 29.

Neque

Neque augeri posse visum est ex pluribus
partitis, quæ per DD. Fratres collitigantes
in medium adducebantur. Etenim respectu
1 mobilium provenientium ex hereditate Ca-
nonici Jacobi Farratini, præmisso, quod
unicè attendi debet inventarium ab ipsomet
confectum coram executoribus Testamenta-
riis ex d. Mirabili herede, cum aliud Inven-
tarii post illius obitū exaratum fuerit à Bruto
ejusdem Mirabilis Viro ad effectum eludendi
suos Creditores, utique de illis nulla habenda
est ratio, tum quia cum essent obsoleta, & pro
majori parte de genere eorum, quæ quoti-
diano usu atteruntur, post lapsum 50. fere
2 annorum, quod intercessit à die obitus d. Ja-
cobi Farattini, usque ad obitum Bruti hære-
dis usufructuarii præfatæ Mirabilis præsu-
muntur consumpta, *Rota dec.1116 num.6.,
& dec.1233. nu.11. cor. Emerix Jun., & in
rec. dec.591.num.9.par.19. & in Ravenaten.
Immissionis 20. Julii 1707. §. Neque coram
R.P.D. meo Aldovrando, & in Romana
Pecuniaria super cautbela Angeli 10. Ianua-
rii 1709. §. finali cor. Emo D. Priolo*, tum
quia, si quæ superextarunt solidioris mate-
riæ, ea tradita fuerunt per dictum Brutum Ja-
cobo filio à quo separatim vivebat, quemad-
modum resultat ex illius declaratione in te-
stamento emissa, ideoque nullo modo augere
possunt hæreditatem Mirabilis, in qua am-
plius non existunt.

Sicuti etiam ex eisdem rationibus d. hære-
ditas incrementum desumere nequit ex se-
moventibus, nam ea pariter consignata fue-
runt per eundem Brutum d. Jacobo filio, una
cum bonis -- *di Fornoli*, & in omnem casum
3 cum non agatur de grege, sed de animalibus
pro instructione agrorum retentis, dubio
procul tanti temporis spatio demortua cen-
sentur, *Pusar. de subst. quæst.624. num.24.,
Rot. dec.197. num.3. par.12. rec., & in Rom.
restit. hæred. super sententia 4. Aprilis 1710.
§. Superest cor. Emo Priolo*.

Subsequebatur tertia partita fundata in eo,
quod in æstimatione d.d. bonorum *di For-
noli* omissa fuerit à peritis altera ex domun-
culis ibidem existentibus. Verum cum æsti-
4 matio facta appareat de domibus, ibi -- *Con
le Case di Fornoli* -- profecto restrictionem
non statuit ad unam dumtaxat domum, sed
per necessè referenda venit ad utramque,
*L. ubi numerus ff. de testibus., Surd. cons.31.
num.23., Rot. cor. Cels. dec.197. n.3., & dec.
401. num.6., & cor. Dunoz. jur. dec.562. nu.
13.*, minimè obstante relatione successivè fa-
cta ab Olimpiade Venturello de mandato
nostri Tribunalis, in qua de una tantū domo
fit mentio, quia si revera hujusmodi relatio
5 secuta fuerit pro regulanda restitutione dotis
Elenæ Scanardæ primæ Uxoris d. Jacobi La-
tini, ne bona in hanc causam assignanda essent
de pejoribus, nec de melioribus, jam inde pa-
tet, quod utpotè facta ad aliud prorsus di-
versum effectum, prævalere nequit in concur-
su præcedentis relationis periti communi
Partium consensu electi distinctè existimantis
bona, habito respectu etiam ad domos, *Rota
cor. Cels. dec.316. num.11., & dec 554. n 3.,
par.2., & dec.632. num.5. par.17., & decis.
202. num.5. 13. & seqq. par.19. rec.*

Frustra tamen in augumentum hujus hæ-
reditatis prætendebatur calculandam esse
medietatem pretii domus Burgi emptæ per
dictum Canonicum Jacobum Ferrattinum,
una cum mansionibus livellariis Abbatiæ S.
Secundi in totum constituentis summam scut.
2578., nam licet utraque acquisitio utpotè
facta à d. Canonico pro se, & Mirabili illius
Nepte, ejusque filiis, pro dimidia spectare
deberet ad hæreditatem ejusdem Mirabilis,
ut refert Peritus in nova revisione; nihilo-
6 minus cum idem Canonicus in testamento
postea condito super eadem domo ordina-
verit perpetuum fideicommissum favore de-
scendentium masculorum, & deindè femina-
rum dictæ Mirabilis, censetur disposuisse de
re hæredis, & pro rata ad illam spectante,
dum eidem reliquit cætera omnia bona li-
bera, quæ longè superant gravamen in re
propria impositum, *ad text. in l. unum ex fa-
milia §. si rem suam, & §. cum quidem ff. de
legat 2., Cyriac. controv.283. n.1., & 2., Rot.
in Reatina fideicom. de Severis 13. Februar.
1703. §. Exinde cor. b.m. Omanna, & in Rom.
Immissionis super domo 27. Febr. 1713. §. Non
attento cor. R. P. D. meo Aldovrando*.

Absque eo quod contraria Testatoris vo-
luntas disponendi dumtaxat de medietate
domus, ad ipsum spectare argui valeat ab ex-
pressione, sub qua illius distractionem hæ-
redi, cæterisque vocatis interdixit ibi -- *in qua
7 de presenti inhabitat ipse Testator* -- desi-
gnando omnes confines totam domum com-
plectentem, ac votis ōnibus exoptavit, ut in-
habitaretur semper ab hærede, ejusque de-
scendentibus masculis per lineam masculi-
nam, & deindè à filiabus fæminis, eam sub-
iiciendo ad hunc effectum particulari, perpe-
tuoque fidcicommisso; nimis alienum est à
quacumque verisimilitudine, quod hujusmodi
fideicommissum pro decore familiæ ordinare
voluerit in sola medietate, proindeque con-
sentaneè ad ejus voluntatem universam do-
mum complecti dicendum est, *Rota in Rom.
donationis de Corsinis 3. Julii 1711. §. final.
coram R. P. D. meo Aldovrando, & Ave-
nionen. concursus super reservatis 23. Julii
1713. §. Estque tam potem coram R. P. D.
Ansaldo*.

Et premissa tanto magis locum sibi vin-
dicant in hypothesi, quia cum Mirabilis d.
8 Canonici hæreditatem adiverit, nec um-
quam reclamaverit, clatè datur intelligi d.
onus in rebus propriis acceptasse, quod pro-
pterea ex ejus persona impugnari amplius
non potest, *Rot. dec.419. sub. num.3. par.13.,
& dec.27. num.14., & 15. par.18. rec., & in
d. Rom. donationis de Corsinis 3. Julii 1711.
§. præsertim quia coram R. P. D. meo Al-
dovrando, & in Forosempronien. legatorum
super fideicommisso Tiberii 7. Martii 1712.
§. eo quod certiùs coram eodem*.

Cum itaque status hereditarius predictæ Mirabiiis, deductis debitis in summa scut. 676., super qua partes conveniunt, remaneat
9 in scut.3237., censuerunt DD. ab hac summa detrahendam esse legitimam Jacobo filio debitam, quæ, cum superessent octo ejus sorores à Statuto Amerino, ob ejus exiitentiam excluse, ascendit ad semissem, juxta notissimam Justiniani sanctionem ad veteris juris correctionem editam §. 1. *auth. de triente, & semisse, & in auth. novissima cod. de inoffic. testam*,

Ab hoc tamen semisse detrahenda venit
10 dos Marię Octavię alterius ex prædictis sororibus, quia cum numerata fuerit ad impinguendã legitimã fratris, utique ipsius dos ex ipsamet iimitatione sit adaucta, intra limites propriæ portionis detrahi debet, ne alias hereditas duplici onere pregravetur, *Merlin. de legitim. l.1. tit.4. quæst.6. à num.6. cum seqq. Bellon de jur accres. cap.6. quæst.15. nu. 3. & seqq., & nu.66. cum seq., Card. de Luc. de legitim. disc.7. num.5., Rota dec.309. n.12. par.15. rec.*

Clara pariter visa est favore d. Jacobi Latini hæredis gravati donatio alterius Uncię cum dimidia pro Trebellianica, neque expresse, nec tacitę prohibita, non refragante, quod ex bonis hæreditariis supradictæ Mirabilis Matris per spatium 40. annorum fructus perceperit, ex quibus consumpta prætendebatur; nimis quippe tritum est, quod filius pri-
11 mi gradus, fructus in hanc causam imputare non tenetur, ad litteram vulgati *text. in l. jubemus C. ad Trebell., Rot. cor Cavaler. decis. 20. num.40., & dec.540. num.6., & coram Cerro dec.443. num.5., & decis.130. nu.14. par. 12. rec., & in Rom. Immissionis 20. Junii 1707. §. Minusque cor. R.P.D. meo Aldovrando*.

Deveniendo ad statum hæreditarium Bruti, à Perito firmatum in scut.226.32., iste detractis debitis non controversis in summa sc. 643., remanet in scut. 1617.86., quæ inter fratres dividenda sunt.

Nec diminuatim parti valet ex partitã sc. 42.60., quæ idem Brutus à Jacobo filio mutuo receperat, quia cum intuitu d. Mutui assignatum fuerit nomen debitoris, quod
12 nullo modo docetur usque ab initio fuisse inexigible, utique, vel exactum præsumitur vel constare debet de diligentiis, antequam adversus hæreditatem assignantis competat regressus, *L. si mandavero §. interdum ff. mandat., Andreol. controv.275. n.1. cum seq., Rot. dec.302. n.14. rec., & in Beneventana nullitatis testamenti super retentione 3. Junii 1710. §. Subsequebantur cor. Me*.

Meritò tamen minuendus venit sum à pertita scut. 18. pro vestibus lugubribus, filiorum occasione obitus d. Bruti, quæ perperam tamquam excessiva impugnabatur, cum potius, attento eorundem filiorum numero, satis modica reputari debeat, tum à tribus aliis partitis pro expensis litium, nempe scut.25. pro obtinendo mandato de consignando in concursu creditorum Joannis de Clementis, scut.18. pro recuperatione Predii *delle Rote*, & scut.20. pro adeunda hæredi-
13 tate; hujusmodi enim partitæ pro maiori parte justificantur, & cum sint verisimiles, ex quo lites absque expensis non sustinentur, omninò bonificandę veniunt, juxta *cons. Federic. de sen.119. n.4, & 5., Adden. ad Gregor. dec.512. n.5., Rot. cor. Emer. jun. dec.1100. n.1., et in rec. dec.744. nu.14. tom. 3., et dec.117. num.7. par.17., et dec.761. n. 1. par.18.*

Super statu demum Jacobi Latini parum immorandum esse censuerunt DD. animadvertendo, quod Peritus, qui in sua prima relatione R.P.D. Joannem Antonium constituerat creditorẽ hujus hæreditatis in summa sc.308.70., concludit in nova revisione quod licet aliquę ex partitis d. creditum constantibus non subsisterent, adhuc tamen remaneret creditor in scut.38.57., quę absorbent alias partitas à fratribus collitigantibus præ-
14 tensas, cumque istę in nimis consistant, ninihil ultra querendum, est presertim cum res sit inter Fratres, quorũ respectu Judicis religio non patitur, ut tam rigidè procedatur, *Michalor. de fratr. par.3. cap.1. nu.4., & Saran divisionis super exibitione scripturæ 18. Aprilis 1712., & in Lucana Livelli 17. Livelli 27. Junii ejusdem anni utrobiquè fin. coram Me*.

Et ita *juxta hunc modum* responsum fuit utraque &c.

ROMANA SALVIANI.

Lunæ 30. Aprilis 1714.

ARGUMENTUM.

Immissio, verificatis extremis, nempè credito cum hypotheca, moderna possessione penes reum conventum, reique identitate semper datur. Res fideicommissaria sub titulo dotis detracta, in fideicommissum non amplius reincidit. Pretium rei ex coactivo retractu proveniens tutè investiendum est.

SVMMARIVM

1 *Immissio semper datur verificatis extremis, quorum unum est creditum cum hypotheca.*
2 *Possessio antiqua probatur ex actu venditionis rei, quam Dominus de illa fecisset.*
3 *Amplia, ex retroventitione obtenta super contractu prælatitio, & solutione in istius sequelam expleta.*
4 *Nemo sui Authoris factum valet impugnare.*
5 *Possessio moderna probatur ex sustentatione litis passa à Domino super re, de qua agitur.*
6 *Fideicommissum expirat super re, quæ titulo paraphreni ab hærede fideicommissario fuisset filiæ assignata.*
7 *Amplia, ut à fortiori expiratum præsumatur,*

tur, si causam habens ab eadem assignataria, eamdem rem libere distraxisset.
8 *Subamplia, si hæres fideicommissarius non ex titulo fideicommissi, sed ex alio diverso eam recuperasset.*
9 *Observantia longæva decl. rat quid senserint Contrahentes, & attendi debet pro declaratione ejusdem contractus.*
10 *Immissio clara fundata super extremis omninò verificatis, non retardatur per exceptiones turbidas, & altioris indaginis, & quæ sint istæ exceptiones.*
11 *Bulla Gregoriana vigore Retractus non liberat rem retractam ab hypothecis anterioribus, nisi pretium tutè reinvestitum sit.*

DECISIO DCCCXXXVIII.

Sub amplissima evictionis promissione vendidit Pompejus Columna Collegio Romano Societatis Jesu Casale nuncupatum *Acquatraversa*, super quo cum immissionem in vim utilis Salviani interdicti novissimè reportassent Patres S. Mariæ supra Minervam ad effectum consequendi satisfactionem annui legati eisdem relicti à Julia de Incoronatis, ad quam olim dictum Casale spectabat; hinc idem Collegium ad reparandum dictæ evictionis damnum, similem actionem direxit adversus Dominos Fratres de Incoronatis, uti possessores geminarum Apothecarum, quas spectasse contendebat ad præfatum Pompejum, & favorabilem sententiam obtinuit in Tribunali A. C. Commissaque mihi uti Prælato extra Rotam appellationis Causa, Domini pariter sub consueto dubio in hodierna audientia consulti *dandam esse immissionem* responderunt.

Concurrere enim visa sunt omnia vulga-
1 ta extrema in hoc judicio necessaria; nàm creditum cum hypotheca clarè resultat ex Instrumento venditionis dicti Casalis, in quo Pompeius Venditor evictionem promisit sub obligatione omnium, & singulorum bonorum, *Pacific. de Salvian. inspect. prima cap.* 5. *num.* 4., *Rota. dec.* 905. *nu* 21. *coram Buratt.* & *dec.* 156. *nu* 2., & 3. *coram san. mem. Alexandro VIII*, & *in rec. dec.* 6: 1. *num.* 2. *par.* 19., & *in Romana Salviani, seù Locorum Montium* 17. *Aprilis* 1711. §. *Validitat cor. Me.*

Possessio autem antiqua Pompeii respectu
2 Apothecarum, de quibus agitur, in discrimen revocari non potest, tum quia per ipsum usque ab anno 1626. venditæ fuerunt Vener. Congregationi Sanctissimarum Plagarum Urbis, una cum medietate Domus, & geminis aliis Apothecis, ex qua fanè venditione probatum remanet dominium, & possessio Venditoris, *Honded. consf.* 84. *num.* 13., & *seq. lib.* 2., *Rota dec.* 633. *nu.* 5. *par.* 3., & *dec.* 433. *num.* 3., & 4. *par.* 19. *recent.*, & *in Perusina Reintegrationis super fructibus* 27. *Martii* 1713. §. *Altera vero coram R. P. D. meo Falconerio*, & *in Calaritana Cappellæ* 14. *Junii ejusdem anni* §. *Adungetur cor. Me.*

Tum quia subindè Franciscus de Incoro-
3 natis tanquam condominus, & compossessor supradictæ Domus judicium intentavit super prælatione, seù retractu adversus præfatam Vener. Congregationem Emptricem, & in vim favorabilis sententiæ obtinuit retrovenditionem dictæ medietatis Domus, & Apothecarum cum iisdem prorsùs pactis, & pretio, ac ulterius persolvit toties dicto Pompejo scuta 466. pro affrancatione, & liberatione Domus à jure, & pacto redimendi, quod in prima venditione reservatum
4 fuerat; quamobrem moderni Rei conventi factum proprii Authoris patenter convincens dominium, & Possessionem dicti Pompeii impugnare amplius non possunt, *vulgata leg. cum à Matre C. de rei vindicat.*

Et demum moderna possessio eorundem
5 Fratrum satis superque ad hunc effectum comprobatur ex substentatione litis coram A.C., illiusque prosecutione in nostro Tribunali, *Rota coram Duran. dec.* 40. *nu.* 5., & *coram Emerix Jun dec.* 446. *num.* 1., & *dec.* 782. *num.* 3., & *in rec. dec* 528. *num.* 2. *par.* 18., & *dicta dec* 611. *num.* 5. *par.* 19., & *in Montis Falisci Immissionis* 1. *Julii* 1709. §. *Consistit in fine coram R. P. D. meo Aldourando.*

Nque obstare posse visa est exceptio, quod domus, & controversæ Apothecæ, quas possident Fratres de Incoronatis proveniant à fideicommissis per eorum Majores ordina-
6 tis. Etenim, licet tota, & integra domus originariè spectaverit ad Paulum seniorem de Incoronatis, nihilominus cum illius medietas anno 1524 vigore assignationis factæ titulo parafreni favore Juliæ dicti Pauli filiæ immunis evaserit à quocumque vinculo, ut resultat ex firmatis *in Romana Domus, seù fideicommissi de Incoronatis nempè decis.* 35. *par.* 9., & *dec.* 421. *par.* 12. *recen.*, & *novissimè* 1. *Decembris* 1710. §. *Præsupposito cum seq. coram Reverendissimo D. meo Decano*
Et subindè constet, quod Pompeius Colum-
7 na, causam habens à præfata Julia, dictam domus medietatem, una cum quatuor Apothecis alienaverit, utique dicendum est, quod etiam istæ in dicta assignatione comprehensæ fuerint, & consequenter liberæ remanserint. Præsertim animadvertendo,
8 quod Franciscus de Incoronatis non ex titulo fideicommissi, sed in vim retractus prælativi illas postmodum recuperavit. Obser-
9 vantia enim ex pluribus, & qualificatis actibus resultans, optimè demonstrat quid fuerit in præcedenti assignatione comprehensum, *Rota coram Bich. dec.* 464. *num.* 18., & 19. & *coram Emerix Iun. dec.* 87. *nu.* 5., & *decis* 1104. *n.* 8., & *in rec. dec.* 377. *n.* 5., & *decis.* 164. *n.* 11. *par.* 15., & *dec.* 9. *n.* 19. *par.* 18. *tom.* 1.

Et quamvis post hæc anno 1630. Cæsar fi-
10 lius dicti Francisci, & Angelus senior obtinuerint immissionem ad hanc Domum tanquam fideicommissariam Marcelli Avi, ut testa-

testatur *Rota dicta decis.35. §. Quo enim par.9. recent.*, ac subindè anno 1644. Marcus Antonius Incoronatus vigore mandati de immittendo nactus fuerit possessionem domus, & duarum Apothecarum sine præjudicio aliorum jurium adversus præfatam Vener. Congregationem Sanctissimarum Plagarum, in quam iterum distractæ fuerunt ab eodem Cæsare, adeout in gradu ulterioris appellationis coram Reverendissimo Domino meo Decano eadem Vener. Congregatio absoluta solum fuerit à restitutione pretii medietatis domus, & geminarum Apothecarum, super quibus ædificaverat Ecclesiam, & è contrà Fratres de Incoronatis remanserint in possessione medietatis domus, & duarum Apothecarum, de quibus agitur.

Nihilominus hæc omnia, utpotè altiorem involuentia indaginem, retardare non posse visa sunt expostulatam immissionem, præsertim quia in dictis Decisionibus æditis prima Decembris 1710., & 6. Julii 1711. cor. Reverendissimo Domino meo Decano, nulla habetur explicita mentio de Apothecis, solumque ibidem firmatur medietatem domus (ad quam non dirigitur præsens actio per Collegium) obnoxiam esse fideicommisso.

Minus relevat ad intentum altera exceptio, quod controversę Apothecę acquisitę fuerint à familia de Incoronatis in vim retractus, & per consequens immunes evaserint à quacunque hypotheca, juxtà censuram Bul-
11 læ Gregorianæ. Etenim ad hoc, ut fundus per retractum acquisitus liberetur ab hypothecis, necesse est, quod pretium integrè investiatur, quodque investimentum sit tutum, & liberum, ut apertè cavetur in eadem Bulla §. 13., & §. 17. Nam Summus Pontifex noluit tollere iura super Domibus retrahendis, nisi cautum, & consultum esset Creditoribus per illarum translationem in alium fundum ex pretio emptum, *Rocc disput. Iur. cap.160. num.53., & 59., Constantin ad Statut. Urb. annot.24. art.1 n.16., & art.5. nu.359., Card. de Luca de servit. disc.102. num.2., Rota post Eminentissimum Dominum Card. Corradin. de Prælat. dec.12. n.1.* Proindeque cum in hypothesi pretium Apothecarum non fuerit investitum, frustra allegatur earundem exceptio ab hypothecis, Et ita utraque &c.

ALBANEN. IMMISSIONIS.

Veneris 4. Maii 1714.

ARGUMENTUM.

Statutum Albanense Testamenti factionem ad Ascendentes, & Collaterales in quarto gradu coarctat ad exclusionem Cameræ, & Fisci Baronalis.

Mulier scripta hæres à Viro, de bonis fideicommissariis, corruente testamento, detrahit legitimam, & Trebellianicam Viro debitas, ac retentionem habet pro sua dote intùto patrimonio, si in illius utilitatem erogata fuisset, & talibus subsistentibus creditis, ad eorum ratam fructus suos facit.

SUMMARIUM.

1 *Res judicata oritur ex non prosecutione appellationis, & si sit justa, restitutionem in integrum excludit.*
2 *Statutum Albani coarctat factionem Testamenti ad Ascendentes, & Collaterales in quarto gradu, ad excludendam Cameram, & Curiam Baronalem tantum.*
3 *Talis probibitio extenditur ad bona emphitheutica de directo dominio Baronis.*
4 *Dispositio Statutaria, & quæ sit Iuris commun is correctoria, non extenditur ultra casum expressum.*
5 *Testamentum non infringitur ex nullitate desumpta ex hoc, quod Testis in eo adhibitus se retraxerit, dicendo se testamento non adfuisse, quando dubitaretur de identitate ejusdem Testis, & vide casum.*
6 *Redentio datur pro melioramentis liquidis, & certis, & quomodo liquidari possint.*
7 *Mulier habet retentionem super bonis Viri, & Cognatorum pro suę dotis restitutione, quæ in communem illorum comodum erogata fuisset, iidemque pro virili tenerentur.*
8 *Amplia, si talem communem versionem dotis in proprium comodum, Vir, & Fratres ratificassent.*
9 *Fratres si vigore fideicommissi prætendant immissionem contra Cognatam, quę pro juribus suæ dotis comun e eorum commodo cessę, bona communia possideret, tenentur eidem tantundem in bonis liberis assignare.*
10 *Mulier non tenetur stare facto Viri, qui pro restitutione suæ dotis bona fideicommissaria elexisset.*
11 *Filius, ut dicatur matris hæres, non tenetur de effectiva aditione edocere, quando e contra de positiva hæreditatis repudiatione non constat*
12 *Tacita aditio, & qualitas hæreditaria ex bonorum possessione deducitur.*
13 *Hęreditas Matris non adita ex equitate legis* Pantonius ff. de acquir. hæred. *potest à filio ad suos hęredes transmitti per viam restitutionis in integrum.*
14 *Filius primus hęres gravatus detrahit legitimam, & Trebellianicam.*
15 *Filius, ut probibeatur detrahere legitimam, & Trebellianicam ex fideicommisso Patris, debet de tali probibitione constare ex littera fideicommissi.*
16 *Probibitio detrahendi legitimam, & Trebellianicam non infertur ex verbis importantibus probibitionem alienandi, sed ex illis fecumferentibus restitutionem integrę hæreditatis, alias ad quid censeantur apposita, vide in* n. seq.
18 *Trebellianica detractio dicitur alienatio necess*

necessaria, cum fiat ex dispositione legis & ideo sub simplici alienationis prohibitione non continetur.

19 *Deterioratio bonorum non probatur ex Testibus vagis de quantitate, & qualitate non loquentibus.*

20 *Detractiones non retardantur per turbidas exceptiones, & Testes, qui deponerent legitimarium neglexisse culturam arvorum in genere, ex quibus essent faciendæ.*

21 *Filius fideicommittentis non imputat in detractiones fructus fideicommissi ante casum istius.*

22 *Amplia, ut neque hæres ante motam litem.*

23 *Legitimarius non imputat fructus perceptos in detractionum causam, quoties sententiam reportasset super competentia retentionis bonorum ex hoc titulo, quo casu illos fecisset suos.*

DECISIO DCCCXXXIX.

CONtra Veronicam heredem universalem institutam à Dominico Fortino Viro, insurrexerunt de anno 1700. cor. Eminentissimo D. Cardinali Origo, tunc in subselliis A.C. Jusdicente, Petrus, & Joannes Baptista Fortini illius Fratres innixi reciproco fideicommisso condito à Vincentio communi Patre, cujus vigore petierunt immitti ad ea bona, quæ Dominicus prædefunctus sine filiis possidebat ex hæreditate paterna, & prodiit sententia, in qua declaratum fuit, Veronicę competere quasdam detractiones melioramentorum Dotis, Legitimæ, & Trebellianicæ, & in reliquis dandam esse immissionem Fortinis actoribus.

Ab hac sententia Partes non appellarunt, ideoque auctoritatem rei judicatę assumpsit, contra quam reclamare deindè cupientes Fortini, obtinuerunt à Signatura Justitiæ signari commissionem cum clausula -- *De præfixione termini* -- Qua mihi directa proposui dubium -- *An constet de re judicata, vel potius de causis restitutionis in integrū, itaut sit danda immissio ad bona hæreditaria Dominici* - Et DD. -- *Constare de re judicata*, responderunt.

Illa quidem clarè resultat, ex quo à d.
1 sententia Eminentissimi Cardinalis Origo,
nulla in tot annorum decursu interposita fuit appellatio; cumque attenta ejus validitate, & Justitia omnis excludatur læsio, utique prætensæ in integrum restitutioni locus esse non potest, *Rota dec. 295. n. 3. cor. Emer. jun., et in Romana pecuniaria 9. Decembris 1712. §. Illa cor. R.P.D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*. Nullitas enim testamenti Dominici Fratris prædefuncti, cui potissimum nitebantur Fortini, neque ex dispo-
2 sitione Statuti Albanen. coarctantis factionem Testamenti ad Ascendentes, & Collaterales in quarto gradu, neque ex defectu solemnitatum requisitarum *à L. hac consultissima*, resultare DD. visa fuit.

Quoad Statutum, illud expressam restrictionem habet in sui littera relata *per Rotam dec. 439 n. 1. cor. Priolo*, ad præjudicium Cameræ, & Curiæ Baronalis *tantum*, adeout hæc nullitatis exceptio solum respiciens Cameram, à Fortinis allegari non valeat, juxta regulam, de qua *Rota cor. Cerro dec. 612. n. 9., et dec. 503. n. fin. p. 18. rec. tom. 2.* Et etiam ad ea solum bona, quæ sub dominio
3 directo sunt Camerę in Emphytheusim concessa à Principe illius loci Domino, ut egregiè comprobant decisiones nostri Tribunalis *in Albanen. devolutionis coram Bevilacqua, et coram Priolo*, ubi potior ratio admittendi Cameram Baronalem ad successionem Bonorum relictorum extra personas à Statuto designatas, fuit investitura obtenta per testatorem à Principe Sabello, cum subiectione statuto Albanen., ut benè constat *ex dec. 423. n. 1. versic. Indubitatum, et dec. 339. versic. Cum itaque, et per tot. cor. Priolo*, & demonstrat idipsum confirmatio Apostolica Alexandri VII. sub anno 1665., ubi eadem habetur restrictio. Unde cum sit cor-
4 rectorium Juris communis, ad alios casus extendi non valet, *Rota dec. 169. nu. 13., et 14. p. 17., et dec. 436. nu 26. p. 19. tom. 2. recent.*

Quoad solemnitates Juris non potuit judi-
5 cari sufficiens ad eas excludendas dictum
unius testis ad perpetuam deponentis, quod licet subscriptus reperiatur inter septem testes adhibitos in testamento Dominici, tamen neque unquam se subscripserit, neque interfuerit. Quoniam (præter alias responsiones,) benè animadverterunt DD., quod Testis in testamento subscriptus nomine Francisci Montis erat Romanus, alter verò, qui testatur se non interfuisse, nec subscripsisse, idem sanè nomen, & cognomen habet, sed Patria diversus est, nempe Albanensis, ideoque non destruitur assistentia septem testium rogatorum, quos requirit præfatus *textus in L. hac consultissima C. de testament.*

Transeundo nunc ad singulas *sententiæ partes, quæ impugnabantur* pro meliora-
6 mentis per Dominicum testatorem factis in
Domo subiecta fideicommisso Vincentii, optimo jure decreta fuit retentio in scutis 203. & ob. 65. In hac enim quantitate fuerunt liquidata in processu remissoriali Judicis in partibus subdelegati, cui non obstant simplices fides quorumdam testium, pendente lite coram A. C. procuratę, quia, prætermissis aliis exceptionibus, eorum dictum non excludit existentiam aliorum melioramentorum, pro quibus, ultra ea, de quibus ipsi testantur, retentio concessa fuit Veronicæ. Concurrente autem eorum liquidatione, retentio pro melioramentis denegari non valet, *ad text. in L. Si in arca ff. de condit. indebit., cum aliis, Rot. coram Alex. VIII. dec. 155. n. 24., et 25., et p. 18. rec, dec. 320. n. primo.*

Item justè concessam existimarunt DD re-
7 tentionem Veronicæ pro restitutione duarum

rum ex tribus partibus residui dotis ad ip-
sam spectantis, & in beneficium commune
hæredum gravatorum, Petri scilicet, Joan-
nis Baptistæ, & Dominici erogati, ante-
quam isti devenirent ad divisionem bono-
rum provenientium ab hæreditate Vincen-
tii Patris fideicommittentis, ad effectum
tamen dictas duas partes consequendi ex
portionibus Legitimę, & Trebellianicæ,
dd. Joanni Baptistæ, & Petro debitis super
bonis præfati Vincentii, cum pro Jo. Bapti-
sta,& Petro dd. duæ partes erogatæ censean-
tur, & altera pro Dominico Veronicæ Vi-
ro, & ratione servandę inter Fratres æquali-
tatis, de qua *text. in L. fin. Cod. communi
utriusque Iudic., et L. illud C. de collat.*, &
sicut residuū hoc dotis ante divisionem in
commune commodum cessit, ita etiam com-
muniter restituendum est, *Rot dec. 1442. n. 2.
cor. Coccin.*

Quin obstet, quod in Instrumento divisio-
nis inter Fratres secutæ, fuerit habita ratio
de dd. duabus Partibus residui dotis Vero-
nicæ, & pro illis tradita certa bona Domi-
nico ejus Viro. Quoniam retorquetur hoc
instrumentum contra Joannem Baptistam,
& Petrum, dum important confessionem
8 versionis in commune eorum Beneficium, &
agnitionem eorum debiti, & importat qui-
dem earumdem partium residui dotis solu-
tionem, sed in bonis fideicommissariis. Un-
9 de si nunc obtinere intendunt immissionem
vigore fideicommissi. & bona assignata ab hæ-
rede Dominici condividentis avocare, te-
nentur procul dubio totidem bona libera in
eorum locum tradere Veronicæ creditrici,
cui neque ex eorum divisione præjudicari
potuit, *ad text. in l si consensit §. Illud te-
nendum ff. quibus mod. pign., vel hipoth. solu.*
10 Neque ex facto Dominici Viri, qui restitu-
tionem dictarum duarum partium residui
dotis in bonis oneri obnoxiis, in præjudicium
Uxoris acceptare non poterat, *L. 1. C. ne
Uxor pro Marito, & L. Maritus C. de Pro-
cur., Rotq dec. 77. n. primo p. 18 rec.*

Censuerunt quoque DD rectè indultam
fuisse retentionicem Veronicæ pro scutis
74. 66. eidem debitam ex persona Dominici
sui Viri, & Authoris pro tertia parte Dotis
Faustinæ Uxoris Vincentii fideicommitten-
tis, & respectivè Matris ejusdem Dominici,
11 neque necessarium visum est, quod ex par-
te Veronicæ verificetur in Dominico quali-
tas hæreditaria Faustinæ Matris mediante
positiva aditione, quia cum nullus Actus
concurrat illius repudiationis, fueritque
Dos, in qua hæreditas consistit ex bonis
Vincentii ad restitutionem obligati conse-
quenda, & hæc bona pro æquali parte pos-
12 sederint Dominicus, & alii ejus Fratres,
utique vel ab initio dicendum est, quod om-
nes æque illius hæredes fuerunt, possidendo
in istam causam congruam partem bonorum
Vincentii, ex quo tacita aditio inducta es-
set, juxta theoricam, de qua *Rot. dec. 7. n. 5.,
& dec. 98. nu. 1. cor. Greg., & decis. 717.
n. 8. p. 8. rec., & in Auximana pecuniaria
11. Iannuarii hujus anni §. Non enim coram
R.P.D. meo Crispo*. Vel potius censendum
13 est, quod delituerit hæreditas Faustinæ in
ignorantiæ latebris usque quo separationi
illius ab hæreditate Vincentii locus factus
non est, itaut etiam non adita, potuerit à
Dominico trasmitti in Veronicam hæredem
per viam restitutionis in integrum, ex æqui-
tate *text. in L. Pautonius ff. de acq hæ-
red., Bellon. de Iur accresc. cap. 7. q. 4. sub
n. 51. vers. tertium exemplum, Rot. Bonon.
dec. 28. n. 37., Rot. nost. in Magistrali dec.
320. n. 17., et 18. cor. Bich.*
14 Pari Jure declaratum fuit in sæpedicta
sententia, quod Veronicæ competerent
detractiones Legitimæ, & Trebellianicæ,
quas consequi debuisset Dominicus primus
hęres gravatus ex hæreditate Vincentii Pa-
tris fideicommittentis, ut de prima sunt
*text. in L. omnimodè, et L. quon. in priori-
bus C. de inof Test., et de secunda in §. Sed
quia stipulationis instit. de fideic. hæred.*

Absque eo quod Trebellianica prohibita
dici possit ex testamento Vincentii, quia
neque expressa prohibitio ibi legitur, ne-
que tacita resultat ex conjecturis, quę prę-
15 sertim respectu filii testatoris tales deberent
esse, ut pernecesse illam inducerent, nec ad
aliud quidquam referri possent, *Adden. ad
Greg. dec. 421. n. 16, ad Buratt. dec. 480 n.
23., et cum aliis, Rot. dec. 547. n. 15. p. 12.
16 rec.* Prohibitio autem alienationis non est
tanti ponderis, quia ut ex ea argui possit vo-
luntas prohibendi Trebellianicę detractio-
nem, debent unitim concurrere verba im-
portantia restitutionem totius integræ hęre-
17 ditatis, aliàs censetur apposita ad magis
cohibendas voluntarias hęredum profusio-
nes, & ad roborandam fortius prohibitio-
nem a lege cęteroquin inductam, non verò
ad interdicendam alienationem prędicè à le-
ge concessam in restitutione fideicommissi,
ut firmat *Rota dec. 1146. n. 3, et dec. 1233.
n. 8., et 9. cor. Emer. jun., cum aliis in Ro-
mana Primogenituræ de Corsinis super Tre-
bellianica 19. Iannuarii currentis anni § Nec
majoris cor. R P.D. meo Cerro*.

Nec juvat recurrere ad Codicillos, ubi à
Vincentio in casu tantum solutionis ęris
alieni à se contracti, alienatio bonorum gra-
vatorum permittitur, quia potius hęc re-
torquetur, nam si testator alienationem bo-
18 norum voluntariam tantum prohibuit, &
necessariam expressè permisit, dicendum
est permisisse etiam Trebellianicę detractio-
nem, quę alienatio necessaria est, cum fiat
ex dispositione legis, ut benè in proposito
arguit *Ruin. cons. 89. n. 25. lib. 2., Rot. cor.
Card. Cerro dec. 986. nu. 9., et 10. repet. in
p. 16 rec. dec. 142. n. 9.*

Minusque allegari valet legitimę compen-
satio, cum deterioratione bonorum fidei-
commissariorum, quia simplices testium fi-
19 des ad illam probandam adductę, neque
qualitatem, neque quantitatem damni con-
clu-

cludunt, minusque explicant an ex culpa Dominici illud provenerit, neque an perpetuum sit, vel ad modicum tempus; ideoque nullatenus merentur attendi, ut per *text. in cap. in presentia de probat.*, *et L. neque natales C. eodem*, *Rot. cor. Merlin. dec. 705. n. 8.*, & satis non est, quod deponant, fuisse à Dominico neglectam Vinearum culturam, ut ad rem ponderat *Andr. contr. 390. n. 50. ac prosequitur cit. dec. 705. n. 9. cor. Merlin.*, & propterea in his terminis hæc detectio-
20 tionum exceptio allegari non valet ad retardandam consequutionem detractionum, quę clare sunt, & nullam ex præmissis patiuntur turbiditatem, juxta deducta in *Veliterna donationis super mandato 26. Ianuarii currentis anni §. Verum recurrentes*, *et Forolivien. Legitimæ 13. Aprilis hujus pariter anni §. Iuncgabile cor. Me*.

Nullaque turbiditas quoad præfatas detractiones oriri valet ex pretensa fructuum imputatione. Distinguendo enim, ut decet
21 personas, & tempora, quod Dominicus teneatur imputare in Trebellianicam fructus perceptos ante casum fideicommissi, dum vivebat, nullo modo subsistit, quia utpotè filius fideicommittentis eximitur ab ista imputatione, *per text. expressum in L. Iubemus C. ad Trebell.*, *Peregr. de fideic. ar. 49. n. 55.*, *Rot. cor. Cerro dec. 443. nn. 5. et in Amerina redditionis rationis 27. Aprilis proximè elapsi §. Clara cor. Me*, sicut etiam
22 ejus heres Veronica ante motam litem, per alium *text. litteralem in cap. Rainutius de testam.*, *et ult. vol.*, *et ibi Glos. verb. litis contextatæ*, *at prosequitur cit. Peregrin. de fideic. art. 49. sub eod. n. 55.*

Post vero litem motam fructus imputandi non sunt, neque in Trebellianicam, neque
23 in alias hactenus relatas detractiones, quia sententia Eminentissimi Orighi canonizavit earum competentiam favore Veronicę, & pro iis retentionem concessit, iisque tantum priùs detractis, immittendos esse Fratres de Fortinis declaravit. Unde deberent Fortini, qui fructus imputandos esse pretendunt, ostendere, quod bona à Veronica retenta detractiones superexcedunt, cum pro rata detractionum potuerit illa semper facere fructus suos absque ultra imputatione, *Menoch. consl. 185. n. 35. cum seq.*, *Rota coram Cerro dec. 766. n. 10.*

Et ita utraque &c.

MAJORICEN. PENSIONIS.

Lunæ 7. Maii 1714.

ARGUMENTUM.

Rota de æquitate in explicando modum in decisionibus adjectum circa causas involutas, solet de stylo hinc indè aliquid detrahere, ad sequendam naturam transactionum, quæ est, ut Partes ad invicem aliquid remittant.

SUMMARIUM.

1 *Partes collitigantes in iis, in quibus sunt concordes appellare nequeunt.*
2 *Iudex in causis involutis, in quibus pro concordia rescriptum sit, mediam eligendo viam justè procedit.*
3 *Amplia, ut effectus, & natura transactionis à Iudice arbitratæ, sunt, ut Partes hinc indè aliquid perdant, & se remittant.*
4 *Referentis est tribuere relato omnia, quæ in se continet.*
5 *Pensio liberè exigi potest à Pensionario, si causa fuisset commissa per Signaturam cum clausula* -- Non retardata solutione.
6 *Rota consulere solet cum æquitate in rebus dubiis interesse utriusque Partis.*

DECISIO DCCCXL.

Per geminas Sententias Rotales, prævüs totidem Decisionibus impressis inter recentiores *dec. 130. p. 18.*, *& dec. 375. p. 19.* declaratum fuerat annuam pensionem ducatorum 88. auri de Camera reservatam super fructibus Parochialis Ecclesiæ S. Jacobi Civitatis Majoricen. occasione illius resignationis favore Jacobi Ballester Resignantis non subsistere ex defectu verificationis valoris per ascensum ad ducatos 215. expressi. Et quamvis in gradu ulterioris appellationis, semel, atque iterùm pro confirmatione dictarum sententiarum prodiisset responsum; nihilominùs, quia ex novis probationibus in visu litterarum remissorialium per Pensionarium expletis, causa graves patiebatur difficultates; idcircò Domini in subsequentibus illius propositionibus rescripserunt *pro concordia*, quæ tamen cum ex partium obstinatione, ut passim contingere solet, nunquam ad actum perduceretur, tandem nostrum Tribunal præscripsit modum, sub quo illa omninò explenda foret, quod nempe termini pensionis depositi restituerentur Parocho, seu Titulari, & soluti condonarentur hæredibus pensionarii interim defuncti, ut videre est in *dec. 1033. n. 18. cor. Emer. jun.*

Acquieverunt Partes hujusmodi resolutioni, & causa silvit ad hæc usque tempora; verùm novissimè contendente dicta Ecclesia Parochiali Sancti Jacobi uti hærede titularis terminos depositos sibi restituendos initium sumere ab anno 1668., & ascendere ad summam librarum 1924., quando revera nunquam fuerunt depositi termini dictæ pensionis, sed à dicto anno 1668. cum protestatione semper soluti apparent Pensionario mediantibus Ordinibus directis Mensæ Nummulariæ dictæ Civitatis. Hinc ergo in hodierna audientia tanquam subrogatus in locum præfati bon. mem. Emerix, dedi dubium -- *An esset standum, vel recedendum à decisis, itaut pecuniæ depositæ, & solutæ essent consignandæ, & respectivè restituendæ, & pro qua summa* -- & Domini *standum esse in decisis, & faciendam esse consignationem, & restitutionem pecuniarum juxta modum, à die*

à die scilicet, 26. Junii 1673. responderunt.

1 Nulla enim emergit difficultas quoad pri-
mam dubii partem pro persistentia in deci-
sis, & confirmatione modi sub quo eadem
decisio concordiæ effectuationem decrevit,
cum super his Partes ultrò conveniant; sed
controversia unicè residere visa est in decla-
ratione præfati modi, juxta quem cum de-
mandatum fuerit, ut termini depositi resti-
tuerentur hæredibus Titularis, & soluti ce-
derent in beneficium hæredum Pensionarii,
videndum superest, qui nam termini debean-
tur dictis hæredibus Titularii, cum omnes,
ut præmissum est, Pensionario persoluti di-
gnoscantur.

2 Verùm hac in re Domini jure, meritoque
arbitrati sunt faciendam esse restitutionem
pecuniarum à dicta die 26. Junii 1673., qua
emanavit prima Sententia Rotalis super nul-
litate pensionis, tum quia hæc propriè dici-
tur media vis, quam eligere professa est *Ro-
ta dicta dec.* 1033. *n.* 18. *cor. Emer. jun.*, & per
3 quam aliquid hinc indè remittitur, juxta in-
dolem, & naturam transactionis, de qua in
l. 1. *ff. de transact., & in l. transactio C. eodem,
Urceol. de transact. q.* 2. *nu.* 16., *& q.* 8. *n.* 18. *&*
19., *Rot. cor. Cerro dec.* 164. *num.* 11., *& coram
Emer. jun. dec.* 608. *n.* 2., *& dec.* 673. *n.* 5., *& in
rec. dec.* 260. *n.* 5. *p.* 19.

Tum etiam quia in concordia transacta in-
ter Agentes utriusque Partis coram clar. me.
Card. Taya licèt postmodum non conclusa
conventum fuerat, quod pecuniarum resti-
tutio facienda esset à dicta die editæ senten-
tiæ, quemadmodum resultat ex particula
informationis usque tunc datæ coram bo. me.
Rondinino pro parte Pensionarii; ideoque
cum sæpedicta decisio ad hujusmodi concor-
diam se referat, utique huic conformem
fuisse sensum Sac. Rotæ dicendum venit, *vul-
gata l. asse toto ff. de hæred. instit., Rot. coram
Bich. dec.* 158. *n.* 18., *& dec.* 262. *n.* 6 *p.* 16., *&
dec.* 435. *n.* 9. *p.* 19. *rec.*, quod & ingenuè agno-
vit ipsemet Defensor hæredum Pensionarii,
4 qui proindè pecuniarum restitutionem à di-
cta die vix hodie impugnabat.

Perperam tamen hæres titularis conque-
rebatur, altiores excitando prætensiones
quoad restitutionem pecuniarum longè ante
dictum annum 1673., nam ex alia particula
informationis pro eodem Titulari tunc tem-
poris exhibita constat terminos pensionis,
qui supponebantur depositi initium desump-
sisse solùm ab anno 1675., quo concessa exti-
tit nova audientia Pensionario *suspenso cursu
5 pensionum.* Et quidem alii præcedenter de-
cursi liberè exigi poterant per Pensionarium
etiam quando verè depositi extitissent, quia
causa commissa fuerat cum clausula -- *non re-
tardata solutione pensionis.*

Utrique ergo Parti ita consultum rema-
6 net, & declaratio prædicti modi, pensatis
omnibus præmissis circumstantiis undequa-
que congruit æquitati, quam semper ample-
cti consuevit nostrum Tribunal, ut testatur
in dec. 249. *n.* 7. *p.* 10., *et dec.* 141. *n.* 6. *p.* 15. *rec.*
Et ita, utraque &c.

ROMANA, SEU VITERBIEN. PALATII.

Lunæ 7. Maii 1714.

ARGUMENTUM.

Mater ex dispositione Statuti Viterbiensis nequit in præjudicium filiorum bona distrahere, dummodò causa justa, & necessaria non accedat. Hæres juris, videlicet ex dispositione Statuti non tenetur servare factum sui Authoris; secùs verò hæres facti, & reliquum argumenti secumfert sequens.

SUMMARIUM.

1 *Res judicata dicitur clara, si sententia fuisset acceptata, & executionem habuisset.*

2 *Filius, licèt independenter à Patre immissionem petat vigore fideicommissi, attamen si de hæreditate materna rationem non reddiderit, illius factum impugnare nequit.*

3 *Filius non potest vigore fideicommissi petere immissionem ad corpus, si uti hæres Patris illius pretium simul retineat.*

4 *Sententia, & transactio bona fide acceptatæ, etiam proprio jure venientes successores afficiunt.*

5 *Mater subjecta Viterbiensi Statuto, in filiorum præjudicium distrahere non potest bona sua.*

6 *Datio in solutum, ac adjudicatio rei, accedente lapsu temporis, semper favore dotis præsumitur etiam cum iis, quæ ad perfectam dominii translationem tendunt*, & vide casum.

7 *Amplia, ut bona præsumantur haberi pro derelictis, si retrocessa fuissent pro debito illorum valorem exuberante, quod reluitionis spem extingueret.*

8 *Datio in solutum dominium transfert.*

9 *Possessio pacifica, & continuata, non reclamantibus iis, qui interesse habere possent, justum titulum præsupponit in possessore.*

10 *Possessor, si cessante titulo possidendi, adhuc in possessione continuet, censetur statim ex novo titulo mutasse causam, absque ulla declaratione.*

11 *Contractus annullatur in totum ex falsitate causæ, etiamsi illa in parte tantum probaretur,*

12 *Mulier sine causa utili, & necessaria contrahere prohibetur.*

13 *Contractus mulieris erroneo supposito, & causæ falsæ innixus, ipso jure corruit.*

14 *Amplia, ut irritetur, etiam si non esset utilis, & si mulier alienasset pro debito, ad quod non fuisset obligata.*

15 *Hæres juris, videlicet ex Statuto, & non facti, non tenetur servare factum sui Authoris, & potest impugnare contractus læsivos in sui præjudicium ab illo initos,*

16 *Amplia, ut talis contractus nullitatem tam agendo*

agendo, quàm excipiendo dictus hæres allegare possit.

17 *Mandatum non potest relaxari contra unum pro debito alterius.*

18 *Melioramenta detrahenda sunt favore meliorantis in ea rata, pro qua ea fecisset, & quomodò liquidentur.*

19 *Melioramenta, ut liquidari possint, debet probari status antiquus rei melioratæ, & quid fuit impensum?*

20 *Valor rei non potest desumi ex illa quantitate pretii, pro qua subrogata fuisset in casu evictionis alicuius fundi.*

DECISIO DCCCXLI.

PRo fructibus census in sorte scut. 1200. Septimia Spreta, uti hæres Tagliamochi Viri obtinuerat mandatum contra bona Sebastiani Fratris, & illius vigore possessionem Palatii in Civitate Viterbiensis, existentis nacta fuerat. Cum autem subinde in augumentum dotis Hyppolitæ Neptis promisisset scuta 1500. solvenda post ejus obitum sub ea lege, quod nisi hæredes commodè persolvere possent dictam summam in pecunia, tenerentur rradere in solutum dictum Palatium cum pacto redimendi ad triennium, quo elapso, illud remaneret liberum Hyppolitæ. Ideò mortua Septimia, nec soluta per hæredes intra triennium dicta summa, Idem Palatium liberum remansit penes Hyppolitam, quæ unà cum Paulo Fratre illud vendidit Marchioni Aloysio Sen. de Costaguis pretio scutorum 2000., quod pro rata scutorum 1700. investitum extitit in tot locis montium pro evictione Palatii venditi, & residualis summa cessit in extinctionem debitorum ejusdem Pauli.

Pacificè quousque vixit præfatus Marchio emptor sæpedictum Palatium possedit, illudque notabiliter melioratum assignavit primogenituræ Domus Castagutæ. Verùm adversùs Marchionem Georgeum in eadem primogenitura successorem insurrexit Francisca Tizzana filia d. Hyppolytæ, obtinuitque immissionem ad possessionem d. Palatii ex capite nullitatis contractus resultantis ex Statuto Viterbien., quo interdicta est Matri quæcumque alienatio bonorum dotalium in prejudicium filiorum.

Acquievit hujusmodi judicato d. Marchio Georgeus, litique renunciavis, ac associari obtinuit ad illamet loca montium, quæ empta fuerant ex pretio Palatii, cujus tamen possessionem nancisci minimè valuit Francisca, quia interim nonnulli creditores supradicti Sebastiani immissionem in Salviano ad idem Palatium reportaverant, illudque locaverant eidem Marchioni Costaguto. Ast obtenta per Franciscam favorabili sententia contra dd. creditores, expeditum pariter fuit adversùs Marchionem mandatum de evacuando, cui ille solutis pensionibus decursis obtemperavit.

Extincta tandem videbantur discordiæ semina super hoc Palatio, sed novissimè acrius exarserunt, non solùm quia Marchio Aloysius junior filius d. Georgii impetrata commissione restitutionis in integrum, judicium contra dictam Franciscam instauravit, verùm etiam ex quo Comes Galeottus rescissionem venditionis ejusdem Palatii ab ipsa interim factæ prætendere cæpit. Quamobrem in hodierna Audientia, in qua R. P. D. meus Cerrus ad instantiam d. Com. Galeotti geminа proposuit dubia, de mandato Tribunalis reassumpsi pariter disputationem alterius dubii, an scilicet -- *Constet de re judicata, seu potiùs de causis restitutionis in integrum, itaut sit relaxandum mandatum pro residuo pretii, & pro melioramentis, & contra quos* -- super quo sub diebus 14. Junii 1719., & 13. Maii 1712. ob suffragiorum scissuram nulla capta fuerat resolutio, datoque etiam per Me suffragio in locum sexti ex speciali Sanctissimi commissione, responsum fuit -- *Constare de re judicata, & non esse relaxandum mandatum contra Franciscam pro scutis 300., & esse relaxandum pro melioramentis juxta modum inferiùs exprimendum.*

1 Clara namque visa est res judicata, ex quo sententia decernens immissionem ad Palatium favore Franciscæ fuit acceptata, & executioni demandata à Marchione Georgeo, dum recuperavit loca montium, Palatium in locatione recepit, ac postea evacua-

2 vit. Et quamvis opponatur, quod modernus Actor veniat ex propria persona independenter à Patre, tamen ultra quod factum defuncti impugnare non potest, quousque non reddiderit rationem de bonis hæreditariis, *Rot. dec. 147. n. 6. p. 17., & dec. 417. nu. 14. p. 19.*

3 *recent.*, cessat penitus difficultas, tum quia adhuc ipse retinet pretium Palatii, nempe loca montium à Patre recuperata, quod de directo pugnat cum prætensione recuperandi idem Palatium, *Rot. cor. Emerix dec. 1306. n. 5, & dec. 95. n. 2 p. 18. recent.* Tum quia dicta sententia undequaque justitiæ præsidio

4 suffulta apparet, ideoque sicuti exinde promanat bona fides hæredis gravati illam acceptantis, ita ejus acceptatio afficit etiam quoscumque successores, tametsi jure proprio venientes, non secùs ac transactio bona fide inita, *Gratian. discept. forens. cap. 476. nu. 1., Rot. dec. 259. nu. 4. p. 13., & dec. 553. n. 11. p. 19. rec., & in Romana immissionis 9. Junii 1713. §. Ex his cor. R. P. D. meo Crispo, & 12. Januarii proximè præteriti §. Constabilita coram Me.*

Justitia autem sententiæ, & rei judicatæ perspicuè emergit, ex quo ritè, rectèque concessa fuit Franciscæ immissio ad controversum Palatium, non obstante illius venditione facta favore Marchionis Costaguti ab Hyp-

5 polita Matre, ista enim ad hujusmodi distractionem in præjudicium filiorum nullo modo devenire poterat, resistente litterali censura Statuti Viterbiensis rubr. 74., de qua *Rota cor. Eme. jun. dec. 1234., & dec. 331. num. 6., & seqq. post Antonell. de jur., & oner. Cleric., & in Viterbien. Bonorum 9. Novembris 1696.* §. *Quibus*

§. *Quibus eum seqq.*, & 10.*Julii* 1697. §. *in princip.cor.Rmo D. meo Decano.*

Nec ad evitandam Statutariam hanc dis-
positionem profuit exceptio, quod Palatium
prædictum non spectet jure dominii ad Sep-
timiam Hyppolitę Amitam, attento quod il-
lius possessionem nacta fuerat pro fructibus
census decursis, & non solutis à Sebastiano
Fratre in summa scutorum 2160., absque sub-
secuta adjudicatione, indè inferendo, quod
ab ipsa assignari non potuerit Nepti in aug-
6 mentum ejus dotis. Etenim cum eadem Sep-
timia nedum Palatium possederit vigore
executionis mandati super ipso factæ, sed de
eo, uti de re ad se liberè spectante disposue-
rit favore Hyppolitæ Neptis eidem assignan-
do, dum viveret habitationem in illo, & de-
mandando, ut in casu, quo ejus hęredes non
solvissent dictæ Nepti scuta 1500., tenerentur
in solutum tradere idem Palatium, & qui-
dem in eodem instrumento dotationis factæ
una cum Paulo filio, & hęrede d.Sebastiani;
utique his omnibus concurrentibus, & acce-
dente etiam notabili temporis lapsu, intercef-
sisse præsumitur adjudicatio, seu datio in so-
lutum. *Mangil. de Subhast.q.*147.*n.*1.& 4.,&
*q.*200.*n.*10., *Rot.cor.Seraph. dec* 242. *n* 4.,&
*cor. Priol.dec.*376.*n.*28., & *dec.*907. *n.*9.;*cor.
Dunozz.iun.*

7 Eoque potissimum, quia creditum Septi-
miæ in summa scutorum 2160. pro fructibus
census excedebat valorem Palatii, quod ven-
ditum fuit Marchioni Costaguto pro scutis
2000. dumtaxat. Immò, si præfatæ summę ad-
datur etiam creditum sortis in scutis 1200.,
nemo non videt, quod cessabat pænitus quæ-
cumque spes reluitionis, & per consequens
facilius dicendum venit in eandem Septi-
miam Palatii dominium pleno jure transla-
tum extitisse. *Gratian. discept forens. cap.*
422. *n.*13., *Gait de credit.cap* 9.*n* 1098., *Rot.
cor.Seraphin.dec.*348 *n.*1, & *seq.*. & *in dicta
dec.*376 *sub n.*28.*cor. Priol.*,& *dict.dec.*907.*in
fin.cor.Dunozz.iun.*, & *dec.*214. *num.*6.*p.*19.
recen.

Ejusdemque irrelevantiæ visum est aliud
diffugium, quod nempè in hypothesi pręter
nudum pręceptum Septimię injunctum hęre-
dibus tradendi insolutum Palatium Hyppo-
litæ Nepti in eventum quo eidem solvere
non possent quantitatem scutorum 1500.,
8 nullus intercesserit positivus actus eorum-
dem hæredum pręseferens actualem datio-
nem insolutum, sine qua dari non poterat
translatio dominii in eandem Hyppolitam,
primò revocabiliter, & deindè liberè. Nam
9 cum ipsa vigore assignationis sibi, suoque Vi-
ro factæ in Instrumento Dotali acquisivisset
possessionem appartamenti in dicto Palatio
solùm duraturam usque ad obitum Septimiæ,
& nihilominùs diù post in possessione totius
Palatii continuaverit usque ad venditionem
factam favore Marchionis Costaguti, dubio
procul hujusmodi subsequens pacifica, &
diuturna possessio videntibus, & non recla-
mantibus hæredibus ęquivalet traditioni re-
lativè ad titulum promissę dationis insolu-
tum, *Curt.jun. cons.*82.*n.*9., optimè *Caball.
consil.*99. *à n* 6.*cum pluribus seqq.*, *Rot.coram
Priolo d.dec.*376.*n.*26.

Ea quidem convincenti ratione, quia ubi
10 possessor resoluto primævo possessionis titu-
lo, adhuc in ea continuat, ex quo alius titu-
lus supervenerit, illicò censetur mutasse cau-
sam possessionis, illamque ex novo titulo reti-
nuisse absque alia declaratione, *Posth.de ma-
nuten. observ.*54.*n.*23., *Rot post eumdem dec.*
14, & *dec.*57.*n.*4., & *cor.san.mem.Greg.XV.
dec.*546 *n.*1., *ibique Adden n.*15., & *dec.*467.
*n.*41. *cor. Bichio.*

Nec præmissis obstare potest, quod in in-
strumento venditionis toties dicti Palatii ad-
missa fuerit pertinentia ejusdem tam favore
Hyppolitæ, quàm Pauli Fratris, & in alio
contemporaneo instrumento transactionis,
seu solidationis computorum idem Frater, &
Soror ultrò convenerint super promiscua di-
visione hæreditatis Septimiæ sub obtentu,
quod illa nullam, aut modicam partem in di-
11 cto Palatio prætendere poterat; quoniam
eo ipso, quod illud jam liberè spectabat ad
Hyppolitam ex dispositione Septimiæ, om-
nes prædicti actus emissi censentur ad collu-
dendum cum Fratre, & ad tuendam vendi-
tionem à Statuto improbatam, proindèque
irritantur in Muliere quę contrahere, & con-
fiteri æquè prohibetur absque legitima causa,
cæterisque solemnitatibus, *Cyriac. contr.*257.
*n.*15., *Rot.cor.Zarat. dec.*109.*n.*12., & *coram
Bich.dec.*240., pariter *n.*12, & *dec.*215.*à.n.*1.
cum seqq.cor. san. me. Alex.VIII., & *in rec.
dec.*229.*num.*9 *p.*2., & *dec.*614.*num.*23.& 24.
*p.*18.

Constabilito ex his dominio Palatii penès
Hyppolitam, perperam contendebatur sub-
sistere illius venditio, ex quo Statutum per-
mittat alienationem Mulieri ex causa neces-
12 saria, & utili; utraque enim deficit in hoc
casu; & quidem deficit necessitas causæ, quia
Judici expositum fuit, quod Hyppolita non
poterat totum Palatium inhabitare, & res-
pective solvere pensiones pro rata, & por-
tione ad Paulum fratrem spectante quodque
difficiliter invenirentur conductores, præ-
sertim quia pluribus indigebat reparationi-
13 bus; quæ omnia involucrum falsitatis con-
tinent, & corruunt, utpotè innixa erroneo
supposito, quod Palatium pro medietate ad
Paulum spectaret, atque ideò ex patenti
causę falsitate contractus ipso jure irritus re-
mansit, ad *Tex.in leg magis puto* §. *Si æs alie-
num ff.de reb.dub.*, *Paris. consil.*85. *n.*45. *lib.*
3, *Cephal.consil.*207.*nu.*84., *Rot.cor. Priol.
dec.*224.*n.*6.& 7.,& *dec.*190.*nu.*10.& 11.*p.*6.
recen.

14 Deficit etiam utilitas, nam pretium pro
rata scutorum 1700. investitum extitit in
tot locis montium cum vinculo perpetuæ evi-
ctionis, quod notabiliter rei valorem minuit,
teste, *Card.de Luc. de regal. disc.*30.*n.*9., *Rot.
dec.*126.*n.*42.*p.*14. *rec.* Immò cum rata dum-
taxat scutorum 1000. ex toto pretio Hyppo-
litæ

litæ assignata fuerit, & residualis summa cesserit in extinctionem debitorum Pauli, ad quæ nullatenus ipsa tenebatur, patens fit enormissima Mulieris læsio, *Rot. cor. Dunoz. iun. dec.805. n.3., & cor. Priol. d. dec.224. n.8. & 9., & dec.318. n.1. & seqq. p.4. tom.2. rec.*

Inutili tandem conatu promota fuit prætensio, quod Francisca tanquam hæres matris, venditionem ab ipsa factam impugnare
15 non possit, illa siquidem non est hæres facti, sed juris, videlicet ex dispositione Statuti deferentis omnia bona materna filiis, & improbantis contractus in eorum præjudicium à Matre initos, in quibus terminis filia non tenetur servare factum Matris, aliàs enim Statutum nihil operaretur, *Capon. discept.295. à n.8. cum plurib. sequen., Modern. senen. de reservat. statut. art.7 n.36. & 37.*

Accedit, quod concurrente, ut præmisi-
16 mus defectu causæ, contractus de per se est nullus, & hæc nullitas, sicuti allegari poterat per Hyppolitam, ita tam agendo, quàm excipiendo allegari valet ab herede, *Rota dec.185. in fin. p.6., & dec.116. num.13. p.6., & dec.650. n.3. & 4. p.18. rec., & dec.165. n.5. & 6. post Constan. ad Statutum Urbis.*

Atque hęc quoad primam dubii partem, quo verò ad alteram respicientem relaxatio-
17 nem mandati pro residuo prætii jure meritque Domini censuerunt non esse relaxandam contra Franciscam, cum dicta residualis summa non pervenerit ad ipsius, nec ad Hyppolitę venditricis manus, sed erogata fuit in extinctionem debitorum Pauli. Reservarunt tamen (*juxta modum resolutioni adiectum*) jura Marchioni Costaguto agendi contra hæreditatem ejusdem Pauli, seu illius Creditores.

Et tandem quoad melioramenta *explicantes pariter modum* arbitrati sunt Domini *relaxandum esse mandatum pro nunc contra*
18 *Franciscam pro summa scut.600.* Cum enim d. Palatium prius venditum Marchioni Costaguto pretio scut.2000. eadem Francisca alienaverit favore Co. Galeotti pro scutis 2600., ut que in hac quantitate sc.600. excedente antiquum pretium, incontrovertibilis est melioratio.

In reliquis verò demandarunt, quod coadjuventur probationes, dum ex testibus, &
19 peritis huc usque concludenter firmatus non apparet status antiquus, & quid fuerit precisè impensum, & melioratum, adeout illiquida prorsùs sit eorum quantitas, *Rota cor. Bichio dec.199. n.13. & seq., & cor. Priol. dec. 159. n.1., & dec.190., pariter n.1. cor. Emerix iun., & in Beneventana nullitatis testamenti super retensione 13. Jun.1710. §. Eademque cor. Me.*

Nec attendi meretur hac in re subrogatio hujus Palatii favore primogeniturę facta per Marchionem Costagutum emptorem pro scutis 4000. in reintegrationem totidem bonorum primogenialium ab ipso alienatorum;
20 hujusmodi quippe subrogationes ęstimantur longè pluris quàm valeant, ut quotidiana edocet experientia, & propterea inefficaces passim reputantur ad concludendum verum rei valorem, ut testatur *Card. de Luca de iudic disc.23. n.25.*

Et ita, adscitis suffragiis quinti, & sexti responsum fuit utraque &c.

ROMANA PECUNIARIA.

Veneris 11. Maij 1714.

ARGUMENTUM.

Hæres retrocedens hæreditatem non se liberat à qualitate hæreditaria sibi inducta ex retrocessione hæreditatis; nec Creditor talem cessionarium pulsare tenetur. Pecuniæ in concursu Creditorum exactæ mediante cautione de restituendo prioribus, & potioribus, extare dicuntur.

SUMMARIUM

1 *Hæres non excusatur à solutione debitorii defuncti, ex quo non fuisset citatus ille, cuius hereditatem renunciasset, maximè si talis renunciatio Creditori non innotesceret.*
2 *Specificatio summæ à Reo, uti herede opposita, qualitatem hæreditariam inducit.*
3 *Amplia, ut ex cessione hereditatis à fortiori cedens presumatur heres, cum tale jus cedendi, nisi uti heres habuisset.*
4 *Qualitas hæreditaria semel impressa, ex voluntaria renunciatione non dimittitur.*
5 *Amplia, si Hæres contra personam, & bona propria mandatum passus fuisset, & non reclamasset.*
6 *Obligatio facta de restituendo pecunias exactas prioribus, & potioribus, facit pecunias extare.*
7 *Legatum menstruum usque ad obitum favore Legatarij non resecatur per transitionem hæreditatis de una in aliam personam.*
8 *Quantitas petitionis præsumitur à debitore approbata, si ab ea non reclamasset.*

DECISIO DCCCXLII.

Prolis spe destituta donavit causa mortis Ducissa Arthemisia cum consensu Principis Julii Cæsaris Columnæ Patris integram Dotem sc. 50. mil. Duci Ludovico Sfortiæ Viro quoad usumfructum, & quoad proprietatem Principi Ægidio Columnæ germano Fratri, cum onere tamen plurium legatorum, inter quę unum legitur menstruorum scut. decem favore Claræ Pontiæ durante ejus vita à Donatariis persolvendum; verum à Duce Ludovico nunquam prælitum fuit. Quocirca post ejus obitum judicialiter Clara institit pro illius consequutione contra Ducissam Adelaidem Thianges secundam ejusdem Uxorem, atque hæredem Testamenteriam, & in Tribunali A.C. mandatum executivum obtinuit contra bona hæreditaria Ducis Ludovici cum exequatur con-

tra bona propria Ducissę Adelaidis reæ conventæ pro sc. 1080.

Decessit postea etiam Clara Legataria, instituta sibi hærede universali Catherina Imperii, quæ curans exequutionem mandati ab Authrice sua reportati, pulsavit aliquos Creditores Ducis Ludovici communis debitoris, qui de mandato Congregationis Baronum in concursu obtinuerant sibi satisfieri, præstita cautione de restituendo prioribus, & potioribus, & tandem à R.P.D. Thesaurario condemnari obtinuit ad restitutionem prædictæ summæ sc. 1080. D. Ducem ab Altemps Creditorem posteriorem; qui propterea recursum habuit ad Tribunal A.C., à quo mandatum fuerat expeditum, & cor. R.P.D. meo Cerro, tunc in munere Locumtenentis Jus dicente, petiit ejus revocationem; Sed nullatenus meruit audiri; Undè ad Signaturam Justitiæ provocavit, à qua signata fuit Commissio cum clausula -- *Si quid exequendum*, in cujus sequelam proposui hodie sola Catherina comparente dubium -- *An mandatum A. C. esset exequendum*, & Domini illud *esse validum*, *& Iustum* agnoscentes *prò informante affirmativè* responderunt.

Quoad validitatem nequaquam obstare posse visum est, quod in judicio à Clara authrice Catherinæ facto coram A.C., citatus non fuerit Dux Franciscus Sforzia, cui supponitur fuisse renunciatam à Ducissa Adelaide hæreditatem Ducis Ludovici debitoris,

1 Quoniam cum talis renunciatio Claræ notificata nunquam fuisset, minusque opposita in hoc judicio, & è contra certum esset, quod Ducissa Adelaides erat hæres scripta in Testamento, & quæ in lite constituto Procuratore declinatorias exceptiones proponebat, rectè potuit Clara credere eam hæredem esse, eamque convenire, cum hæreditatis aditio pendeat ab animo adeuntis, juxta *Tex. in l. g pro hærede 20 ff. de acquir. hæred.*,

2 presertim postquam eadem Ducissa opponendo specificationem summæ à Clara prætensæ, debitum in genere confessa est; quæ quidem confessio præsumptam in ea qualitatem hæreditariam induebat, *Grat. discept. 78. num. 31.*, *Capyc. Latr. dec. 27. n. 12. lib. 1.*, *Rota in Romana Associat.*, *seu Domus 24. Ianu. 1695. §. Clarius cor. bon. me. Muto.*

3 Quinimò ipsamet cessio, ac renunciatio hæreditatis Ducis Ludovici à Ducissa Adelaide emissa favore Ducis Francisci Sforziæ, qui cæteroquin ad hæreditatem cessam ex persona sua vocatus non erat, eam hæredem effecit, cum necesse fuerit, quod illam priùs adiverit, ut cedere, ac renunciare posset, ut benè probant *Gallerat. de renunc. tom. 1. lib. 1. cap. 4. n. 2. vers. cum autem*, *Castell. de donat. contempl. matrim. to. 1. tract. 1. disc. 2. par. 6. n. 95.*, *Olea de cess. Iur. tit. 2. quæst. 3. num. 40.*, *Rota dec. 35. num. 16., & 17. post Rodriquez de concurs. Credit., & decis. 41. num. 4. part. 11. Recentior.*

4 Ideoq; attento ista renunciatione, non se poterat Ducissa expoliatam dicere qualitate hæreditaria Ducis Ludovici, quia semel hæres, semper hæres, & qualitas hæreditaria semel impressa, ex voluntaria renunciatione non dimittitur, ut in fortioribus terminis *Rota in Auximana Pecuniaria 15. Ianuar. curren. Anni §. Conflito cor. R. P. D. meo Crispo.*

5 Fortiùs quia eadem Ducissa passa fuit ab A.C. relaxari mandatum etiam cum exequatur contra propria ejus bona, quod fieri non poterat, nisi hæres fuisset Ducis Ludovici debitoris, & ab hoc exequatur ipsa nullatenus reclamavit; undè quomodò nunc ex hoc capite illius validitatem poterit refricare Dux ab Altemps, & opponere non fuisse citatam personam legitimam, quando Ducissa se semper hæredem agnovit, & se talem cum sua jactura professa est.

Quo verò ad justitiam, creditum Catherinæ resultare Domini censuerunt ex littera legati, in quo fundatam habet intentionē ex persona suę Authricis legatariæ; quo posito, justè mandatum ejus favore relaxatum fuit, & rectè poterit illo uti contra Ducem ab Al-

6 temps pro avocatione summæ debitæ, quia iste pecunias provenientes ex bonis communis debitoris recepit à Congregatione Baronum cum cautione de restituendo prioribus, & potioribus, quę operatur, ut bona, & pecunię debitoris extare dicantur in illius patrimonio ad commodum Creditorum, Legatariorum, & omnium anteriora, vel potiora jura habentium, ac si nulli solutæ, neque consignatæ fuissent, ut ponderat *Rota cor. Cels. dec. 206. num. 2.*, *& cor. Cerro dec. 63. num. 3.*, *& in Avenionen. Concursus 23. Februar. 1711. §. Prætensio, & seqq. cor. Rmo D. meo Molines Decano.*

Neque de excessu notari valet mandatum A.C, ex quo in humanis existente Duce Ludovico non erant decursæ tot menstruæ præstationes, quæ ascenderent ad summam scut. 1080. Etenim animadverterunt Domini, quod licet præstationes debitæ anno 1677. quo fuit purificata donatio per obitum Ducissæ Arthemisiæ favore Ducis Ludovici, usque ad mensem Februar. 1685., quo idem Dux Ludovicus mortuus est, non excederent summam sc. 980., attamen, ut in facto constitit, hæres Ludovici non restituit, nisi de mense Maij 1686. dotem Legantis, quę ejus hæreditatem efformabat Principi Ægidio Columnæ in proprietate Instituto: unde cum legatum menstruum deberetur ex dote Ducissæ Arthemisiæ, utique contra hæreditatem Ludovici usque ad illius restitutionem agere potuit Clara, quia onus infixum rei, à rei possessore debetur, ad regulam, de qua *Tex. in leg. eum cui Cod. de act., & oblig., & leg. cum fundo*, & ibi *Bald. ff. de servit. Urb. Præd.*, *Rota cor. san. me. Innocen. X. dec. 257. num. 5., & par. 18. recent. dec. 294. n. 7.*

7 Accedit, quod coram eodem judice opposuit Ducissa Adelaides specificationem summæ debitæ pro dd. menstruis præstationibus, eaque per Claræ Procuratorem medio jura-

juramento, quod veritatis præsumptionem facit, specificata extitit in quantitate prædicta sc. 1080. , neque ex post Ducissa contra
8 illam protestata fuit , neque unquam in toto judicii cursu reclamavit , vndè etiam approbasse uidetur , juxta *conf. Castren.* 282. *sub n.2 , & seq.par.1., Rota dec.492.n.2.par.14., & decis.305. num.10., & 11.par.18.,recen.*

Et ità informante tantum Catherina , Domino autem Duce pluries monito, & frustra dilationem petente resolutum fuit .

ROMANA CAPPELLANIÆ.

Lunæ 14. *Maij* 1714.

ARGUMENTUM.

Gratia *si neutri* habet locum in causis inter Præsentatos vertentes , de quorum non Jure concludentissimè constet . Tale non Jus ex quibus proberur secumfert sequens.

SUMMARIUM.

1 *Gratia* si neutri *habet exequtionem paratam probatis requisitis, quæ sunt, vacatio Beneficij , lis inter Provisos , & non jus utrinsque.*

2 *Probatur ex confessione emissa per Provisum Apostolicum, & ex nominationibus non canonicè factis.*

3 *Nominatio intra legitimum tempus , non exhibita coram Superiore , qui debet instituere, nulla dicitur, & in linea simplicis nominationis remanet.*

4 *Monitorium à Iudice non subscriptum , & sub banca à Notario reproductum cum productione nominationis , illam non convalidat.*

5 *Præsentatio facta beneficio nondum vacato est nulla, neque ex subsequuta vacatione convalidatur .*

6 *Amplia si privatè facta sit, nec exhibitum Instrumentum coram Superiore .*

7 *Præsentatio admissa à Iudice Commissario cum clausula --* Si , & in quantum , *rejectionem simul, & admissionem operatur.*

8 *Præsentatio nulla non sanatur per illius indicationem factam per quadrimestrem à die vacationis.*

9 *Beneficium litigiosum potest renunciari etiam in manibus Patroni :*

10 *Amplia, si renunciatio esset consequutiva sententiæ condemnatoriæ ad illius dimissionem.*

11 *Præsentationes ad beneficium fieri debent per Acta Cancellariæ , vel Cameræ coram Sanctissimo , juxtà Breve san. mem. Pauli Quinti .*

12 *Patronus pendente lite inter Presentatos, vel uno ex his decedente , non potest alterum novum Beneficiatum presentare.*

13 *Sententia habet præsumptionem boni juris prò se , & calumniæ suspicionem excludit.*

14 *Regula de triennali ejus privilegium ad successorem non extendit , cum sit merè personale.*

15 *Valor probari debet de tempore impetrationis, & si beneficij fructus augumententur ex industria Beneficiati , per non expressionem hujus augumenti gratia non infringitur.*

16 *Gratia non destruitur, si nominatus ad Beneficium se Romanum Papæ enarrasset, quando fuisset Forensis , & vide rationem.*

17 *Gratia inanis redderetur eo casu, quo si Papa scivisset nominatum esse Forensem , ex hoc ab illius signatione cavisset.*

DECISIO DCCCXLIII.

Sententiam Rotalem à R.P.D. Scotto Almæ Urbis Gubernatore latam super exequutione Gratiæ *si neutri* , quam Michael Angelus Olivetanus obtinuit pro assecutione controversiæ Cappellaniæ ad exclusionem Joannis Nicolai Balzanetti *confirmandam esse* Domini censuerunt in hodierna audientia coram Me , ad quem in gradu appellationis causa devoluta fuit ,

1 Siquidem prædicta gratia apparuit plenè justificata , non solum quo ad vacationem Cappellaniæ , & pendentiam litis , quæ non controvertebantur , sed etiam quoad aliud requisitum , quod neutri Parti jus competeret , quibus propterea concurrentibus optimo jure exequtionem promeruit, *Ros. cor. Verall. dec.42.part.2., coram Benincasa dec. 238. num. 1., & part. 17. recent. dec. 298. num. 1.*

2 Quod autem Michaeli nullum jus competeret, satis resultat ex illius confessione emissa obtinendo dictam gratiam, *Rota cor. Bich.dec.358.nu.3., cor.Emer.Iun.dec.1133. n.2., cor. Benincas. dec.292. n.10. , & in Capuana Benefic.27. Iannar.* 1698. §.*final. cor. Me* ; & quod neque competat Joanni Nicolao Balzanetto, deducitur, ex quo licet ipse ad sui favorem habuerit tres nominationes, tamen nulla ex eis illi suffragare valet , cum non sint canonicè factæ, vt plenè demonstratur in Decisionibus præcedentis instantiæ.

Non quidem prima reportata sub die 23.
3 Novembris 1704. , tum quià intrà legitimum tempus non fuit exhibita coram Superiore deberite instituere , itaut proindè nullum jus ad Cappellaniam assequendam tribuere potuerit,juxta celebre dictum *Lap. allegat. 75. num.3., & seqq.*, quem communiter sequuntur Doctores , & *Rota ex allegat. dec.* 665. *num.8. par. 18. recent.* , & plenè firmatur in *decis. hujus Causæ 25. Novembris 1707. §.Verùm hodiè, & 3. Februar.* 1708. §.*Quod enim cor. R.P.D.meo Scotto* , vbi quod deficiente prædicta exhibitione coram Superiore, præsentatio remansit in linea simplicis nominationis.

Non obstante , quod producta fuerit in
4 actis Eminentiss. Card. Vicarii, & ejus vigore successivè expeditum monitorium , quià illud non fuit subscriptum, nec reproductum

coram

coram eo, sed à Notario sub banca concessum, vt practicatur: Productio fuit facta ad effectum conservandi tantùm; ideoque non possunt isti actus haberi pro legitima pręsentatione, ut prosequuntur *cit. decis. 25. Novembris* 1707. §.*Neque obstat*, & 3.*Februarii* 1708. §.*Prima siquidem*.

5 Tum ex quo dicta pręsentatio facta fuit antequam Grossius renunciaret, & sic Beneficio pleno, quod est à Sacris Canonibus interdictum, ut in *cap.fin. de concess. Præben.*, *cap. ne captan.eod.tit. in* 6., & *in cap. Pastoralis de rescript.*, nec potuit ex subsequuta vacatione convalescere, quia defuit in Patrona præsentante justa credulitas, quod Beneficium tunc temporis vacaret, & perseverantia in eadem præsentatione tunc facta, quæ requiruntur ad hunc effectum; Imò de contraria credulitate, & voluntate in hypothesi constitit, ut prosequitur *decis.* 3. *Februarii* 1708. §. *Altera verò*, & §.*Et tamen*.

Neque secunda, quæ fuit facta sub die 21. Decembris 1704 adhæsivè ad renunciationem Grossi, cum quo diuturnam jam litem agebat Olivetanus, quia licet facta fuerit rogato vno ex Notariis Eminentiss. Vicarii,
6 tamen Instrumentum fuit exaratum privatè in domo ipsius Patronæ, neque fuit unquam ipsi Card. Vicario exhibitum, cum instantia pro institutione præsentati, ut necesse erat pro inducenda in illo scientia pręsentationis coram se factæ, itaut etiam illa pręsentatio ex eodem defectu exhibitionis coram Superiore corruat, vt in Decisione 3. *Februarij* 1708.§.*Nova verò cor. R. P.D. meo Scotto*.

Minusque demum tertia expleta *die* 3.*Februarii*, & indicata 11. *Maii* 1705. coram R P.D. Vicentino Judice Commissario, non solum quia neque illa fuit vnquam exhibita coram Superiore habente facultatem illam
7 recipiendi, sed tantùm coram dicto Judice, qui vigore commissionis appellationis sibi directæ, poterat duntaxat decernere institutionem legitimè præsentato, & de facto illam admisit cum clausula -- *si*, & *in quantum*, quæ operatur rejectionem, & admissionem respectivè, quatenus de jure rejicienda, vel admittenda sit, *Rota decis.* 116. *n.* 6. *cor. san. me. Innocentio X.*, & *in recent. decis.*27. *n.* 8. *par.*9., & *decis.*454. *num* 6., & 7. *par.*18. *to.*2. Verum etiam, quia dicta indica-
8 tio facta fuit elapso jam quadrimestre à die vacationis Cappellanię sequutæ per renunciationem Grossi, & sic nullatenùs suffragari potuit, ut in decisione 25. *Novembris* 1707. §.*Minus relevat*, & 3.*Februar.*1708.§.*Quod bene cor. R. P. D. meo Scotto*, & consonat *Rota coram Emer.lun. dec.*1247. *n.*6.

Nec subsistit, quod dicta renunciatio, tamquam facta in manibus Patronæ nulla sit, & propterea attendi debeat alia posterior facta coram Ordinario, & ab hac metiendum
9 tempus ad pręsentandum. Quoniam prima etiam sine Superioris auctoritate tenuit, dum agebatur de Beneficio litigioso, ut probant DD. adducti in vltima decisione R. P. D. mei Scotti §.*Neutiquam*, & fortiùs dum
10 Grossius renuncians, per sententiam in judicatum transactam à possessione Cappellaniæ expulsus fuerat, unde non poterat renunciare. nisi Jus illud, quod habere prætendebat ad rem, quo casu minus est necessaria in renunciatione Superioris auctoritas, benè *Paris.de resignat.lib* 7.*cap.*1.*n.*76., & aliis in citata Decis. *eod.* §.*Neutiquam*.

Præter has nullitates singulariter unamquamque pręsentationem inficientes, non desunt alię generales; & quidem (omissa
11 alia ex eo ducta, quod fieri debebant per acta Cancellariæ, vel Cameræ coram Sanctissimo juxta litteram Brevis san.mem. Paulii V. de qua in *decis.*25.*Novemb.*1707.§.*Pręditis coram R.P.D. meo Scotto*) inevitabilis est illa, qood factæ fuerunt pendente li-
12 te inter Olivetanum, & Grossium à diversis Patronis præsentatos, ideoque nulliter, & attentatè, *Rota decis.*24. *nu.*11. *cor. Beincas.*, & *decis.*361. *num.*1. *cor.Emer. lun.*, nam per dictæ litis pendentiam impediebatur Patrona, tam in casu cessus, quam decessus alicuius ex Collitigantibus præsentare, ne superstiti novum daret coopositorem, ut sunt *Tex.in cap.*1., & 2.*ut lit pendent.in* 6., optimè *Rota in Faventina Beneficii* 18.*Decemb.* 1704. §.*Demum cor. bon.mem.Muto*, cum aliis in *decis. præcedentis Instantiæ* 25. *Novembris* 1707. §.*Prætereà*.

Quin substineri possint ex eo, quod lis per Olivetanum mota, esset calumniosa, & sic Inhabilis ad faciendum obicem Patronæ, ne sequuta vacatione valeret iterùm pręsentare. Cum enim prædictus Olivetanus sententiam favorabilem, etiam in judicatum transactam ab Eminentiss. Cardin. Vicario in dicta lite obtinuerit, omnis abesse debet vmbra calu-
13 mniæ, dum Judicis sententia præsumptionem habet pro se, & saltem talem calumniæ suspicionem excludit, ut probat *citat. decis. cum ibi allegat.* § *Neque urgere*, & *ultima diei* 3. *Februarii* 1708 § *Nequaquam coram R. P. D meo Scotto*, & in terminis *Rota coram Zarat decis* 27. *n.*13.

Quod verò sententia prædicta emanaverit in contumaciam Grossi, & propterea vim excludendę calumniæ habere non valeat, in facto non subsistit, dum potiùs constituto ad peragendam litem Procuratore, acerrimè Grossius jura sua promovit, adeout per 16. circiter menses insudaverit Olivetanus in reportanda immissione in possessionem controversæ Cappellaniæ.

Triennalis demùm possessio, quæ favere poterat Grossio, pręsensę calumnię suspicionem confovere non potest. Recurrit enim responsio, quod ea non obstante Olivetanus sententiam obtinuit habentem præsumptionem Justitię pro se, & exclusivam calumniæ, imò inductivam alterius præsumptionis, vel quod triennalis possessionis exceptionem Grossius non allegaverit, vel quod illi renunciaverit, dum præsertim dictam sententiam contra se latam, in judicatum labi per-

misit,

misit, & successivè etiam juri suo cessit;
14 Neque potest Balzanettus independenter ab antecessore, & ex novo jure veniens reguiam de Triennali allegare, quæ illi tantùm favere poterat, ùt benè in § *final. ultimæ decisionis præcedentis Instantiæ*, & docent *Gomez ad regulam de Trienn. quæst.* 13. *n.* 9., *& per tot.*, *& Cockier. ad eadem regul. n.* 85. §. *Sed an Titulus, Rota cor. Zarat. decis.* 27. *num.* 19., *&* 20.

Posita ex his nullitate præsentationum Joannis Nicolai Balzanetti, facili negocio vindicatur ab objectis subreptionis, & obreptionis gratia *si neutri* ab Olivetano reportata: Etenim quo ad illa ex eo ducta, quod Olivetanus narraverit Papæ se fuisse præsentatum per obitum Hieronymi Carabelli, & pendente lite possessionem Cappellaniæ accepisse, iterùm hodie repetita, plenè satisfacere visa est Decisio diei 25 Novemb. 1707. à §. *Firma itaque*, *usque ad fin. cor. R. P. D. meo Scotto Almæ Vrbis Gubernat.* Alia verò de novo prompta ab expressione falsi valoris, & Patriæ Olivetani minimè vrgere visa sunt.

15 Quo enim ad valorem, constat illum de tempore, quo Olivetanus gratiam obtinuit, fuisse in solis annuis sc. 48., quod autem postea Cappellania plus reddat, evenit ex quo idem sua industria, ac diligentia avocavit per sententias Judicum á tertiis possessoribus aliqua bona ad Cappellaniam spectantia, quod sanè falsitatem valoris in gratia expressi causari non valet, quia ad hunc effectum attenditur tempus impetrationis, juxta *cons. Oldrad.* 58., *Rota cor. Buratt. decis.* 18. *n* 9. *cor. Bichi. dec.* 479 *n* 8., & in terminis *coram san. mem. Innocen. X. decis.* 221. *n.* 1., ibique *Adden. per tot.*

16 Quo verò ad Patriam, nullius momenti est, quod Olivetanus se Romanum Papæ asseruerit, quando verè est Farsensis; cum namque ex lege fundationis cautum non sit, quod Cappellania debeatur illis de certo loco, sed possit extero cuicumque concedi, non relevat, quod impetrans Farsensis potiùs sit,
17 quam Romanus. Defectus enim certæ qualitatis ad hoc, ut inficiat gratiam, talis esse debet, ut si innotuisset Pontifici, vel eum à concedendo retraxisset, vel difficiliorem reddidisset, *Lotter. de re Benefic. lib.* 2 *qu.* 54. *num.* 3., *Rota decis.* 680. *num.* 6 *par.* 19. *recent. tom.* 2., quod utique considerari non potest respectu enunciativæ Patriæ, quæ in his terminis causa Gratiæ dici nequit, *Rota decis.* 161. *n.* 4. *par.* 18. *recen.*

In reliquis Domini remisivè se habuerunt ad sæpè laudatas Decisiones præcedentis Instantiæ, & ita utraque &c.

SENOGAGLIEN. IMMISSIONIS.

Lunæ 14. *Maij* 1714.

ARGUMENTUM.

Filius favore Patris renuncians ob ingressum in Religionem, perdit omne Jus hæreditarium, licet Professio declarata fuisset nulla, quando tamen indefinitè Pater eum exhæredare volens, in legitima tantum instituisset cum expressa prohibitione de ultra quid ab hæreditate petendi.

SVMMARIVM.

1 *Immissio, concurrentibus necessariis extremis, semper datur.*
2 *Bona emphyteutica posita in Statu Vrbini, ex Constitutione Vrbani VIII. sunt ad instar allodialium, de quibus ultimus investitus libere potest disponere.*
3 *Filius ob ingressum in Religionem renuncians favore Patris, non habet amplius facultatem renunciandi favore Fratrum.*
4 *Amplia, ut in ipso non reviviscant Jura hæreditaria in bonis Patris, si Pater in testamento Jivellū loco legitimę ei reliquisset, eodemque tempore eum ab hæreditate exclusisset.*
5 *Subamplia, ut neque reviviscant, etiamsi Professio declaretur nulla, quando Pater indefinitè ei legitimam reliquisset, & prohibuisset quid ultra postulare.*
6 *Immissio, ut retardetur, debent contra illam adduci clara, & limpida credita anteriora.*
7 *Amplia, ut a fortiori non retardari possit, si obyciatur creditum per sententiam valuetatum.*
8 *Subamplia, si adducerentur credita desumpta ex dimissione æris alieni, quando solvens diu percepisset fructus fideicommissi, ex quo si non extincta, saltem illiquida contraposita credita evaderent.*
9 *Fideicommissum non impugnare dicitur, quæ opponit retentionem titulo Creditoris.*
10 *Fructus bonorum veniunt à die occupationis illorum, non à die motæ litis, si titulus, quo occupata fuissent, illegitimus judicaretur, & malam fidem præseferret.*

DECISIO DCCCXLIV.

POstquam Com. Joseph Thesinus fideicommissariam successionem Livii de Rubeis agnoverat beneficio præventivæ illius restitutionis sibi factæ per Cæsarem dicti Testatoris filium ob decrepitam ætatem quacumque suscipiendæ sobolis spe jam destitutum, Judicium immissionis promovit ad tria prædia fideicommissaria in vocabulo *Montignano* detenta à Marchionissa Margherita Baveria Uxore, & hærede prædefuncti PetriAntonii pariter filii dicti fideicommittentis, & alterius hæredis gravati, & prævijs geminis Decisionibus editis 26. Junii, & 11. Decembris superioris anni coramR. P. D. meo Crispo, favorabilem sententiam reportavit, quam in gradu appellationis coram Me instauratæ, attenta validitate, & Justitia DD. *pro informante* respondentes *confirmandam esse* censuerunt.

Justitia enim, cum validitatem præseferat actorum revolutio, perspicuè emergit,
1 ex quo in hypothesi omnia concurrunt extrema

trema ad obtinendam immissionem necessaria, & exceptiones, quæ ad illam retardandam adducebantur, satis superque sublatæ fuerunt in utraque decisione præcedentis instantiæ coram R. P. D. meo Crispo.

Et sanè exceptio, quod controversa Prædia, utpotè emphyteutica ex pacto, & pro-
videntia cadere nequiverint sub fideicom-
misso per d. Livium ordinato, removebatur
2 ex eo, quod cum ea sita reperiantur in Sta-
tu Urbini ex notissima Constitutione fa.mem.
Urbani VIII. registrata post *dec. 7. Paitell.*,
redacta sunt ad instar allodialium, & per
consequens Livius, tanquam ultimus investi-
tus, de illis ad sui libitum legitimè disponere
potuit, non secus ac de aliis suis bonis libe-
ris, *Rot. in Forosempronien. Legatorum super bonis emphiteuticis 7. Martii* 1712. §. *Præterea*, & 1. *Julii ejusdem anni* §. *Ceterum cor. R.P.D. meo Aldrovando*, & 19. *Januarii proxime præteriti* §. *Nullatenus*, & §. *Restasset cor. R. P. D. meo Ansaldo cum cæteris concordan. relatis in prima dec.* §. *Petitæ instantiæ*, & *seqq.*, & *in secunda* §. *In dubium cum seq.*

Quod agnitum fuit in secunda causæ propositione, & proindè præcipuum defensionis momentum petebatur ex renunciatione Petri Mariæ alterius ex filiis fideicommittentis emissa favore Cæsaris, & Petri Antonii Fratrum, cujus vigore rea conventa sibi pollicebatur medietatem tertiæ partis Bonorum fideicommissariorum, quæ ad antedictum Petrum Antonium suum Authorem spectasset.

Verum iterum insubsistens apparuit hujus-
3 modi prætensio, quia præfatus Petrus Maria
longè ante per amplissimam renunciationem
favore Patris emissam occasione ingressus in
Religionem sese de medio sustulerat, &
proinde nullum omnino jus subindè in Fra-
tres transferre poterat, *Urceol. de transact. qu. 18. n. 17.*, *Mans. consult. 15. n. 1.*, *Rot. cor. Emer. jun. dec. 1256. n. 9.*, & *seqq.*, & *in d. Forosempronien. Legatorum super bonis emphyteuticis 19. Januarii proximè præteriti* §. *Idipsum cor. R.P.D. meo Ansaldo.*

Et licet supponeretur reintegratus ad hæreditatem paternam, ex quo eidem Livius Pater in supremis Tabulis jure institutionis annuum livellum loco legitimæ reliquerit, tamen animadversum fuit, quod eodem tempore illum expressè à sua hæreditate exclusit, & ideo dicta secunda renunciatio ab ipso facta favore Fratrum, comprehendere non poterat Jura hæreditaria, à quibus exclusus fuerat, ex adductis *in secunda decis. R.P.D. mei Crispi* §. *Nec quidem.*

Absque eo quod obstare possit assumptum
aliàs mordicus excitatum, quod tàm dicta
prima renunciatio, quam subsequens ex-
clusio, & exhæredatio Petri Mariæ resolu-
tæ censeri debeant ob nullitatem professio-
nis, cujus præsuppositæ validitati innite-
bantur. Etenim quidquid sit de resolutione
5 renunciationis, hoc unum certum est, & ad
intentum superabundat, quod d. exclusio,
& exhæredatio, utpotè absoluta, & indefi-
nita, restrictionem non patitur ad unum tan-
tum casum validitatis professionis, sed om-
nes, & singulos indistinctè comprehendit.
Maximè animadvertendo, quod dum Livius
non obstante renunciatione, & professione
Petri Mariæ, adhuc ei legitimam reliquit,
prohibuitque quidquam ultra petere, per-
necesse dicendum venit cogitasse de casu,
quo renunciatio, & professio resolvi possent,
nam alias præsupposita illarum subsistentia,
& validitate, quemadmodum sæpedictus Pe-
trus Maria testamentum Paternum ex capite
præteritionis contratabulare nullatenus po-
terat, minusque ad successionem cum Fratri-
bus aspirare, ita nulla urgebat necessitas
eumdem instituendi in legitima, & ab hæ-
reditate excludendi, ut egregiè hæc omnia
perpendens comprobat mox citata *secunda decisio R P.D. mei Crispi d. d.* §. *Nec quidem cum seqq.*, ubi hujusmodi objectum funditus eliminatur, & contraria observantia ducta ex nonnullis actibus æquivocis per Petrum Mariam gestis post annullationem professionis pœnitùs eliditur.

Postremum tandem præsidium retentionis
pro prætensis creditis tàm ex propria perso-
na, quàm Jure hæreditario Petri Antonii
Viri à Margherita deductum in præcedenti
instantia, jure meritoque etiam in præsenti
nullius pariter roboris visum est DD., nam
6 si ad effectum retardandi immissionem re-
quiruntur credita adeò clara, & liquida, ut
nullam omnino turbiditatis notam patiantur
Gratian. discept. forens. cap. 734. n. 13., &
14., *Rota cor. Emer. jun. dec. 527. n. 11.*,
7 & *dec. 464. n. 2., et 3. p. 9. rec.*, quonam
pacto in medium afferri potest illius credi-
tum dotale, quod præviis geminis decisioni-
bus per sententiam nostri Tribunalis insubsi-
stens declaratum extitit, *Rota dec. 128. n. 5. et seqq. p. 18. rec.*, *et in Beneventana nullitatis testamenti super retentione quoad partitas reservatas* 8. *Maii* 1711. §. *Præfatam*
8 *autem cor. Me.* Nec non alia credita desum-
pta ab extinctione æris alieni fideicommit-
tentis, quæ quatenus etiam subsisterent, ex
longæva fructuum controversorum bonorum
perceptione si non consumpta, saltem illiqui-
da prorsus, & turbida evaserunt, *Rota in Romana Immissionis 15. Aprilis* 1712. §. *Maxime quia*, *et in eadem causa super electione Periti* 12. *Januarii proximè præteriti* §. *Aut hujusmodi cor. Me*, & concordant relati *in prima dec. præcedentis instantiæ* §. *finali*, *et in confirmatoria* § *Ex Iuribus*.

Quin relevet, quod præsens Judicium immissionis novissime tantum introductum appareat, adeout ex fructibus perceptis intra breve temporis spatium illiquida reddi nequeant dicta credita; cum enim usque ab anno 1698. Comes Thesinus instauraverit litem super separatione bonorum fideicommissariorum (in cujus sequelam dictam actionem pro immissione subindè promovit,) & Mar-

9 & Marchionissa non impugnando fideicommissi existentiam, illiusque purificationem in personam d. Com. Thesini opposuerit solum adversùs illum suę dotis restitutionem,
10 profectò usque tunc agnovit se esse illicitam dictorum bonorum detentricem, & consequenter fructus à dicto tempore restituere tenetur, *Rota cor. Priolo dec. 246. n. 9., et seqq*, et cor. *sa. me. Alexandro VIII. dec. 237. n. 6.*

Ea convincenti ratione, quia quoties clarè constat de mala fide Detentoris aliunde, quàm ex mota lite, tunc dubio procul fructus etiam ante motam litem percepti sunt restituendi, *Rot. in Romana immissionis super fructibus 27. Iunii 1709. §. Cum enim, et §. Nec relevat confirmata 14. Iunii 1709. in principio, et §. Nec obstat cor. Me, et in Firmana Immissionis 9. Decembris 1712. §. Quatenus tamen cor. R. P. D. meo Aldrovando* cum aliis clarè cumulatis *in ultima decisione §. finali*.

Et ita ad evitandam inutilem repetitionem, remissivè se habentes DD. ad latè firmata in utraque decisione pręcedentis instantię responderunt Altera tantum &c.

CÆSENATEN., SEU' CERVIEN. BONORUM SUPER PRÆ LATIONE.

Lunæ 4. Iunii 1714.

ARGUMENTUM.

Hęres universalis jus habet etiam ad bona per Laicos Ecclesiæ appodiata ad exclusionem restatori proximioris, quę sunt ad instar allodialium. Æquitas Bartoli supponit investitura vocatos non adesse, imò deficere illos, qui jure proprio venire possent, ac locum in bonis ad hęredes non transferibilibus habet.

SUMMARIUM.

1 *Bona appodiata Ecclesię, licet dicantur de istius dominio, sunt ad instar allodialium, et in Ecclesiæ præjudicium possunt in Extraneos transferri, et n. 3.*
2 *Æquitas Bartoli subsidiaria est, et habet locum in bonis ad hæredes non transitoriis, ac inalienabilibus.*
4 *Proximior, ut admittatur in defectum hæredis, qui ad renovationem investiturę non concurrat, probare debet bona esse allodialia, et alienabilia.*
5 *Hæres de æquitate Bartoli admittitur ad exclusionem proximioris, si supradictam probationem faciat.*
6 *Amplia, ut hæres pro obtinenda renovatione potentius jus habeat, quàm proximior.*
7 *Vocati in bonis appodiatis jus sub conditione quęsitum habent, hoc est quatenus primò investitus ea non distrahat.*
8 *Limita, si ageretur de alienatione facta ab aliquo ex intermediis cum præjudicio alteriorum comprehensorum.*
9 *Ultimus comprehensus liberè, ac si essent hęreditaria, de his disponere potest.*
10 *Æquitas Bartoli, uti subsidiaria supponit non vocationem in investitura; imò deficientiam eorum omnium, qui jure proprio venire possent.*
11 *Universalitas institutionis sufficit hęredi pro obtinenda bonorum renovatorum appodiatione.*

DECISIO DCCCXLV.

Contendentibus inter se super renovatione Investiturę bonorum emphiteuticorum olim spectantium ad Ascanium Ugolinum Ludovico, qui ab Episcopo Domino directo gratificatus fuerat, & Lucretia, quę Sententiam ab A.C., confirmatam in secunda instantia ab R.P.D. meo Crispo, & in contemporanea decisione coram Me reportaverat, descendit in arenam Violantes hęrea universalis instituta ab eodem Ascanio, eademque jura, quibus usa fuerat Lucretia ad exclusionem Ludovici, in exclusionem Lucretię retorquere satagit, ac proinde ad causam admissa, curavit à Me proponi dubium — *An sit danda pręlatio in renovatione investituræ bonorum de quibus agitur, et respectivè immissio Violanti* — Votique compos facta extitit soam *affirmative in omnibus* DD. responderunt.

Posito enim, quod agatur de bonis per Laicos originariè protectioni Ecclesię traditis, sivè, ut nostri dicunt, Ecclesię appodiatis,
1 quę proindè, licet nuncupentur de directo dominio Ecclesię, sunt tamen ad instar allodialium, & per quoscumque comprehensos in extraneos transferri possunt, præsertim in prędjudicium ipsius Ecclesiæ, & non differunt à bonis liberis, & hęreditariis, in illis procul dubio renovatio debetur hęredi, non vero proximiori qualitate hęreditaria destituto, quia ęquitas Bartoli, de qua in
2 contemporanea mea decisione §. *non dubitarunt*, subsidiaria tantum est, & locum habet in bonis ex sui natura inalienabilibus, & ad hęredes non transitoriis, cessat vero in bonis hęreditariis allodialibus, & appodiatis, quę jure ordinario successionis debentur hæredibus, ad quos transeunt, saltem ad effectum, ut in his *prælativè* quoad proximiores, *&* coactivè quoad Ecclesiam renovatio debeatur, juxta plenè deducta, in *Fanen. emphyteusis 17. Iunii 1695. §. Prębuit in fine coram Rmo Domino meo Molines Decano, et 13. Ianuarii 1713. §. ad effectum cor. R. P. D. meo Aldrovando, in Ferrarien. renovationis Investiturę 18. Aprilis 1712. §. Ita eo ipso, et §. Hinc est, et fere per tot cor. R. P. D. meo Crispo, et in Senogallien immissionis 11. Decembris 1713. §. in dubium cor. eodem, et 14. Martii 1714. §. Et sane cor. Me.*

Refricari autem non potest qualitas ap-
3 podiationis, et allodialitatis bonorum, de quibus agitur; fuit enim plenè firmata favore ipsius Lucretiæ in *dec. 19. Iunii 1713. cor. R. P. D. meo Crispo, et in contempora-*

nea cor. Me §. *Qualitas autem*, adeout in præsenti contra eam sit supponenda ex noris Juribus.

Neque vis istarum Decisionum evitari valet sub prætextu, quod ita firmaverint respectu tantum coactionis Domini directi ad renovan., non vero ad auferendam æquitativam revocationem Proximiori, quia eadem
4 probatio allodialitatis, & alienabilitatis bonorum, quæ requiritur pro admittendo proximiore in defectum hæredis non con-
5 currentis ad renovationem, requiritur pro admittendo hærede ad exclusionem proximioris venientis ex æquitate Bartoli, cum hic non admittatur, nisi in subsidium post hæredem, si itaque probatio allodialitatis firmata in dd. decisionibus, sufficiens reputata fuit pro admittendo proximiore, apta eadem reputari debet pro admittendo hære-
6 de, qui proximiorem vincit, & potentius jus habet ad obtinendam renovationem, ut benè ait *Rota in citat. Feratien. renovationis Investiturae* §. *Et quidem R. P. D. meo Crispo*.

Minusque examinanda est, utrum Investitura, quæ terminavit in Ascanio fonet in formulam Pacti, & Providentiæ; nam ha-
7 bito respectu ad qualitatem bonorum, vocatis nullum jus quæsitum censetur, nisi sub conditione, quatenus præcedens Investitus, & Possessor non alienet, ut probat *Gobb. de permissa feud.*, & *Emphit. Alienat. quæst.*6. *num.*54., *Rota dec.*20. *num.*8. *post observ. Melsi*, & *in cit. Ferranien. Renovationis Investiturae sub* §. *Verum*, & §. *Ita eo ipso coram R. P. D. meo Crispo*, & *prius in Vaden. Emphiteusis 7. Junii* 1709. §. *Hinc non obstat coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*, & *in nullius seù Forolivien. Castri Vallis Oppii* 12. *Junii* 1711. §. *Neque de promissa coram Me*, &
8 multo fortius dum non versamur in terminis alienationis factæ ab aliquo ex intermediis cum præjudicio ulteriorum comprehenso-
9 rum, sed in casu dispositionis factæ ab ultimo comprehenso, qui nullum habens obstaculum ab eorum præjudicio, potuit de illis bonis disponere, etsi fuissent hæreditaria, *Fulgin. de Emphithensi tit. de alienat. q.*8. *sub. n.*5. *in fin.*, *Rota dec.*314. *num.*2. *coram Benincas.*, & *in dicta Vaden. Emphyteusis* 7. *Iunii* 1709. §. *Adhuc admisso*, & §. *eo enim ipso coram Reverendissimo P. D. meo Scotto*.

Ultra quod si Lucretia aliquod Jus desumere valuisset ex antiquis investituris, non confugisset ad æquitatem Bartoli in exclusionem Ludovici, prout in dicta contem-
10 poranea decisione, dum dicta æquitas subsidiaria est, & non vocationem in investitura supponit, imò deficientiam eorum omnium, qui jure proprio venire possunt, ut bene advertit *Card. de Luc. de Emphit. disc.*4. *nu.*3, *optimè Rota coram Dunozzett. Senior. dec.*40. *num.*5., & *coram Bich. decis.*41. *num.*14., & *dec.*67. *num.*16. *par.*15. *rec.*, & patet etiam ex omnibus supra allegatis auctoritatibus.

Firmata ex his potestate, non est ambigendum de voluntate Ascanii disponendi etiam de bonis, de quibus est quæstio favore Violantis uxoris hæredis institutæ, quia institutio expresse cantat non solum de bonis liberis, & allodialibus, verum quoque de
11 Emphitheuticis, quando etiam satis fuisset pro effectu renovationis obtinendæ universalitas ipsa Institutionis, ut ferè habetur in *cit. Fanen. Emphiteusis* 13. *Ianuarii* 1713. §. *Constito coram R. P. D. meo Aldovrando*, & *in Fulgineten. Emphiteusis* 11. *Maii* 1714. §. *Immissioni cor. R. P. D. meo Cerro*. Et ita utraque &c.

CÆSENATEN. SEU' CERVIEN. BONORUM.

Veneris 4. Junii 1714.

ARGUMENTUM.

Ecclesia numquam appropriare potest bona sibi per Laicos appodiata, etiamsi adesset pactum in casu extinctionis lineæ primo Investiti. Tenuitas canonis, & obligatio renovandi de 29. in 29. annis investituram, bona esse allodialia comprobat.

SUMMARIUM.

1 *Ecclesia non potest retinere pro se bona appodiata, sed ad favorem Proximiorum Investiti renovare compellitur.*

2 *Bona esse appodiata ex tenuitate Canonis, ac obligatione in pactum deducto renovandi investituram de 29. in 29. annis deducitur.*

3 *Bona appodiata ad instar allodialium reputantur.*

4 *Hæres universalis, primo Investiti in his bonis ex titulo Juris accrescendi succedit, quem desineret masculus superstes de linea, si iste uti proximior, & non uti ad investituram vocatus, de ea reinvestiri instaret.*

5 *Æquitas Bartoli dat prælationem in renovatione, juxta ordinem intestatæ successionis primo Investiti.*

6 *Bona appodiata in absolutum Ecclesiæ dominium non transeunt, licet adesset pactum, quod in casu cessationis lineæ, ea sibi Ecclesia appropriaret, cum tamquam improbum tale pactum rejiciatur.*

DECISIO DCCCXLVI.

Placuerunt Dominis fundamenta Decisionis in præcedenti instantia editæ sub die 19 Junii 1713. coram R. P. D. meo Crispo, & propterea censuerunt *Sententiam Rotalem* ab eo prolatam in novo examine per appellationem instaurato coram Me *esse confirmandam*.

Non dubitarunt enim, quod bona, de quibus agitur, de illis sint, quæ ab initio Ecclesiæ fuerunt appodiata, & habentur ad instar allo-

allodialium, itaut eum non possit Ecclesia
1 pro se retinere Investimentum, sed proximiori, prout est Lucretia renovare compellatur ex equitate *Bartoli in L. 1. §. Permittitur n. 1. ff. de acqui. quotid., & æstiu., & in §. Simili, & Titio 110 n. 7. ff. de verb. oblig.*, de qua DD. plenè deducti *in prædicta Decisione §. Quandoquidem coor. R.P.D. meo Crispo*.

Qualitas autem hæc appodiationis, & quasi aliodialitatis perspicue Dominis apparuit, tum ex eo, quod ejusdem naturæ sunt omnia bona Diœcesis Cervien., absque eo quod de illo originario Dominii titulo doceatur, neque illa primordialis afferatur in-
2 vestitura, undè dicendum est, quod protectionis Ecclesiæ causa spontaneè illi submissa fuerit, & commendata, ut cum cæteris in dicta decisione deductis §. *Quod cetero*, bene firmat *Rota in Sarsien. devolutionis super bono jure 27. Februarii 1711. §. Appodiatio autem coram R.P.D. meo Aldourando*. Tùm de præcisa obligatione renovandi de 29. in 29. annos in pactum expresse deducta cum tenuissima Canonis quantitate, quæ pariter argumenta præbet appodiationis, ut prosequitur *Rota in citata Sarsinen. devolutionis §. Appodiatio coram R. P. D. meo Aldourando, & R. P. D. mei Crispi §. Idque comprobatur*, juncta præsertim uniformitate ejusdem modici canonis in universa Diœcesi, ut *in dicta decisione §. Accedit*; Tùm denique ex generali locorum adjacentium, & totius Provinciæ Emiliæ
3 consuetudine, secundum quam bona appodiata ab initio Ecclesiæ Patrocinio, ad instar allodialium redacta censentur, ut testantur DD. in eadem decisione plenè allegati *dicto §. Accedit*.

Neque jus istud renovationis Lucretiæ
4 competens impedire valer ex prætensa contraventione in investitura ano. 1631., & jure accrescendi, tamquam superesset masculus ex linea Hyppoliti unius ex tunc investitis, quia ultra tot argumenta juris accrescendi exclusiva, optime deducta in sepe laudata *decisione precedentis instantiæ d §. Procedendo, cum seq.*, obstat Ludovico factum sui ipsius, qui per obitum Ascanii, per quem factus est locus hodiernæ controversiæ, petiit ipse renovationem cum supposito, quod ei esset in quarto consanguinitatis gradu conjunctus, quod utique non fecisset, si agnovisset, se uti comprænsum in dicta Investitura non indigere renovatione, ut advertit etiam dicta *Decisio §. hujusmodi*.

Secus autem differentia est, quando ex
5 æquitate Bartoli petitur, renovatio non attenditur, sed cum tribuatur juxta ordinem intestatæ successionis, quamvis fæminæ, alias sivè masculi respicitur solum priximiorltas ergà defunctum, juxtà quam in renovationis beneficio Prælatio competit, ut egregiè cum aliis in decisionibus deductis §. *Penitus*, firmat *Rota in Ferrarien. Renovationis Investituræ 10. Aprilis 1712. §. Nec in aliqua co. R.P.D. meo Crispo*.

Nec debet attendi pactum in ultima appositum investitura, quod in casu terminationis lineæ masculinæ ipsius Investiti, liceret mensæ Episcopali, vel pro se retinere, vel renovationem concedere cui magis libuisset;
6 Quoties enim agitur de bonis ut hic, non provenientibus ex liberalitate Ecclesiæ ad quam spectarent ab initio, sed de bonis illius tuitioni appodiatis tantum à Laicis, omnia pacta contraria jure consequendæ renovationis, tamquam improba, vitiantur ut publicæ enim adversantur utilitati, & æquitati (quam servare in primis debet Ecclesia) suadenti, quod proximiores Investitorum, ea bona, quæ ex suorum Antecessorum pietate, Ecclesiæ protectioni oblata fuerunt, in extraneos possessores dispersa lugere non debeant, ut optimè firmant *supradictæ decision. 19. Junii 1713. §. Renovationi cor. R. P.D. meo Crispo*, & Doctores ibidem plena manu relati, *& in Fulginaten. Emphitensis 11. Maii 1714. §. fin. cor. R.P.D. meo Cerr.*

Et ita Lucretia tantum informante relativè ad dictam decisionem præcedentis instantiæ resolutum fuit &c.

ROMANA PECUNIARIA.

Lunæ 4. Junii 1714.

ARGUMENTUM.
Est in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Rota ob excessum repertum in unà ex partitis controversis, causæ expeditionem non retardat, sed illam ad justum suum valorem redigendo, expediri mandat.*

DECISIO DCCCXLVII.

Responsum fuerat coram Me sub die 29. Januarii proximè præteriti *constare de credito Margaritæ Chelliæ Belbe in summa scutorum. 673. 17.*, (licet in longè majori quantitate prætenderetur), *& pro illa esse relaxandum mandatum contra Rationem Barcariam Fontanæ, & Andriozzii.*

Expostulante autem dicta Margarita in hodierna audientia causæ expeditionem, agnoverunt Domini, quod inter plures partitas, ex quibus dictum creditum resultat, reformari merebatur secunda, in qua quælibet duodena chirothecarum deterioratarum per Peritum calculata fuit in sc. 4. 80., quando aliæ Chirothecæ non deterioratæ, juxtà infimum pretium æstimatæ fuerant in sc. 4. tantum pro qualibet duodena, Ideo-
1 que *Causæ expeditionem demandarunt*, extensa hac brevi Decisione, qua dicta secunda partita scutorum 206. 40. redacta extitit ad scuta 172. habito respectu ad valorem, & pretium, quo cæteræ Chirothecæ in prima partita calculatæ, & bonificatæ fuerunt.

Et ita utraque &c.

ARIMINEN. LEGITIMÆ.

Veneris 8. Junii 1712.

ARGUMENTUM.

Hæc est confirmatoria alterius sub die 2. Junii 1706.

In liquidanda legitima valor patrimonii de tempore obitus testatoris inspiciendus est, & non de proximo illius petitioni, adeout relationes Peritorum de illo tunc attendantur, & non recentes, cum supra decennium idem valor immutatus præsumatur, nec ex Catastro illius liquidatio fieri potest.

SUMMARIUM.

1 *Peritia dicitur à partibus acceptata, si ab ipsa non reclamassent, & passæ fuissent decreta in illius executionem.*

2 *Amplia si super partitis à peritia in valore certo firmatis eædem partes concorditer folium subscripsissent.*

3 *Nemo proprium factum potest impugnare.*

4 *Scripturam à Procuratore factam dicitur quis approbasse, si ea in judicio usus sit.*

5 *Peritus in liquidanda hæreditate debet habere respectum ad tempus obitus Testatoris, non ad proximum, quò fit peritia, &* n.7.

6 *Valor unius temporis non probatur ex valore, qui currebat de alio tempore, cum in dies rerum pretium varietur, & supra decennium immutatus præsumitur, &* num. 16., & 20.

8 *Peritus, si deponat de statu antiquo, attenditur uti Testis, non uti Peritus.*

9 *Peritus, ex quibus affectatè referre dicatur, ejusque relotio non attendenda uti erronea.*

10 *Valor rei intra triennium immutatus non præsumitur, secùs verò supra decennium.*

11 *Peritus non potest alterare facultatem sibi à Judice tributam circa ea, super quæ referre debet.*

12 *Fructus prædiorum præsumuntur ascendere ad eam summam, quam fert taxa legalis.*

13 *Peritia erronea in una partita, præsumitur talis etiam in omnibus.*

14 *Catastrum non probat verum valorem prædiorum, cum deserviat tantum in regulando* Extimo *pro repartitione onerum Cameralium.*

15 *Peritia proximior tempori obitus Testatoris attendi debet in concursu aliarum.*

17 *Distinctio unius prædii ab altero, eorumque diversitas disjudicatur ex differentia mensuræ.*

18 *Catastrum probat ad quem pertineat prædii dominium.*

19 *Prædium præsumitur liberum, & non fideicommissarium, si hæredes fideicommissarii illud avocare non procurassent.*

21 *Liquidatio pretii de recenti facta, non potest probare valorem de tempore antiquo, pro quo antiquis Peritorum relotionibus deferendum est.*

22 *Legitima diminuitur ex casu fortuito, qui super patrimonio antè illius petitionem advenisset.*

DECISIO DCCCXLVIII.

Statum hæreditarium Elisabethæ de Nannis plenè firmatum à Peritis in prima, & secunda instantia judicialiter electis, & pluries tam expressè, quam tacitè, ut infra approbatum, intervertere satagentes Patres Theatini Arimini ad minuendam legitimam in dictæ Elisabethæ bonis mediatè debitam Fratribus de Bonadies, postquam isti ad ejus formam tria judicata, in Patribus, coram A. C., & in Sacro Auditorio coram Reverendissimo P.D. meo Decano reportaverant, omnes vires impenderunt in hac quarta instantia cor. Me in disputatione valoris bonorum ad eandē spectantium, adeout proposito dubio sub die 19. Aprilis 1706. super confirmatione vel infirmatione sententiæ Rotalis, nulla capi potuerit resolutio, sed injunctum fuerit, ut strictè super eo tantum scriberetur. Reproposita vero causa in audientia diei 2. Junii ejusdem anni, prodiit resolutio confirmatoria præcedentis sententiæ Rotalis, ut ex *Decisione tunc edita*; contemporaneè tamen pro instructione Dominorum Animi admissa fuit subdelegatio Judicis in Partibus cum facultate novos eligendi peritos, non retardato cursu causæ. Rursus etiam post novam Periti relationem causa proposita, suppositisque sub die 13. Decembris dicti anni 1706. maturiori examini juribus Decisionis jam editæ, in eadem valoris quæstione Patres ità incubuerunt, ut delata resolutione, demandata fuerit facti concordatio, jam tunc debito obsequio adimpleta.

Siluit posteà causa ad hæc usque tempora, quando Patres Theatini parum dissimili eventu proponi à Me curarunt dubium -- *An sit standum, vel recedendum à decisis* -- cujus resolutio in audientia diei 23 Februarii currentis anni dilata fuit, hodie verò pro persistentia *In decisis juxtà modum* inferius exprimendum Domini responderunt.

Strictè siquidem ad valorem præfatorū bonorū Elisabethæ (jādiu enim in aliis quoque propositionibus causæ coram Me, ceteræ exceptiones à Patribus relictæ fuerunt) consistere ille visus est in scutis 9942., cum in tali summa liquidatus fuerit à Peritis in prima instantia coram Judice de Partibus electis, & à Perito Curiali in secunda instantia deputato coram, A.C., à quorum relationibus Pa-
1 tres Theatini non appellarunt, imò juxta
eas passi sunt ad ulteriora procedi in causa, undè censetur illorum judicio acquievisse, & amplius illas impugnare non possunt, ut ultrà adductos in *decisione diei 2. Junii 1706. §. Etenim, firmat Rot. in Amerina divisionis 8. Maii 1713. §. Nec prædictæ cor. R.P.D. meo Crispo*, Et nunc tam super quan-
2 titate, quam super valore specialiter eorum
prædiorum, quorum status magis impugnatur, accedit confessio ipsarum Partium, quæ prout refertur in facto concordato *fol.7. §.*

Si ac-

Si accorda, post editam relationem Periti Curialis coram A.C., devenerunt inter se ad confessionem cujusdam folii, in quo describserunt omnia bona hæreditaria Elisabettæ, & eorum valorem approbarunt, fuitque hoc folium ab utraque parte concorditer absquè præservatione ulla subscriptum. Unde non
3 possunt hodiè Partes iterum de quantitate, & valore eorundem disceptare, nisi de erroneitate doceant, cum licitum non sit propriam impugnare confessionem, ad *Text. in leg. si adversorius ubi Bartol. num. primo. cod. de fid. Instrum.*, *Rot. dec.6. num.16. por.16.*, & *dec.584. num.10. por.19. rec. tom.2.*

Quin relevet Procuratorem, qui folium prædictum ex parte Patrum Theatinorum subscripsit, non potuisse illis sine speciali mandato Procuræ præjudicare. Omissis enim aliis responsionibus, satis est, quod eodem
4 folio Patres usi fuerint in Judicio tàm coram A.C., quam in Sacra Rota coram Reverendissimo P.D. meo Decano, ut censeantur rata habuisse à Procuratore gesta, nec amplius ea valeant ex defectu mandati in discrimen revocare, ad regulã, de qua *Surd. dec.199.n.7.*, *Rot. cor. Covaler. dec.267. n.2.*, *cor. Coccin. dec.42. n.4.*, & *p.5. rec. dec.360 n.6.*

Neque ad probationem erroris confert recentior Peritia, quæ coram Judice in Partibus Subdelegato pro instructione Animi Dominorum confecta est, quia ad involvendum potius, quàm instruendum animum aptissima
5 apparuit. Etenim ultra quod Peritus liquidavit valorem bonorum habito respectu ad annum 1706., quando respectus haberi debebat ad annum 1670., vel ad tempus proximius morti Elisabettę, ut firmatur in decisione, quæ revidetur sub §. *Minorisque*, &
6 non licèt à valore unius temporis, ad alium alterius temporis inferre, quia rerum prętia variantur in dies, & stante lapsu temporis, ut hìc, supra decennium mutata præsumuntur, ad celebrem *Text. in leg. pretia rerum §. final. ff. ad leg. Falcidiam*, *Rot. dec.16. nu.14. p.19. recent.*, & *in Romana fideicommissi de Avila super fructibus 16. Maii 1707.*, §. *Absque eo quod*, & *13. Januarii 1708.* §. *Minusque cor. R. P. D. meo Ansaldo*, &
7 quidem non valebat, nisi de recenti valore judicare juxta qualitatem bonorum, quàm dumtaxat de præsenti potuit recognoscere ex *Theoric. Angel. in leg.2. n.7. Cod. de rescind. vendit.*, de qua cum aliis *Rot. dec. 270.*
8 *n.6. p.14. rec.*, etsi de antiquo voluisset deponere, fuisset inducendus, & examinandus uti testis, non autem uti Peritus recipiendus, ut advertit idem *Angel. ubi supra*, & latè *Pacion. de locat. cap.19. n.74.* & *75.*, & prosequitur *dicta decisio 200. n.7. p.14.*, & benè etiam *dec.203. n.2. p.12. rec.*

Validius urget præ ceteris, quod ejus rela-
9 tio erronea in pluribus dignoscitur, & affectata cum enim ipsemet peritus alias de anno 1703. electus fuisset à Communitate ad conficiendum novum Catastrum, prædium prædictum di *Santa Cristina* æstimavit in scut.1827.96., *ut in Summario facti concordato n.39. in fine.* In peritia verò post tres tantum annos confecta, idem prædium in longè minori valore scut.1343. 25. calculavit, quod
10 sanè non potest verificari propter diminutionem prætii, quæ triennii tantùm spatio non præsumitur, sed saltem decennium requiritur, ut pręter *allegat. in §. anteced., dixit Rot. in Asculan. dotis 22. Iunii 1699. bis positis cor. R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*, & *in Romana annuæ præstationis*, & *census super statu activo 19. Junii 1711.* §. *Itidemque cor. Emo Domino Card. Priolo.*
11 Et ulteriùs præter munus, quod assumpserat, & ea, quæ habebat in mandatis, voluit liquidare etiam fructus, & in hoc quoque
12 erravit, dum calculavit annuos redditus bonorum, de quibus agitur ad rationem unius scuti annui cum dimidio pro quolibet centenario, quando præsumptio legalis est, quod reddant annua scuta quatuor pro centenario, & præcisè respectu prædii *di Santa Cristina* probatur annuus fructus etiam supra taxam legalem, ut in facto concordato *fol.3.* §. *Vi sono ancora.* Ex quibus patet, quanta fides hujc peritiæ sit adhibenda, dum
13 certum est, quod si erronea dignoscitur in una partita, talis præsumitur in omnibus juxta regulam, de qua in proposito *Rot. cor. Bich. dec.596. n.10.*, & *dec.202. n.13. p.19. rec.* & *in dicta Romana Pecuniaria 26. Februar. 1706.* §. *Rursus cor. R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*, & *in Romana annuæ præstationis*, & *census super statu act. vo 19. Junii 1711.* §. *Nec per exhibitionem cor. Emo Domino Card. Priolo.* Præsertim in concursu aliarum antecedentium, quæ ritè, & rectè factæ sunt, itaut semper sint præferendæ, ut in citata *decis.202. n.5.* & *15. p.19. rec.*

Quamvis autem pro resolutione Causæ, hęc in genere superabundarent, nihilominus Domini etiam ad particularia descendentes, & singula prædia, quorum æstimatio impugnabatur examinantes, censuerunt primo loco rectè firmatum fuisse in primis peritiis valorem dicti prædii *in Contrada Santa Cristina* in scutis 1063., ut in Decisione, quæ
14 revidetur §. *Quo enim.* Nec obstare posse novum Catastrum pendente hac lite renovatum, quia nunquam ex eo solum, sine præsidio aliarum probationum justificatur valor bonorum, cum tantum fieri soleat ad effectum regulandi Estimum in repartiendis oneribus Cameralibus, ut plenè firmat *Rota dec.402. n.6. p.18. rec.*, *cum aliis in dicta mea Decisione, quæ revidetur* §. *Justissima*, & quando etiam ex eo verus valor constare posset, id procederet de tempore proximo morti Elisabettæ, quod ut dictum est supra, in præsenti debet attendi, & è contra tam valorem, quàm quantitatem rectè probant sæpedictæ peritiæ, & præsertim prima
15 de partibus, quæ de tempore magis proximo emanavit, & quæ est adminiculata catastro veteri, & attestationibus plurium testium de majori etiam summa, & quantitate depen-

16 dependentium, potuit namque ab anno 1671. ad annum 1703., vel ex rei natura, vel ex temporum injuria valor diminui, ut patet ex authoritatibus supra allegatis.

Nec est reassumenda quæstio, an in Catastro veteri sub denominatione hujus prædii esset etiam comprehensum aliud dictum *Ceriam*, ut enim ait decisio, quæ revidetur §. *Quo enim*, sunt hæc prædia inter se longè distincta, & diversa, licèt sint in eadem *Contrada di Santa Cristina*; unum quippe (& est illud, de quo agimus) dicitur *Tari* tornaturarum 114.; alterum verò dicitur

17 *Ceriam* tornaturarum 62., ex qua mensuræ discrepantia, optimè eorum diversitas convincitur, pet ea, quæ ponderant Doctores ic *leg. si quis in fundi vocabulo ff. de legat. primo*, & *leg. testamento quidem ff. de condit.*, & *demonstrat.*, attento præsertim, quod prædium *Ceriam* fuerat usque ab anno 1672. datum in solutum illis de Jannottis, & aliud

18 ex post anno 1675. fuit deletum de Catastro illorum de Nannis, & positum ad creditum Nerii Donatarii Elisabetæ, quod fieri non potuisset, si spectasset ad Jannottos vigore dationis in solutum, quæ dominium transfert, ut per *Text. in leg. exemplo in princip. ff. de action. empt. & vendit.*, & *leg. si ita distrahatur §. Primo ff. de contrahen. empt.*, *Rot. dec. 374. n. 10. p. 19. rec.*

Quoad aliud prædium *S. Martini in Monte Abbatis* frustra repetebatur objectum, quod erroneè Periti illud posuerint inter effectus hæreditarios Elisabettæ, cum sit emphyteuticum, & subjectum fideicommisso Bartolorii; satisfacit enim circa qualitatem emphyteuticam decisio, quæ revidetur §. *Quo verò*, ubi quod valor portionum cadentium sub investitura fuit à peritis detractus usque ad quantitatem scutorum 557., unde

19 iterum detrahendus non est, & circa fideicommissum placuit responsio, quod si tali oneri verè subjectum extitisset, fuisset ab hæredibus fideicommissariis avocatum, sicut fuerunt avocatæ portiones emphyteuticæ; & propterea ejus valor benè liquidatus fuit in scutis 1398.

Absque eo quod excessivitas deduci possit ex datione in solutum, in qua appretiatum

20 fuit in scutis 468.; nam hæc datio in solutum facta extitit anno 1689., æstimatio verò à peritis de anno 1673., & sic per sexdecim annos ante, quo tempore intermedio potuit mutatio valoris contingere, itaut ex ea non possit argui valor de tempore antecedenti, *Cyriac. controv. 261. n. 14.*, *Rot. dec. 115. n. 4. p. 16.*, & *dec. 548. nu. 40. p. 19. rec. tom. 2.*, & *in dicta Romana annuæ præstationis*, & *census super statu activo 19 Iunii 1711. §. Quin obstet coram Eminentissimo Domino Cardinali Priolo.*

Similiter quoad prædium dictum *Orsoleto*, justam Domini censuerunt liquidationem in scutis 1071., non obstante relatione ultimi periti, illam infra medietatem minuentis,

21 quia iste contrariatur aliis electis in partibus, & æstimantibus de tempore verè attendendo, & habentibus adminiculum ex transactione inita inter Janottos, & Franciscum de Bonadies anno 1671., in qua inserta est alia Peritorum æstimatio uniformis, ut habetur in facto concordato *fol. 10. §. E per comprova*, itaut de per se quoad hunc prædium sufficere potuisset, quin super quantitate possit amplius esse controversia, dum fuit firmata in Decisione, quæ revidetur §. *Justissimè.*

Remanet examinandus valor domus, quæ biennio post obitum Elisabettæ casinate terræmotus collapsa fuit à peritis calculatus in scutis 1545., & in hoc *Domini modum resolutioni adjiciendum esse censuerunt*, quod nempe, quamvis domus prædicta de tempore mortis Elisabetæ tanti valeret, quanti fuit à dictis peritis æstimata, adhuc ex superveniente terræmotu diminutus fuerit ejus valor in

22 præjudicium legitimarii, quia cum sit diminutio fortuita absque culpa hæredis secuta, legitimarii præjudicio cedere debet, cui licèt debeatur legitima juxta quantitatem bonorum de tempore obitus, debetur tamen juxta qualitatem, & valorem de tempore petitionis ex *Theoric. Baldi consil. 23. nu. 2. lib. 4., de qua relatis concordan., Rota dec. 94. n. 6. & seq. cor. Bich.*, & *post Merlin. de legit. dec. 90. per tot.*

Et juxta hunc modum resolutum fuit utraque &c.

COLONIEN. CANONICATUS TERTIÆ GRATIÆ.

Veneris 8. Iunii 1714.

ARGUMENTUM.

Provisio de Canonicatu fieri nequit spretis protestationibus Vocalium super nullitate actus, ac inhibitionibus Nuncii Apostolici, adeout si alter litteras Apostolicas impetrasset sub fundamento nullitatis prædictæ nominationis exequendæ essent, maximè si providendi necessitas non urgeret, & lapsus temporis non adesset; idemque Nuncius manus apposuisset.

SUMMARIUM.

1 *Litteræ Apostolicæ verificatæ illicò debent exequi, & in Beneficiis Germaniæ, ex quibus dicuntur justificatæ.*

2 *Litteræ, si sint alternativè conceptæ, sat est, quod in una tantum parte narrativè verificentur.*

3 *Electio ad nominationem probatur ex Instrumento ipsius nominationis.*

4 *Evadit nulla, si facta sit in spretum mandati de manutenendo ab Apostolico Nuncio favore alterius relaxati, & adsit inhibitio apposita à Delegato Generali omnium causarum.*

5 *Amplia, si Vocales protestati fuissent de nullitate actus, ipsisque contradicentibus fuisset ad electionem deventum.*

6 *Su-*

6 *Subamplia, si non adfuisset lapsus temporis, nec necessitas ad nominationem impulsiva.*

7 *Protestatio unius de Capitulo operatur, ut tempus electionis non possit abbreviari, ac legitima interveniente causa reditus Superioris expectandus esset, si per accidens destaret.*

8 *Inhibitio Superioris qualiscumque sit, semper est attendenda, nec eo inconsulto sperni potest.*

9 *Amplia, si Superior manus apposuisset.*

10 *Possessor reputatur, qui mandatum de manutenendo obtinuit.*

11 *Possessio legitimè electo à majori parte non potest denegari.*

12 *Electio satis est pro vocatione, & admissione, si deducta sit ad Vocalium notitiam, cum sufficiat notorietas tituli, instantia pro admissione, & existentia in loco electionis.*

13 *Vocalis dubius an sit admittendus in Scrutinio, semper admittendus est cum protestatione tamen, quatenus de Jure, & vide rationem.*

14 *Protestatio supradicta, electionem ab omni nullitate præservat.*

15 *Amplia, si facta sit Judicis authoritate, realis dicitur, sique expeditum sit monitorium Vocalibus præsentatum, & reproductum, litis pendentiam causat.*

16 *Electio fit nulla, si forma indulti Apostolici non servetur.*

17 *Electio expleta contra legem à concedente præscriptam est nulla, & ex quibus omissis solemnitatibus annulletur.*

18 *Clausula*, Sublata, *tollit observantiam in linea præscriptiva.*

19 *Observantia interpretativa contra verba clara Indulti non admittitur.*

20 *Amplia si ageretur de observantia Indulti recentis, quæ ex inobservantia antiquorum nunquam destrueretur.*

21 *Subamplia, si actibus judicialibus in contrarium elidatur, quia judicialiter peracta prævalent extrajudicialiter gestis.*

22 *Argumentum de una ad aliam dignitatem inter se diversas non at... ditur.*

23 *Decisiones Sac. Rotæ donec non revocentur, justæ præsumuntur.*

DECISIO DCCCXLIX.

CUM vacasset de Mense Julii 1710. in Collegiata Ecclesia S. Andreæ Coloniæ Canonicatus Tertiæ Gratiæ, cujus provisio vigore Indulti à Sanctissimo Domino Nostro concessi per quinquennium spectabat ad Provisores, Decanos, & Rectorem Universitatis Studii Colonien., spretis protestationibus aliquorum Vocalium, & inhibitonibus Reverendissimi S. Sedis Apostolicæ Nuncii ad tractum Rheni, & contempta forma eligendi in eodem Indulto præscripta, deventum fuit ad nominationem favore Joannis Sungen. E contra verò propter nullitatem prædictæ nominationis eumdem Canonicatum impetravit à Sanctissimo Franciscus Anselmus Biisthein; fuitque executio utriusque provisionis mihi commissa; ideoque in Audientia 16. Januarii 1713. dubium proposui -- *An litteræ Apostolicæ sint exequendæ, seù potius Canonicatus sit adjudicandus Joanni*, & in contradictorio Partium acriter informantium resolutio haberi non potuit, rescriptumque fuit -- *Dilata*. Cum tamen iterum hodie Francisco Anselmo tantum comparente, & Joanne dilationem expostulante, idem dubium exposuerim Dominorum examini, responsum fuit -- *Litteras Apostolicas Francisci Anselmi esse exequendas*.

Constitit enim illas fuisse plenè justificatas
1 tàm quoad vacationem Canonicatus, & facultatem nominandi competentem Universitati ex ipso electionis instrumento, quàm quoad valorem ritè expressum, juxtà concordata Germaniæ per non excessum in ducatis 24., ut in terminis dictum fuit *in Colonien. Vicariæ 20. Novembris* 1710. §. *Illarum cor. Me*, quam denique etiam quoad principalem narrativam nullitatis electionis factæ in personam Joannis, ideoque celerem promæreri visæ sunt exequutionem ex notis Juribus.

Et quidem, quamvis sufficeret justificatio
2 narrativæ nullitatis in una tantum parte, cum sit alternativè concepta, *ad text. in cap. In alternativis de reg. Iur. in 6.*, cum aliis *in d. Colonien. Vicariæ* §. *Atque hæc cor. Me*. Concurrit tamen in omni parte, & primò contemptus Schulr unius ex Vocalibus, uti Decani Universitatis ex defectu vocationis,
3 & admissionis ad electionem probatur ex ipso nominationis instrumento à Francisco Anselmo producto, quod probatam probationem facit, ut ait *Bartol. in l. Quoties in fin. Cod. de Iudic.*, cum aliis plenè allegatis *in dec. 38. n. 6. cor. R. P. D. meo Ansaldo*.

Eodemque modo probatus remanet con-
4 temptus Reverendissimi Nuncii, dum Rector, Provisores, & Decani ad eam devenerunt spretis mandatis de manutenendo favore dicti Schulr decretis ad exclusionem Huygen, qui è contra fuit admissus, in quorum altero, quod appellatur, *Arctius* habetur inhibitio dicto Huygen notificata, nè sub pœna nullitatis actus, & attentatorum in electione se ingereret, imò etiam in spretum alterius inhibitionis à delegato Generali omnium causarum pendentium in Tribunali ejusdem Nuncii decretæ, & ad notitiam omnium Vocalium ante nominationem deductæ sub iisdem pœnis attentatorum, & nullitatis, quæ electionem subindè factam nullam constituit, *ad text. express. in cap. Si eo tempore de elect. in 6.*, *Io: Andreas in cap. Auditis n. 17.*, & *Butr. n. 21. de elect.*, *Petrus à Biaxio in direct. elect. p. prima cap. 3. n. 2.*, *Sperell. dec. 137. n. 31.*, *Rota coram Coccin. dec. 1810. n. 14.*

Maxime quia duo ex Vocalibus moti præ-
5 missis reiteratis inhibitionibus, in ipso electionis actu solemnes emiserunt protestationes, ne ad eam procederetur, unde cum electio

electio celebrata fuerit cum istorum justa, & rationabili contradictione, dum præsertim non immiocbat lapsus temporis ad eligendum, & nulla necessitas aderat ad eam impellens oon sustinetur, quia etiam unus
6 ex Vocalibus justo innixus fundamento potest electionem impedire, ut est *text. in cap. primo de his, quæ fiunt à majori parte Capituli*, & in puncto firmant *Felin. in cap. Cum omnes in nova falleutia de constitut.*, *Panormit. in cap. In Genesi 55. n. 9. in fine, de elect.*, *Lambert. de jurepatr. lib. 2. p. 2. quæst. 2. art. 21. n. 3.*, *Passerin. de elect. cap. 32. n. 6.*, *& Castellin. cap. 16. n. 1.*, cum aliis *in Colonien. Vicariæ 20. Novembris 1713. §. Ac denique cor. Me.*

Fuit autem justa, & rationabilis d. protestatio, tanquam causam habens à supradic-
7 tis mandatis, & inhibitionibus. Unde summo Jure allegabant ii, qui protestati fuerant, quod super dubio utrum in electione deberet intervenire Sthuir, vel Huygen, necessaria erat decisio Superioris, & erat propterea expectandus reditus Eminentissimi D. Cardinalis Bussi, qui tunc ibi laudabiliter fungebatur munere Nuncii Apostolici absentis per paucos dies è Colonia, itaut nullo cogente termino, neque necessitate, aut tertii præjudicio ad eligendum, Superioris oraculum expectandum erat, nec poterat protestatio diffidentium Vocalium sine nullitate sperni, *ad text. clar. in cap. multum stupeo 3. qu. 6.*, *& in cap. 5. de rescript.*, ubi *Gonzal. n 3.*, *& 5.*, & benè Doctores *in cap. Cumana 5.*, & præcipuè *Barbosa n. 4.*, *& Butr. n. 16. de elect.*, *Passerin. eodem tract. cap. 33. n. 6.*, *& Castellin. cap. 16. n. 1.*, *& Rota dec. 350. n. 4.*, *& seqq. p. 17. rec.*, *& in d. Colonien. Vicariæ §. Rationabilitas cor. Me.*

Neque hic examinanda est justitia prædic-
8 tarum inhibitionum, qualescumque enim fuerint, nuoquam licebat incoosulto Judice illas spernere, nec poterat earum cognitionem assumere ipsa Universitas Partis figuram gerens, ut optimè notat *Abbas in cap.*
9 *in Genesi 55. n. 2. de elect.*, dum præsertim lis inter Sthuir, & Huygen peodebat coram Eminentissimo Bussio Nuncio Apostolico, & hic in illa manus apposuerat, *ad text. in cap. inferior, de Majorit.*, *& obedient.*, cum aliis *Rota decisione 394. numero 6. p. 19. rec.*

Haud relevante, quod sæpedictus Sthuir non esset in possessione, ideoque vocari oon
10 debuerit ad electionem. Quoties enim ipse re integra ante nominationem obtinuerat ab Eminentissimo D. Cardinali Bussio mandata de manutenendo in odium Universitatis impedientis ejus admissionem, habetur pro Possessore, cum nemo debeat ex alterius
11 culpa Jure suo privari, *Rota in Leodien. Canonicatus 4. Julii 1698. §. Verum coram R. P. D. meo Ansaldo*, *& in Leodien., seù Aquisgranen. Canonicatus super manutentione 7. Maii 1701. cor. R.P.D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*, *& 20. Ianuarii 1702. cor. Eminentissimo D. Cardinali Priolo*, ac *22. Ianuarii 1713. coram Reverendissimo D. meo Molines Decano in omnibus §. finali.* Præcipuè dum d. impedimentum fuit procul dubio irrationabile, & Sthuir tanquam legitimè electo in Decanum à majori parte, non poterat possessio absque irrationabilitate denegari, ut aliàs favore ejusdem Sthuir dictum fuit *in Colonien. Canonicatus super manutentione 3. Iul. 1711. cor. R. P. D. meo Falconerio*, ubi fuit confir-
12 matum Judicatum Reverendissimi Nuncii, Imò pro vocatione, & admissione Sthuir satis erat dicta ipsius electio in Decanum deducta ad notitiam aliorum Vocalium, dum in hac materia, ubi non agitur de habente expectativam, superabundat notorietas tituli, cum instantia pro admissione, & existentia in loco electionis, ubi commodè vocari possit, ut quis debeat admitti, ut post *Compostellan.*, *& Jo. Andream in cap. Cum Martinus n. 72. de constitut.*, optimè distinguens docet *Petrus à Biaxio in directorio election. p. 1. cap. 28 n. 2.*, *& 3.*

Minusque refert, quod Sthuir esset Vocalis dubius, ideoque nec vocandus, nec admittendus; nam ultra quod omnis dubietas vocalitatis refellitur ex decisionibus editis ejus favore in *Colonien. Decanatus super bono jure*, *& super manutentione 11. Iulii coram R. P. D. meo Falconerio*, ubi canonizatur ejus
13 electio, adhùc etiam in illa dubietate cùm institisset, ut admitteretur in scrutinio, ubi publicantur nomina eligentium, erat admittendus cum protestatione tamen, quatenùs de jure deberet admitti, ut tradunt *Panormit. in cap. Cum Ventonien. num. 14. vers. Debent illos admittere*, ubi etiam *Innocent. num. 6. vers. Quod si suspensi venirent de elect.*, & idem *Panormit.*, *Barbos.*, *Butrius*, & alii in *cap. Cumana pariter de elect.*, *Lavor. elucubrat. Iur. tit. 4. cap. 15. num. 85.*, *& Passerin de elect. cap. 14. n. 35.*, *& 44.*, *& cap. 32. num. 6.*, quia admissio hoc modo facta in scrutinio per vota publica, præservat utriusque Jus, & nulli præjudicat non admittendo, quia ejus jus salvum manet per dictam admissionem, non Electoribus, nec Electo, quia
14 dicta protestatio eximit ab omni nullitate electionem, quatenùs ille de jure non esset admittendus, ut benè *Mirand. in Manuali Regular. tom. 2. qu. 23. art. 11. vers. Solummodò*, *Tondut resolut. Benefic. cap. 40. num. 9.*, & in puncto *Passerin. d. cap. 32. sub n. 6.*, & alii mox allegati.

Et deinque non refragatur, quod hæc exceptio solum opponi posset à Sthuir, qui fuit in electione contemptus, non autem à Tertio, prout est Bilstheim. Quando enim contemptus nullitatem in judicio deduxit, & de
15 ea cum Judicis auctoritate protestatus est, à quolibet opponi potest, nam tunc talis exceptio fit realis, & à quocumque allegabilis, nisi de recessu doceatur, ut punctualiter dictum fuit in *Colonien. Canonica-*

nicatus, *& Fercali* 20. *Aprilis* 1711. §. *Nullum cor. R. P. D. meo Falconerio*, & de tali recessu non constat, imò contrarium liquet in casu, dùm super dicto contemptu constituto in Curia speciali Procuratore fuit Sthuir expeditum Monitorium, aliisque Vocalibus legitimè præsentatum, & successivè reproductum, quod litis pendentiam induxit, *Rota cor. Baratt. decis.* 652. *num.* 2.

Pari claritate, quamvis ad exuberantiam,
16 verificatur altera Pars narrativæ concernentis nullitatem electionis ob non servatam formam Indulti Apostolici. Ex ipso enim electionis Instrumento, attestatione Ordinarij Colonien., aliisque Juribus patet, quod Vo-
17 cales neque emiserunt fidei professionem, neque juramentum præstiterunt de eligendo digniorem, minusque indictus fuit concursus ad formam traditam in conferendis Parochialibus à Sac. Concilio Tridentino, ut præscribitur in eodem Brevi, minusq; electus juravit diligenter continuare in munere legendi, quo circa electio, uti expleta contra legem à concedente præscriptam, nulla est, ut in terminis hujusmet Indulti dixit *Rota decis.* 3. *n.* 8. *cor. Emer. sen.*, *& decis.* 634. *n.* 21., *& seqq.*, *cor. Cerro*, *& in Colonien. Vicariæ* 20. *Novembris* 1713. §. *Patentissima coràm Me*,

Nihilque operari valet asserta contraria
18 observantia, quia aut allegatur tamquam præscriptiva, & sublata remanet per decretum *Irritans*, & clausulam - *Sublata*, ex quibus omne principium præscriptionis excluditur, *Garz. de benefic. par.* 5. *cap.* 4. *nu.* 177., *Rot. coràm Merlin. decis.* 814. *n.* 6. *cor. Peutinger. decis.* 30. *n.* 12., *& decis.* 206. *num.* 10., *& par.* 16. *recent. dec.* 317. *n.* 15., *& seqq.*, *& in Colonien. Canonicatus Primæ Gratiæ* 4. *Februarii* 1699. §. *Prout in fin. coràm R. P. D.*
19 *meo Scotto*, aut tamquam interpretativa, & cum dicti Indulti verba clarissima sint, non admittitur, ut prosequitur *Rota in d. Colonien. Canonicatus Primæ Gratiæ sub eodem* §. *Prout cor. R. P. D. meo Scotto*. Maximè
20 quia non agitur hic de inobservantia antiqui Indulti, sed novi recentèr concessi à regnante Summo Pontifice, adeout antiquorum inobservantia contra istud non sit allegabilis, *Rota decis.* 285. *num.* 9. *par.* 9. *recentior.*, & eliditur à contrariis actibus, & quidem judi-
21 cialibus, de quibus in dictis Decisionibus *coràm Emerix*, *& coràm Cerro*, qui semper prævalere debent, cum magis attendendum sit, quod in Judicio, quam quod extra judicium factum fuit, per *Tex. in cap. Iàm dudùm* 18. *de præbend.*, *Rota cor. Coccin. decis.* 1552. *num.* 24. *&* 26., *& cor. Emer. Iun. decis.* 237. *num.* 15.

Tandem non obstat alterum Indultum
22 san. mem. Innocentii XII., quia loquitur de Canonicatibus Primæ Gratiæ annexis certis Cathedris ejusdem Universitatis, & est perpetuum. Illud verò de quo hic agitur, loquitur de Canonicatibus Tertiæ Gratiæ non comprehendit, ut alterum Canonicatus Ca-

Tom. III.

thedralis, & est ad quinquennium, & propterea ab uno ad aliud non valet argumentum, vulgata *leg. Papinianus, ff. de minoribus.*

Omittendum non censuerunt Domini, quod cum vacasset eodem tempore etiam Vicaria Ecclesiæ Metropolitanæ, deventum fuit ad provisionem hujus quoque in personam Antonij Hansen., & ex capite earumdem nullitatum, de quibus in præsenti, eamdem Vicariam impetravit à Sancta Sede Joannes Lambertus Vathour, & iste etiam obtinuit à nostro Tribunali Litterarum Apo-
23 stolicarum executionem, ut in *citat. Colonien. Vicariæ* 20. *Novembris* 1713. *cor. Me*, quæ sanè Decisio, donec non revocetur, est supponenda, ut dixit *Rota decis.* 743. *n.* 11. *par* 18. *recent.*, & passim alibi.

Et ita post dilatam in prima propositione resolutionem, responsum fuit unica &c.

ROMANA ANNUÆ PRÆSTATIONIS.

Lunæ 11. *Iunii* 1714.

ARGUMENTUM.

Statutum de duabus ligat Forenses, etsi non subjectos, si lis cum Personis subjectis incæpta sit.

Hæres fiduciarius potest validè declarare nomen Legatarii à Testatore reticitum, quando talis individuandi facultas ex Testamento resultaret.

SUMMARIUM.

1 *Res judicata in locis subjectis Statuto Urbis, à duabus conformibus efformatur.*
2 *Statutum in hac parte ligat etiam Forenses, quando causa incepta sit cum persona Statuto subjecta.*
3 *Testator, si hæredi fiduciario, vel alteri det facultatem alternativam annuam summam legandi favore unius, vel plurium personarum, præsumitur, ut in personis declaratis illud purificari voluerit.*
4 *Amplia, si fiduciarius dixisset hanc esse voluntatem defuncti, cujus dicto desertur.*
5 *Subamplia, si talis voluntas gratificandi Nominatis à Confessario comprobaretur.*
6 *Depositio Testis producta ad unum effectum, probat quoad cæteros contra inducentem.*
7 *Solutionis conspicuè subsequutus actus, à sua præcedenti causa, veluti à primordio tituli declaratur; ideoque titulus ex quibus aliis adminiculis desumatur.*
8 *Testator omittere potest nomen Legatarii, & confidentialiter suo hæredi communicare, qui illud posset validè patefacere.*

DECISIO DCCCL.

Postquam Ducissa Portia Cæsia in executionem supremæ voluntatis Ducis Francisci Mariæ Fratris declaraverat in quadam privata schedula annuas præstationes, seù legata usque ad summam scut. 2500. ab ipso re-

licta,

licta, & hæredis arbitrio distribuenda spectare pro rata scutorum ad Annam Blanchinam, & pro residuali majori summa ad Paulum Æmilium ejus filium, pluries censuit nostrum Tribunal-- *Annuam banc prestationem utrique deberi*-- ut patet ex resolutionibus æditis *tàm coràm bon.me. Bevilacqua, quàm coràm R.P.D meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*, & ultimo loco *cor. Emo D. Card. Priolo*, ad quorum formam geminæ prodierunt sententiæ Rotales.

Cumque his omnibus minimè acquiescens D.Comes Carolus Borromeus causam habens ab hæredibus præfatæ Ducillæ Portiæ, ulterioris appellationis cognitionem mihi dirigi curasset; ideò in hodierna audientia, unacum dubio respiciente legitimam mandatorum executionem, de quo, in contextuali mea Decisione, disceptandum etiam proposui dubium commissioni conforme--*An scilicet constet de re judicata, vel potiùs de causis restitutionis in integrum, quoad negocium principale super Annua prestatione*-- & Domini *constare de re judicata* responderunt.

1 Ilia siquidem clarè resultat ex dictis geminis sententiis, juxtà notissimam censuram Statuti Urbis, earumque validitate, & Justitia, ut passim dixit *Rota cor. Bich. dec. 564. num. 2., decis. 598. par. 18., & decis. 494. utro-*
2 *bique num. 1. par. 19. recent.* Nec ullo modò statutariæ hujus dispositionis effectus declinari potest, sub obtentu, quod præfatus dictus Comes sit forensis, nam eo ipso, quod causa ab initio agitata fuit cum Ducissa Portia indubitanter Cive Romana, utique Instantia transivit in ejus successores, tametsi Forenses cum eodem prorsùs Statuti vinculo, & subjectione, *Rub. de confus. iur. defunct., & bæred. cons. 8. num. 4., Amat. variar. resol. lib. 2. cap. 86 n. 84., Rota coram Cels. decis. 48. n. 5., & decis. 146 num. 6. part. 12. Recent.*

Justitia autem istarum sententiarum, cum sine controversia transeat; validitas ex actorum inspectione patenter emergit, ex uberrimè firmatis in tot præcedentibus decisionibus, in quibus jure, meritoque responsum
3 fuit, annuas præstationes deberi Annæ Blanchinæ, & Paulo Æmilio, non obstante, quod facultas disponendi de annuis sc. 2500. per Testatorem Ducissæ hæredi tributa appareat ab illis verbis-- *Possa, e le sia lecito di fare uno, ò più legati à favore di una, ò più persone, che più li parerà, e piacerà*-Quia cum subindè Ducissa professa fuerit se nominationem explere favore ejusdem Annæ, & Pauli Æmilij, tamquam optimè informata
4 de voluntate Testatoris, ibi-- *Il che faccio ben consapevole della volontà del Sig. Duca*; profectò ambigi nequit, quin ipsa nominatio dd. personarum fuerit eidem confidentialiter à Testatore demandata, *Torr. de pact. futur. success. lib. 3. cap. 6. nu. 87., Cyriac. controv. 207. num. 40., & seqq.* cum ceteris concordantibus relatis in *decisione 8. Martii 1700. §. De voluntate cor. R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernat., & 15. Maii 1703. §. Hec autem cor. Emo D Card. Priolo.*

5 Tantoque magis, quia de hac prævia, enixaque voluntate Testatoris unicè directa ad favorem supradictæ Annæ, ejusq; filiorum, & de obligatione ejusdem solvendi dictas præstationes suscepta per Ducillam, medio juramento testatus fuit P. Oldoinus Confessarius dicti Ducis, cui quidem attestationi summoperè deferendum venit, cum attentis qualitatibus Deponentis, ut prosequuntur mox citatæ decisiones, tum facto ejusdem Ducissæ, ad cujus instantiam dictus Pater formiter examinatus fuit in nota causa Gemmarum, & in eodem examine ea omnia, quæ in præfata attestatione continentur iterùm ratificavit, & expressit; cumque hujusmo-
6 di depositio judicialiter producta fuerit, in omnibus approbata censetur, adeout ampliùs per ejus successores in discrimen revocari nequeat, *Rota in Romana fideicomm. Mutii de Bubalo super Arte Agraria 12. Maii 1703. § Censuerunt coram R.P.D. meo Ansaldo, & 2. Maii 1710. §. Validitas cum plurib. seqq. cor. Me.*

Sine difficultate, quia ut optimè advertit decisio *R. P. D. mei Scotti §. Et quando,*
7 *cum seqq.* in ejusdem assumpti comprobationem coliitnant plures actus post dictam nominationem à Ducissa expieti, solutio nempe notabilis quantitatis in hanc caulam facta, conductio Domus prò dictorum Legatariorum habitatione, & maxima sollicitudo, qua pro recta Pauli Æmilii educatione præmebatur, ex quibus omnibus probata remanet confidentialis commissio de certis personis nominandis ad aliquod Legatum, *Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 4. tit. 3. num. 14., Torr. de pact. futur. success. lib. 3. cap. 6. n. 82., Rota decis. 185. num. 25. par. 19. recentior.*

Atque hinc cessat objectum acriter in præcedentibus Instantiis promotum, quod
8 nempè in omnem casum dicta legata subsistere non possint, utpotè collata in liberam hæredis voluntatem. Etenim quonam pacto id dici valet, quando illa regulanda erat à secreta, & confidentiali commissione Testatoris, prout de facto exitus demonstravit. Nec novum est, quod Testator omittat expressionem alicuius dispositionis in Testamento, ut illam postmodùm ad formam suę voluntatis secretò communicatæ, hæres pandat, & declaret, juxta terminos famigerati *Text. in leg. Theopompus ff. de dat. prælegat.*, quem latè exornant præcedentes Decisiones, ad quas Domini in omnibus remissivè sese habuerunt, ut inutilis evitetur repetitio, præsertìm cum altera part optimè agnoscens eam subsistentiam defensionis, conatum hodiè restringat in præservando bona hæredum ab exequatur, pariter à nostro Tribunali relaxato prò solutione dictarum prestationum, ut in dicta contemporanea decisione.

Et ita altera tantùm &c.

ROMA-

ROMANA ANNUÆ PRESTATIONIS, ET CENSUS, SUPER RELEVATIONE.

Lunæ 11. Junii 1714.

ARGUMENTUM.

Inventarium factum absquè requisitis à l. g. fin. cod. de jur. delib. est nullum. Ex quibus eadem non servata fuisse requisita dici possit, longa, & accurata descriptione denotat sequens.

SUMMARIUM.

1 *Inventarium carens requisitis* in l. final. cod. de jur delib. *est nullum*.

2 *Defectuosum non liberat hæredem in bonis propriis pro dimissione æris alieni à Defuncto contracti*.

3 *Operatur, ut hæres cum Creditoribus Defuncti contrahat ex hoc capite, ac si simpliciter hæreditatem adivisset*.

4 *Inventarium fit defectuosum, ex quo partitæ per hæredem adnotatæ tam status passivi, quàm activi in dies vel excrescerent, vel minuerentur, & calculi inter se essent diversi*.

5 *Amplia, si creditores fecissent per judicem augeri statum activum, & ex passivo deleri partitas erroneas, quod de dolo saperet*.

6 *Substantiales defectus inventarii sunt descriptiones doliorum vini, & olei, absque expressione, an sint plena, vel vacua, animalia in confuso descripta, & olosserica suppellex sinè qualitatis expressione*, & num. 39.

7 *Amplia, si reperiretur descriptio capsulæ clausæ, cum expressione, quod aperiri nequiverit, ac alterius arcæ magnæ ferreæ, sinè descriptione rerum in illâ contentarum minutatim, quod sapit dolum*.

8 *Subamplia, si scrituræ in confuso descriptæ appareant, sicuti etiam libri, reticito Authoris nomine, & vide rationem*.

9 *Inventarium quoad argenta, ramina, & tabulas pictas, ut sit validum, debet præseferre eorum pondus, & nomina Authorum, nec nullitas salvari potest per designationem usus quoàd vasa, & repræsentationis quoad tabulas, & vide rationem*, ac num. 20.

10 *Consuetudo in contrarium non est allegabilis propter dolum, & fraudem*.

11 *Inventarium in confuso factum toleratur in casu, quo semoto penitus omni dolo, constet per æquipollens de toto patrimonio, & numero rerum hæreditariarum*.

12 *Amplia si defunctus fuisset miserabilis persona, vel decoctus*, & num. 14.

13 *Sub amplia, si ageretur cum hæredibus fideicomissariis, contrà quos rigoroso inventario non est opus, secùs si cum Creditoribus*.

15 *Citatio ad videndum eligi Peritos ad effectum æstimandi bona hæreditaria, non sufficit, cum requiratur citatio pro interessenta ad actum*.

16 *Amplia, si Periti fuissent suspecti, uti servitio Heredis addicti*.

17 *Subamplia, si periti electi non fuissent illius professionis, sub qua res æstimatæ cadebant, cum diversitas rerum, diversos exposcat Peritos*.

18 *Conjecturis non deferendum est, quando factum aliundè probatur*.

19 *Inventarium est defectuosum, si Periti electi prò æstimandis vestibus, se impares recognoscendo, operam Hebreorum requisivissent*.

21 *Amplia, si descriptum quoddam pretium ignoretur cui sit applicabile, E.G. an libris repertis, vel potiùs plateis, vulgo* Scanzie.

22 *Subamplia, si inventarium præseferret plures partitas inæstimatas, & in albo descriptas, & aliæ æstimatæ reperirentur sed non in eo adnotatæ*.

23 *Inventarium est nullum, sinon fuissent descripta pecunia in Banciis existentes, quas hæres in sui faciem fecisset reportare*.

24 *Amplia, ut non excusetur per hoc, quod eadem pecunia vinculatæ forent, & omnibus innotesceret earum depositum*.

25 *Amplia, ut dolus excrescat, si hæres omnem viam tentasset pro illarum exactione, & ex facto Judicis fuisset impeditus*.

26 *Nullitas non sanatur circa omissionem descriptionis frumenti, aliorumque fructuum, eam attribuendo negligentiæ Ministrorum; hæc enim excusatio non attenditur, quod idem procedit in omissione descriptionis agrorum, censuum, Locorum Montium, & Domorum*.

27 *Hæres tenetur describere in Inventario etiam id, super quo aliquod Jus habere prætendat independenter à qualitate hæreditaria*.

28 *Amplia, ut etiam res alienas, deposita commendata, & similia in hæreditate reperta*.

29 *Heres, qui facultatem addendi, & minuendi sibi reservavit, eatenus hac gaudet cauthela, donec in ipso duret rerum hereditariarum ignorantia*.

30 *Talis facultas non sanat nullitatem, si ab Herede additio facta sit coactè, & ex impulsù Creditorum, ex quo dolus arguitur*.

31 *Nullitas non sanatur ex præsumptione desumptâ ex eo, quod Heres sit Matrona Nobilis, & Pia, adeoque fraudis incapax, quia tales qualitates non relevant, cum in hac materia Legis rigor nemini parcat*.

32 *Legis rigor scriptus prævalet æquitati non scriptæ*.

33 *Inventarii defectus non excusatur ex bona fide, errore, ignorantia, & simplicitate, cum in hac materia lex non excuset Rusticum, Militem, aut mulierem*.

34 *Legis rigor in materia inventarii defectuosi afficit etiam Pupillos*.

35 *Pupilli tali casu petere possunt restitutionem in integrum, & relevationem adver-*

sus Tutores, qui se malè gesserunt.

36 *Principes Supremi tenentur ad inventarium legaliter faciendum.*

37 *Amplia, ut Imperator ipse, & quilibet vir, qui Sanctus reputaretur.*

38 *Pena dupli quando habeat locum in inventario defectuoso, & quando secus.*

40 *Inventarium defectuosum non potest dici approbatum, ex quo interesse habentes approbassent folia exhibita, quando ista de errore, & defectu redarguantur.*

41 *Amplia, si tale inventarium ab initio impugnatum fuisset uti defectuosum.*

DECISIO DCCCLI.

INventarium hæreditatis Ducis Francisci Mariæ Cæsii à Ducissa Portia ejus sorore, & hærede confectum, & si usque ab initio hujus annosæ causæ defectuosum, & invalidum apparuit, utpote notabiliter destitu-
1 tum requisitis à Justiniano præscriptis in famigerata *L. final. C. de jure delib.*, *& in §, hinc nobis Aut. de hæred. & Falcid.*, nihilominus ex benignitate Tribunalis, semel, atque iterùm demandata fuit mandatorum executio favore D. Ducis Acquæ spartæ, Annæ Blanchinæ, & Pauli Emilii Creditorum contra bona hæreditaria tantum dicti Ducis Francisci Mariæ; eaque suspensa quoad Bona propria hæredum, donec tandem, prævia Periti Curialis relatione assumpta formali, & distincta inspectione super illius legalitate, nec non super statu Activo, & passivo dictæ hæreditatis coram Em̃o D. Card. Priolo sub diebus 15. 19., & 22. Junii 1711. resolutum fuit *non constare de validitate inventarii, nec de sufficienti redditione rationis quoad utrumque statum*; revocatisque ad novum, ac maturum examen hisce resolutionibus coram Eminentissimo D. Card. Priolo die 27., & 29. Januarii, ac prima Februarii 1712. in acerrimo partium conflictu præstitum fuit in omnibus *in decisis*, & subindè demandata extitit causæ expeditio, quæ retardari minimè potuit per recursum habitum ad Em̃um D. Cardinalem Corradinum, tunc emeritissimum Auditorem Sanctissimi, ad effectum adeundi Signaturam Gratiæ, ipse enim, *non retardata expeditione, remisit causam ad primam Signaturam gratiæ pro prætensa sanatione Inventarii dumtaxat.*

In sequelam itaque hujus decreti R. P. D. meus Ansaldus in locum Eminentissimi D Card. Prioli subrogatus confirmavit in omnibus sententias, & mandata contra bona hæreditaria Ducis Francisci Mariæ, favore D. Ducis Acquæspartæ, & Pauli Emilii in præcedentibus Instantiis latas, & relaxata, concessitque ulterius ad formam resolutionum *Exequatur* contra Bona propria dd. hæredum.

Appellavit D. Comes Carolus Boromeus causam habens à præfatis heredibus, & Signatura Justitiæ sub die 27. Settembris 1712. rescripsit, *quoad negocium principale S. P. duarum*, quoad alimenta contra bona hæreditaria Ducis Francisci Mariæ, *parito judicato, & amplius*, in reliquis *alteri, qui ad legitimam, non retardata menstrua præstatione scut.* 30., *& amplius.* Quoad mandatum favore Duci Acquæsparte *sine prejudicio contra Bona Ducis Francisci Mariæ*; in reliquis *Alteri, qui ad legitimam, & amplius* -- Instaurataque appellationis causa coram Me, congrua, & distincta dubia ad normam commissionis subscripta fuere.

Verum quia in hoc rerum statu per *Sanctissimum D. N.* deputata exstitit particularis Congregatio loco Signaturæ Gratiæ, prodiitque ex ea rescriptum, *quod rejectis nullitatibus Inventarii respectu forme, Rota procedat*, ideo in hodierna audientia, ultra dubium respiciens negocium principale, de quo in contextuali decisione, proposui etiam alterum -- *An esset procedendum ad legitimam executionem*, & Domini sedulo perpensis rationum, & probationum momentis, que hinc indè adducebantur, *procedendum esse ad legitimam*, respondere non hesitarunt.

Sepositis enim in obsequium præfati rescripti nullitatibus respicientibus formam,
2 adhuc immotum subsistere visum est fundamentum, cui validius præcedentes resolutiones innituntur, ductum ex pluribus defectibus notabiliter Inventarii substantiam lædentibus, adeout sub ejus præsidio hæres nullo modo tueri valeat bona propria adversus Defuncti Creditores, cum quibus
3 quasi contraxisse dicitur, eo ipso, quod hæreditatem simpliciter adivit, vel (quod idem est) inventarium minus legitimè confecit, juxta passim tritas regulas, de quibus *Rota cor. R. P. D. meo Ansaldo dec. 10. n. 2., & 3. & dec. 38. num. 8., & dec. 495. nu. 3. par. 19., rec., & in Asculana fideicom. seu relevat. indemnitat. 23. Aprilis proxime preteriti §. Si quidem coram Me.*

Antequam vero hujusmodi defectus singillatim expendatur animadverterunt Domini, præmittendum esse, quod non semel, bis, & tertio, sed septies huc usque diversi, & varii exhibiti fuerunt calculi pro efformando statu, tam activo, quam passivo hæreditatis, de qua agitur, & quidem varia-
4 rio contigit, non in partitis exigui momenti, sed in perspicua, ac maxima quantitate, quemadmodum unico intuitu convincitur, ex quo in prima redditione rationis per Ducissam Portiam in actis exhibita in an. 2662., dicta hereditas cõstituta fuit debitrix, & decocta in summa scut. 664. & 99. & subinde decrescente paulatim hac debiti mole auctoque è contra in dies singulos credito, juxta plures intermedios, & penitus inter se diversos calculos, in novissima Periti relatione ædita anno 1710. (quæ tamen undequaque insubsistens detecta fuit) presatum insigne debitum hæreditatis redigitur ad scuta 68991., & ita augetur creditum hæreditatis in notabilissima quantitate scutorum 287508. detecta ab Actoribus post multiplices oppositiones

sitiones, nec resultant ex prima confectione Inventarii. Hujusmodi autem multiplices, adeoque graves variationes, nedum suapte natura vehementissimum nullitatis argumentum præseferunt, ut ad rem ponderat *Rot. in Romana Pecuniaria 7. Martii* 1701. §. *Et fortius cor. bo. me. Muto.*, & *in Romana Pecuniaria super Articulis* 11. *Januarii* 1722. §. *final. cor. R. P. D. meo Aldovrando*, verum etiam manifestè demonstrant, nullam omnino habendam esse rationem de d. Inventario, ex quo in tot annorum decursu numquam deprehendi potuit verus status hæreditatis, & adhuc in præsenti illius certitudo penitius ignoratur. *Post. resolut. civil.* 3. *n.* 2. *Conciol. alleg.* 51. *nu.* 53., *Rot. cor. Priolo dec.* 430. *num.* 7., & *dec.* 149., & *dec.* 76. *num.* 20., & 21., & *dec.* 267. *à. num.* 17. *rec.*

Eoque potissimum, quia ferè omnes partitę augentes creditum d. hæreditatis fuerunt ut præmisimus, deductæ per creditores, & sic exactè, & postquam amplius occultari non poterant Inventario superadditę apparent, sicut etiam acriter iisdem Creditori-
5 bus se se opponentibus alię partitę dictum debitum constantes è statu passivo deletę fuerunt. Quæ õnia quãti sint elimãda in nostris terminis patet ex firmatis per *Rot. in d. Romana Pecuniaria* 7. *Martii* 1701. *d.* §. *Et fortius cor. bo. me. Muto*, & *in Romana Pecuniaria, seu locorum Montium* 11. *Junii* 1706. §. *Prout nec dolus cor. Eminentissimo D. meo Decano*, *et in confirmatoria* 22. *Decembris* 1712. §. *Hæreditatis cor. Me*, & *in d. Asculana fideicommissi, seu relevationis indemnitatis* 23. *Aprilis proximè præteriti* §. *Quibus ita firmatis in fine pariter cor. Me*

His itaque premissis in genere, propius
6 accedentes DD. ad substantiales Inventarii defectus, qui versantur circa confusas rerum hæreditariarum descriptiones, & omissiones, quamvis non adheserint omnibus iis, quæ respectu confusæ annotationis firmata fuerunt in decisionibus præcedentis instantię, cum nonnullę capsæ, aliqua dolia Vini, & Olei minimè sint adnotata cum expressione, an essent plena, vel vacua, nonnulla Animalium societates recensitæ sint cum expressa denunciatione capitum singulorum, aut oloserica supellex, aliaque descripta appareant sub sufficienti designatione qualitatis, & quantitatis, & cum aliis circumstantiis ex quibus eorũ valor argui potest, ad latè trsdita per *Rot. in Bonon. fideic.* 13. *Maii* 1701. §. *Quoniam coram clar. me. Card. Caprara*,

Attamen censuerunt à patenti confusionis
7 nota, nullo pacto vindicari posse quamplures alias descriptiones, quę passim in dicto Inventario inveniuntur, et prę ceteris inexcusabilia profectò dicitur descriptio Capsulę, in qua pretiosæ etiam res adesse poterant) sub verbis, *La Cassa ferrata, perchè non si è potuta aprire* -- Rursus majori suspicione laborant subsequentes descriptiones penitus in folle expletæ ibi -- *Cassone di ferro con dentro molte Scritture, e libri concernenti gli interessi di Casa, censi, conti, ricevute, taglie, & altro* -- *Un Credenzino con dentro alcune ricevute, e Scritture* -- *Tre Credenzoni di legno con filetti d'oro pieni di libri spirituali, e di Historie* -- Eundemque tandem patiuntur defectum ãnotationes omnium Argentorum, & Raminum sine pondere tàm in genere, quàm in specie, & Tabularum pictarum absque expressione Authorum, eorumque qualitatis.

Juxtà enim regulas ad tramites Juris in hac materia per Doctores, & Tribunalia passim constabilitas, nil relevat ad effectum de quo agitur, describere in Inventario Scrinia, Capsas, ac alia hujusmodi, nisi insimul distinctè recenseantur res, quę in illis existunt, quęque in odiũ describere omittentis, in eis extitisse præsumuntur, *Bald. conf.* 236. *n.* 4. *lib.* 3., *Costan. de reintegr. distinct.* 95. *n.* 11., *Rota dec. is.* 350. *n.* 3. *p. prima rec.*, & *in Romana Pecuniaria* 11. *Januarii* 1712. §. *Et contra-*
8 *rium cor. R. P. D. meo Aldrovando*. Sicut etiam non suffragatur tum confusa Scripturarum omnium adnotatio, cum inter illas adesse de facili possent aliquę hęreditatis utilitatem concernentes, *Rota dec.* 149. *à n.* 23. *cum pluribus seqq. p.* 9., & *dec.* 279. *nu.* 16. *p.* 10. *rec.*, & *in d. Romana Pecuniaria, seu Locorum Montium* 12. *Decembris* 1712. §. *Constitit etiam cor. Me*, & 3. *Julii* 1713. §. *Non leviorem cor. R. P. D. meo Crispo*, tum simplex librorum indicatio existentium in tribus magnis Armariis, reticito prorsùs nomine operum, & Scriptorum, nam ex hisce dumtaxat qualitatibus, eorum valor pesumi poterat, ut præcisè animadvertit *Rota in Romana Legat. de Carafis* 20. *Ianuarii* 1712. §. *Minusque cor. Emo Card. Priolo*, & 13. *Maii* 1712. § *Obstitit quoque cor. R. P. D. meo Crispo*.

Et demũ necessaria omninò erat specifica-
9 tio ponderis Argentorum, & Raminum, & expressio qualitatis Tabularum pictarum; nec ullo modo quoad argenta, & Ramina, d. defectus suppletus remanet ex specificatione usus, ad quem destinata erant, nec respectu Tabularum pictarum salvari potest omissa qualitatis designatio, ex eo, quod descriptæ fuerint cum suis repręsentantiis, ex quibus certa reddi poterat illorum identitas. Aliàs namque ampla sterneretur via heredibus prejudicandi Creditoribus, aliisque Interesse habentibus, subrogando scilicet rem minimi valoris loco alterius eximii pretii, puta, copiam loco Tabulę insignis Authoris, Vas argenteum trium librarum, loco alterius librarum decem. Proindeque ad has suppositiones evitandas, hujusmodi mobilia cum pondere, & qualitatibus distinctè describenda sunt, juxta celebre consilium *Natta* 574., *Post. resol.* 3. *nu.* 2., *Palma ncp. alleg.* 163. *n.* 13., *Rota coram Emerix. Iun. dec.* 877. *n.* 3., & *in d. Romana Pecuniaria* 7. *Martii* 1701. §. *Quod autem*

tem cor bo. me. Muto, & *in d. Romana legat. de Carafis* 20. *Ianuarii* 1712. *d.* §. *Minusque cor. Emo D. Card. Priolo*, cum concordantibus relatis in *decisionibus praecedentium instantiarum*.

Absque eo quod dd. confusæ descriptiones excusari valeant in hypothesi sub obtentu, quod tunc temporis generalis vigeret consuetudo, & signanter in Curia Capitulina describendi in Inventariis mobilia, tabulas pictas, & alia hujusmodi sine ulla specificatione numeri, ponderis, & mensuræ, & Au-
10 thoris. Etenim quando etiam hujusmodi consuetudo concludenter probata foret, adhuc tamen nullatenus attendenda esset, utpotè intollerabilem præseferens abusum nutritivum fraudis, & collusionis in gravissimam Creditorum perniciem, *Natta cons.* 576. *n.* 19., *Rota in d. Romana Pecuniaria, seu Locorum Montium* 11. *Iunii* 1706. §. 41. & *seqq. cor. Reverendissimo D. meo Decano, in Romana Pecuniaria* 11. *Ianuarii* 1712. §. *absque eo quod cor. R. P. D. meo Aldrovando*, & *in d. Asculana fideicom.*, *seu relevationis indemnitatis* 23. *Aprilis proximè præteriti* §. *minime attenta cor. Me*, & precipuè reiciédo consuetudinē Curiæ Capitulinæ dixit *cor. Dunoz. sen. dec.* 161. *n.* 15., & *seqq.*
11 Et quamvis aliquando Doctores, & nostrū Tribunal tolleraverit nonnulla inventaria, tametsi confusa in eis mobilium descriptio concurreret, nihilominus id evenit, vel ibi – (exulante penitùs à toto genere quacumque doli, & fraudis umbra) ab aliis authenticis documentis certa illorum quantitas, & qualitas facili negocio haberi poterat, puta ex divisione paulo ante, vel non longè post obitum Testatoris inter hæredes facta, ex accurata descriptione ab ipsomet defuncto præcedenter de recenti expleta, cæterisque hujusmodi adibus, ut videre est apud *Adden. ad Pamphil. dec.* 97. *n.* 10., & 15., *R. P. D. Ansald. in annotat. ad decis.* 10. *n.* 35., & 38., *Rot. dec.* 1886 *cor Coccin., dec.* 510. 608. *n.* 18. *cor. Bich.*, & *dec.* 386. *cor. Cerro*, & distinguendo tradit *Rota in d. Romana Pecuniaria, seu locorum Montium* 11. *Iunii* 1706. §. *Contrarium verò cor. Reverendissimo D. meo Decano*.
12 Vel ubi res erat de certa supellectile miserabilis personæ, aut de patrimonio illius, qui notoriè decoctus decesserat, istorum enim respectu facile removebatur tàm occasio, quàm suspicio occultationis, & subtractionis, *Ciriac. contr.* 204. *n.* 6., *Rota cor. Coccin. dec.* 151. *n.* 8., *dec.* 20. *nu.* 6., & *dec.* 21. *nu.* 16., & *seqq. ad ornatum Card. de de testam.*, & prosequitur *in d. Romana pecuniaria, seu locorum montium* 11. *Ianuarii* 1706. §. *Et in eo cor. Reverendissimo D. meo Decano*, & *in Romana redditionis rationis* 14. *Decembris* 1708. §. *de cætero cor. R. P. D. meo Ansaldo*.
13 Vel demum quando non agebatur de Creditoribus, sed cum hæredibus fideicommissariis, quorum respectu gravatus rigorosum inventarium conficere non tenetur, *Rota dec.* 34. *n.* 11., & *seqq. p.* 12. *rec.*, & *in Firmana commendæ* 29. *Februarii* 1712. §. *Eo libentius cor. Me*, & *in Prænestina fideicom. seper detractionibus* 5. *Martii ejusdem anni* §. *Eoque potissimum pariter cor. Me*.
14 In his itaque casibus, vel aliis similibus, in quibus certò certiùs constabat de statu hæreditario, vel moraliter impossibilis reddebatur occultatio rerum hæreditariarum, excusationem promeruit confusa bonorum descriptio; ideoque nullo modo toleranda est in quocumque alio casu, cui non congruunt præfatæ circumstantiæ, ut optimè concludit *Rota, ut in sæpedicta Romana pecuniaria seu Locorum Montium* 11. *Iunii* 1706. §. *Prescindendo cor. Rmo D. meo Decano*.

Patentem hujus assumpti veritatem agnoverunt ipsimet Scribentes pro D. Comite Carolo, & propterea ad supplendum d. confusæ descriptionis defectum, mordicus hodiè iterùm insistebant super dd. mobilium æstimatione per Peritos ad instantiam hæredis
15 successive facta. Verum hujusmodi æstimatio inefficax prorsus ad intentum rursùs apparuit, quia prodiit, prævia simplici citatione ad videndum eligi Peritos contra Creditores executa, quando tamen isti in successivo æstimationis actu omnino citandi sunt, ad hoc, ut ad tuenda propria jura interesse possent, quemadmodum latè probant auctoritates adductæ in *prima dec. Eminentissimi D. Card. Prioli* 15. *Iunii* 1711. §. *Replicatione non attenta*, & novissimè *in Romana pecuniaria, seu locorum montium* 3. *Iulii* 1713. §. *Confusa cor. R. P. D. meo Crispo*. Et ulterius expleta fuit à geminis personis addictis
16 servitio Domus Cesiæ, altera nempe in qualitate Exactoris, altera vero Custodis Vestiarii vulgo – *Guardarobba* –, ut paret ex novissima Periti relatione, ut pluribus in locis de ipsis habetur mentio, atque ideò ratione famulatus, & præsumptæ affectionis, vel nullatenus eidem datum erat ad d. æstimationem devenire, vel saltem ista à vehementissima suspicione vindicari non potest, *Actolin. resol.* 70. *n.* 20., *Rota dec.* 23. *n.* 23. *post Constantin. ad Statut. Urbis*, & *in Romana affictus* 29. *Martii* 1700. §. *Tot sanè coram Me*.

Graviusque urget in totalem d. æstimatio-
17 nis eversionem animadversio, quod ejus Authores erant omnino imperiti, & ignari, & simplex præsumptio idoneitatis ducta, ex quo fuerint electi à Judice, confunditur prorsùs, & eliditur à potentiori præsumptione, quod in tātā, ac tàm diversa mobilium copia, in qua pluriū Artificū Peritia adhibenda erat, prælatus Exactor, & Custos, nullo modo omnium rerum valorem adeò feliciter de-
18 terminare potuerint. Sed supervacaneum est super præsumptionibus, & conjecturis immorari, ubi factum ipsum, & rei evidentia deperse satis superque clamat. In æstima-
19 tione siquidem Vestiarii sese impares suscepto muneri ultrò agnoverunt, eo ipso, quod

quod duorum Hæbreorum opera usi fuere, & si propriam tenuitatem quoad alia mobilia fateri non erubuissent, utique tanta cum admiratione non legerentur partitæ illę -- *Sei Quadretti in Ottangolo con fiori diversi cornice d'oro scudo uno -- dodici quadretti in ottangolo con teste di dodici Apostoli cornici d'oro scudi* 4. -- *Tre Credenzoni* (de quibus supra meminimus) *con filetti d'oro pieni di libri spirituali, e di istorie tre scudi* ex quibus (cęteris omisis) unusquisque facillimè dijudicare potest quanâ fides præstanda sit ęstimationi aliarum rerum per hujus notæ Peritos effurmatę, nam sicuti io istis nimis patenter erraruut, ita quoad reliquas partitas errare præsumuntur, *Gratian. discept. for. cap.* 263. *n.* 16., *& seqq.*, *Rota cor. Priolo dec.* 333. *n.* 5., *& dec.* 246. *n.* 2. *p.* 19*rec.*, *cum cæteris concordantibus adductis in prima dec. Eminentissimi D. Card. Prioli §. Est quoque*, *& in secunda §. Neque*.

21 Minusque attenta iterum inculcata responsione respectu d. ultimæ partitæ, quod d. tenuis summa scutorum trium respiciat Pluteos vulgò *Scanzie*, non autem libros in eis existentes; gratis enim id asseritur, dum nuoquam doctum fuit de ęstimatione, & prætio eorumdem librorum, prout opus esset, ad substinendam hujusmodi interpretationem, ideoq; quomodocumque res se habeat, inevitabilis est error, & defectus sæpedictæ ęstimationis, ut optimè prosequitur *decisio* 2. *Ianuarii* 1712. *d. §. Neque in fine coram Emo D. Card. Priolo*.

22 Adstipulatur præterea, quod plures partitæ in Inventario descriptæ relictę fuerunt in albo absque ulla æstimatione, pluresque aliæ ęstimatæ fuerunt, quę in Inventario non continentur, adeout exindè augeatur, potius, quam evitetur confusio, *Rota in Bononien. fideicom.* 16 *Iunii* 1699. §. *Tùm quia cor. Me* cum cæteris in *nostra cit. dec* 15. *Iun.* 1711. §. *Ulterius cor. Emo D Card. Priolo*.

Atque hæc quoad confusas rerum hæreditariorum descriptiones, quo vero ad earum omisiones longa serie hodie cumulatas,

23 Domini onnullas dumtaxat selegerunt, quę inexcusabiles prorsùs dignoscuntur. Et fane notabilis est omissio conspicuæ quantitatis sc 20.m. existen: in mensa oummularia S. Spiritus, & in sc. 3325. In S. Monte Pietatis ad creditum defuncti, quas pecunias Ducissa Portia in sui faciem transferre fecit de tempore confectii Inventarii, adeout nullo modo allegari valet ignorantia, excusatio vero

24 quod essent vinculatæ pro dimittendis creditoribus Montis Cęsii, quodque tamquam descriptæ in publicis Bancis, omnibus innotescerent, nec occultari possent, nil penitus suffragatur, quia quidquid sit de subsistentia dicti vinculi acriter per actores impugnata, hoc unum certum est, quod post

25 quatuor menses à die confectionis Inventarii instante præfata Ducissa penes Judicem pro mandato de consignando dictas summas, iste mandavit, quod relinquerentur in Banco, & S. Monte ad effectum dimittendi creditores relictos (ut refert ipsemet in facto scribens pro dicto Comite, & resultat ex summario per ipsum indicato) Ideoque de tempore, quo confectum extitit Invêtarium, dictæ pecunię non erant vinculatę, & eatenus reiictę in dd. publicis bancis, quia tentata illorum exactio effectuari non valuit, io quibus terminis gravior ęvadit omissionis culpa, *Rot. in dicta Rom. Pecuniaria* 7. *Martii* 1711. §. *Potissimè*, *& seqq. coram bon. mem. Muto*, *& in dicta Romana Pecuniaria seù Locorum Montium* 11. *Junii* 1706. §. *Prout coram Rmo meo Decano*, neque ullo modo evitatur in Creditoribus scientia eorumdem existentię, nec liberatur hęres ab onere illas in Inventario describendi, *Rota in dicta Asculana fideicommissi, seù relevationis indemnitatis* 23. *Aprilis currentis anni §. Unam tamen cor. Me*.

Subsequitur omissio frumenti in Rubris

26 30. lignorum, Casei, aliarumque rerum existentium in Castro Riani, quæ evitari contenditur sub obtentu, quod processerit ex negligentia ministrorum, sed inutiliter, nam si regulariter cuicumque nocet socordia pro priorum Ministrorum, *L. si servus Servorum ff. ad L. Aquil.*, *& L. neminem*, *C de damn. libato.*, *R. P. D. meus Ansaldus de comm.*, *& mercat. disc.* 39. *n.* 24., *Rota in Romana Pecuniaria* 29. *Januarii proxime præteriti §. Succedebat cor. Me*, quanto magis nocere debet hęredi in hac materia, in qua leges ipsi dumtaxat, & non ejus ministris adeo rigidè rerum hęreditariarum omnissiones Interdixerunt ex infra ponendis.

Conspicua denique est omissio fructuum Locorum Montium, censuum, & Domorum neutiquam excusanda, ex quo Ducissa vigore suarum prętensionum crediderit illos ad se spectare, alias quippè actum esset de Inventariis, & cuilibet hęredi habenti prætensiones, & credita adversùs hęreditatem ilicitum foret Inventarium defectuosum conficere, resque hęreditarias hoc respectu sub-

27 trahere, quando tamen juxta vulgatas regulas, & principia, suas prętensiones experiri solum potest, postquam legitimè confecit Inventarium, & in eo omnia distinctè descripsit, sine quo illæ pęnitus confunduntur, proptereaque certum est, quod in illo describenda sunt etiam Bona, super quibus aliqua cadit prætensio hæredis, *Rota in dicta Romana Pecuniaria* 7. *Martii* 1711. §. *Minus ad evitandum coram bo. me. Muto*

28 Imò in fortioribus terminis cautum habemus annotandas quoque esse res alienat in hæreditate repertas, ut deposita, commendata, & similia, *Cancer. variar. resol. p.* 3. *cap.* 2. *num* 40., *Thesaur. quęst. for. to. nu.* 21. *lib.* 1., *Rota in dicta Romana Pecuniaria*, *seù Locorum Montium* 11. *Junii* 1706. §. *Non obstante coram Rmo D. meo Decano*.

Hinc vanum est iterum confungere ad facultatem addendi, & minuendi in confectione

ctione Inventarii reservatam; posita quippè
ex præmissis in hærede scientia rerum in illo
ab initio non descriptarum, dicta salutaris
29 Cauthela ad intentum non suffragatur, cum
operetur solum donec, & quosque duret
ingnorantia, *Bart. in L. 1. §. Ita ff. de offic. Præfect. Urb., Postb. resol. 3. nu. 7., Gratian. discept. for. cap. 532. num. 12, & 13., Rota in dicta Asculana fideicommissi, seu relevationis indemnitatis 23. Aprilis proximè præteriti §. Quibus ita coram Me*, & abunde
comprobant præcedentes decisiones. Quia
30 imò cum ferè omnes additiones factæ fuerint non sponte, sed coacte post reiteratas
instantias Creditorum, quodque magis est,
semper cum succumbentia hæredis; ex dicta
facultate addendi, & minuendi magis, magisque doli suspicio confirmatur, juxta authoritates supra relatas in §. *Eoq. potissimum.*

Sicut etiam superfluum remanebat diffugium, ad quod tamquam ad Anchoram sacram pro sanandis tot, tantisque defectibus
hucusque expensis recurrebant scribentes
31 pro dicto Comite, adducendo nempè in medium egregias qualitates Ducissæ Portiæ hæredis, cujus eximia nobilitas, pietas, &
religio suspicari non sinunt, quod voluerit
quidquam moliri in præjudicium Legatariorum, & Creditorum, præsertim cum Inventarium confecerit per interpositam personam
Procuratoris. Etenim his omnibus numquam
in dubium revocatis apud Dominos, & præmisso rem novam haud esse, quod nobilis, &
pia Matrona teneatur de his, quæ à propriis Ministris male, & fraudolenter gesta
sunt, ex latè deductis in *Romana multiplicorum 17. Aprilis 1693. §. Neque ex eo, & §. Non fuit cum seqq., & 29. Junii ejusdem anni §. Cumque Marchionissa, & seq coram bon. mem. Card. Caprara*, ubi de nobili, &
notæ pietatis Matrona, quam propterea
dictum fuit non esse immunem à suspicione
doli legalis, omnis tollitur difficultas ex facto confusatù descriptionum, & omissionum,
nam lex in hac materia, in qua qui cadit à
syllaba cadit à toto, ut inquit *Bald in auth. sed cum Testator n. 8. C. ad L. Falcid.* hæredum
legalitatem, & probitatem non respicit, sed
rigida, & severa, prout par est censura,
defectus re ipsa inescutabiles in omnibus indistinctè damnat, & plectir, *Rota in dicta Romana Pecuniaria, seù Locorum Montium 11. Junii 1706. §. Frustraque coram Rmo D. meo Decano 13. Decembris 1712. §. fin. coram Me, & 3. Julii superioris anni §. Pro hisce coram R. P. D. meo Crispo, & in Romana Legati dè Carafis 7. Junii 1712. §. Itidemque coram eodem.*

Ea quidem convincenti ratione, quia in
his, quæ ducta sunt pro substantia actus, vel
ad rigorem Iuris conservandum, posthabita
quacumque facientis qualitate, nudum factum attenditur, & nemini pareitur, *Nat. cons. 574. num. 6., & con. 575. num. 22. lib. 3. Gratian. discept. for. cap. 767. num. 16., Rota dec. 72. sub num. 15. par. 2. diverf., & in dicta Romana Pecuniaria 7. Martii 1706. §. Quamquam coram bon. mem. Muto.* Semperque rigor sctiptus præfertur æquitati non
scriptæ, ut prosequntur *Natt. dicto cons.*
32 *575. §. finali, Roland. à Vall. cons 73. pariter in fin., Rota in dicta Romana Pecuniaria, seù Locorum Montium 11. Junii 1706 §. Est in eo tantum coram Rmo meo Decano*,
Cui quidem rigori constanter semper adheserunt DD., & nostrum Tribunal, tàm
prius, quàm novissimis temporibus, ut patet ex *decisione 19. apud Caputaquen. par. 12, edit. anno 1552., & ex dicta decisione 72 p. 2. diverf. dicto anno 1578.*, ad quarum normam postmodum rigidè semper examinata
fuerunt innumera inventaria, & passim declarata fuit eorum illegalitas, & nullitas, sicut etiam videre est ex *decisione 97. coram Pamphil., dec. 509. coram Peuting., dec. 142. coram Cels., & dec. 350. par. 1. rec*, & ex authoritatibus mox relatis, aliisque infra adnectendis, adeout, si in hypothesi diversimodè judicaretur, maxima fieret strages tot
præcedentium resolutionum, & rerum judicatarum, quo nihil absurdius.

33 Et ob id pronis viribus numquam exceptæ
fuerunt excusationes ductæ à bona fide, errore, ignorantia, aliaque simplicitate, sed
passim detecta nullitate inventarii, condemnati apparent in bonis propriis milites, rustici, & mulieres, quia pro his casibus Jurisconsultos, & Peritos consulere tenebantur,
Bart. cons. 154. n. 2., Natt. d. cons. 574. n. 10.,
ibi -- *non parcitur mulieri, & rustico* -- & *cons. 575. n. 22. & 23.*, ibi *Mulier, & Rusticus, qui non fecerunt inventarium, vel fecerunt, sed minus solemniter non excusantur, & in hoc standum est rigori juris, nec eis nullo pacto subvenitur. Cyriac. controv. 147. n. 13.*,
ibi -- *Si aliquid etiam minimum omittitur, totum inventarium subjacet ruinæ, quod adeò verum est, ut in hoc non parcatur Imperitiæ, Rusticitati, vel Sexui., Andreol. controv. 101. n. 13. & 14., Hodiern. ad Surd. dec. 281. n. 17. cum seqq., Rot. d dec. 72. num. 16. p. 2. diverf.*, ibi *Nemini parcitur, non Mulieri, nec Rustico, nec Militi, debent enim Peritiores consulere, & in dicta Romana Pecuniaria 7. Martii 1701. §. Quamquam etiam coram bo. me Muto, in sapedicta Romana Pecuniaria, seu locorum montium §. Nilque refert coram Reverendissimo Domino meo Decano.*

34 Minores ipsi, & Pupilli, in quibus cessat
doli, & fraudis suspicio, quique tamquam machinationis prorsùs capaces, numquam dedisse censetur Tutoribus & Curatoribus
mandatum ad delinquendum in fraudem creditorum, adhuc arcentur à beneficio inventarii, si istud minus legaliter confectum fuerit, *Guidopap. in tract. var. Author. de invent. benefic. q. 26. sub n. 5. vers. ulterius, Phanua ibid. q. 232. num. 2 circa medium, Cyriac. controv. 127. n. 17., Rot. in Romana, seu Florentina census 6. Junii 1712. §. Hinc nihil cor. Me, & in dicta Asculana fidejussionis,*
seu

seu relevationis indemnitatis 23. *Aprilis pro-*
ximè præteritis §. *Prout etiam pariter coram*
35 *Me.* Solumque eisdem jura succurrunt, vel
auxilio restitutionis in integrum, vel actione
relevatoria adversus Tutores, & Curatores
qui deliquerunt, *Rot. dec.* 384. *nu.* 36. *& seqq.*
p. 9 *rec.*, *& in Perusina Pecuniaria* 6. *Maii*
1707. §. *Neque ad solvendum cor. R. P. D.*
meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore, *& in*
Cameriuen. fideicommissi 25. *Junii* 1708. §.
Ætas namque pupillaris coram R.P.D. meo
Aldrovando.
36 In quorum omnium validissimam confir-
mationem accedit, quod ipsimet supremi
Principes ultrò hujusmodi rigori sese submi-
serunt, ut patet ex *Littera Textus in dicto*
vers penult., ibi -- *in omni persona, sive Pri-*
vata, sive Militari, sive Sacerdotali, sive
Imperiali, sive alterius cujuslibet, commu-
nem namque omnibus hominibus hanc legem
ponimus -- *Auth. de hæred. & falcid.*, &
proindè quamvis nefas sit, & horreat animus
eorum respectu de fraude, & dolo cogitare,
nihilominus ipsos quoque ad legitimam in-
ventarii confectionem obligatos esse tradide-
runt *Iaf. in l. finali in princip. col.* 2., ubi
etiam *Cor. n.* 28. *C de jur. delib*, *Barbat. in*
cap. Rainaldus colum. 53. *de testam.*, quos re-
fert, & sequitur *Guidopap. p.* 17. *per tot.*, &
37 *d. q.* 200. *num.* 5 *cum plurib. seqq.*, ubi de Im-
peratore, quamvis sit sacratissimus, religiosis-
simus &c. & à *n.* 9. *cum seqq.*, ubi etiam ponit
quæstionem, *An vir magnæ sanctimoniæ*
non confecto inventario teneatur ultra
vires hæreditarias, & rejectis omnibus ob-
iectis, affirmativam sententiam tuetur. Quam-
obrem ex his unusquisque sibi de facili sua-
dere potest, num attendi mereatur qualitas
hæredis ad salvandam nullitatem inventarii.
Quæ cum ita sint jure meritoque insubsi-
stens visa est prætensio, quod in casu nostro
adhuc hæres arcendus non sit à beneficio in-
ventarii, sed ejus culpa plectenda solum ve-
niat per condemnationem ad duplum rerum
38 omissarum. Pœna siquidem dupli à Justi-
niano constabilita *in d. L. finali* §. *Licentia*
C. de jur. delib., tunc dumtaxat locum sibi
vindicat, quando confusa adnotatio, & amo-
tio versantur circa unam, vel alteram rem
particularem, quæ sit certa in qualitate, adeo-
39 ut certus sit status hæreditarius, de quo hæ-
res rationem reddere valeat; secus autem
res se habet, ubi prout in hypothesi inordi-
nata descriptio, & omissio versentur circa
plura bonorum genera, quæ ad nullam cre-
dulitatem reduci possunt, in his enim termi-
nis non admittitur hæres ad solutionem du-
pli, sed in omnibus beneficium inventarii
amittit, ut distinguendo tradunt *Natt. cons.*
574. *n.* 13., *Honded. cons.* 34. *n.* 33. *et* 34. *li.* 1.,
Posth. resol. 3. *n.* 21. *et seqq.*, *Rot in dicta Ro-*
mana Pecuniaria, *seu locorum montium* 11.
Iunii 1706. §. *Hujusmodi coram Reverendis-*
simo Domino meo Decano, et 3. *Iulii superio-*
ris anni §. *finali cor. R. P. D. meo Crispo.*
Minus relevat postrema exceptio, quod
40 dictum inventarium approbatum fuerit,
tam à D. Duce Acquesparte, quàm ab Anna
Blanchina, & Paulo Emilio, adeout de nul-
litate amplius per ipsos redargui non possit.
Autrix namque D. Ducis Aquæspartæ ap-
probavit in transactione folia tunc temporis
exhibita, in quibus supponebatur contineri in-
teger status hæreditarius, de quo agitur. Cum
autem iste toties substantialiter variatus fue-
rit per hæredes, ut dictum est, & juvat repe-
tere, corruit exindè ex errore Depositi, ac
defectu consensus quicumque approbationis
actus, ut optimè probat postrema *Decisio* 27.
Ianuarii 1712. § *Firmata verò cum seq. cor.*
Emo D. Card. Priolo, & latè dictum fuit *in*
Vercellen. reintegrationis 3. *Junii* 1711. §.
Nullitas coram R. P. D. meo Falconcrio.
Quo verò ad Annam Blanchinam, & Pau-
lum Emilium facilius tollitur objectum, ad-
41 vertendo, quod illi usque ab initio judiciali-
ter inventarii nullitatem semper promove-
runt, quemadmodum patet ex *Decisione edi-*
ta 6. *Iunii* 1664. §. *Non fuit cor. bo me. Bevi-*
lacqua. Ideoque verum est ex actibus æqui-
vocis inferre ad approbationem inventarii,
quod usque à principio, & successivè acerri-
mè impugnatum fuit, *Rot. in Romana Im-*
missionis 27. *Iunii* 1707. §. *Sublata cor. bo. me.*
Caffarello.
Et ita remissivè etiam se habentes Domini
ad omnes præcedentes decisiones, partibus
validissimè jura sua deducentibus responde-
runt.

ROMAMA ANNUÆ PRÆSTATIONIS, SUPER STATU PASSIVO.

Veneris 15. *Junii* 1714.

ARGUMENTUM.

Firmatio status passivi alicujus hæreditatis cor-
ruit, si detegatur aliquas partitas injustè fuis-
se illi adscriptas.

SUMMARIUM.

1 *Accollatio transfundit debita in accollan-*
tem, ac si accollans illa contraxisset.
2 *Peritia supponens id, quod est in quæstione,*
non attenditur.
3 *Vacatio Officiorum vacabilium cedit damno*
hæreditatis defuncti, per cujus mortem
vacarunt, et non hæredis, qui nullam fa-
cultatem, aut præceptum resignandi à te-
statore habuisset.
4 *Hæreditas non potest declarari debitrix unius*
partitæ, quæ in relatione peritorum insolu-
ta appareret, & n. 6.
5 *Creditores sollicititi præsumuntur in exi-*
gendo.
7 *Hæres absque inventario præsumitur solvisse*
debita defuncti cum pecuniis illius hæredi-
tariis, vel fructibus, et nunquam ex pro-
priis.

DECISIO DCCCLII.

QUemadmodum in contextuali mea Deci-
sione erroneus undequaque DD. visus est

status activus Ducis Francisci Mariæ à Perito firmatus, ita pariter defectuosus apparuit status passivus, & proindè -- *non constare de sufficienti redditione rationis quoad partitas status passivi, & esse procedendum ad legitimam executionem mandatorum* respondere non dubitarunt.

Siquidem ad convincendum insubsistentiam d. redditionis rationis, recurrunt ea omnia, quæ in dicta contemporanea decisione super statu activo præmissa fuerunt à §. *præsupposita*, cum pluribus sequentibus, adeout nihil ultra superaddendum esset. Et nihilominus Domini etiam in contumaciam alterius partis ad particulare examen partitarum descendentes, agnoverunt, perperam in hoc statu á Perito relatam fuisse partitam scutor. 60000, conflatam ex pluribus debitis, quæ in se accollavit Dux Aquæsparte in transactione inita anno 1670., nihil enim magis vulgatum

1 est, quàm quod accollatio transfundat in accollantem debita, ac si ab ipso, usque ab initio contracta extitissent, *Rot. cor. Bich. dec. 319. n.3., & in Beneventana nullitatis testamenti super retentione* 13. *Januarii* 1710. §. *Nec obstat cor. Me, cum concordan. relatis in 1. decis. præcedentis instantiæ* 22. *Junii* 1711. §. *Hæc dicta, & in secunda* 1. *Februarii* 1712. §. *Et quidem coram Emo D. Card. Priolo.*

Frigescente responsione exposita in peritia, quod nempe -- *la sudetta accollatione non solo prova il debito dell' eredità, ma anzi che l'eredità non era solvendo* -- nam ultra

2 quod supponitur id, quod est in quæstione, *an scilicet hæreditas sit solvendo, nec ne*, quod adhuc ignoratur, vis stat in eo, quod debita dimissa cum pecuniis D. Ducis Aquæspartæ neutiquam calculari poterant in statu passivo Ducis Francisci Mariæ in præjudicium creditorum, & legatariorum, ut prosequuntur mox citatæ Decisiones.

Delenda itidem est ab hoc statu partita scut. 9119., quæ frustra prætendebantur pro reintegratione pretii nonnullorum officiorum vacabilium spectantium ad hæreditatem Ducis Andreæ. Cum etenim nunquam probatum fuerit, ea distracta extitisse à Duce

3 Francisco Maria, utique eorum vacatio, & extinctio sequuta per eius obitum cedere debet in damnum hæreditatis, non autem hæredis, eo ipso, quod præfatus Dux Andreas nullum eidem injunxerat præceptum vendendi eadem officia, pretiumque investiendi in tot stabilibus, seu effectibus non vacabilibus, ad tradita per *Card. de Luc. de fideicom. disc. 192. n.4. & 5., cui adhæret prima decisio §. secundo.*

Majori laborat insubsistentia partita scut. 87. m. pro integra dote Ducissæ Aldobran-

4 dinæ, nam ipsemet Peritus fatetur pro rata scut. 10162. solutam non fuisse, ideoque citra evidentem erroris notam hujusmodi residualis summa debito hæreditatis adscribi non poterat.

Immeritò pariter dicta hæreditas gravata fuit in scutis 10162 pro fructibus Montis Cæsi, qui prætenduntur decursi vivente Duce Francesco Maria, tum quia hoc debitum non probatur, prout opus esset, maximè

5 cum creditores solliciti esse soleant in exi-

6 gendo. Tum & fortius, quia nullatenus constat eos dimissos fuisse cum pecuniis propriis

7 hæredum, contra quos, utpote destitutos præsidio legitimi inventarii, gravius urget juris præsumptio, quod solutiones expletæ fuerint cum pecuniis, vel fructibus hæreditariis, *Rot. cor. Bich. dec. 496. n.2. & seqq., & cor. Dunoz. jun. dec. 558. n.21. cum aliis in prima dec. Emi D. Card. Prioli §. Quartò indebitè, & in secunda §. Deficit.*

Atque hæc ad opportunitatem causæ delibasse sufficiat, cum de cætero omnes prædictos, aliosque quamplures errores uberrimè demonstrent præcedentes Decisiones, ad quas pariter remissivè DD. sese habuerunt, superfluum esse existimantes improbo labore etiam super hoc statu examinare ea omnia, quæ respectu plurium partitarum de novo ab Actoribus adducebantur.

Et ita altera tantum &c.

ROMANA ANNUÆ PRÆSTATIONIS, ET CENSUS SUPER STATU ACTIVO.

Ven. 15. Iunii 1714.

ARGUMENTUM.

Status hæreditarius ex erronea peritia super redditione rationis firmatus, qualitatem simplicis hæredis in allegantem indueit, & si hæres rationem denuò reddere velit in gradu restitutionis in integrum, negativam coarctatam probare tenetur circa non existentiam aliarum rerum præter illas, quæ fuissent in primo descripts.

SUMMARIUM.

1 *Inventarium dicitur basis judicii redditionis rationis.*

2 *Redditio rationis de hæreditate, facienda est prævia firmatione status hæreditarii, per claras, & undequaque concludentes probationes.*

3 *Heres simplex ob defectuosum Inventarium, si velit conficere novum, debet probare per negativam coarctatam existentiam bonorum omnium.*

4 *Additiones post longum temporis decursum in Inventario non admittuntur.*

5 *Relatio Periti se referentis ad aliam peritiam informem, non firmat statum hæreditarium.*

6 *Amplia, si liquidasset partitas non visis libris redditus, & exitus, ac nomina debitorum.*

7 *Subamplia, si Peritus partes Judicis assumpsisset, aliquas nempè partitas admittendo, & aliquas reiciendo.*

8 *Qui sint errores infringentes relationem Periti in firmando statu hæreditario.*

9 Hæres

Heres, si tueri velit bona propria à Creditoribus Defuncti, debet per Inventarium legitimè factum, patrimonium illius liquidare, nec suffragatur ex relatione Periti, qui dixisset, se bona liquidare non potuisse ob defectum probationum.

10 *Peritia dicitur erronea, si Peritus prò uno debito, duplicem solutionem assignasset.*

11 *Mobilia præsumuntur spectare ad illum, in cujus Inventario sunt descripta.*

12 *Heres non potest impugnare pertinentiam Mobilium favore unius, quando ejus author eam ratificasset.*

13 Peritia *dicitur erronea, nec firmat statum hereditarium, si deferret mobilia minimi æstimata, & tabulas pictas repertas in magno num: ro reticuisset.*

14 *Amplia, si stabilia reperirentur quanti minimi æstimata, & eorum valor longè distaret ab æstimatione intrà decennium aliàs facta.*

15 *Valor verus unius Prædij non potest desumi ex summa retracta per medium deliberationis.*

DECISIO DCCCLIII.

Quamvis detecta nullitate, & illegalitate Inventarii, ardua nimis videretur Provincia suscepta per successores Ducissæ Portiæ in redditione rationis bonorum hæreditariorum Ducis Francisci Mariæ; attamen post exhibitam Periti Curialis relationem, Domini neutiquam parcentes labori, involutum vtriusque status, activi nempè, & passivi examen assumpserunt coràm Emo D. Card. Priolo; sed tam quoad partitas status activi, quam passivi sub diebus 19., & 22. Junii 1711. responsum fuit -- *Non constare de sufficienti redditione rationis*; & utraque resolutio confirmationis robur obtinuit sub die 29 Januarii, & 1. Februarii 1712.

Idemque fuit exitus causæ in gradu ulterioris appellationis interpositæ à dicto Comite Carolo Borromeo, propositis namque per Me hodie geminis dubiis, altero super statu passivo, de quo in contextuali decisione, & altero super statu activo - *An scilicet constet de sufficienti redditione rationis, quoad partitas status Activi hereditatis Ducis Francisci Mariæ, etiam quoad Ducem Aquæspartæ, vel potius sit procedendum ad legitimam executionem mandatorum*, Domini *negativè quoad primam partem*, *& affirmativè quoad secundam*, responderunt.

Præsupposita enim resolutione capta in proximè præterita Audientia confirmante
1 nullitatem Inventarii, quod est caput, & basis redditionis rationis, facili iterùm negocio visum est, non constare de sufficienti
2 redditione rationis, cum ad hunc effectum firmandus sit status hæreditarius defuncti per claras, & undequaque concludentes pro-
3 bationes, ex quibus resultat negativa coarctata existentiæ aliorum bonorum, ultra ea, de quibus hæres rationem reddere intendit, *Rota cor. Priol. decis.* 407. *num.* 8., & 10., & *in Rom. Pecuniaria* 6. *Maii* 1707. §. *Prout nec ulla cor. R. P. D. meo Scotto Almæ Urb. Gubernatore*, & concordant cęterę authoritates relatæ in *prima decis. Emi D Cardin. Priolo* §. *Retento*, utique rigorosam hanc probationem concludere nequeunt dictum Inventarium adeò defectuosum, minusque
4 additiones post longum tot annorum decursum per hæredes coactè semper expletę, cęteraque documenta, quibus innititur novissima Periti relatio, *Rota in Anconitana, seù Recineten. Cautbelæ Angeli* 3. *Iun.* 1709. §. *N c relevat*, & 26. *Febr.* 1712. §. *Etenim cor. R. P. D. meo Aldrovando, & in Asculana restitutionis in integrum* 23. *Aprilis prox præt.* §. *Nec facile cor. Me.*

5 Eoque potissimum, quia dictus Peritus in liquidandis quampluribus partitis, nedùm se retulit ad peritiam Tauri, & ad firmationes status factas cum Authore D. Ducis Acquęspartæ, quæ omnia nostrum Tribunal agnovit, & dixit non esse attendenda, utpotè patenter erronea, penitùsque insubsistentia, quemadmodum videre est in *Decisione* 15. *Decembris* §. *Nec pro redditione rationis, & 26. Martii* 1703. §. *Nullitas cor. R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Guberuat., & in prima decis. super statu Activo* 19. *Iunij* 1711. §. *Quartus pariter cor. Emo D. Card. Priolo, & super statu passivo* 22. *Iun. ejusdem anni* §. *Altera verò cor. Eodem.*

6 Vrùm etiam creditorum, aliarumque rerum valorem, & quantitatem liquidavit non visis Libris, & Scripturis necessariis puta -- *Il Giornale d'Entrata, & Uscita, saldo de' Conti, e spoglio de' Debitori* -- Quorum existentia in hæreditate comprobat ipsummet defectuosum Inventarium, ideoq; tamquam peritia facta in folle nullo pacto attendi meretur, ut latè probant authoritates relatæ in *Decisione super statu passivo* 22 *Iunii* 1711. §. *Concurrentibus cor. Eminentiss. D. Card. Priolo.*

Accedit ulterius, quod idem Peritus, quoad alias plures partitas assumpsit, si-
7 bique indebitè arrogavit nonnullas prò libito admittendo, alias reiiciendo, & proindè, proprii officii limites excedens, fidem ademit suę relationi; ea namque, quæ juris sunt, & non facti, Judicantium dumtaxat, & non Periti judicio subjicienda veniunt, *Rota cor. Gregor. decis.* 204. *n.* 4., *& seqq.*, *& decis.* 826. *n.* 9. *coràm Dunoz. Iun., & decis.* 205. *num.* 11., *& seqq. coràm sanct. mem. Alexandro VIII.*

His ità prę missis, firmiter subsistere visi sunt omnes errores Peritiæ in decisionibus præcedentis instantię distinctè recensiti, & egregiè ponderati, ex quibus Domini nonnullos
8 magis patentes, & penitùs inexcusabiles seiegerunt. Et sanè evidens est error circa mobilia, aliasque res repertas in Villa extra Portam Flaminiam, & Castris, quarum valor, aut nullatenus fuit calculatus *per deficienza di giustificazioni, non trovandosi ne tampoco calcolati nelli detti stati del* 1670., ut inquit

Peritut, aut quia earum congrua æstimatio resultare potest ex ipso Inventario, ubi descripta fuisse testatur -- *Senza stima, mà distintamente con le loro qualità*, vel demùm, quia nonnulla ex dictis rebus, ut cadi biscentum Vini consumpti fuerint in usum Ducissę Aldobrandinæ Uxoris defuncti, & mobilia prætenduntur fideicommissaria Marchionis Pauli Emilii.

9 Etenim si Peritus ob defectum probationum dictarum rerum, valorem calculare non potuit, jam indè patet, quod Peritia non firmat certum, & integrum statum hæreditarium, propterea que in tuto sunt jura creditorum adversus hæredes, qui ad tuenda propria bona concludentissimè probare tenentur præcisum valorem mobilium in hæreditate Defuncti repertorum, *Rota in Perusina Pecuniaria* 8. *Februar.* 1706. §. *Non obstat coràm Em̃o D. Card. Priolo, & 6. Maii anni* 1707. §. *Non enim coràm R. P. D. meo Scotto, Alma Urb. Gubernat.*, quibus adhæsit *prima Decisio* §. *Haud suffragante*.

Nec suffragatur responsio, quod eorum valor desumi valeat ex descriptione facta in Inventario, ista namque sufficienti eorum qualitatis expresione caret, & in omnibus confusa, & inordinata convincitur, ex latè perpensis in præcedenti Decisione super relevatione.

Minùs relevat supradicta excusatio quoad ommissam valutationem cadorum biscentum

10 vini, nam si prò alimentis Ducissæ Aldobrandinæ, totiusque ejus familię Peritus gravavit hæreditatem in conspicua, egregiaque menstrua quantitate, quo nam pacto, quavè justa ratione potuit subinde in eamdem causam allegare vini consumptionem, ut ponderat postrema Decisio §. *Siquidem*.

Insubsistens pariter est prætensio, quod præfata mobilia essent hæreditaria Pauli Emilii, quia in eius Inventario nullatenùs descripta fuerunt, & è contra adnotata apparent

11 in Inventario Ducis Francisci Mariæ, ad quem propterea spectasse præsumuntur, ut notat utraque decisio, & dixit *Rota in Romana Salviani* 17. *Febrar.* 1704. §. *Maximè quia, &* 8. *Iunii* 1705. §. *Constat aliunde coràm Me, & in Romana Iocalium super Adamantibus majoribus* 4. *Aprilis* 1710. §. *Huiusmodi cor. Rm̃o D. meo Decano*, cumque

12 ulterius dicta descriptio in Inventario Ducis Francisci Mariæ facta fuerit à Ducissa Portia, non possunt ab ea causam habentes illud in discrimen revocare, *Rota in Fanen. Associationis* 23. *Martii* 1707. §. *Nec probationem coràm Rm̃o D. meo Decano, & in dicta Rom. Iocalium super Adamantibus Majoribus* 4. *Aprilis* 1710. §. *Pertinentia coram Eodem*.

Et in omnem casum, quando etiam dicta Mobilia probarentur fuisse hæreditaria Pauli Emilii, adhùc inevitabilis esset error Periti, iste enim in statu passivo constituit debitorem Ducem Franciscum Mariam in notabili summa scut. 15. mil. pro Mobilibus, aliisque rebus spectantibus ad hęreditatem dicti Pauli Emilii; Ideoque perneceste eorum valor calculandus erat in statu Activo, nc alias hęreditas Ducis Francisci Mariæ eodem tempore constituatur debitrix mobilium, & mobilibus careat, ut patet ad sensum.

13 Adaugetur error in valutatione Mobilium, aliarumque rerum Castri Diani, & Cantalupi, advertendo, quod hæc omnia æstimata fuerunt in tenui summa scut. 1600., & tamen cum in facto certum sit, quod ibidem in præcordio retinebantur 800. capita animalium, profectò illius dumtaxàt stilia (nulla habita ratione de 300. Tabulis pictis, cæterisque rebus, quas in Palatijs repertas fuisse constat ex Inventario) in longe majori pretio calculanda erant. Verùm hac in re nil ultra quærendum venit, dùm huiusmodi error apertissimè convincitur ex ipsamet confessione Periti, asserentis se quoad has partitas secutum fuisse Tauri relationem, cuius subsistentiam super Jus demonstrata extitit.

14 Subsequebantur errores circa stabilia, inter quos notabilis est ille quoad valorem Vineæ *della Mentana* in sc. 600., quando de anno 1649., & sic intra decennium, quo obiit Dux, & intra quod variatio valoris, & mutatio status rei non præsumitur, ab ipso empta fuit pretio sc. 2320., & successivè in statu anni 1670. valutata extitit in sc. 2000. Quin relevet, quod postmodum anno 1683. deliberata appareat ad istantiam Ducissę Aldobrandinæ pro dicta summa sc. 600. Etenim

15 deliberatio verum rei valorem non probat, presertim attento, quod in hypothesi secuta fuit post lapsum 27. annorum à tempore obitus Testatoris, quod unicè ad hunc effectum attendi debet, *Rota in Romana fideicommissi de Avila super fructibus* 16. *Maii* 1707. §. *Quia verò, &* §. *Absque eo quod coràm Me*, cum aliis in *prima decis.* §. *Quia obstet*, & in secunda §. *Nec iustius*.

Estque patens, & inexcusabiles apparuerunt errores respicientes credita, cæterique omnes, quos expendunt Decisiones præcedentis instantiæ, sed Domini ad utramque remissivè se habentes, supervacaneum esse censuerunt, tam super illis, quam aliis erroribus per Actores hodie cumulatis, diutiùs immorari, cum ex hucusque ponderatis, satis, superque comprobata remaneat insubsistentia redditionis rationis, quoad partitas status Activi.

Et ita altera tantùm &c.

CRACOVIEN., SEU SARDOMIRIEN. JURISPATRONATUS.

Veneris 15. *Iunii* 1714.

ARGUMENTUM.

Est in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Iudicium Summarium manutentionis non retar-*

retardatur per exceptiones, quę petitorium tantum respiciant.

DECISIO DCCCLIV.

AD formam Decisionis coram Me editæ sub die 15. Januarii prox. præt., in qua resolutum extitit - *Constare de bono Iure Patrum Collegii Sandomiriensis*, ad effectum manutentionis in possessione libere exercendi omnes, & quoscumque actus respicientes jurisdictionem Parochialis Ecclesiæ S. Petri, quæ prævia Regia Donatione Jurispatronatus, præfato Collegio unita fuit, demandarunt hodie Domini *Causæ expeditionem*, non obstante, quod pro parte Regii Fisci acriter insisteretur, ut sibi diceretur, & redderetur jus super facultatibus Regiis, quoad dictam Donationem, & incorporationem.

Etenim animadverterunt, quod in dicta Decisione actum fuit de bono Jure ad solum effectum colorandi possessorium, quod satis superque roboratum apparuit ex tot, tantisque actibus ibidem perpensis; proindeque 1 cum prætensio Regii Fisci respiciat nudum, & merum petitorium, nullo modo retardare potest Causæ expeditionem, sed rejicienda venit ad suum congruum, & particulare judicium, in quo Domini eidem Jus reddere parati sunt.

Et ità &c.

LEODIEN. DISMEMBRATIONIS.
Veneris 22. Junii 1714.

ARGUMENTUM.

Vicarius Generalis ad Ecclesiæ dismembrationem devenire non potest absque expresso, & speciali mandato Episcopi; maximè si non authoritate delegata, sed ordinaria (quam in hoc non habet) usus fuisset.

Citatio est necessariissima in materia dismembrationis adversus Rectores Ecclesiæ, etiamsi Episcopus absque strepitu judicii ad eam devenire posset; cum sine expressa necessitate numquam fieri possit.

SUMMARIUM.

1 *Vicarius Generalis absque speciali mandato Episcopi Ecclesiam supprimere non potest, aut dismembrare, & etiamsi amplissimas haberet facultates, quæ tale mandatum virtualiter numquam in se continent.*

2 *Vicarius Generalis debet uti authoritate sibi delegata ab Episcopo, ejusque nomine, & sigillo in pronunciando, nulliterque procedet, si ordinaria uteretur facultate.*

3 *Facultas delegata expirat in actu, quo Episcopus pronunciat, & Vicarius post illam, si uti Administrator se ingerat, nulliter operatur.*

4 *Æquitas* Textus in leg. Barbatius ff. de offic. Prætor. *fert validam dismembrationem factam ab illo, qui Coadministratoris munus juxtà sensum communem exerceat.*

5 *Nullitas jurisdictionis non tollitur ex communi errore, & credulitate, circa facultatem pronunciandi, nisi Superior authoritate sua talem credulitatem confirmet. Ex quibus credulitas cessare debeat.*

6 *Sententia lata super dismembratione Ecclesię nec Patrono, nec Rectore citato, est nulla.*

7 *Citatio est necessariissima, etiamsi Parochus, & Patronus dismembrationem non possent retardare; & si extrajudicialiter procedi posset.*

8 *Defectus citationis ex stylo numquam sanatur, maximè si judicialiter processum fuisset.*

9 *Amplia etiamsi Judex mandasset concludi in causa, si post terminum pronunciasset absque nova citatione.*

10 *Dismembratio, uti remedium subsidiarium numquam fieri potest, nisi in casu, quo aliundè provideri non possit utilitati communi, & justa concurrente ratione.*

11 *Nequit fieri, quandò per deputationem Vicarii, sivè Parochi Sacramenta possunt commodè ministrari.*

12 *Ecclesia, quæ habet curam animarum, Filiali non indiget prò residentia Parochi, cum talis residentia servitutem non pariat, imò ejus favorem respiciat.*

13 *Parochus habet jus ministrandi Sacramenta, etiam in Ecclesiis, quæ intra limites suæ Parochiæ existunt.*

DECISIO DCCCLV.

DIsmembrationem Ecclesiæ, seù Cappellæ S. Jo: Baptistæ à Matrice, & Parochiali Ecclesia Beringensi, illiusq; respectivè erectionem in Parochialem ad instantiam Suburbanorum nullitèr, & indebitè factam à Vicario Generali Leodien, sustineri nentiquam posse censuit nostrum Tribunal, tam coram R. P. D. meo Falconerio sub die 1. Februarii 1712., quam sub die 3. Julii superioris anni coram R. P. D. meo Crispo; adhùc tamen non acquiescentes dd. Suburbani, in gradu ulterioris appellationis coram Me propria Jura experiri non dubitarunt, sed inutiliter, proposito namque in hodierna audientia consueto Dubio, Domini *sententiam Rotalem confirmandam esse*, responderunt.

Subsistunt enim fundamenta nullitatis, & injustitiæ d. dismembrationis ex rationum momentis in decisionibus utriusque instantię uberrimè cumulatis, quibus non obstare visa sunt ea omnia, quæ frustrà hodiè per suc-
1 cumbentes repetebantur. Et sanè patens est nullitas ex defectu Iurisdictionis, nam dismembratio facta apparet authoritate Ordinaria à Vicario Generali, & tamen absque expresso, & speciali mandato Cel.simi Episcopi hanc facultatem sibi arrogare non poterat; præcipuum siquidem Iurisdictionis exercitium præsefert hujusmodi actus, qui proindè, nisi individua concurrat expressio, nunquam compræhensus censetur sub quibuscumque, licèt amplissimis facultatibus Vica-

rio

rio tributis, *Shrozz. de offic. Vicar. lib.2. q. 116. n.6. Pyrhing. in jus Canon. tom.1. lib. 1. sect.2. §. 5. n.49. & 56.* cum cæteris concordantibus plenè relatis in *prima decis. §. Defectus cor. R.P.D. meo Falconerio*, & *in secunda §. Patuit quidèm cor. R. P. D. meo Crispo.*

Absque eo quod ad salvandam hanc nullitatem prodesse possit responsio, quod Sententia super dismembratione lata fuerit ab ipsomet Celsissimo Episcopo, ex quo expresse illius nomen in fronte præseferr, & ultrà appositionem sigilli, ejusdem Episcopi data concepta legitur sub illis verbis -- *Datum in Civitate nostra Leodiensi sub Signatura nostri in spiritualibus Vicarii Generalis* -- quodque in omnem casum valida reputari debeat, quia idem Vicarius illam protulit tamquam Administrator Episcopatus Leodien.

Ultrà quod enim hujusmodi exceptiones nimis apertè inter se confunduntur, & altera alteri de directo contrariatur, cessat difficultas quoad utramq; obiecti partem, nam respe-
2 ctu primæ sat est animadvertere, quod omnea actus, quos gerunt Vicarii, Episcopi nomine, & sigillo roborantur, ut quotidiana edocet praxis, & patet ex ipsomet *Summ. Suburbanorum n. 21.*, ubi actus expleti per eumdem Vicarium Generalem tanquam Coadministratorem sub eodem prorsus modo, expressione, & data concepti apparent.

Quo verò ad alteram recurrunt inevitabiles responsiones præcedentium Decisionum, quod præfatus Vicarius usus non fuit authoritate delegata, dum Ordinariam præcisè expressit: quando è contra in omnibus aliis actibus Coadministratoris qualitatem numquam omisit, ex latè ponderatis in *decis. R. P. D. mei Falconerii §. Id etiam*, & *in altera R. P. D. mei Crispi §. A patenti*. Quod-
3 que gravius urget, eadem delegata facultate, & Iurisdictione nullatenus uti poterat, quia de tempore latæ sententiæ jam expiraverat, quemadmodum recognovit R. P. D. meus Falconerius mediante oculari inspectione litterarum Apostolicarum, quibus Celsissimus Episcopus de Ecclesia Leodien. provisus fuit, ut refert in sua *decis. §. Neque dicta*, & *notatur in secunda §. Verùm.*

Atque hinc omitti poterant nonnulli actus Coadministratoris nomine expleti à sæpedicto Vicario, postquam lata fuerat dicta sententia super dismembratione, nam in præsenti non agitur de eorum subsistentia, & posito incontrovertibiliter in facto, quod tunc temporis Coadministratoris Officium, & jurisdictio cessaverat, curandum non est de iis, quæ perperàm à Vicario gesta sunt, allegando quippè inconveniens, difficultas non evitatur.

Quod optimè agnoverunt Scribentes pro Suburbanis, & ideò iterùm confugiebant ad
4 famigeratam dispositionem, & æquitatem *Text. in leg. Barbarius ff. de offic. Prætor.*, cujus vigore sibi blandiebantur, substinendam fore controversam dismembrationem, utpotè expletam ab eo, in quo Coadministratoris munus adhùc vigere communiter reputabatur. Verùm, præter responsiones datas in *dec. R. P. D. mei Crispi §. Nec hujus-*
5 *modi*, animadverterunt Domini, quod ad hoc, ut valeant ex censura d. Textus actus gesti per eum, qui est in possessione, & communi æstimatione alicujus Officii, non sufficit communis error, sed requiritur etiam authoritas Superioris, & titulus ab eo collatus, quamvis invalidus ex aliquo vitio latenti, seu defectu occulto, ut præcisè notant *Garz. de benef. lib.5. cap.4. n.181.*, *Mascard. de probat. conclus. 649. n.11. & seq*; ideoque d. dispositio non applicatur præsenti hypothesi pro substinendo actu specialis Iurisdictionis gesto ab eo, qui Iurisdictionem de jure non habet, illamque solùm ad tempus obtinuerat, ut notum erat. Præterea communis error pænitùs sublatus remanet quoad actum, de quo agitur, nam iste factus apparet authoritate Ordinaria omisso Coadministratoria titulo, qui in cæteris actibus semper appositus fuerat.

6 Subsistit pariter nullitas sæpèdictæ sententiæ ex alio æquè gravi defectu citationis, dùm nec Patronus, nec Rector, seù Pastor d. Matricis Ecclesiæ citati fuerunt, & nihilominus eum ageretur de eorum interesse, gravissimoque præjudicio, uterque in dismembrationis actu audiendus erat, & indispensabiliter citandus, juxtà authoritates plenè cumulatas in prima *decis. §. Defectus verò*, & *in secunda §. Præter.*

Neq; hujusmodi defectus excusari potest sivè ex eo, quod Patronus, & Parochus concurrente legitima causa, dismembrationem nullo modo retardare poterant, & propterea superflua reputanda sit citatio, ubi nulla suppetat defensio, sivè ex quo in hisce dismembrationum actibus sine strepitu, & figura Judicii proceditur de stylo Curiæ Ecclesiasticæ Leodien. Quamvis enim Episcopus, ubi necessitas, vel evidens utilitas id postulent, ad dismembrationem devenire valeat, etiam invito Parocho, & dissentiente Patrono; attamen non exindè tollitur præcisa necessitas illos citandi, ad hoc, ut actus substineatur, *Fagnan. in cap. ad audientiam il primo n. 29. de Eccles. ædific.*, *Menoch. consf. 477. n.6. & seqq.*, *Lotter. de re benefic. lib.1. quæst. 28. n. 10. & seqq*, optimè *Rot. decis. 224. à num.13. cum seqq. par. 10. rec.*

8 Sicut etiam suffragari nequit prætensus stylus Curiæ Leodien., tum quia concluderer non probatur, nec probatus relevaret, ut egregiè animadvertit *decis. R. P. D. mei Falconerii §. Nec d. nullitas*. Tùm quia in hoc casu Vicarius Generalis non processit juxtà dictum stylum, sed ordinem judicisrium compilando processum assumpsit, in quibus terminis necessaria omninò erat interesse habentium citatio, antequam sententiam proferret, quemadmodum, generalibus omissis, ad rem tradit *Rot. dec. 277. n. 19. & 20. par. 16. rec.* Imò cum in omnibus actibus præcedentibus fuerint semper citati, incale-

scit

fcit nullitas ob omissam citationem ad sententiam, quemadmodùm prosequitur utraque decisio, & dixit *Rota d. decis.* 224. *nu.* 15. *par.* 10. *recent.*

9 Quin relevet, quod Vicarius post pluriès auditis interesse habentium oppositiones mandaverit concludi in Causa præfixo eisdem termino unius mensis, adeòut ex hujusmodi decreto suppletus dici debeat defectus citationis. Sententia namque prolata non fuit intrà d. terminum, sed post plurium annorum decursum, & propterea præmittenda erat nova citatio, *Rot. cor. Greg. dec.* 140. *num.* 7. *ibique Adden.*, & *cor. Vbald. dec.* 355. *n.* 1. & 2., & *cor. Pen. dec* 596. *n.* 6. in quibus declarantur contrariæ authoritates, ut scilicèt procedant in casu, quo intrà terminum præfixum, vel pauló post, sententia prolata fuerit.

Patens itaque ex his redditur nullitas dictæ sententiæ, sed magis perspicua, & inevitabilis convincitur ejusdem iniustitia. Nam quidquid sit de nimia incorum (in quibus habitant Suburbani) distantia ab Ecclesia Parochiali, de difficili, & non tuto accessu ad illam ob flumina intermedia, præsertim hyemali tempore, cæterisque impedimentis, quæ fortassè legitimam dismembrationi cau-
10 sam suppeditare poterant. Hoc unum certum est, quod quando aliundè dd. difficultatibus occurri, & Suburbanis consuli poterat, nullo pacto deveniendum erat ad odiosum dismembrationis actum, utpotè merè Subsidiarium, *Lotter. de re benef. lib.* 1. *d. qu.* 28. *num.* 31, *Rot. dec.* 223. *n.* 11. *par.* 6., *dec.* 224. *n.* 18. *par.* 10. & *dec.* 578. *n.* 6 & 7. *par.* 19. *rec.* quibus adhæret *prima decis.* §. *Nullitati*, & & *secunda* §. *Præter*, ubi cæteræ authoritates concordantes.

11 Cum igitur Parochus obtulerit deputare, & propriis sumptibus manutenere Vicarium ad nutum amovibilem, qui in d. Ecclesia, seu Cappella S. Jo: Baptistæ Sacramenta ministret, cęteraque omnia expleat, quæ animarum curam respiciunt, profectò nemò non videt, quod satis, superque consultum erat Suburbanis, absque exorbitanti dismembrationis remedio, *Coll. de remed. subsid. remed.* 76., *Barbos. ad Concil. cap.* 4. *sess.* 21. *de ref. num.* 10., *Rot. d. dec.* 578. *n.* 7. *par.* 19. *tom.* 2. *rec.*, *cum aliis in prima decis. R.P.D. mei Falconerii* §. *Idcircò*, & *in secunda R.P.D. mei Crispi d.* §. *Præter nullitatem.*

Haud attenta repetita exceptione, quod per deputationem Vicarii tunc solùm evitetur necessitas dismembrationis, quando novæ Parochiæ erectio petitur ob augmentum Populi, secùs autem ubi dismembratio expostulatur propter dd. impedimenta. Nulla quippè inter utrumque casum assignabilis est diversa ratio, eo ipso, quod Parochus exhibet deputationem Vicarii, qui resideat in dicta Ecclesia S. Jo: Baptistæ, ut optimè probat *decis. R. P. D. mei Crispi à* §. *Minimè subsistente*, *usque in fin.*

Omitti tandem poterat postremum diffugium,
12 quod non sufficiat Parocho deputare, & manutenere Vicarium pro administratione Sacramentorum, sed insimul habere debeat Ecclesiam filialem, in qua Sacramenta idem Vicarius possit administrare, cum Ecclesia S. Jo: Baptistæ sit propria, & de Jurepatronatus eorumdem Suburbanorum, & in eas ipsis invitis, neque ipse Parochus Iura Parochialia exercere possit, juxtà novissimam resolutionem *Sacræ Congregationis Concilii in una Comen. Jurium Parochialium* 9. *Junij currentis.*

Etenim hujusmodi Ecclesia ab ipsismet Suburbanis destinata jam fuit ad usum, & exercitium Curæ Animarum, & agitur de eorumdem beneficio, non autem de servitute inducenda, ut erat casus in *d. Comen.*

Præterea gratis asseritur, quod d. Ecclesia sit de Jurepatronatus Suburbanorum ex fundatione, & dotatione; fundatio enim, seu erectio propriis sumptibus nullo modo justificatur, dotatio verò fuit solum novissimè facta non intuitu Ecclesiæ, sed ex causa dismembrationis, & quidem sub præcisa conditione ejusdem subsistentiæ, ibi -- *Assignarunt* &c. *in casum petitæ*, & *speratæ dismembra-*
13 *tionis* &c. ideoque semper fundata remanet intentio Parochi quoad facultatem exercendi functiones Parochiales, & ministrandi Sacramenta in d. Ecclesia, utpotè existente intrà fines suæ Parochiæ, *Barbos. ad Concil. sess.* 21. *cap.* 5. *de reform. num.* 10., *Pignatell. consult.* 73. *num* 25. *tom.* 8., *Rot. in Taurinen. Jurium Parochialium* penès ejusdem *Pignatell. consult.* 103. *n.* 12. & *seqq. tom.* 10.

Et ità ad evitandam inutilem repetitionem, remissivè se habentes DD. ad præcedentes decisiones, responderunt utraque &c.

PISAUREN., SEU CALLIEN. DOTIS.

Veneris 22. *Junii* 1714.

ARGUMENTUM.

Dos in specie à Matre filiæ promissa, solvi debet in pecunia, si post præfixum à Judice terminum, speciem non tradat, nec potest de excessu Mater excipere, quod obligatio suæ dotis medietatem superet, quando adversùs Virum relevationem habet. Filii quoque de inofficiositate non valent excipere, si eorum legitima salva remaneat. Dos quando dicatur succedere loco legitimæ, & quandò affirmativè, fructus à die obitus dotantis debentur.

SUMMARIUM.

1 *Via executiva resecata non remanet ex lapsu temporis, in quo pupillaris ætas connumeretur, cum tempus ad inducendam præscriptionem, computandum sit à die ingressus in majorem ætatem.*

2 *Dos in specie promissa, si non tradatur intra terminum à Judice præfixum, debet solvi in pecunia.*

3 Obli-

3 *Obligatio mulieris licet, medietatem dotis excederet, adhuc subsistetur, quando habet relevationem adversùs Virum, & de istius insufficientia non constet.*

4 *Non potest impugnari ejus exequutio ab heredibus, si eadem vivent à tali obligatione non reclamasset.*

5 *Amplia, etiamsi d. obligatio de licentia superiorum emanasset, cum conditione, ut salva remaneret medietas, quia conditio de jure inhærens, supra juris dispositionem non operatur.*

6 *Subamplia, ut neque nulla esse possit ex causa inofficiositatis, quando legitima pro filiis salva remanet*, & num. seq.

7 *Legitima medietatem hæreditatis non potest excedere.*

8 *Querela inofficiositatis, propter obligationem à Matre factam, non opposita à filio, non potest opponi à Tertio, cum sit personalis.*

9 *Solutio tamquam quid facti non præsumitur, nisi ab allegante probetur.*

10 *Præsumptio ex solo temporis lapsu desumpta non sufficit.*

11 *Acquiescentia hæredis negligentis exigere credita sui Authoris, præsumere facit de illis habuisse ignorantiam.*

12 *Fructus dotis, quæ assumpsit naturam legitimę debentur à die constitutionis.*

13 *Statutum Calli excludit fœminas propter masculos ab hæreditate Parentum, dummodò sint dotatę usquè ad quantitatem legitimæ.*

14 *Dos succedit loco legittimæ, si exclusio fœminarum propter masculos habeat conditionem, dummodo dotatæ sint.*

15 *Dos, ut dignoscatur, an succedat loco legittimę, videndum est, an exclusio fœminarum sit conditionalis, & à donatione qualificata, vel absoluta.*

16 *Statutum, licet propter dotem à quocumque Mulieri assignatam, possit eam excludere ab hæreditate omnium Ascendentium, adhuc non tollit, quod dos succedere non debeat in locum legitimæ illi debitæ in hæreditatibus à quibus excluditur.*

17 *Statutum, mandans dotatas excludi, intelligitur velle, ut dos succedat loco legitimę.*

18 *Amplia, si exclusio sit qualificata à dotatione.*

19 *Subamplia, si dos esset congrua, & congruitas desumeretur à quantitate legitimæ, & statutum expressam mentionem faceret de legitima.*

20 *Ratio Statuti potest esse fundata tam propter dotem, quam propter favorem Masculorum.*

22 *Dos, ut dicatur succedere loco legitimę, sufficit, quod favor Masculorum non fiet absolute à dotatione independent, sed ab ista qualificetur.*

23 *Obligatio solidalis emissa à Matre una cum Patre favore filiæ pro dote, operatur, ut si ipsa Mater pulsetur, non potest excipere, quod talis dos succedat loco legitimę quoad Patrem tantum, & non quoad ipsam, & vide rationem.*

23 *Dos licet vivente Patre, legitimæ naturam induere nequeat, sequuto tamen ejus obitu illicò eam assumit.*

DECISIO DCCCLVI.

Dotem scutorum 2400. constituit an. 1662. Thomas Sabinus Antoniæ ejus filiæ nupturæ Mario Drudo, cum obligatione in solidum Margaritæ Allegrucciæ Uxoris, & Matris respectivè, solvendam tamen certo modo, pro rata nempè scutorum 1700., mediante traditione Prædii denominati *Pasqualina*, pro alia rata scutor. 200. mediante consignatione certæ Domus in Oppido Montis Barocci, & pro residualibus sc. 500. in pecunia numerata in tot ratis quinquennii spatio complendis.

Sub hac Dotis constitutione contractum extitit Matrimonium, & ex eo orti sunt Petrus Franciscus, & Jacobus Philippus de Drudis à Parentibus relicti in infantili ætate, qui majores facti, cum repererint, maternam Dotem numquam solutam fuisse, nisi quoad ratam scut. 1700. pro integra residui consequutione Judicium instruxerunt coram R. P. D. meo Cerro tunc in Subsellis A. C. communi plasu Jus dicente, & duo mandata obtinuerunt, alterum scilicet exequutivum pro scutis 500 eorumque fructibus ad rationem scutorum quatuor pro centenario, & alterum ad factum pro traditione Domus, ut supra promissæ, & illius loco exequutivum pro scutis 200., quæ fuerunt etiam expedita, & successivè legitimè exequuta cum Thoma Viro.

In hoc Judicio citati fuerunt, non solum Curator deputatus hæreditati jacenti Hæredum Margaritæ, & Thomas Sabinus, uti vocatus ad fideicommissum ab eadem Margarita institutum, sed etiam Horatius, aliique Fratres de Grillis, qui eodem tempore agebant coram eodem R. P. D. meo Cerro contra bona hæredum dictę Margaritę pro Censu ab eis imposito de anno 656, & quia eorum intererat Bona hæreditaria ejusdem, pinguiùs constituentia Patrimonium suorum Debitorum ab anterioribus Creditoribus præservare, soli reclamarunt à Judicato prædicto, & reportarunt à Signatura Justitiæ Cōmissionem huic Sacro Auditorio directam, cum Clausula *Alteri, qui ad legitimam*, in cujus sequelam proposui hodiè Dubium *An sit procedendum ad legitimam exequutionem*, & Domini *Affirmative* responderunt.

Visa siquidem sunt dicta mandata ab omni prorsùs labe injustitię, & nullitatis immunia, unde legitimam exequutionem procul dubio merebantur.

1 Nullitas sanè ex præscriptione viæ exequutivæ locum habere non potuit, quia detracto tempore Pupillaris, & minoris ætatis,

illorum

illorum de Drudis, proùt de Jure fieri de-
bet, deest lapsus temporis ad eam inducen-
dam requisitus, præsertim cum agatur de
obligatione jurata, quod benè cognitum
fuit in Signatura Justitiæ, à qua cum rescri-
pto -- *Alteri, qui ad legitimam* hæc nul-
litas rejecta fuit, & canonizata competentia
viæ exequutivæ, itaut amplius in dubium
revocari non possit, *Rot. cor. Emerix Jun.
dec.482. num.2., & in recent. dec.63. nn.12.
part.19.*, cum aliis in *Rom. Cauthelæ An-
geli 10. Junii 1705. §. Eoque certiùs cor. bo.
mem. Muto, & in Baren. Censuum, & Le-
gati 20. Januarii 1710. §. Obtecta namque
nullitas coram Eminentissimo Domino Car-
dinali Priolo.*

Sicut neque relevans visa est exceptio cir-
ca validitatem secundi mandati relaxati pro
scutis 200, quod Dos in hac parte esset pro-
missa in specie, nempè super Domo, ideo-
que nullitèr obtentum fuerit mandatum pro
quantitate. Postquam enim fuit à Judice pre-
fixus terminus ad tradendam speciem, De-
2 bitor in mora constitutus fuit, & eo non
adimplente tactum promissum, locum sibi
vindicavit actio ad interesse, seù ad quanti
Creditorem intererat, domum non fuisse
consignatam, ut in proposito *Tomat. decis.
161. num.15., & 16., Rot. cor. Buratt. dec.
287. n 7., & par.4. diversor. dec.909. nu 3.*

Justitia verò clarè resultans ex preexisteo-
tia Crediti dotalis, de quo constitit per In-
strumentum publicum obligatione Camerali
3 munitum, minimè obumbrari potuit ab as-
serta nullitate obligationis Margaritę, ex
quo lęsa remanserit ultra proprię dotis me-
dietatem. Ultra enim alias responsiones,
inevitabilis illa visa fuit, quod Maritus coo-
bligatus, indemnem illam relevare promise-
rat, & proindè cum haberet relevationem
in bonis Viri, donec non probetur illius in-
sufficientia, Mulieris obligatio, etiamsi do-
tis medietatem excedat substinetur, ut be-
ne firmat *Rota in Romana Salviani 27. Ju-
nii 1697 §. Et tanto magis cor. Eminentissi-
mo D. Cardinali Priolo, & in Firmana Pe-
cuniaria super manutentione 27. Iunii 1704.
§. Nec dicatur cor. Reverendissimo Kaunitz
Episcopo Labacen.*. Præcipue quia Marga-
4 rita vivens, nunquam hanc obligationem im-
pugnavit, neque talem exceptionem propo-
suit, ac propterea multo minus ab extraneis,
& nullam ab ea causam habentibus allegari
potest, cum privilegium illud salvæ medie-
tatis Dotis personale Mulieris sit, & neque
etiam ad ejus heredes transeat, *Rota decis.
151. n.9, & seq., post Constantin. ad Stat.
Urbis, in Alatrina reintegrationis 4. Iunii
1700. §. Quod verò coram R.P.D. meo Scot-
to Almæ Urbis Gubernatore, & in Roma-
na fideicommissi de Romanis 27. Iunii 1708.
§. Quo vero coram Eminentissimo D. Priolo.*

Quinvis ulla fieri possit in licentia Cardi-
5 nalis Legati à Muliere obtenta ad effectum
se valide obligandi, in qua fuit ei reservata
per viam conditionis medietas Dotis; nam
cum ista conditio tacitè jam inesset de jure,
juxta quod regulariter obligationes ultra
Dotis medietatem non valent; tanquam ex-
pressio ejus, quod jàm virtualiter inerat,
nihil operatur supra Juris dispositionem,
per *text. in l. cum quid. ff. si cert. petat., &
leg. conditiones, ubi Gloss. ff. de condit., &
demonstrat.*

Minusque ulla nullitas d. obligationi im-
6 pingi potuit ex capite prætensæ inofficiosita-
tis, quia scilicet sex filiis, quos habebat,
salva non remaneret legitima. Si enim (ut
hactenùs firmatum fuit) in obligatione Mu-
lieri salva remansit dotis medietas, & legiti-
7 ma non potest excedere medietatem heredi-
tatis, non possunt Filii eam inofficiosam di-
cere, cum legitimam non ledat, *Gloss. in
Auth. si Parens Cod. de inoffic. donat., Boss.
de dot. cap. 14. n. 2. in fin., Clar. in §. Dona-
tio quæst. 24. versic aut verò, Merlin. de le-
8 gitim. lib.2. titul. 1. quæst. 21. n.11.*. Et hic
quoque obstat, quod hanc querelam Filii
nunquam proposuerunt, unde non est nunc à
tertio deducibilis, cum personalis sit, exi-
gens declarationem propriæ voluntatis Fi-
liorum, *Fontanell. de pact. nuptial. clausul.
5. Gloss. 8. p. 2. n. 28.,, & seqq., Boss. de
dot d. cap. 14. n. 20., de Luc. ad Franch.
dec. 104. n. 6.*

Neque posita validitate, momenti fuit
9 exceptio presumptę solutionis, quia solutio,
tanquam quid facti, concludenter ab alle-
gante probanda est, per *text. in l. Quingen-
ta 12. ff. de probat.*. Unica vero pręsumptio
10 deducta ex lapsu temporis, de per se sola
non sufficit, imò excluditur, attenta con-
fessione unius ex debitoribus usque de anno
1682., & ab inde citra demendum est tem-
pus pupillaris, & minoris ętatis illorum de
Drudis, itaut lapsus temporis ad modicum
redigatur, cum maximè acquiescentia tribui
11 possit ignorantię crediti, quę in herede prę-
sumitur, ut in proposito firmat *Rota in
Faventina Dotis 13. Ianuarii 1696. §. Hu-
jusmodi cor. clar. mem. Card. Caprara, & in
Romana Pecuniaria 4. Maii 1705. §. Du-
plex cor. Eminentissimo D. meo Priolo.*

Ita pariter justè relaxatum fuit mandatum
pro fructibus etiam post dissolutum Matrimo-
12 nium decursis; quia cum dos Antoniæ suc-
cesserit loco Legitimę ipsi debitæ in bonis
dotantium, licet dissoluto Matrimonio,
cessaverit titulus dotis, adfuit tamen alter
titulus legitimę, cujus ratione fructus debe-
bantur, *Rota post Constantin. ad Statut.
Urb. dec. 98. n 6., & dec. 344. n. 12. p. 19.
rec., & in Cæsenaten. dotis 13 Iunii 1695.
§. Constat, & 7. Maii 1696. §. Quo vero
cor. clar. mem. Card. Caprara*, cum aliis in
*Tridentina bonorum, seù immissionis super
reservatis 7. Maii 1706. §. Quo vero, & 25.
Februarii 1707. §. Quoad Legatum, & se-
quen. coram R. P. D. meo Scotto Almæ Ur-
bis Gubernatore.*

Quod autem dos in casu nostro legitimæ
13 loco successerit, DD. constare censuerunt
ex

ex Statuto Callii, seu potius Decreto Ducali Federici *rubric. 64. lib. 2* relat per *Card. de Luc. de statutar. success. partic. 32.*, in quo Fæminæ extantibus Masculis conditionaliter excluduntur ab hæreditate Parentum -- *dummodo dotatæ fuerint, aut dotentur usque ad quantitatem legitimæ &c.* : --
14 Unde quamvis Statutum incipiat ab exclusione, cum tamen exclusio non sit absoluta, sed conditionalis, & qualificata à dotatione, dos succedere dicitur loco legitimę, juxta Theoric. *Salicet. in l. Sancimus n. 6. vers. secundo in casu Cod. de nupt.*, & distinguendo tradunt *Card. de Luca de legitim. disc. 1. nu. 8., & de dot. disc. 13. nu. 6., Adden. ad Greg. dec. 565. n. 11.*, & firmat *Rota dec. 10. n. 8., & 9 post Albit. de inconstant. in Iudic., cum aliis in Veliterna Manutentionis 10. Februarii 1696. §. Quod autem, & seq. cor. bon. mem. Muto*. Præsertim quia Statutum prædictum expressam legitimæ mentionem facit, mandans, dotari *usque ad quantitatem legitimæ filiabus debitæ jure naturæ in bonis Patris*, quo casu indubitanter Dos subrogata dicitur loco legitimæ, *Merlin. de legitim. lib. 3. tit. primo qu. 8. num. 50., & seq.*, & post eumdem *Rota dec. 114. n. 9., & dec. 197. nu. 11., & in Faventina Dotis 13. Ianuarii 1696. §. Et certius cor. clar. mem. Card. Caprara*.

Nec est curandum, quod Statutum exclu-
15 dat etiam dotandas, quia id non concludit, quod dos succedere non possit loco legitimæ, cum ad hunc effectum videndum sit, an exclusio sit conditionalis, & qualificata à dotatione, vel potius absoluta, ut in terminis similium Statutorum tradunt *Merlin. de legitim. lib. 3. tit. primo qu. 8. n. 12. vers. tandem, Rot dec. 156. sub num. 3. par. 15. rec., & in Pisauren hæreditatis 18. Martii 1695., et 21. Iunii ejusdem anni cor. Eminentissimo D. Card. Priolo*. Neque quod propter unicam Dotem excludat ab hæreditate plurium personarum, quia hoc pariter est argumentum ęquivocum, nam potest Sta-
16 tutum dotem à quocumque mulieri assignatam imputare loco legitimæ, & cum hac unica dote dotatam excludere ab hęreditate omnium Ascendentium, quod non tollit, quod dos succedere non debeat in locum legitimę illi debitę in hæreditatibus, à quibus excluditur, ut plenè *Rota cor. Coccin. dec. 1285. n. 2., & seqq.*, & idem est in Statuto Fulginei, & tamen juxta illud dos succedit loco legitimę, ut ex *dec. 965. nu. 17. coram Emerix jun., & in Fulginaten. Successionis, & dotium infra allegandâ cor. Me*.

Et frustra in his terminis recurrebatur ad alterum Decretum Guidobaldi II. *rubric. 66. lib. 2.* relatum pariter *à Card. de Luc. loc. cit.* Quoniam tantum abest, ut ab eo hoc assumptum excludatur, ut potius optimè com-
17 probetur; incipit enim à dotatione, & Mulieres dotatas mandat excludi, in quibus terminis æquè certi Juris est, quod dos intelligitur ex tali Statuto succedere loco legitimę, juxtà celebrem distinctionem *Castren. in l. Titia centum §. Titio genero n. 8. ff. de condit., & demonstrat.*, communiter approbatam, ut apud *Reverendissimum Zaul. ad Statut. Favent. rubric. 28. n. 2. lib. 3., Mans. consult. 14. nu. 22., & seqq., Rot. dec. 10. nu. 19. post Albit. de inconstant. in Iudic.*, cum aliis supra allegatis §. *Quod autem, & in Fulginaten. successionis, & dotium 30. Ianuarii 1705. §. Stabilita cor. Me*. Indotatas vero dotari jubet *condecenter, & congrue, inspecta qualitate personarum, & Patrimonii*, ex quo pariter dotem habere locum legitimę multiplici ratione convincitur;
19 tùm quia exclusio qualificata est à dotatione, ut præter citatos dicto §. *Quod autem*, firmat *Rota in d. Pisauren. hæreditatis 18. Martii 1695. §. Sed quod verè eum seq., & 27. Iunii ejusdem Anni §. Non relevante co-*
19 *ram Emo D. Card. Priolo*; tum quia dos esse debet congrua, congruitas vero desumenda est à quantitate Legitimæ, ideoque ejus loco succedere intelligitur, *Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 1. q. 8. n. 12. in fin., Card. de Luca de dot. disc. 13. sub nu. 9.*, optimè *Rot. cor. Bich. dec. 78. n. 9., & seq., & dec. 156. n. 12. p. 15. rec., & in citata Faventina dotis 13. Januarii 1696. §. Potissimè coram clar. me. Cardinali Caprara*. Et demum quia Decretum prędictum mentionem expressam facit de legitima, prohibens, Dotatas ad ejus supplementum, vel ad eam agere, & dotandas nihil ultra dotem petere in bonis paternis, & maternis, & hoc quoque subrogationis dotis loco legitimæ argumentum prębet, *Merlin. de legitim. d. lib. 3 tit. primo qu. 8. n. 28. in fin., Card. de Luc. d. disc. 13 sub num. 8. de dot., & Rot ad arnatum ejusdem de testamentis dec. 29. sub n. 9., & citata dec. 68. n. 11., & 12. cor Bich., & in d. Faventina dotis sub §. Et certius cor. clar. mem. Card. Caprara*.

Non obstante, quod Decretum prædictum Guidobaldi principaliter emanaverit favore Masculorum pro conservatione Agnationis, ut nuperrimè dictum fuit in *Forosempronien. Legatorum super reintegratione 19. Januarii 1714. per tot. coram R. P. D. meo Ansaldo*. Etenim Statuentes duplici ratione moveri possunt ad exclusionem Fæminarum, nem-
20 pe propter dotem, & propter favorem Masculorum, ut tradit *Rota in Fulginaten. Successionis, & dotium 21. Martii 1707. § Nec majoris coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*, & propterea non implicat, quod ad diversos effectus idem Statutum censeri debeat factum favore agnationis, & ad alios effectus, quod illius vigore dos succedat loco legitimæ, cum istæ æquè principaliter esse potuerint causæ exclusionis, ut prosequitur *Rota in citat. Fulginaten. Successionis, & dotium d. §. Nec majoris cor. R. P. D. meo Scotto*, & admit-
21 tit eadem *Forosempronien. Legatorum §. 41. cor. R. P. D. meo Ansaldo*, & sufficit, quod favor Masculorum non stet absolutè, & inde-

dependenter à dotatione, sed ab ista qualificatus sit, ut proindè dos etiam intuitu Masculorum reservata succedat loco legitimæ, ex firmatis in eadem *Fulginaten. successionis, & dotium 30. Ianuarii 1705. §. Non obstat cor. Me.*

His ità firmiter stabilitis, non poterant contraponi authoritates *Gabriel. cons.* 116. *lib.* 1., *& Marioni Episcopi Thelesini apud Conciol. allegat.* 25., qui eundem Gabrielem sequutus est. Opinio enim Gabrielis aliàs reprobata fuit, teste *Theodos. de Rubeis in suis singular. tom 2. p. 3. circa Doctores approbatos, vel reprobatos fol. mihi* 192. §. 6., & constat ex *Andreol. controv.* 81. *n.* 8., *& Rot. cor. Buratt. dec.* 215. *sub n.* 12. *vers. Ex quibus*, & ipsemet contrarium consuluit *consil.* 18. *n.* 34. *lib.* 2., idemque dicendum de Mariono ejus sectatore, qui in fine allegationis, nec sibi plenè satisfecisse protestatur propter Curas Pastorales, & deficientiam Librorum.

Demum necesse non fuit assumere quæstio-
22 nem, an Dos in casu nostro succedat loco legitimæ respectu Matris, vel respectu Patris tantum. Admittebant namque Drudi, illam successisse loco legitimę in bonis Patris, prò consecutione vero illius se egisse contra Matrem vigore obligationis ab ea *in solidum* cum Patre assumptę, quæ ipsis facultatem tribuit agendi directè contra Matrem coobligatam, tanquam principalem debitricem, *l. Reos* 11. *ff. de duob. Reis, Constantin. ad Statut. Urbis annot.* 44. *n.* 56., *& seq.*, *Rota dec.* 257. *n.* 23 *p.* 17. *rec.* Non relevante, quod esset jàm constituta vivente Patre; quia
23 licet vivente Patre naturam Legitimæ non acquisierit, illam tamen induit statim eo defuncto, ut plenè firmavit *Rota coram Seraphin. dec.* 815 *n.* 4, *& in Romana Salviani* 18. *Aprilis* 1701 *§. Ulterius cor. bo. me. Pio.*

Et ita utraque &c.

TARENTINA QUINDENNIORUM.

Lunæ 25, Junii 1714.

ARGUMENTUM.

Loca pia, ad quorum manus transeunt bona de directo dominio alicujus Ecclesiæ, ad Quindenniorum solutionem tenentur, quæ licet de jure ad quinquagesimam partem ascendant, attamen ex Partium conventionibus, & Locorum consuetudinibus minui possunt, vel augeri.

SUMMARIUM.

1 *Quindennia solvi debent à Locis Piis prò bonis Ecclesiasticis, quæ acquisiverunt, in locum laudemii.*

2 *Dominium directum probatur ex confessionibus eorum, qui Quindennia solvere debent.*

3 *Ratificatio debiti facta ab Ecclesiastico coram Iudice Laico admittitur, maximè si extra figuram judicii præcessisset, cum ex defectu extrinseco infirmari non possit.*

4 *Amplia, si talis ratificatio coram Iudice Laico facta fuisset prius à Possessoribus Laicis, qui bona deindè in Pia Loca transtulissent.*

5 *Possessio rei confessata ad unam finem, admittitur ad quoscumque alios effectus*, & n. 15., & 19.

6 *Dominium directum probatur ex solutione Canonum.*

7 *Fides etiam Religiosorum principale interesse habentium non admittuntur.*

8 *Consuetudo negativa probari debet per univocas, & concludentes, quando Iuris dispositioni adversatur.*

9 *Quindennia in Regno Neapolis, ut plurimum per manus mortuas solvuntur.*

10 *Consuetuda negativa non solvendi non probatur, si Creditor scientiam non habuisset de suæ actionis competentia.*

11 *Quindennia de Iure sunt quinquagesima pars, possunt tamen ad libitum partium augeri, vel minui.*

12 *Licet taxata in certa summa, attamen, ut supra regulari possunt.*

13 *Consuetudo per testes repetitos, & de facto proprio deponentes concludentissimè probatur.*

14 *Res Iudicata emanata cum legittimo contradictore in casu præciso statum facit.*

16 *Quindennia loco laudomiuorum subrogata in eadem quantitate debentur.*

17 *Quindennia in solo nomine à laudemiis differunt, & non in substantia.*

18 *Laudemia in quocumque casu, & indistinctè debentur domino directo, quotiescumque res emphitheutica de persona in personam transitum facit.*

20 *Laudemia à manibus mortuis numquam solvuntur, bene vero quindennia ob amissam facultatem alienandi.*

DECISIO DCCCLVII.

QUamvis Possessores bonorum Abbatię S. Viti *del Pizzo* ad instantiam tàm Antecessoris, quàm moderni Abbatis perpetui illius Commendatarii, usque de anno 1625., & 1676. coram Judice assignassent omnia bona de directo dominio ejusdem Abbatię sub expressa declaratione, quod essent *Obnoxia solutioni decimę partis pretii loco laudemii, aliisque pactis emphyteuticis*--eaque distinctè in duplici Inventario, seù Platæa annotata extitissent, nihilominus cum Collegium Societatis Jusus, aliaque Loca Pia Civitatis Tarenti, sive illorum Patres dicta bona possidentes, quindennia persolvere detrectarent, ideo Abbas obtinuit à Tribunali Nunciaturæ Neapolis favorabile decretum, quo condemnati fuerunt ad solutionem quindenniorum juxta liquidationem à Paritis faciendam.

Appellarunt iidem Patres, & licet in contumaciam Abbatis facili negocio obtinuissent ab A.C. infirmationem dicti decreti, atta-

tamen subindè reassumpta iterum cognitione Causæ in vim rescripti Signaturæ, relaxavit illæ exequatur dicti mandati pro quindenniis ad rationem quinquagesimæ partis *sine prejudicio majoris quantitatis usque ad decimam partem pretii*.

Devoluta in gradu ulterioris appellationis Causa ad Sacrum Auditorium, consului hodiè Dominos meos - *An, & in qua quantitate quindennia debeantur* - & - *Quindennia deberi in decima parte* responderunt.

Fundamentum resolutionis quoad Dubii
1 partem stetit in eo, quod cum præfata Loca Pia possideant bona de directo dominio dictæ Abbatiæ, utique solvere tenentur quindennia, quæ subrogata sunt in locum laudemiorum, ubi bona transierunt ad manus mortuas, juxta vulgatum in Jure principium, de quo *Rota in Romana Quindenniorum* 16. *Decembris* 1707. §. *Necessitas autem coram Me, & in Romana Domus, seù Domorum* 13. *Ianuarii* 1708. §. *Absque eo quod coram Rm̃o* D. *meo Decano*.

Dominium autem directum dd. bonorum
2 penès Abbatiam, dum de eo principaliter non agitur ad duriorem effectum devolutionis, sed solum incidenter pro quindenniorum exactione, satis superque probatum remanet ex confessionibus eorundem Patrum solemniter emissis in dictis Inventariis, seù Platæis bonorum Abbatiæ, quæ quidem confessiones adeo qualificatæ, quodcumque probationis genus superant, & Abbatiæ dominium in aperto ponunt, ut in specie dixit *Rot. coram Duzzonet. jun. decis.* 28. *nu* 9, *& in Romana Emphyteusis* 11. *Martii* 1699, §. *Controversos coram bo. me. Muto, & in Cavallicen. Dominii super bono Jure* 23. *Junii* 1713. §. *Ulteriori, & super Manutentione eadem die* §. *Possessio coram Me*.

Quidquam non relevante, quod hujusmodi confessiones emissæ fuerint coram Judice Laico, & per consequens nullæ censeri debeant. Quoniam ultra quod in confectione utriusque Platææ præcessit licentia Vicarii Tarentini citandi Clericos, & Loca Pia,
3 nec agebatur de condemnadis Ecclesiasticis in figura Judicii, sed dumtaxat de simplici, & materiali assignatione bonorum ab ipsis facienda, proindeque cessare fortasse poterat dicta nullitas, ut per *Gloss. expressam in cap. Decernimus in verb. Non præsumant de Iudic.*, tradunt *Abb. ibidem num.*5., *Felin. num.*6., *Barbos. de Offic.*, *& Potest. Episc. alleg.* 108. *num.*7., *Sperell. dec.*14. *num.*18., adhuc nullo pacto evitari valet earundem confessionum efficacia, quia in omnem casum nullitas proflueret non ex vitio intrinseco erroris, sed ex defectu extrinseco solemnitatis, per quem actus in substantia non vitiatur, *Barbos. in Addit. ad cap. Ac si Clerici num.*12. *de Iudic. tom.*6., *Farinacc. de Reo confess.*, *& convict. quæst.*8. *n.*206., *De Angel. de confess. lib.*1. *quæst.*6. *nu.*22. *Scacc. de Commerc.*, *& Camb. par* 3. §. *Primo limit.*7. *num.* 17., *Rota coram Buatt. decis.* 603. *num.*5., *& dec.*305. *num.*7 *par.*13. *recen*.

Eoque potissimum, quia confessiones an-
4 ni 1625., ut plurimum expletæ apparent à Possessoribus laicis, qui deindè bona transtulerunt in Loca Pia, ideoque illarum respectu cessat quæcunque nullitatis suspicio, datumque non est Patribus illas in discrimen revocare, *Rota coram Dunoz. jun. dict. decis.*28. *num.* 8., *& dec.*602. *num* 4. *cor. Burat.*, *& dec.*40. *num.*12. *par.*8., *& in dicta Romana Emphyteusis* 11. *Martii* 1699. §. *Etenim cor. bo. me. Muto*.

Sine difficultate, attento, quod iidem
5 Patres in quampluribus attestationibus per ipsos novissimè exaratis, & exhibitis in eorum *Summario num.*15., ad effectum probandi exemptionem à solutione quindenniorum, ingenuè fassi sunt, se possidere bona de directo dominio Abbatiæ, ibi -- *Hanno posseduto, e possiedono beni soggetti alla Vener. Abbazia di San Vito del Pizzo*, quamobrem hujusmodi confessiones, ut potè immunes à quacunque exceptione, alias præcedentes confirmant, & controversum dominium plenè concludunt, *Fulgin. de Iur. Emphyt. tit. de contract. emphyt. quæst.*26. *num.*7., *Card. de Luca de Emphyt. disc.*37. *nu.*8., *Rota dec.*262. *nu* 2., *& seq. par.*15., *& dec,*198 *num.*9 *par.*19 *recen.* Præsertim cum exhibitæ, & productæ fuerint ab ipsismet Patribus, *Rota coram Gregor. dec.*143. *nu.*1., *&* 2., *& cor. Coccin. dec.*684. *nu.*5., *& dec.*484. *num* 8. *par.*19, *& in Romana Fideicommissi Mutii de Bubalo super Arte Agraria* 2. *Maii* 1710. §. *Validitas cum seq. cor. Me*.

Quibus omnibus, si addantur solutiones
6 Canonum, & depositiones Testium, transit in evidentiam probatio dominii, de quo agitur, *Fulgin. ubi supra quæst.*11. *num.*5., *& & de solut. Canon. quæst.*1. *num.*244., *Capon. controv* 33. *num.*15., *Rota coram Cerro decis.*93. *num.*8., *& coram Merlin. dec.*255. *num.*3., *& decis.*101. *num.*7., *& seq. par.*18. *recent*.

Constabilito ex his dominio directo Abbatiæ super controversis bonis, pro declinanda quindenniorum solutione, frustra recurrebatur, vel ad prætensam consuetudinem illa non solvendi, quæ vigere supponitur favore locorum piorum in dicta Civitate Tarenti, vel ad observantiam negativam, ex quo in longo annorum decursu nunquam dicta quin-
7 dennia soluta fuisse probantur. Etenim asserta particularis consuetudo, nec à longe justificatur ex dictis informibus fidibus pro majori parte ab ipsismet Religiosis principale interesse habentibus, pendente lite, exaratis, quibus proindè nullatenus deferendum venit, juxta tritas regulas, de quibus *Rota cor. Cerro dec,*856. *n.*6., *& dec,*87. *nu.*8. *coram Emer. jun.*

8 Et tamen per univocas, & undequaque concludentes probationes comprobanda foret; tum quia contra eam apertè militat dispositio

positio juris; tum & fortiùs, quia eidem adversatur universalis totius Regni Neapolitani
9 ni consuetudo, secundùm quam dicta quindennia per manus mortuas passim persolvuntur, quemadmodum testantur *Ricc. in prax. p.1, resol.623.per tot., Novar.in Summ.Bull. comment.145.n.16.& a 1., Niger.de Laudem. q 13.art. 3.nn.145.tom.1., Capon. controv.forens.30.n.13.& 26., Rot.cor.Cocciu.dec.2357. à n.15., & dec.494.n.13.p.9. rec.*

Observantia verò negativa, neutiquam resultat ex nunquam probata resolutione quindenniorum; nam de tempore confectionis primæ Plateæ, de anno scilicet 1615., ferè omnia bona erant penès Laicos; abindè verò citrà, dum devenerunt ad manus mortuas, nil mirum, si non probantur quindenniorum solutiones, quia cum istæ fieri soleant post lapsum quindecim annorum, facilè, juncta pervicacia in solvendo, quæ dedit causam liti, præterlabi potuit tempus intermedium, in quibus circumstantiis nullum irrogatum censeri debet præjudicium Domino directo,
10 maximè quia in eodem non probatur usque à principio scientia transitus dictorum bonorum in manus mortuas, *Rota in dicta Romana Domus, seu Domorum* 13. *Januar.*1708. §. *Ceteris tandem coram Reverendissimo Domino meo Decano.*

Transeundo ad alteram dubii partem, censuerunt Domini, quindennia deberi ad rationem decimæ partis pretii; quia
11 quamquam de jure sola quinquagesima pars debeatur, juxta *Text. in l.final. Cod.de jur. emphyt.*, id tamen procedit, quoties ex usu, & consuetudine regionis, seu ex Partium conventione major, vel minor quantitas stabilita non fuerit, *Fulgin.de jur. emphyt. tit. de Laudem. q 4.nu.5.& 6., Gratian discept. foren.cap.460. nu.70., Capon. dicta contr.30. n.39., Bonden.Collut.legal.35. nu.17. & seqq. lib.1., Card.de Luca de emphyt.disc.1. n.10.*
12 Et quod inviolabiliter servetur hujusmodi consuetudo, quamvis quindennia taxata fuerint usque ad decimam partem pretii, & ultra, præcisè tradunt *Alex. cons.5 num.9., Bursat.cons.127 à n.33. lib.2., Gratian. discept Foren.cap.180. n.2.in fin., Balzaran. de Feud.lib.2. tit.55. n.14, Niger. de Laudem. tom.1.q.3.à num.17., & num.24. cum plurib. sequent.*

In hypothesi concurrit tam consuetudo, quàm pactum solvendi quindennia in dicta decima parte. Consuetudinem quidem probant testes formiter examinati usque de anno 1624., qui uno ore testantur, se tamquam Ministros Abbatiæ semper exegisse laudemia ad rationem dictæ decimæ partis, prout retro elapsis temporibus practicatum fuerat,
13 juxta suorum majorum traditiones; quæ sanè depositiones emissæ in formali examine à personis de facto proprio exactionis deponentibus, plenum probationis gradum constituunt, *Rot.cor. Buratt. dec.193. n.5.& 6., & cor. Emer.jun.dec.66. nu 3, & dec.763., pariter num.3., & in Spoletana, seu nullius Decimarum 3. Februarii* 1708. §. *Ceterum cor. Emo D. Card. Priolo.*

In idem collimat, tam fides Notarii, testantis, quod omnia instrumenta concessionum bonorum Abbatiæ stipulata fuerunt sub hac expressa conventione solvendi decimam partem pretii pro laudemio, quemadmodum de facto dicta quantitas soluta apparet ex instrumentis hodie exhibitis, quam & validius solemnis res judicata Regii Consilii Neapolitani, per quam emptor nonnullorum bonorum Abbatiæ condemnatus fuit ad solutionem laudemii ad rationem decimæ partis
14 pretii; cumque hæc res judicata emanaverit cum legitimo contradictore, & in casu præciso, in quo versamur, firmat statum, & afficit cæteros omnes possessores bonorum ejusdem speciei, vulgata *l.ingenuum ff. de stat hom., Rot.cor.Priol. dec 414. n.4., et cor. Emerix jun. dec.787. n.3., et alibi passim.*

Et tandem hæc omnia validissimè confir-
15 mat expressa confessio eorundem Patrum, qui in præfatis inventariis, seu Plateis declararunt, bona dictæ Abbatiæ *obnoxia esse solutioni decimæ partis pretii loco laudemii, eaque sub hoc onere, cæterisque pactis emphyteusis sese retinere*; adeout nihil ultra quærendum sit in comprobationem consuetudinis, & pacti solvendi sæpedictam quantitatem.

Quin obstet, quod hujusmodi probationes respiciant laudemia, non quindennia, de
16 quibus res est in præsenti; hæc enim, ut præmisimus, loco laudemiorum totaliter subrogata sunt, ideoque in ipsa quantitate qua solvuntur laudemia, solvi itidem debent
17 quindennia, cum ista ab illis non substantialiter, sed in solo nomine differant, optimè *Rot post Card.de Luca ad mater de Servit, dec. 18.n.3. cum plurib.seqq.,in dicta Romana Domus, seu Domorum 13. Januarii 1708. sub §. Verùm coram Reverendissimo Domino meo Decano.*

Minus suffragatur, quod in Regione, de qua agitur, solvatur laudemium in casu dumtaxat veræ venditionis, non autem pro aliis contractibus donationis, ac dotationis, & pro successionibus, ut deponunt duo testes alias inducti, ideoque taxa laudemii stabilita pro una tantum specie alienationis raritis contigibili, regulare nequeat quantitatem quindenniorum, sed habendus sit respectus etiam ad prædictos casus, in quibus laudemium non solvitur. Præfati siquidem testes nullate-
18 nus attendi merentur, sive quia in hac materia non respicitur qualitas contractuum, sed simplex factum transitus bonorum in diversam personam, & in quocumque casu indistinctè debetur Domino directo laudemium, *Hodiern. ad Surd dec.93.nu.4., Fulgin. de Jur. Emphit. tit. de donat. q 6. nu.2., Antonell.de temp.legal.lib.3 cap 7. n 10., & seq., Rot.cor. Gregor. dec.520. n.3., & in dicta Romana Quindenniorum 16. Decembris*
19 1707. §. *Necessitas cor. Ale.* Sive qu a eorum dictis prævalet indefinita confessio Patrum, qui absolutè fassi sunt deberi laudemia ad ratio-

rationem decimæ partis pretii. Imò talis confessio necessariò verificari debet respectu
20 quindenniorum; nam in manibus mortuis ob interdictam facultatem alienandi, figurabilis non est casus solutionis laudemii, *Bursat. conf.* 381. *n.* 11., *Surd. conf.* 143. *nu.* 38., *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 25. *tit.* 9 *n* 16., *Rot. cor. Buratt. dec.* 504. *num.* 7., & *dec.* 353. *nu* 26. *p.* 9. *rec.*, quod optimè agnoverunt, & expresserunt ipsimet Patres per illa verba -- *loco laudemii.*

Et ita utraque &c.

GERUNDEN. CANONICATUS.

Lunæ 25. *Junii* 1714.

ARGUMENTUM.

Gratia resignationis Beneficii motu proprio à Papa signata non indiget consensu resignantis, ac Beneficium ab illo instanti Signaturæ dicitur S. Sedi affectum, adeout Collator amplius conferre non possit.

SUMMARIUM.

1 *Beneficium evadit affectioni obnoxium per appositionem manus Papæ; & ex quibus manum apposuisse dicatur.*

2 *Affectio Beneficii apud S. Sedem non desumit à data suum complementum, sed causatur in instanti, quo Papa signat supplicationem*, & num. 5.

3 *Collator non potest amplius conferre, eo ipso, quod Papa supplicationem signando, manus apposuisset.* & num. 7.

4 *Appositio manuum ad effectum providendi, est quando Papa pandit animum suum circa provisionem Beneficii.*

6 *Affectio de sui natura non portat Beneficii collationem in statu completo, sed denotat esse in principio sui complementi.*

8 *Collatio post gratiam signatam à Papa favore alterius, est nulla ipso jure.*

9 *Appositio manus dicitur facta, quando Eminentissimus Prodatarius Decretum apposuisset ante vacationem super relaxatione supplicationis Coadjutoriæ.*

10 *Data, necessaria est pro exequutione gratiæ, sine qua gratia est imperfecta, nec quæsitum dicitur jus supplicanti.*

11 *Gratia Papæ substantiatur per simplicem Signaturam, quæ satis est, ut Beneficium dicatur affectum.*

12 *Amplia, & etiamsi gratia esset nulla, attamen affectio non cessaret.*

13 *Gratia resignationis relativa ad consensum resignantis, & conditionata, non facit Beneficium esse affectum, si conditio non verificatur*, & num. seq.

15 *Gratia resignationis signata à Papa motu proprio non indiget resignantis consensu.*

DECISIO DCCCLVIII.

Ne debito servitio diutiùs destitueretur Ecclesia Cathedralis Gerunden. ob continuam dementiam, qua laborabat Canonicus Antonius Feliù, recursum habuerunt Reverendissimus Episcopus, totumque Capitulum ad Sanctissimum D N. ad hoc, ut hac in re opportunè providere, & consulere dignaretur, & ipse eorum precibus benignè annuens super dicto Canonicatu motu proprio sub die 7. Octobris 1712. signavit supplicationem Coadjutoriæ cum futura successione favore Petri Pauli Mayoll Vicarii Generalis ejusdem Episcopi.

Cum autem tam propter oppositiones consanguineorum coadjuti, quàm ob omissam solutionem Componendæ ante obitum ejusdem Canonici Antonii secutum de mense Martii superioris anni, relaxata non fuisset supplicatio dictæ Coadjutoriæ, ideo Christophorus Pages dictum Canonicatum, utpote vacatum in dicto mense Sedi Apostolicæ non reservato, ad nominationem Canonici Turnarii sibi conferri obtinuit. E contra verò præfatus Petrus Paulus Mayoll super eodem Canonicatu tanquam de affecto per appositionem manus Papæ reportavit litteras Apostolicas, *quas in hodierna Audientia exequendas esse DD. censuerunt.*

Constitit enim de earum justificatione in principali narrativa dictæ affectionis; nam
1 cum Summus Pontifex longè ante obitum d. Canonici Antonii (ut perspicuè resultat ex his, quæ in Dataria gesta sunt) signaverit gratiam Coadjutoriæ ad duplicem, & quidem distinctum effectum, alterum nempe consulendi Ecclesiæ servitio per deputationem Coadjutoris, alterum verò conferendi eidem Coadjutori Canonicatum in casu obitus Coadjuti: utique propter hujusmodi appositionem manus Summi Pontificis ad effectum providendi, & conferendi, Beneficium affectioni obnoxium remansit, ad *Text. in Extravag. ad Romani Pontificis* §. *Romani quoque deprehen.*, *Lotther. de re benefic lib* 2 *q.* 25. *nu.* 33. & 34., *Tondut. quæst. benefic. p* 2. *cap.* 3. §. 1. *n.* 7., *Rot. cor. Burat. dec.* 36. *per tot.*, & *in rec. dec.* 112. *nu.* 37. & *seqq.*, & *dec.* 333. *n.* 8. & *seqq. p.* 16.

Nec obstare posse visum est unicum defensionis fundamentum, cui innitebantur scribentes pro Christophoro, quod scilicet dicta supplicatio, quamvis à Sanctissimo signata, attamen careat data, & per consequens inefficax censeri debeat ad inducendam affectio-
2 nem. Etenim quando Summus Pontifex signat supplicationem ad effectum providendi de Beneficio, statim, & ex ipso Signaturæ momento apposuisse dicitur manum, & intrat affectio, quæ nullo modo à data sui complementum expectat, ut præcisè probant *Rof. de execut. litter. Apostol. in addit. ad partem primam cap.* 2. *n.* 2. *cum seqq.*, *Rot. cor. Zarat. dec.* 34. *nu.* 30., *et cor. Emerix jun. dec.*
3 494. *n.* 11., *et dec.* 112. *n.* 38 *p.* 16. *rec.* Adeout eo ipso, quod supplicatio signata est, non possit amplius inferior Collator Beneficium conferre, *Amaiden. de stil. Dat. lib.* 1. *cap.* 32. *num.* 49.

Extrin-

Extrinseca hęc authoritatum pręsidia validissimè roborantur à pluribus intrinsecis rationum momentis, & signanter ex eo, quod
4 appositio manus ad effectum providendi nihil aliud est, nisi actus, quo Summus Pontifex pandit animum suum circa provisionem ali-
5 cujus Beneficii, & consequenter sufficit sola Signatura supplicationis pro inducenda affectione, qui enim manus apponit, propriè dicitur negocium perficiendum incipere, non autem inceptum perficere, *Gonzal. ad regul 8. Cancell. gloss. 52. n. 31., Pax Iord. lucubr. lib. 10. tit. 2. n. 25. tom. 2.*

Hoc ipsum præsefert vocabulum ipsum *af-*
6 *fectionis* à verbo *afficere*, quod suaptè natura, propriaque indole non importat rem perfectam, & ad finem productam, sed illam connotat in suo principio dumtaxat, quemadmodum in terminis ponderat *Mandos. in probem. regul. 1. Cancell. q. 5. n. 10.*

In idem tandem collimat fundamentalis
7 ratio affectionis, residens in reverentia debita Papæ ab Inferioribus Collatoribus, quos non decet se ingerere, & intromittere in eo negocio, in quo Summus Pontifex manum apposuit, ad *Text. in cap. ut nostrum de appell. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 52. n 31., Rot. dec. 13. nu. 10. post Remocam. de Coadjut.*, *et dec. 333. n. 2. p. 16. rec.*, quæ sanè ratio verificatur solum in principio gratiæ, ejusque Si-
8 gnaturæ, nam post gratiam perfectam, collatio inferioris esset ipso jure nulla, nec posset dici solùm contraria reverentię Summo Pontifici debitę, sed potius ipsius gratię jam perfectæ destructiva, ut patet ad sensum.

Atque hęc facilius locum sibi vindicant in hypothesi, quia præter Signaturam suppli-
9 cationis, concurrunt etiam plura Decreta Eminentissimi Domini Cardinalis Prodatarii, per quæ ante obitum Coadjuti demandata extitit relaxatio supplicationis Coadjutorię, adeout exindè magis, magisque in aperto posita sit appositio manus Summi Pontificis affectionis productiva, *Ancaran. cons. 430. n. 3., Card. de Luc. de Benefic. disc. 34. n. 12.*

Quibus ita firmatis frustra opponebatur, quod ad gratię perfectionem non sufficiat simplex Signatura, sed omninò requiratur etiam data. Hujusmodi enim exceptio vige-
10 re posset, quoties ageretur de executione ejusdem gratiæ super qua emanavit, & signata fuit supplicatio; tunc enim dubio procul necessaria esset data, sine qua gratia non esset perfecta, nec quæsitum diceretur jus supplicanti, & in his terminis procedunt auctoritates in contrarium allegatę, ut signanter videre est apud *Corrad. in prax. benefic. lib. 3. cap. 8. nu. 46., Lotter. de re benefic. lib. 2. q. 23. n. 10 et 32., Rot cor. Dunoz. jun. dec. 318. n. 2. et 3., et cor. Caril dec. 250. n. 3.*

Diversimodè tamen res se habet ad effe-
11 ctum desumendi affectionem, cum in isto casu gratia substantietur per simplicem Signaturam, à qua resultat determinatio voluntatis in Summo Pontifice providendi de Beneficio, ex auctoritatibus supra allegatis, & distinguendo tradit *Gomez in regul. de non indic. iuxta formam supplicationum q. 1. per tot., Rot. dec. 494. n. 11. cor. Emer. iun.* Atque
12 ob id quamvis gratia sit nulla, & inexequibilis, adhuc non cessat affectio, *Mandos. ad regul. 10. Cancell. q. 6. nu. 6., Tondut. quæst. benefic. p. 2. cap. 3. §. 1. n. 4., Rot. dec. 570. nu. 4. p. 1. rec., et dicta dec. 13. n. 10. post Remocam. de Coadiut.*

Nec hujusmodi distinctioni adversantur *Decisiones* 281. *cor. Merlin., et* 1149. *coram*
13 *Emer. iun.* In illarum enim casibus agebatur de gratia resignationis, quæ perficienda erat consensu Resignantis, proindeque nulla intrare poterat affectio cum appositio manus esset conditionalis, & relativa ad consensum ejusdem Resignantis, *Paris de resignat. lib. 1. q. 18. n 18.*, sicut etiam non obstat *decisio*. 490.
14 *cor. Manzaned.*, nam ibidem res erat de gratia Coadjutoriæ sub expressa reservatione consensus Coadjuti, & ideò ob eamdem rationem locus non erat affectioni, ut notat *modern. Roman. discept. Eccles. 5. n. 41.*, quod
15 non militat in hypothesi, in qua Summus Pontifex gratiam Coadjutoriæ signavit motu proprio, nec ullius requirebatur consensus.

Et ita, utraque &c.

ROMANA, SEU FERRARIEN. CENSUS SUPER NOVIS FRUCTIBUS.

Lunę 25. Iunii 1714.

ARGUMENTUM.

Habes in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Fructus census debiti vigore Instrumenti publici habent exequutionem paratam.*
2 *Amplia, si adsit res judicata, quæ parti victæ silentium imponit.*

DECISIO DCCCLIX.

QUamvis D. Com. Montecatinus Advocatus Concillorialis obtinuisset in hoc Sac. Auditorio usque ad rem judicatam condemnari Petrum Antonium Nappium Principalem debitorem, & Thomam Baccellium fidejussorem ad solutionem fructuum decursorum, renovationem fidejussorum, & præstationem Cedulæ Bancariæ, juxta pacta per eorum mediatos authores adiecta in InstrumentoCensus impositi de anno 1627., adeout succumbentes etiam litis expensas illi refundere coacti fuerint. Non tamen id satis extitit, quin pro fructibus ejusdem Census post dictam rem judicatam decursis, non debuerit iterum Nappium in judicio convenire. Ut itaque illos consequererur, eum pulsavit coram A.C., sed ejus instantia ab Auditore Signaturæ Justitiæ ad nostrum Sac. Tribunal remissa fuit, ubi iam diù discussæ fuerant debitoris exceptiones.

Reassumpta propterea Causa coram Me, proposui dubium -- *An sit relaxandum mandatum*

datum pro fructibus Census ultimo loco decursis, & Creditore tantùm comparente, non dubitarunt Domini -- *Affirmativè* pro Informante respondere.

1 Siquidem de credito constitit non solùm ex Instrumento Census Cameralis obligatione vallato, cujus virtute fructuum solutio retardari non valet, juxta notam regulam, de qua in *decis*.109., *& 126. utrobique n. 1. post Zacch. de oblig.Camer.*, *& in Romana Schedularum*, *& Societatis 3. Februar.*1713.§.*Inhitia coram Me*, sed etiam ex supradicta

2 re judicata, quæ in hoc articulo inter easdem Partes emanavit, cujus vigore nulla amplius exceptio à Nappio debitore allegari potest, cum eius præcipua vis sit, Parti devictæ perpetuum silentium imponere, ex vulgatis Juribus, de quibus *in Romana, seù Florentina Census* 19 *Junii* 1711. §. *Quamobrem coràm R.P.D meo Ansaldo*, & passim alibi.

Et ità unica &c.

NULLIUS, SEU MONTIS CASSINEN. MANUTENTIONIS, SEU PROCESSIONUM.

Mercurii 27. *Iunii* 1714.

ARGUMENTUM.

Processiones, & functiones Ecclesiasticæ, quæ fieri soleant unitim à duabus Ecclesiis in diebus solemnibus, probantur ex Inventariis utriusque Ecclesiæ confectis de communi consensu Superiorum earumdem, quarum functionum descriptio contra easdem concludentissimè probat.

SUMMARIUM.

1 *Scripturæ extractæ ex Archivio Abbatiali Montis Cassinensis sunt legalissimæ.*

2 *Inventarium unius Ecclesiæ confectum cum assistentia Archipresbyteri alterius Ecclesiæ, circa ea, quæ continet, probat adversus utrumque*, & num.5.

3 *Inventarium, sivè liber Ecclesiæ, in quo leguntur functiones sic, & sic fieri solitæ, stylum, & consuetudinem plenè probat.*

4 *Dicta plurium Testium adminiculata concludentissimè probant.*

6 *Fides Ordinarii circa consuetudinem Processionum, & functionum Ecclesiasticarum, quæ fieri soleant in Ecclesiis suæ Diœcesis, concludentissimè probat.*

7 *Amplia, ut etiamsi tamquam attentata circumscripta sint acta, cum quibus fuisset inducta, cum sit quid facti.*

8 *Actus tendentes ad cultum Divinum, licet ab initio fuissent facultativi, adhùc tractu temporis ex longa consuetudine in obligationem transeunt.*

9 *Actus gestus in absentia illius, de cujus jure agitur, minimè præjudicat.*

10 *Inventaria Ecclesiæ antiqua cedere debent recentibus, solemniter de mandato Ordinarii factis.*

11 *Posteriora derogant prioribus.*

DECISIO DCCCLX.

Controversias ab antiquis temporibus ortas super præcedentia in Processionibus, & sessionibus, aliisque preheminentiis, & jam diù anno 1643. amicabili transactione consopitas, ultimo loco in Judicium deduxerunt Archipresbyter, & Clerus S. Mariæ Majoris Terræ Cerbarii contra Abbatem, & Clerum S. Pauli ejusdem loci, discussaque coram A.C. Causa in summariissimo possessorio, mandatum de manutenendo concessum fuit lo diversis Juribus, & preheminentiis dictis Archipresbytero, & Clero S. Mariæ, & præsertim *in possessione precedentiæ in quibuscunque Processionibus, & sessionibus unitim fieri solitis* -- quod in gradu appellationis ad Sacrum Tribunal interpositæ, confirmatum fuit coram Me, prævia decisione edita 10.Junii 1712.

Neque hic hujus litigii finis fuit, sed prætendente Parocho, sivè Abbate S. Pauli restringere terminos Processionum, & sessionum, quæ unitim fieri solent ad eas tantum in Rituali Romano præscriptas, de quibus apud *Navar. in summ. Bullar. par. 1. Comment.*103. *num.*13., *Pignatell.consult.*30.*n.*3. *to.*4., *Rota in Bisinianen. Preheminentiarum 17.Februarii* 1710. §.*Constabilita cor. R.P.D. meo Ansaldo*, & nullatenùs aliis, vel ex obligatione, vel ex loci consuetudine fieri solitis interesse. Rursùs ad Me recursum habuerunt præfatus Archipresbyter, & Clerus S. Mariæ, petentes declarari, quæ nam essent Processiones istæ, & sessiones, quæ ab utriusque Ecclesiæ Clero insimùl fieri consueverint, & propterea in hodierna audientia dedi dubium - *An, quæ, & quot sint Processiones, & sessiones unitim fieri solitæ* - fuitque responsum - *Processiones, & sessiones esse unitim faciendas, juxtà modùm inferiùs exprimendum.*

Relicta siquidem quæstione generalium Processionum Sanctissimi Corporis Domini, S. Marci, & Rogationum, aliarumque, vel à Summo Pontifice, vel ab Ordinario quandocunque indicendarum, in quibus non recusant Abbas, & Clerus S. Pauli intervenire, ut supra diximus, ad particulares deveniendo, & præmisso, quod hic non agitur de solito juris, sed facti, consuerunt Domini, eas esse Processiones, & sessiones unitim fieri solitas, quæ descriptæ sunt in documentis exhibitis *Summario Archipresbyteri, & Cleri S. Mariæ num.*1.3., *&* 4., de quorum legalitate dubitandum non est, cum extracta fuerint ex

1 celebri Archivio Abbatiali Montis Cassinen., cujus fidem optimè commendat *Adden. ad Buratt. decis* 667.*n.*23., *Rot.cor. Merlin.decis.*264. *num.*19., *& decis.*56.*num.*35.*par.*19. *recent.*

Et primò sex illas, quæ anno quolibet fiunt ad

ad Ecclesiam S. Mariæ de Piternis, & refe-
runtur in inventario huius Ecclesię, confecto
usque de anno 696. de mandato Vic. Gene-
ralis Cassinensis, cum assistentia Archipres-
byteri S. Mariæ Majoris, & Abbatis S. Pauli,
2 quod quidem contra utriusq; Ecclesiæ Cle-
rum plenè probat, cum Ecclesia S. Mariæ de
Piternis utrique unita sit, ad deducta per
Rotam dec. 1069. *num.* 9. *cor Emer. Iun., in*
Sancti Severi Iurium Parochial. 5. *Maii* 1710.
§. *Eademque cor. R. P. D. Crispo, & in Nul-*
lius, seù Caputaqken. Iurisdict. super bono
Iure 21. *Februar.* 1710. §. *Quibus accedunt*
coràm R. P. D. meo Falconerio, & 13. *Martii*
1713. §. *Maximè quia coràm eodem R. P. D.*
meo Crispo.

Secundo alias sessiones simùl fieri solitas
Domini existimarunt, quæ descriptæ leguntur
tur de dicto anno 1696. in consimili publico
Inventario Ecclesiarum S. Sebastiani, ac
S. Antonii de Padua diebus festis dictorum
3 Sanctorum, & S. Rocchi, in quo etiam habe-
tur expressio, quod ità practicari consueve-
rit ex antiquo, solito, & veteri consuetudine,
ac devotione, ex qua sanè assertione in con-
gruo actu emissa, solitum probari, & consue-
tudinem, non est ambigendum, ad *Text. in*
cap. Abbate de verbor significat., modernus
Piton. *discept. Eccles.* 50. *num* 9., *Rota in Sa-*
lisburgen. Iuris Metropolitici 15. *Februa-*
rii 1698. §. *Deveniendo coràm Eminentiss.*
Priolo.

Ac tertio demùm Processionem, & sessio-
nem descriptam in Inventario Ecclesiæ San-
cti Martini anno 1697. cum eadem expres-
sione perantiquæ consuetudinis, ac devotio-
nis in solemnitate ejusdem Sancti ab utrius-
que Ecclesiæ Clero faciendam.

4 Hæc autem tria Inventaria, quæ Dominis
approbanda visa sunt contra utriusque Ec-
clesiæ Clerum, & Archipresbyterum respe-
ctivè, & Abbatem, plenam necessariò proba-
tionem facere debent, non solùm ex præmis-
sis rationibus, verum etiam quia confecta
fuerunt per Instrumentum publicum, perso-
nalitèr interessentibus, & Archipresbytero
S. Mariæ, & Abbate S. Pauli specialiter ad
hunc effectum à Vic. Generali Cassinensi de-
putatis. Undè respectu ipsorum, haberi pos-
sunt descriptiones Processionum, & sessio-
num in eis factæ, tanquam propriæ Confes-
siones, itaut superent cujuscunque genus
probationis, ex adductis per *Rotam decis.* 14.
num. 8. *cor. R. P. D. meo Ansaldo, & cum*
aliis in Tarantina Quindenniorum 15. *Iunii*
1714. §. *Dominium, &* §. *Et tandem cor. Me.*

Præsertim quia sunt adminiculata ex fide
sexaginta quatuor testium, deponentium de
omnibus processionibus, & sessionibus in di-
ctis Inventariis descriptis, quod sint fieri so-
litæ quolibet anno cum interventu Cleri
5 utriusque Ecclesiæ, ex quorum dicto, solitum
facti de quo hic agitur, rectè demonstrari
firmat *Rota decis.* 125. *n.* 4. *cor. Benincasa, &*
cum aliis decis. 560. *sub num.* 5., *&* 22. *par.* 9.
rec tom. 2.

6 Concurritque insuper relatio Ordinarii
Cassinensis ad Sacram Congregat. Episcopo-
rum, & Regularium transmissa de mense
Junii anni præteriti, qui easdem omnes, &
singulas Processiones, & sessiones unitim fie-
ri consuevisse refert. Ordinarii autem Judi-
cio, uti verisimiliter optimè instructo de sta-
tu, & oneribus, ac consuetudinibus suarum
Ecclesiarum, præcipuè in hac materia Pro-
cessionum, & functionum Ecclesiasticarum
totaliter deferendum esse statuit *Sac. Tri-*
dent. Synodus sess. 25. *de Regular. cap.* 13., ibi-
que *Barbos. n.* 7., *Rota decis.* 469. *num.* 68.
par. 19. *tom.* 2. *recent., & in Bisinianen. Pre-*
heminentiarum 10. *Februarii* 1710. §. *Sed*
voci populi cor. R. P. D. meo Ansaldo.

Nec relevat, quod acta facta in Sac. Con-
gregatione fuerint, uti attentata ab Audi-
7 tore Sanctissimi circumscripta, quia cum
versemur in probatione facti, & præfata re-
latio testimonium faciat de consuetudine,
quamvis nulla, & attentata, adhùc pro hu-
jusmodi effectu recipi potest, ut in terminis
actus nulli probat *Cyriac. contr. n* 263. *n.* 46.
vers. & confessio, & firmat *Rota decis.* 18.
n. 6. *cor.* Peutinger., *& decis.* 1195. *n.* 3. *coram*
Emer. Iun.

Quin obstet, quod Processionibus, & ses-
sionibus supra relatis hactenus facultativè
tantum, & voluntariè intervenerit Clerus
S. Pauli. Etenim ultra quod ex supradictis
documentis patet potiùs intervenisse ex obli-
gatione inducta ab antiqua consuetudine,
non habet locum similis exceptio in præsen-
8 ti, quià cum agatur de actibus tendentibus
ad augumentum cultus Divini, & excitan-
dam Christifidelium devotionem, ex cursu
temporis, quamvis ab initio fuerint mere
voluntarii, in obligationem, & necessitatem
transiverunt, plene *Abb. in cap. suam nobis*
n. 8. *de Simon., Rocc. disput. Iur. cap.* 167.
n. 49. *ubi concor. lan., Adden. ad Gregor. de-*
cis. 162. *sub n.* 16., & in terminis Processio-
num *Rot. coram Benincasa decis.* 125. *num.* 4.
& 8.

Non ita tamen Domini censuerunt defe-
rendum alteri Inventario Ecclesiæ Sanctissi-
simæ Virginis Annuntiatæ, relato *Summario*
Archipresbyteri S. Marię num. 2., quia nulla-
tenùs doctum fuit, etiam illud fuisse conscri-
ptum ad instar aliorum cum præsentia, assi-
stentia, & consensu Parochi, vel Abbatis
9 S. Pauli, unde tanquam actus eo absente ge-
stus, de cujus jure agitur, minimè illi potest
præjudicare, *Bartol. in leg. de quibus n.* 16. *post*
med. ff. de leg., Rota cor. Dunoz. Iun. dec. 988.
n. 7. 11., *& seqq., & par.* 18. *recen. decis.* 10.
n. 5., *& cor. Benincas. dec.* 132. *n.* 3.

Minusque aliis Inventariis bonorum Ec-
clesiarum Terræ Cerbarii exhibitis ab Ab-
bate S. Pauli in *Summario Responsionis*, in
quibus nullum onus descriptum legitur inter-
essendi Processionibus, vel sessionibus, imò
10 de his omnibus nulla fit mentio, nam cum
ista fuerint plurimis antea annis confecta,
ampliùs attendenda non sunt, postquam alter

tur adeò solemniter de mandato Ordinarii
11 fuerunt facta, quia posteriora derogant prioribus, *leg. pacta novissima Cod. de pactis*, & *leg. Divo §. Licet ff. de Iur. Codicill.*

Et juxta hunc modum utraque &c.

SYRACUSANA DONATIONIS.

Mercurii 27. Junii 1714.

ARGUMENTUM.

Donatio ut ex capite dementiæ rescindatur, debet probari, quod Donator in ipso actu donandi furore laboraret. Dementia ex variatione dispositionis in paucis diebus facta optimè concluditur; & ex quibus aliis probetur.

SUMMARIUM.

1 *Restitutio in integrum, deficiente læsione non datur.*

2 *Donatio, ut ex capite dementiæ revocetur, non sat est hanc probare in genere, sed de tempore præciso actus probanda est.*

3 *Donans repellitur à donando, si ex causa dementiæ bonorum administratio illi fuisset à Judice interdicta.*

4 *Dementia donantis satis probatur, ex quo ad Hospitale dementium fuisset traductus, & ibi sub arcta custodia retentus.*

5 *Amplia, si eodem anno, quo donasset, fuisset illi deputatus Curator, & ex fide testium dementia confirmaretur.*

Dementia ex quibus actibus probetur.

7 *Attestationes Parochi, Senatoris, & Sacerdotis, majorem sibi fidem conciliant.*

8 *Dementia Donantis optimè probatur ex fide illius, qui eum in Hospitali custodiebat.*

9 *Donans, donasse præsumitur in furore, & dementia, si intra paucos dies tres fecisset donationes inter se diversas.*

10 *Amplia, si Donatariis res ridiculas, & vanas imposuisset.*

11 *Subamplia, si donans folia plena deliriis scripsisset; cum exteriora indicium dent de mente interiori, & num. 14.*

12 *Dementia non excluditur per hoc, quod dementes aliquandò sensatè loquatur, cum hoc mentis tranquillitatem non concludat.*

13 *Amplia, ut neque excludatur, si mandatum procuræ ad exigendum exarasset, quandò per deputationem Curatoris illa procura remansisset ineffectuata, & vide rationem.*

15 *Dementia non excluditur in Donante ex quo uno tempore sanus fuisset, cum in hac materia ab uno, ad aliud tempus non valeat illatio.*

DECISIO DCCCLXI.

Multiplices dispositiones, quas favore diversarum personarum exaravit Vincentius de Omodeis, ansam præbuerunt acerrimæ, & involutæ liti. Comparuerunt enim in Iudicio coram R. P. D. meo Cerro, dum summa cum laude munere Locumtenentis A. C. fungebatur Monasterium Immaculatæ Conceptionis Syracusarum hæres Institutum in Testamento condito hic in Urbe anno 1694., Joseph Maria, & Andreas de Gonzaghis, & Carolus Nicolicchius habentes quasdam donationes diversimodè ipsorum favore Messanæ factas de fructibus, ac bonis ad Vincentium Donantem spectantibus sub diebus 20. 23. & 29. Septembris 1698., & demùm Conservatorium pro Puellis orphanis erigendum in Urbe Syracusarum ejus Patria, habens aliam donationem universalem inter vivos, & revocatoriam omnium præcedentium emissam Syracusiis anno 1700., & in quadrangulari certamine sententiam favorabilem reportavit Monasterium, in qua concessa illi fuit immissio vigore *l. fin. C. de edict. Div. Adr. tollen.*

Collitigantes ab hac sententia provocarunt, sed cum neglexerint intra legitima tempora appellationem prosequi, transitum fecit in rem judicatam, à qua successivè reclamare cupiens Conservatorium erigendum, Commissionem restitutionis in integrum mihi directam obtinuit, ad cujus formam proposui 6. Decembris 1712. dubium -- *An constet de re judicata, vel potiùs de causis restitutionis in integrum, itaut sit danda immissio* -- Et responsum habui -- *Constare de causis, & esse dandam immissionem Conservatorio*, prout ex decisione tunc edita coram Me.

Eundem successivè sibi eventum pollicitus Joseph, & alii de Gonzaga, necnon Carolus Nicolicchius, ejusq; mater, similem Commissionem restitutionis in integrum obtinuerunt à Signatura Iustitiæ, qua mediante, proponi à Me curarunt dubium -*An constet de re judicata, seu potiùs de causis restitutionis in integrum, itaut sit danda immissio, & standum, vel recedendum a decisis respectivè &c.* Et Domini in hodierna Audientia, prætermissa ultima parte, super qua non censuerunt ullo modo immorandum, dum Monasterium, & Conservatorium inter quæ præcedens resolutio emanaverat, interim ad concordiam devenerant, cujus approbatio pendet sub censura Sedis Apostolicæ, responderunt simpliciter -*Constare de re judicata, & non esse dandam immissionem.*

Ratio resolutionis in eo fuit, quod donationes, quarum vigore nunc agunt illi de Gonzaga, & Nicolicchi, nullæ sunt, & propterea subsistit in hac parte Iustitia sententiæ A. C.
1 illos excludentis, & deficit consequenter læsio, quæ viam aperire posset petitæ in integrum restitutioni *ex vulgatis.*

2 Et quidem præmisso, quod juxtà distinctionem illam temporum ad dignoscendam dementiam, de qua *in Colonien. Canonicatus, & Ferculi 20. Aprilis 1711. §. Et quamvis coram R.P.D. meo Falconerio, & in dicta præcedenti decisione 9. Decembris 1712. §. Et sanè coram Me*, potest stare benè simul, quod uno tempore Vincentius sanæ mentis fuerit, & alio mentis alienatione laboraverit,

rit, & sic potuerit ex beneficio salubrioris aeris, ac domesticorum cura, & sollicitudine, postquam diù retrò elapsis annis demens fuerat, ad pristinam sensus firmitatem reverti, itaùr necesse sit de præciso tempore dispositionis illum amentem ostendere, ut nuper dictum fuit *in Romana Dotis*, *& Donationis* 2. *Martii currentis Anni* §. *Denique*
3 *eoram Me*: Constat in præsenti, quod exaratæ fuerint donationes, de quibus agitur, tempore quo Vincentius demens erat, carebatque consensu, & bonorum administratio publica auctoritate illi fuerat interdicta, unde erat ad contrahendum inabilis, ad *Text. apert. in leg. Senium ff. qui testam. fac. poss., leg.* 1. *& tot.tit. Cod.de Curator. furios., & prod. dand., & §.Item furiosi, ibique DD. Instit.quibus non est permis. facer.testam.*

4 Anno enim antecedenti 1697. sub die 14. Novembris adeò gravi dementiæ morbo laborabat, ut fuerit clausus in Hospitali Dementium Urbis, ibique sub stricta detentus custodia, qui sanè actus nullatenus affectatus, dùm qui poterant hæreditati inhiare, erant absentes, Vincentii stultitiam benè concludit, ut appositè ponderant *Menoch. de præsumpt. lib.6 præsumpt.45.n.27., Card. Mantic. de coniect. lib.2. tit. 5. n. 12. versic. quintum, Rocc. disput. select. cap.135.n.18., Mart. Medic. decis.Senen.17. n.10.*

5 Sub ipso pariter anno donationis per duos menses ante fuit Vincentio à Judice deputatus Curator, qui pariter actus concomitatus antecedenti circumstantia, aliisque inferius recensendis, illius dementiam comprobat, *Lap. allegat. 25. n.2., de Luc. de testam. disc. 38. n.3., Rub.eodem tract. cap.16. num.438., Rocc. d. cap.135. n.10.& seqq., Thesaur. dec. 92. num.2.*

In idem quoque collimant Testium depositiones, qui testantur, paulò post expletas dictas donationes reversum Vincentium Syracusas, continua dementiæ indicia dedisse,
6 & præsertim consuevisse publicè, & palam per vicos, & plateas stulta verba proferre, ex quibus etiam mentis alienatio rectè convincitur, ut inquit *Vulpian. in leg. ob quę vitia* 4. *ff. de adict., Pax Jordan.elucubr. to.3. lib.14. tit.17. n.370.* cum aliis *Rocc. d. cap. 135.n.15., Rota dec.107.num.5. & seq. par.2. divers.*

Magisque id suadent alii Testes qualificati, & adducti in alia propositione Causæ à Conservatorio, qui de præciso donationum tempore Vincentii Donatoris insaniam con-
7 cludunt, quorum unus est Parochus, alter Senator, alter Sacerdos; proindeque ratione etiam hujusmodi qualitatum, majorem sibi fidem conciliant, & promerentur, *Rot. cor. Priol.dec.89. num.7., & dec.69 n.28.par.18. Rec.*, *& in Romana annuæ præstationis* 8. *Martii* 1700. §. *At quando cor. R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore, &* 15, *Maii* 1700. §. *Sed quatenus cor.Emo D.Cardin. Priolo*. Præsertim quia tot aliis actibus, & Testibus coadjuvantur, de quibus *dict.*
8 *Sum. Conservatorii num.*8., ubi secundus deponit de facto proprio, & erat Custos illi à fratre relictus.

Ac demum omnem tollit ambiguitatem feria facti ponderatio. Fuit namque Vincentius Donator, post quam diù detentus fuerat in Hospitali Dementium Urbis traductus Messanam à fratre, ibique per quadraginta circiter dies relictus apud illos de Gonzaga, donec Syracusiis collapsam ex terremotu
9 Domum aliquantum componeret, & in hac brevi mora, imò intra novem dies, dictas tres conscripsit Vincentius donationes inter se varias, ex qua quidem disponendi inconstantia, & donationum frequentia ad evidentiam patet, contractus in furore, & alienatione mentis expletos fuisse, *Menoch.de præsumpt. lib.6. præsumpt.45.num.60., Urceol.de transact. qu.35.n.23., Rocc. cit. cap. 135. nu. 19., & 33., Rota decis. 594. num.7. par. 19.*
10 *Rec.tom.2.* Attentis præsertim ridiculis, & insulsis pactionibus, quas apposuit in ultima illa favore Nicolichi, scribendi scilicèt diù, noctuque quidquid libuerit, & per quæcumque Orbis Loca munus Scribæ apud eum exercendi, & similia, ex quibus pariter validissimum amentiæ oritur argumentum, *Menoch. d. præsumpt.45. nu.57., & seq., Cyriac. controv.336. n.14.& seq., Zach.qu.medicolegal.lib.2. tit.1. qu.3. n.7.*

11 Neque est omittendum folium illud caractere ipsius Vincentii conscriptum à mense Februarii 1701. ad plures subsequentes, & legitimè recognitum, in quo habentur adnotata tot solemnia deliria, & apertæ hæreses, quæ nonnisi à stultissimo homine possent excogitari, adeoùt ex his omnibus patentissimè dementia convincatur, exteriora namque, quæ mens interior sit benè indicant, ut ait *Corn. consil. 22. num. 3. versic. his tamen lib.* 4., & recurrunt auctoritates supra allegatæ §. *Rursus.*

Probata autem ex his dementia Donatoris, non solùm de antecedenti, subsequenti, sed de præciso tempore donationum, non urgent ad eam excludendam actus æquivoci
12 à Gonzaga deducti. Quod enim ipse aliquandò sanè loqueretur, & ordinatè, ut ajunt Testes affectatè procurati ante stipulationem donationum, non concludit mentis tranquillitatem, ac restitutionem pristinę valetudinis, cum experientia demonstret, etiam stultos sensatè aliquando loqui, & prudenter se gerere, ut advertit *Corn. cons.86. n.12., Card. de Luca de Testam. discurs.39.num.17., Rot. dec.107. n.23. par.2. divers. & decis. 178. nu. 26. cor. Duran.*

Minusque ad rem faciunt mandata Procuræ ad exigendos Bonorum fructus stipulata à Donante paulò ante exarationem donatio-
13 num; Ultrà quod enim fuerunt facta adhibitis pro Testibus ipsis Donatariis, & stante antecedenti deputatione Curatoris legitimè secuta, erant inutilia, itaùt remanserint de facto ineffectuata, proindeque in nulla habenda sunt consideratione, ut ponderat *Rot. dec.13.*

*dec.*13. *num.*2. & *dec* 381. *nu.*17.*par.*19.*Rec.* valdè urget, quod sicut potuit induci ad tot expendas paulò post donationes, ità potuit pro iis colorandis induci ad faciendum actus prædictos, qui tamen necessariò mentis sanitatem non indicant, cum fieri possint à prudente, æquè ac à mente capto, ut plenè respondit *Rota dec.*129. *sub n.*7. & *per tot. par.* 2. *divers.*, & *cor. Priol. decis.*18. *n.*25.

14 Ejusdem prorsùs irrelevantiæ agnoverunt Domini esse Epistolas, & supplices libellos conscriptos à Vincentio de tempore proximo donationibus. Nam præterquamquod poterant retorqueri, dum potiùs stultitiæ, quam sanitati proximum illud ostendunt, ut patet ex lectura, profectò hujusmodi actus visi non sunt præponderare posse tot aliis actibus, & circumstantiis, quæ animum Judicis, cujus id arbitrio committitur, moveant ad ità judicandum, ut tradit *Salic. in l. furiosum in fin. C. qui testam. facer. poss.*, *Rot. dec.* 129. *n.* 18. *par.*2. *divers.*, & *cor. Priol. citat. dec.* 18. *num.* 27.

Absque eo quod ullo modo opituletur Gonzaghis, & Nicolicchio decisio cor. Me, in qua fuit firmatum, Vincentium fuisse sa-

15 næ mentis anno 1700.; quia ultra quod ab uno tempore ad aliud in hac materia non valet illatio, potiùs dicta decisio contra ipsos retorquetur, dum sub §. *fin.* expressè admittit Vincentii dementiam de anno 1698. quo fecit dictas donationes, de quibus nunc agitur.

Et ita Partibus auditis resolutum fuit &c.

ROMANA, SEU CAMERINEN. PECUNIARIA SUPER CAUTHELA ANGELI.

Lunæ 2. *Julii* 1714.

ARGUMENTUM.

Cauthela Angeli allegari nequit ex credito turbido, & ab hærede simplici Debitoris, cum titulum clarum, & liquidum habere debeat.

SUMMARIUM.

1 *Cauthela Angeli allegari nequit ab hærede debitoris.*

2 *Ut servetur requiritur, quod bona alio, quam hereditario titulo possideantur.*

3 *Amplia, ut licet hæres gaudeat beneficio legis, adhuc donec rationem non reddiderit, eam allegare nequit.*

4 *Hereditas præsumitur opulenta.*

5 *Qualitas hereditaria ex confusione jurium, & actionum inducitur, & ideo cauthelæ Angeli præsidium reiicit.*

7 *Cauthela Angeli ut substineatur, debet habere titulum clarum, & liquidum, alias reijcitur.*

7 *Turbiditas crediti resultat ex perceptione fructuum hæreditariorum, quæ efficere potest, vel quod sit extinctum, vel saltem quod illiquidum remanserit pro substinenda Cauthela Angeli.*

Non est allegabilis ad retardandam executionem mandati clari pro modica summa; quandò allegans sit creditor, & debitor, & copia bonorum debitoris fruatur.

DECISIO DCCCLXII.

Postquam Hieronymus David de Sanctis pro evictione, quam passus fuerat in Locis Montium sibi venditis à Margarita Morellia, contra ejus Bona hæreditaria mandatum obtinuerat, citata Bartolotta hærede, pro illius executione se vertit contra Marchionem Macuianum ejusdem Morelliæ debitorem, contra quem jam fuerat mota lis, & obtenta mandata ab hærede prædicta, & tandem prævia disputatione dubii: *An ejus favore procedendum esset ad legitimam executionem mandati, alias favore Bartolottæ relaxati?* & favorabili decisione coram Me sub die 27. Junii 1710. exequatur ab hoc Sacro Auditorio reportavit.

Ad impediendam autem executionem, confugit Bartolotta ad celebrem cauthelam, ab Angelo de Perusino traditam *in l. à Divo Pio §. Si super rebus num.*1. *ff. de re judic.*, deduxitque ad eam justificandam creditum dotis sibi contra Morelliam competens, & longè anterius illo, cujus vigore agebat Hieronimus, & sub hoc clypeo se tueri contendebat in consecutione crediti contra Macuianum deducti, sed inutiliter, nam proposito in hodierna Audientia per Me Dubio: *An, & super quibus bonis sit servanda Cauthela Angeli?* Domini *negativè in omnibus* responderunt.

1 Obstat enim Bartolottæ qualitas hæreditaria communis debitricis, propter quam allegatio Cauthelæ Angeli frustranea redditur, nec mandati legitimè obtenti executionem potest impedire; requiritur enim ad

2 hoc, ut servanda sit, quod bona, super quibus illa allegatur, alio titulo possideantur ab Allegante, quàm hæreditario, quodque Allegans nullam causam habeat à debitore, plenè *Rota dec.*95 *nu.*10., & 11. *cor. Card. Cerro, coram Ubago dec.*55. *nu.*16., & 17., & *coram Benincasa dec.*105. *num.*1.

Nec relevat, quod sit hæres cum beneficio legis, & Inventarii, ideoque nec Jura, nec actiones confuderit, possitque duplicem repræsentare personam. Nàm (quidquid sit

3 de validitate istius Inventarii) ejus beneficium hæredem juvare non potest, nisi de bonis hæreditariis rationem reddat, ut in terminis tradunt *Ridolphin. in prax. par.*1. *cap.* 9. *num.*10., *Rota dec.*147. *nu.*26. *par.*11., & *dec.*382. *num.*5. *par.*19. *rec.*, & *dec.*61. *nu.* 16. *eadem par.*10. *tom.*2., & *in Reatina reintegrationis super Cauthela Angeli* 3. *Junii* 1712. §. *Sed cessat cor. Me.*

Quod verò hæreditas tenuis sit, itaut redditio rationis ictu oculi pateat. Ultra quod non subsistit in facto, ut infra ostendetur,

4 resistit præsumptioni Juris, secundùm quod quælibet hæreditas opulenta præsumitur, ex deductis *in dec.*11. *num. fin.* & *dec.*298 *nu.*5. *par.*18. *rec.*, ac passim alibi, & vis non stat in qualitate hæreditaria, quæ ex actionum, & Jurium

5 Jurium confusione reddit creditum incapax ad substinendam Cauthelam Angeli, ex allegatis supra §. *Obstat*.

Excluditur pariter cauthela Angeli à Barto-
6 lotta allegata, ex quo creditum ejus dotis, quoad illam fulciendam deduxit, turbidum, & illiquidum est, & consequenter ineptum pro hujusmodi effectu, cum credita requirantur undique clara, & quæ nullo velamine offuscari possint, *Rota cor. Priolo dec. 464. num. 1., coram Emer. Jun. dec. 1253. num. 1., in rec. dec. 514. num. 10. par. 19.* cum aliis *in Anconitana Cauthelæ Angeli 24. Januarii 1710. §. Res namque cor. Eminentiss. D. Card. Priolo, & in Romana Pecuniaria, seù Locorum Montium super Cauthela Angeli 12. Decembris 1712. §. Hæc super abundare cor. Me*.

Turbiditas autem crediti in præsenti sta-
7 tim demonstratur, ex quo, præter plura credita, quorum descriptio omissa fuit in Inventario à Bartolotta confecto, in eo describuntur duæ Vineæ, Domus, aliaque bona. Unde si ipsa nunc ex ejus beneficio evitare intendit jurium confusionem, & exuere qualitatem hæredis, adhuc quia tandiù retinuit bona, longè excedentia proprium creditum & ex eis fructus percepit; per hanc longam fructuum perceptionem, vel idem creditum remansit extinctum, vel adeò illiquidum effectum est, ut in nulla hodie consideratione haberi possit, ut in proposito firmat *Rot. in citata Anconitana Cauthelæ Angeli §. Nec majorem coram Emo D. Priolo*.

Maximè quia creditum, quod consequi intendit Bartolotta, tanquam hæres Morellæ à Marchione Maculano, & præservare sibi intactum, mediante allegata Cauthela
8 Angeli, ad ipsam titulo dotis non spectat, nisi pro medietate, unde ex hac cauthela pro dote in cujus satisfactionem, & aliam medietatem dicti crediti, & tot alia bona habet Bartolotta, non potest impediri executio mandati super modica tantùm parte bonorum authricis, & debitricis respectivè cadens, ut in simili dictum fuit *in Eugubina Cauthelæ Angeli 14. Maii 1706. sub §. De credito cor. Me*.

Et ita utraque &c.

PISAUREN., SEU' FANEN. CENSUS SUPER RESERVATIS.

Lunæ 2. Iulii 1714.

ARGUMENTUM.

Accollatio debiti operatur, ut accollans teneatur ad illud, ac si fuisset principalis debitor nec creditoris præsentiam requirit.

SUMMARIUM.

1 *Ratificatio census ex solutione fructuum, & longæva acquiescentia inducitur.*

2 *Amplia, ex accollatione de illo facta in actu Serio divisionis, ad æquandas portiones, &* num. 5.

3 *Obligatio, quæ ab initio fuisset nulla, uti facta à minore, convalidatur, si factus major idem debitor sibi accollasset solutionem.*

4 *Accollatio debiti facit, ut accollans evadat debitor principalis, & suum debitum faciat.*

6 *Divisio debet esse æqualis.*

7 *Accollatio est susceptio debiti alieni, ad quod prius accollans non tenebatur.*

8 *Accollatio non requirit præsentiam Creditoris, secùs procedit in delegatione.*

9 *Clausula.* Quorum interest, *parit jus in instrumento favore illius certum habentis interesse.*

DECISIO DCCCLXIII.

PEculiari reservaverant DD. disputationi in decisionibus editis in hac causa coram bo. me. Caffarello sub die 16. Aprilis 1706., & 16. Martii 1711. cognitionem super viribus accollationis susceptæ à Josepho Carrara olim de Bertozzis pro quantitate scutorum 1500. census jamdudum in sorte scutorum 2000. ab ipso impositi in solidum cum aliis Fratribus, Thoma nempè, Cosmo, & Joanne Maria de Bertozzis favore Abbatis Ludovici de Hondedeis, & propterea assumpto super ea examine coram R. P. D. meo Ansaldo in audientia diei 16. Decembris 1712, matureque ponderata ejus substantia, resolutum fuit constare de credito, & consequenter contra eumdem Josephum, etiam in bonis propriis relaxandum esse mãdatum, ut ex decisione tunc edita, ad cujus formam successivè causa favore DD. Comitũ de Hondedeis expedita fuit.

Reclamavit ad Signaturam Justitiæ Joseph, & obtinuit simpliciter *de appellatione* rescribi; idcirco devoluta causa ad Me, ad instantiam eorundem Creditorum proposui dubium - *An Sententia Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda* -- Illisque tantùm comparentibus, & Josepho frustra dilationem petente -- *esse confirmandam* DD. censuerunt, cum fundamenta decisionis præcedentis instantiæ firmiter subsistere visa sint.

Siquidem omissa quæstione super tacita
1 ratificatione contractus impositionis census mediante longa acquiescentia, & solutione fructuum expleta à Josepho, postquam erat factus maior, super qua cadere poterat inspectio illa scientiæ Facti, & Juris, de qua plenè in d. decisione 16. Decẽbris 1712. §. *Posita cum seqq. coram R. P. D. meo Ansaldo*. Cessare DD. visa fuit quælibet difficultas in præsenti ex particulari circumstantia facti, quod scilicet mortuo Thoma altero ex dictis Fratribus, qui cum esset major, censum controversum imposuerat una cum aliis Fratribus, & proinde validè obstrictus remanserat ad illius satisfactionem, devenerunt cæteri fratres, inter quos Joseph ad divisionem communis Patrimonii ex hæreditate eorum Patris, & dicti Thomæ fratris compositi, & in ista divisione d. Joseph prò adæquatione portionis, quæ sibi contigit, accollavit in se

se censum, de quo agitur, pro rata scutorum 1500., tempore quo jam erat factus major; quamobrem etiam si ab initio ejus obli-
3 gatio nulla fuerit in totum, attamen ex hoc novo contractu pro rata prædicta validè
4 obligatus remansit, cum ex accollatione ex tunc evaserit debitor principalis, ac si primordium obligationis ab ipso incoasset, ut ultra adductos in d. dec. præcedentis instantiæ §. *Diximus*, bene comprobat *Rota dec.* 50. *n.* 2. *p.* 18., *dec.* 120. *n.* 5. *p.* 19. *rec.*, & *dec.* 381. *n.* 2. *cor. Benincasa*, & *in Beneventana nullitatis testamenti super retentione* 13. *Ian.* 1710. §. *Nec obstat cor. Me*, & *in Romana annuæ præstationis*, & *census super statu passivo* 22. *Iunii* 1711. §. *Hæc dicta coram Emo D. Card. Priolo*.

Maximè vero id procedit, quia non po-
5 tuisset Joseph in prædicta divisione ultra bona paterna, etiam ex bonis Thomæ portionem consequi, nisi correspectivè in se accollasset eumdem censum pro dicta rata scutor. 1500. ad servandam æqualitatem cum aliis fratribus, qui tàm residuum d. Census, quam & alia in se debita accollarunt, aliàs divisio
6 remansisset inæqualis, quod sanè est contra substantiam divisionis, ut optimè ponderatum fuit *in citat. dec.* 16. *Decembris* 1712. §. *Neque enim cor. R. P. D. meo Ansaldo*:

Neque querenda est in Josepho scientia nullitatis, cæteroquin requisita in tacita ratificatione deducta, vel ex solutione fructuum, vel ex longa acquiescentia in ætate majori, ut supra dictum fuit, & optimè expenditur in citata decisione. Quoties namque processit per viam accollationis, præsupposuit respectu sui nullitatem census accollati, & respectu Thomæ, vel ejus hæreditatis, à qua in compensationem susceptæ obligationis, tantundem consequebatur ejus
7 validitatem, cum accollatio nihil aliud sit, quam susceptio in se debiti alieni, ad quod prius accollans non tenebatur, ad terminos *text. in l. si uni* 21. §. *Idem Papinianus ff. famil. Ercisc.*, *Rota cor. Dunozzett. jun. dec.* 564. *n.* 2., & 3., & *dec.* 416. *nu.* 1. *p.* 19. *rec. tom.* 2., & cum aliis *d. decis. præcedentis instantiæ* §. *Expressè*, & §. *Ceterum*.

Et his positis minimè obstat, quod præfata accollatio facta fuerit sine præsentia Cre-
8 ditoris. Etenim in accollatione ad differentiam delegationis, Creditoris interventus nullo modo requiritur, & ei etiam absenti jus oritur, ut benè probat *R. P. D. meus Ansaldus in tract. de commerc.*, & *merc. disc.* 65. *n.* 51., & *in addit. ad ejus dec.* 96. *n.* 49., *Rota dec.* 319. *per tot. cor. Bich.*, & *in Romana census* 26. *Februarii* 1706. §. *Cum enim cor. bo. mem. Caffarello*. Ultra quod in Instrumento Camerali obligatione munito con-
9 tinetur clausula *Quorum interest*, cujus vigore statim jus acquiritur Creditori certum habenti interesse, quamvis nec in Instrumento quidam sit nominatus, ut præter adductos in *d. dec. præcedentis instantiæ* §. *Minusque firmat*, *Rota dec.* 372. *n.* 8. *cor. Benincasa*.

Et ita relativè ad cętera deducta in decis. R. P. D. mei Ansaldi unica tantum &c.

ROMANA LOCORUM MONTIUM.

Mercurii 28. *Novembris* 1714.

ARGUMENTUM.

Theorica celebris Consilii 21. Oldradi cessat, si Testator agnationem contemplasset, bona sua in Exteros transire noluisset, ac arma, & insigna ex domo sua deleri prohibuisset, etiamsi conditione -- *Si sine filiis* -- usus esset erga primum Institutum, quando ex conjecturis perpetuitas fideicommissi ab ipso volita deduceretur.

SUMMARIUM.

1 *Immissio, verificatis extremis, semper conceditur, & quæ sint.*

2 *Substitutio unius in casu obitus sine filiis, & descendentibus masculis expirat, casu quo Institutus cum filiis decedat, juxtà Consilium 21. Oldradi.*

3 *Limita, si conjecturæ perpetuitatem fideicommissi denotantes, & non quod fideicommissum dependere debeat ab obitu primi vocati, in testamento deducerentur.*

4 *Amplia, si agatur de fideicommisso Ascendentis, quo casu leviores sufficiunt conjecturæ pro inducendo onere restitutionis.*

5 *Subamplia, ut doctrina Oldradi limitetur, si ultimo loco Causa Pia fuisset instituta, & vocatio Masculorum cum qualitate legitimitatis reperiretur.*

6 *Onus restituendi arguitur ex digressu ad plures gradus substitutionum, agnationis contemplatione, alienationis prohibitione, & reciproca lineali volita*, & n. 9.

7 *Amplia, ex vocatione reciproca inter descendentes, & ex quibus aliis Consilium Oldradi cesset*, & n. 15.

8 *Conditio* -- Si sine filiis -- *satis non est ad effectum coarctandi fideicommissum ad primum Institutum, si adessent expresse alii à Testatore substituti.*

10 *Fideicommissum esse progressivum deducitur ex obligatione assumendi arma, & insignia, ac nomen Testatoris, cum injunctione penæ, & caducitatis, quatenus Hæres recuset*, & n. 13., & 16.

11 *Fideicommittens si rigorose agnationem non respexisset, vocando in defectum masculorum Transversales, non exindè sequitur, ut agnationem non contemplasset in genere, pro limitatione Consilii Oldradi.*

12 *Contemplatio agnationis non rigorosa ex quibus probetur.*

14 *Hæres non per vulgarem, sed per fideicommissariam fuisse vocatus probatur, ex quo Testator prohibuerit rem suam ex causa legitimæ, vel dotis posse alienari.*

17 *Testator, si prohibuisset domum suam ad Extraneos pertransire, & remotionem suorum Armorum ex illa, numquam præsumi.*

sumitur coarctasse fideicommissum ad conditionem, Si sine filiis in primo Institato, sed ad descendentes illud progredi voluisse.

DECISIO DCCCLXIV.

Particularis fideicommissi vincula, quibus supposita fuerat ex testamento Sertorii Senioris de Theophilla Domus magna, & ratione situs.& Avorum memoria illi prædilecta, transtulit fan. mem. Urbanus VIII. in pretium Investiturum in tot locis Montium, occasione qua eam emit Cardinalis Joannes Baptista Pamphilius qui subindè ad Supremum Apostolatus apicem sub nomine Innocentii X. evectus fuit (memorandum semper Auditorii nostri decus, & ornamentum) ut ampliorem Domum in Platea Agonali sibi construeret.

Ad hæc Loca Montium petierunt immitti coram R.P.D. meo Ansaldo DD. Fratres de Calalibus, duplicem repræsentantes personam, illam nempè Olimpiæ filiæ Sertorii Junioris, à qua heredes fuerant instituti, & alteram bon. mem. R. P. D. Bernardini eorum Patrui, cujus periter successionem nacti sunt. Quia vero Olimpia prædicta moto jamdiù, dum adhuc viveret, hoc judicio succubuerat coram bon. mem. Rondanino, & deindè coram bon. mem. Benincasa, ut ex ejus decisione 215. Hinc omisso examine prædictarum decisionum, agnoscentes Domini, quod Actores clarum jus foverent ex alia persona R. P. D. Bernardini, rescripserunt simpliciter dandam esse novam immissionem, ut ex decisione edita 4. Junii mox elapsi, ad cujus normam successivè fuit lata sententia, pro cujus confirmatione in gradu appellationis coram Me hodie responsum fuit.

Constitit enim de ejus validitate ex actis,
1 & de justitia, ex quo concurrit omnia extrema in hoc judicio necessaria; vocatio siquidem Actorum, & Possessio antiqua Testatoris ex Testamento, Identitas vero ex litteris patentibus, undè summo jure concessa fuit immissio.

Neque ad everrendum vocationis fundamentum suffragari valet, quod Testator vo-
2 cando filium natu majorem Margaritæ, qualis fuit R.P.D. Bernardinus, illum substituerit in casu obitus alterius Bernardini Senioris *sine filiis*, & descendentibus masculis, & propterea cum Bernardinus decesserit cum filiis, relicto scilicet post se Sertorio Juniore, ut patet ex arbore impressa in decisione præcedentis Instantiæ, expiraverit omnis ulterior substitutio, juxta celebre *Oldradi cons.21.*

Quoniam Theorica à dicto Oldradi con-
3 silio desumpta semper excluditur, quoties concurrunt conjecturæ contrariam Testatoris voluntatem demonstrantes, condendi fideicommissum non dependens à fortuito casu obitus primi uocati cum filiis, sed progressivum, & descensivum ad ulteriores vocatos, & substitutos, ut benè firmant auctoritates plena manu relatæ *in cit. dec. R.P.D. mei Ansaldi §. Quoniam si*, & consonat *Rota in Romana Primogenituræ de Fabiis 12 Decembris 1707. §. His autem coram bo.*
4 *me. Omanna*, præsertim quando, prout hic, agitur de fideicommisso ab Ascendente instituto, quo casu pro inducendo onere restitutionis ad favorem descendentium, & faciliori recessu à doctrina Oldradi, leviores sufficiunt conjecturæ, ut dictum fuit in eadem decisione *R.P.D. mei Ansaldi §. Juncta, & in citata Romana Primogenituræ de Fabiis §. Fin. coram bon. mem. Omanna*, & tamen concurrunt adeo graves in præsenti, ut
5 omissis earum pluribus, ut est illa substitutionis Loci Pii ultimo loco vocati à Testatore, quam pro limitatione doctrinæ Oldradi adeo ponderat *Rota dec. 113. nu.23., & 24. coram Alexandro VIII.*, & altera exclusionis per modum regulæ omnium fœminarum, de qua *in Asculana fideicommissi 29. Maii 1693. §. Sexta est, & 25. Iunii 1694. § Cum his coram clar. mem. Cardinali Caprara*, & vocationis masculorum cum qualitate semper legitimitatis, de qua *in dicta Romana Primogenituræ de Fabiis §. Defumitur coram bon. mem Omanna*, & in fi-
6 miilibus magis ad rem concludentes, exist. marunt illas, digressus ad plures substitutionum gradus, contemplationis Agnationis, Prohibitionis alienationis, & reciprocæ linearis per Sertorium Testatorem ordinatæ inter omnes masculos ex filiis primo institutis Descendentes.

7 Et ordiendo à prima, testator propriis filiis institutis, substituit reciprocè filios, & descendentes masculos, & iis non existentibus filias fœminas, atque in earum defectu Margaritam ipsius testatoris filiam, cum gravamine pariter restitutionis favore ejus filii natu majoris, & cogitans etiam casum, quod, & isti deficerent, transversales vocavit cum substitutionibus, & conditionibus, quas aliis præcedenter institutis, & substitutis apposuerat, filios nempe Flaminii sui Fratris, & demùm Hospitale Sanctissimi Salvatoris ad Sancta Sanctorum. In his autem terminis, benè deducitur testatorem noluisse hujusmodi substitutiones, tot personas, gradus, & tempora complectentes pendere à conditione illa obitus primi hæredis instituti cum filiis, ita ut posset fideicommissum in primo ingressu cessare, & statim omnia testatoris vota evanescereut, prout eveniret, si procedendum esset cum *dicto cons.Oldradi*, ex allegatis in decisione præcedentis instantiæ *§. Concurrebat, & in Bonon. fideicommissi de Roffenis 17. Martii 1702. §. Secunda elicitur cor. bo. me. Muto, & in dicta Romana Primogenituræ de Fabiis §. Tertia exoritur cor. bo.me. Omanna.*

8 Quin obstet, quod omnes substitutionum prædictarum gradus dependentiam habeant à dicta conditione *si sine filiis*, & quod idem substitutionum digressus hodie allegetur ad affe-

effectum extendendi fideicommissum à masculis agnatis ad descendentes ex fœmina. Etenim fuerunt isti expressè à testatore substituti, & substitutionum series licèt per vulgarem semper concepta, demonstrat tamen maximam inverisimilitudinem, quod eam testator pendere voluerit à casu momentaneo decessus primi instituti cum filiis,ut prosequitur Decisio sępelaudata R.P. D.mei Ansaldi §. *Etenim.*

9 Æqualis est ponderis altera contemplationis agnationis; nam Sertorius fideicommittens vocavit primo loco filios masculos, eorumque Descendentes per lineam masculinam cum perpetua fœminarum exclusione per modum regulæ, & non contentus perpetuitatis fideicommissi quousque duraret vera agnatio suæ familiæ, eam continuare voluit artificialiter, & fictè in filio natu majore Margaritæ, quem proindè substituit sub stri-
10 cta illa conditione -- *quod assumat perpetuò Arma, & Insignia, & nomen Familiæ de Thophilis* --, & quatenus non assumat, vel dimittat, hæreditas ad proximiorem devolvatur, quod sanè progressum fideicommissi non dependentem à prima conditione *si sine filiis*, sed duraturum quousque extet tam vera, quàm ficta, & artificialis agnatio, clarè ostendit,dum alioquin effectus adeò expetitæ conservationis agnationis haberi non posset, ut præter allegatos in decisione præcedentis instantiæ, firmatum fuit *in Eugubina fideicommissi* 19. *Januarii hujus anni* 1714. §. *Et quidem cor. R.P.D. meo Crispo.*

Neque vim hujus conjecturæ elidit ani-
11 madversio, quod cum testator ante transversales vocaverit filias Bernardini, & Margaritam sororem, non censeatur contemplasse agnationem. Hoc enim probare quidem potest, quod testator non respexit rigorosam agnationis contemplationem, sed non excludit, quod agnationem contemplaverit sufficienti modo ad inducendam limitationem *consil.* 21. *Oldradi*, ea sanè ratione, quod
12 cum testator vocaverit plures personas certæ speciei,plures dispares gradus constituentes ad certum effectum, & finem conservandæ agnationis, ut ipse expressit, & probatum fuit in dicta Decisione R. P. D. mei Ansaldi §. *Plures autem*; omnes personæ sub hac specie comprahensæ, procul dubio censentur vocatæ, ut benè respondit eadem Decisio §. *Absque eo quod.*

13 Validius urget tertia conjectura ex prohibitione strictissima alienationis, quam non solùm in universali fideicommisso fecit tam institutis, quàm substitutis per separatam orationem, & nullo tempore præfinito, ac demandata in casu contraventionis pœna caducitatis favore aliorum substitutorum, ut prosequitur relatis concordantibus citata Decisio precedentis instantiæ §. *Non mino-*
14 *ris.* Verùm etiam in particulari distinctè volito super Domo Magna, *adeout nec etiam prætextu legitimæ,dotis, aut dotium in toto, vel in parte*, unquam posset alienari, addita in casu contraventionis caducitate favore Archiconfraternitatis Sanctissimæ Annunciatæ, quod sicut indicat rem adeò particulariter alienari prohibitam fuisse in majori testatoris affectione, ita etiam ostendit hæredes ejus non per vulgarem, sed per fideicommissariam fuisse vocatos, ut ad rem cum aliis in dicta decisione adductis §. *Sed*, probat in puncto *Mansf.consult.* 103. *num.*6. *cum seqq.*, *& Rot.in supracitata Bononien. fideicommissi de Roffenis* §. *Et quarta cor. bon. mem. Muto.*

Nec minoris demum efficaciæ est quarta
15 promanans ex reciproca lineari à Sertorio ordinata inter omnes masculos à suis filiis primo loco vocatis descendentes. Quo enim jure transire potuisset ejus hæreditas à Descendentibus unius lineæ in Descendentes alterius, nisi fuisset volitum fideicommissum in unaquaque linea progressivum, & descensivum, quod totaliter repugnat expirationi, quam firmavit *Oldrad.* induci per obitum primi hæredis cum filiis, *Rot. in Romana fideicommissi de Goris* 9. *Maii* 1701. §. *Existente cor. R. P. D. meo Ansaldo*, cum aliis *in ejus decisione hujus Causæ* §. *Efficacius.*

Has conjecturas unitim in præsenti casu ponderatas,censuerunt Domini pro exclusione doctrinæ *Oldradi cons.* 21. superabundare, hoc unum pro coronide addentes, quod
16 cum testator non solùm in suo testamento particulariter de Domo Magna disponendo, ejus alienationem, sed insuper remotionem Armorum & Insignium in ea affixorum prohibuerit, & ulteriùs *inexcogitabilem* dixerit casum, quod ea ad Extraneos unquam transiret, imperceptibile penitus est, quod ipse totam fideicommissi seriem tanto studio ordinatam,coarctare voluerit ea conditione *si sine filiis*,cujus eventus admodum obvius, casum à se dictum *inexcogitabilem*, quantò citiùs posset inducere, ut ponderatum fuit in dicta Decisione R. P. D. mei Ansaldi §. *finali*, ad quam in reliquis sese remissivè Domini habuerunt.

Et ita possessoribus locorum montium pluries monitis, & comparere negligentibus decisum fuit unica &c.

ROMANA ASSOCIATIONIS.

Lunæ 3. *Decembris* 1714.

ARGUMENTUM.

Hæres hæredis usufructuarii censum retrovendere prohibetur, cum per obitum Usufructuarii usufructus cum cum proprietate consolidetur. Antiquus census numquam præsumitur extinctus, nisi argumenta fortissima cum lapsu temporis concurrant, maximè si agatur cum hærede creditoris, qui de illo scientiam habuisse non probetur.

SUMMA-

SUMMARIUM.

1 *Sententia per* Christi nomine invocato *canonizans creditum census antiqui, & si per Decretum relaxet mandatum pro fructibus 29. annorum, nullitate non laborat.*

2 *Instrumentum publicum habet exequutionem paratam.*

3 *Retrovenditio census facta ab hærede hæredis usufructuarii non attenditur, nec liberat debitorem.*

4 *Jus vitalitium ad vitam unius restrictum pro exactione fructuum census, quodcumque aliud tempus excludit.*

5 *Usufructuarius potest retrovendere censum, non verò illius hæres, propter expirationem cuiuscumque iuris per obitum Usufructuarii.*

6 *Contractus vitalitius potest fieri à Muliere sine solemnitatibus.*

7 *Census numquam præsumitur extinctus ex longo temporis lapsu, nisi simul concurrant univoca argumenta, vehementesque coniecturæ.*

8 *Acquiescentia in petendo fructus non operatur, si crediter census scientiam non habuisset.*

9 *Amplia in his terminis, ut ignorantia in hærede præsumatur.*

10 *Præsumptio solutionis non eruitur ex reticita illius descriptione in inventario debitoris, cum hæredes de creditis, & non de debitis carare præsumantur.*

11 *Subamplia, ut à fortiori census antiquus extinctus in reliquo non præsumatur, si in margine instrumenti adnotata reperiretur extinctio unius rata, & non extinctio dicti residui.*

DECISIO DCCCLXV.

EGit Venerabile Monasterium S. Stephani, vulgò nuncupatum supra Caccum, uti hæres Stephani Gratiani celebris olim Jurisconsulti pro fructibus Census impositi usque de anno 1620. à Bartholomeo de Quadris favore Fulviæ Salviæ, quoad viveret, & successivè favore dicti Gratiani, ejusque hæredum, citatisque Patribus S. Caroli ad Quatuor Fontes possessoribus Fundi censiti, ac Venerabili Domo Professa Societatis Jesu hærede prædictæ Salviæ pro omni prætenso jure, & interesse, obtinuit ab A. C. per Decretum relaxari mandatum de associando pro fructibus decursis à 29. annis citra, & pro aliis præcedenter maturatis sententiam eamdem associationem concedentem, juncta etiam declaratione, quod Census adhuc vigeat, neque obstet ejus retrovenditio pro rata scutorum 100.

Hinc commissa mihi causa cum clausula *Si quid exequendum* de consensu Partium, proposui in hodierna Audientia dubium — *An mandatum, seu mandata ab A. C. relaxata per Decretum, & in sententia respectivè sint exequenda* — cui Domini censuerunt *affirmativè in omnibus*, attenta validitate, & justitia eîe respondendum.

Neque contra validitatem relevans visa fuit exceptio, quod via exequutiva per ip-
1 sum tot annorum fuerit præscripta. Quoniam in præsenti actum non fuit exequutivè, nisi pro fructibus decursis à 29. annis pusterioribus, & pro aliis anterioribus processum fuit via ordinaria, canonizando creditum in sententia, in eaque relaxando mandatum, sicut hodie inconcussus est Curiæ stylus, de quo in *Romana Census, & Fructuum* 12. *Martii huius anni, & in alia Romana fructuum Census* 11. *Maii, confirmat* 28. *Novembris proximè præteriti cor. R. P. D. meo Crispo.*

Justitia verò plenè convincitur, ex quo
2 actum fuit vigore instrumenti publici impositionis Census super Domo hodie possessa à Patribus S. Caroli, quod facit probationem probatam, & rem claram, & manifestam, ut dixit *Rota in Romana Census* 20. *Januarii* 1712. §. *Siquidem cor. R. P. D. meo Aldrovando, & passim alibi.*

Absque eo quod obstet pro rata scutorum centum retrovenditio facta ab hæredibus Salviæ, & pro residuali summa præsumptio
3 extinctionis ex lapsu tanti temporis. Etenim respectu retrovenditionis, hæc non fuit facta à Gratiano, vel ab ejus hæredibus, ad quos spectabat dictus Census, sed ab hæredibus Salviæ, quæ solum habebat usumfructum, & jam extinctum per ejus obitum, unde tamquam facta à non Domino, neque extinctionem, neque liberationem valuit inducere, ut probat idem *Gratian. discept.* 636 *nu.* 19., *Cenc. de Cens. q.* 109. *num.* 65., *& post eumdem, Rot. dec* 381. *n.* 1., *& in Aven. Census* 8. *Maii* 1711. §. *Etenim cor. Emo D. Card. Priolo.*

Quod autem dicta Salvia non haberet, nisi jus vitalitium apertè convincitur ex instrumento impositionis Census, in quo jus dictæ Salviæ fuit restrictum ad ejus vitam cum taxativa *tantum* ibi — *præsenti &c. eius vita durante tantùm, et post illius obitum D. Stephano Gratiano pro se, suisque hæredibus &c.*
4 Hujusmodi enim restrictiva ad vitam excludit quodcumque aliud tempus, ut per *Text. in l. qui aliena* §. *Libertas ff. de negoc. gest.*, *Rot. cor. Emerix iun. dec.* 788. *num.* 3., *et passim alibi*; maximè quia unico contextu, ubi actum fuit de juribus Gratiani, fuit positivè expressum, quod post mortem Salviæ ad ipsum, *eiusque heredes* spectaret. Ex hoc autem discretivo loquendi modo clariùs deducitur voluntas restringendi jus Salviæ ad ejus vitam, cum qua contrahentes procedere intellexerunt, juxta firmata in *Dec.* 177. *n.* 11. *cor. Beninca s. dec.* 35. *n.* 16. *cor. R. P. D. meo Ansaldo, dec.* 454. *nu.* 12., *et dec.* 573. *num.* 6. *p.* 19. *rec.*

Nec relevat exemplum alterius Census sc. 500. pariter spectan. ad Salviam, & Gratianum, qui fuit extinctus pro rata in mani-
5 bus Salviæ. Nam cum illa tunc viveret, utique illius jus durabat; quapropter non potest inferri ad validitatem retrovenditionis Census controversi, quæ facta fuit post ejus obi-

 tum,

tum, & sic post tempus, quo omne jus illius
expiraverat, & favore Gratiani, ejusque
hæredum consolidatum fuerat, *Rot. dec. 256.
n.2. et 3. p.16. rec., et dec.16. n.1. cor. Emerix
jun., et cor. Bevincas. dec.157. n.1.*

Minusque obstat, quod si admitteretur re-
strictio ad vitam Salviæ, contractus quoad
proprietatem resolveretur in donationem,
quæ sine solemnitatibus fuisset nulla. Etenim
ultra quod non fuit concludenter probatum,
quod pecuniæ verè spectarent ad Salviam,
cessare visa fuit difficultas, ex quo Gratianus
eodem contextu remisit medietatem fru-
ctuum, quę ad eum procul dubio spectasset
favore ejusdem Salviæ, quę ideò quasi com-
pensationem recepit de medietate Capitalis,
quam per obitum favore Gratiani, & ejus
6 hæredum dimittebat, itaut illius respectu
considerari possit, tanquam contractus vita-
litius, pro quo necessariæ non sunt solemni-
tates, ex deductis per ipsummet *Gratian. dis-
cept. for. cap.756. n. 3.8.17., et per tot.*

Firmato ex prædictis non habendam esse
rationem de extinctione ratæ illius Census,
7 nullum dedit obicem pro residuo præsump-
tio extinctionis ducta ex longo temporis lap-
su, cum iste nunquam attendatur, nisi simul
concurrant univoca argumenta, pluresque
conjecturæ perfectè in suo genere conclu-
dentes, ut in terminis firmavit *Rot. in Cal-
lien. Salviani 28. Martii 1707. §. Ideò revo-
catis cor. Emo D. Card. Priolo, in Romana
Census 16. Martii 1710 §. Eademque coram
Me, in Spoletana Census 10. Januarii 1712.
§. minimè cor. R.P.D. meo Aldrovando, cum
aliis in Romana Census, et Fructuum 12.
Martii 1714. §. minus etiam cor. R.P.D. meo
Crispo.*

Quales profectò visæ non sunt illæ in præ-
senti casu deductæ. Divitiæ enim Debitoris
Census minimè demonstrabantur in facto.
8 Acquiescentia verò Monasterii in petitione
fructuum nihil operari poterat, dum in eo
non probatur de controverso Censu ulla
scientia, ad tradita per *Card. de Luc. de Cens.
disc.20. num.8., Rot. ad eius ornat. tit. de
usur. dec.37. num. 4., et in citata Romana
Census 16. Maii 1710. §. Eadem coram Me,*
9 imò potius cum Monasterium sit hęres, &
quidem mediatum, præsumptio stat pro igno-
rantia, *Rot. cor. Ubald. dec.350. n.9., et cum
aliis in Pisauren. seu Callien. Dotis 22. Ju-*
10 *nii labentis anni §. Neque posita cor. Me.* Et
omissio descriptionis ejusdem Census inter
debita hæreditaria Quadri debitoris est
prorius inefficax, quia hæredes de creditis,
non autem de debitis curant, ut in proposi-
to dixit *Rot. in citat. Romana Census 16.*
11 *Maii 1710. §. Prout nec etiam cor. Me.* Ac
demum extinctio pro rata seut. centum, de
qua supra, potius retorquebatur, quia sicuti
fuit illa in margine instrumenti impositionis
adnotata, ita cum eadem cauthela debitor
processisset adnotando retroventitionem re-
sidui, si verè sequuta fuisset, *Rot. decis.172.
n.21. ad 26. p.17. rec., et in Aven. Census 10.
Maii 1709. §. Coniecturæ cor. R.P.D. meo
Crispo, et in citata Spoletana Census 10. Ja-
nuarii 1712. §. final. cor. R.P.D. meo Aldro-
vando.*

Et ita utraque &c.

ROMANA IMMISSIONIS.

Lunæ 3. Decembris 1714.

ARGUMENTUM.

Filia etiamsi renunciasset bonis paternis, & maternis ob ingressum in Monasterium, non arcetur ab intestata successione in bonis fratris, imò adipiscitur ex hoc titulo eademmet bona, quæ in patrimonium fratris pervenissent, & quibus ipsa præventivè renunciasset.

Onus in legitima numquam à filio præsumitur acceptum, nisi paternam adivisset hæreditatem, de qua ex mente Testatoris eam detrahere fuisset prohibitum; talique remota prohibitione, legitimæ jus etiam in extraneos transmittit.

SUMMARIUM.

1 *Sorores æqualiter in bonis fratris ab intestato defuncti consuccedunt.*

2 *Renunciatio quamvis simplex, de una hæreditate ad aliam non extenditur, & vide casum.*

3 *Amplia, si ageretur de renunciatione puellæ ob ingressum in Monasterium, bonis paternis, & maternis, cum dictione* Tantum.

4 *Dictio hæc omnium non expressorum est exclusiva.*

5 *Renunciatio ob ingressum in Religionem refertur ad hæreditates expressas, non ad reticitas.*

6 *Renuncians propter d. ingressum, omnes hæreditates, & bona à se non abdicat.*

7 *Amplia, si concurrant verba taxativa, & restrictiva ad bona, ad quę renuncietur.*

8 *Legitima ad semissem ascendit, si essent quinque filii, licet quatuor feminę.*

9 *Fœminæ faciunt numerum prò augenda legitima in beneficium Masculi.*

10 *Legitima ex legis ministerio pręsumitur separata à filio de bonis Patris defuncti, si detractio non sit prohibita.*

11 *Jus eam detrahendi de fideicommisso est etiam ad hæredes transmissibile.*

12 *Legitima adhuc debetur libera filio, licet ageretur de universali fideicommisso, quod absque ulla protestatione à filio fuisset aditum.*

13 *Onus, ut dicatur acceptum in legitima, talis acceptatio est concludenter probanda.*

14 *Filius, qui Patris hæreditatem agnovit, legitimam quoque agnovisse præsumitur.*

15 *Pater superstes secundum Statutum Urbis, gaudet usufructu in bonis à filio quæsitis de hæreditate Materna.*

16 *Pater proprietatem istorum onere fideicommissi gravare prohibetur, sicuti de re aliena.*

17 *Renun-*

17 *Renunciatio facta à filia ob ingressum in Monasterium, in bonis paternis, & maternis, numquam comprehendis ratam illorum, quæ ex post ad fratrem liberè devoluta fuissent, casu quo iстius hæres ab intestato remansisset.*

18 *Privignus acquirit bona, in quibus à Noverca post obitum Patris primò institutus, fuisset deindè substitutus.*

19 *Substitutio vulgaris expirat, si institutus hæreditatem adeat.*

20 *Substitutio concepta per verbum commune* Substituo, *dicitur compendiosa, & tàm vulgarem, quam fideicommissariam secum fert.*

21 *Amplia, si ex testamento eruerentur verba* -- Omni meliori modo --, *ac prædilectionem Testatricis ergà substitutum denotantia.*

22 *Filius creditor dotis maternæ, super bonis Patris cujus sit hæres, per imaginariam solutionem præsumitur totidem bona in illius causam de dicta hæreditate sibi appropriasse.*

23 *Amplia, ut in d. dotis causam, paternę hæreditatis portem per tacitam aditionem maternæ hæreditatis possedisse præsumatur.*

DECISIO DCCCLXVI.

INtestatam successionem Alexandri Caran-
za ex persona Angelæ Margaritæ ejus so-
roris ad se delatam integrè prætendentes
Bernardus, & Honophrius de Capicits, hæ-
reditaria ejus bona statim occuparunt; sed
cum postmodum Monasterium Sanctissimæ
Transfigurationis Montis Rotundi ex perso-
na alterius sororis Birgittæ ibi professę sub
nomine Annæ Victoriæ ad consuccessionem
pro medietate obtinendam Iudicium Instru-
xerit in Tribunali A.C. vigore interdicti
quorum bonorum, obtinueritque sententiam
favorabilem. Hinc devoluta per appellatio-
tionem causa ad Me, dedi dubium -- *An sit
danda Immissio* -- & Domini -- *dandam esse* --
respondunt.

1 Cum enim decesserit Alexander sine te-
stamento, superstitibus ejus sororibus Ange-
la-Margarita, & Anna Victoria, procul du-
bio in fraterna hæreditate æqualis inter istas
debet esse successio, ex celebri *Tex. in Au-
th. cessante C. de legitim hæred.*

Neque ad exclusionem Annę Victoriæ, seu
Monasterii ejus Jura repræsentantis allegari
valet renunciatio, quam illa priùs, quam se
Deo manciparet, favore Patris exaravit.

Quoniam regula juris est, quod renuncia-
2 tio etiam simpliciter, & sine ulla taxativa
emissa, nunquam extenditur de una hæredi-
tate ad aliam, ut plenè firmatum fuit *in Ana-
gnina Immissionis super bonis liberis* 13.
Martii 1712. §. *dum igitur, ubi concordantes
coram R. P. D. meo Ansaldo*, quamobrem
3 fortiori ratione idem dicendum est in præ-
senti, ubi habemus tam in narrativa, quam
in dispositiva claram, & explicitam restri-
ctionem ad bona Paterna, & materna, omis-
sa penitùs quacumque mentione bonorum
fratris, ibi -- *Omnibus, & singulis Juribus
actionibus &c. spectan. &c., & quæ in
futurum spectare poterunt in bonis Pater-
nis, & Maternis tantum &c. renunciavit*
4 *&c.*, quæ dictio *tantum* pluries etiam repe-
tita, omnium eorum, quæ non fuerunt expres-
sa exclusionem importat, *L. qui aliena §. li-
bertas ff. de negoc. gest., Rot. dec. 624. nu. 16.
par. 19. rec. tom. 2., & coram R P. D. meo
Ansalde dec. 57. n. 7.*, cum aliis vulgaribus.

5 Neque ex quo facta fuit intuitu ingressus
in Religionem latius est interpretanda,
nam hoc operari quidem potest realitatem
renunciationis respectu hæreditatum, quibus
verè renunciatum fuit, non autem extensio-
6 nem ad cæteras non expressas, neque impli-
cat, quod etiam in renunciationibus propter
ingressum in Monasterium factis, renuncians
omnia bona, & hæreditates à se non abdicet,
juxtà deducta per *Rot. dec. 48. num. 15. & 16.
post Merlin. de Legit., dec. 641. nu. 34., coram
Dunoz. Jun., dec. 543. n. 9., & 35. p. 5. rec., &
in Perusiana Immissionis* 25. *Januarii* 1706.
§. *Non relevante coram R. P. D. meo Scot-
7 to Almæ Urbis Gubernatore*, maximè, quo-
ties, ut hic, concurrunt verba taxationem, &
restrictionem secum ferentia; alias enim es-
set apertè pugnare contra ipsam Renuncian-
tis voluntatem, & contra expressam Instru-
menti litteram.

Quænam verò sint bona, super quibus ca-
dat immissio Monasterio debita, pari facilita-
te Domini statuerunt. Et in primis, inter ea
8 connumerarunt legitimam Alexandro debi-
tam in bonis Scipionis ejus Patris auctam
de Triente ad Semissem ob numerum quin-
que Filiorum, per *tex. in auth. novissima C.
de inoffi. Testam.*, etiam si inter istos adessent
quatuor fęminæ, & una earum professa jam
9 esset in Monasterio, quia adhuc numerum fa-
ciunt pro augenda legitima in beneficium
masculi, ut de fæminis in genere firmavit
*Rota dec. 10. num. 18. p. 12. rec., & cum aliis
dec. 90. num. 2. cor. R. P. D. meo Ansaldo,
& de Professa in Monasterio dec. 64. nu. 14.,
& num. 40., & seq. post Albit. de Incost. in
Judic.*

Absque eo quod obstet legitimam ab Ale-
10 xandro agnitam non fuisse, nam licet vivens
illã separaverit ab aliis bonis vigore ejusdem
Paternæ dispositionis sub fideicommisso ca-
dentibus, cum tamen in eadem dispositione
nulla habeatur prohibitio legitimæ, utique
ipso jure ex legis ministerio ab hæreditate
Patris excepta intelligitur, ad *tex in l. omni-
no, & leg. quoniam in prioribus ff. de inoffic.
Testam., Rota dec. 107. nu. 3., & dec. 126. nu. 3.
11 & seqq. cor. Benincas*, ita ut Ius eam detra-
hendi ad hæredes etiam extraneos transmis-
sum censeatur, ut firmat *Rot. dec. 62. nu. 2.
cor. Zarat., dec. 188. num. 12. cor. Priolo, &
dec 96. num. 10., & cit. dec. 126. num. pariter
12 10. cor. Benincasa*, nec sufficit fideicom-
missum fuisse universale super omnibus bo-

nis, & hereditatem ab Alexandro fuisse adi-
tam absque ulla contraria protestatione, quia
nullatenus fuit necessaria, quando ipsa lex
operatur, ut legitima filio debita à quocum-
que onere, & gravamine preservetur, *Mer-
lin. de legit. lib. 3. qu. 3. num. 2., Rot. dec. 228.
num. 10. par. 8., dec. 49. num. 14. p. 18. rec.*, &
prosequitur eadem *decis. 126 n. 5. & seq. cor.*
13 *Benincas.*, imò debuisset potius concurrere
specialis, vel per speciale æquipollens ac-
ceptatio, ut onus in legitima approbatum
censeri posset, idem *Merlin. de legit. d. lib.
3. tit. 2. qu. 9. n. 11. & seq., Palm. nep. allegat.
17. num. 14., Rota cor. Ottobon. dec. 100. n. 6.
& seqq, cor. eodem Benincas. dec. 120. nu. 4.
& 5., & cor. R. P. D. Ansald. dec. 77. num.
22. & 33.*

Et quatenus etiam ejusdem legitimæ agni-
tio in Alexandro desideretur, sufficienter
14 Dominis concurrere visa est, cum ille Pa-
ternam hæreditatem agnovit, cum qua simul
agnovisse dici debet legitimam, quæ hæredi-
tatis portio est, & quota illius, ut ad rem
ponderat *cit. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2. qu.
29. n. 16 & 17., Andreol. contr. 175. n. 13.*

Secundò inter bona hæreditaria fratris
describendam DD. censuerunt dotem Fran-
ciscæ Matris consistentem in scut. 1200., &
in Vinea posita in Monte Mario; etenim
cum non sit dubitandum, quin Alexander
15 eam liberè acquisiverit, dum juxtà noto-
rium Statutum Urbis, Pater superstes eidem
Francisce solum usumfructum, reservata pro-
prietate filio, in illa nactus fuit, non potuit
16 ullo modo sub fideicommisso à Patre institu-
to comprehendi, cum in ejus dominio nun-
quam fuerit, vulgato *tex. in leg. fin. Cod. de
edict. Div. Adrian. tollen., ubi Bartol. n. 12.,
& Castrens. num. 6., Peregrin. de fideic. art.
44. num. 1. cum aliis, Rot. dec. 46. num. 6. cor.
R. P. D. meo Ansaldo.*

Replicatio autem, quod tam legitima su-
17 pradicta, quam hæc dos Francisce caderent
sub renunciatione, tamquam bona paterna,
& materna, quibus fuit adeò clare renuncia-
tum, cessare visa fuit, ex quo non est atten-
denda bonorum origo, eorumque causa me-
diata, sed immediata, & qualitas illa, in qua
de tempore delate successionis eadem bona
reperiuntur, & idcircò, quamvis olim pater-
na fuerint, vel materna, pro ea rata, pro qua
in liberum Fratris dominium transierunt de-
sierunt esse talia, & fraterna evaserunt, diju-
dicanda uti proprium fratris Patrimonium,
ut ad hunc effectum tradunt *Spad. cons. 353.
num. 3. & per tot. vol. 2., Card. de Luca de re-
nunc. disc. 9. num. 4., Rota post Torre de pact.
fut. success. dec. 166. num. 1. Adden. ad dec.
375. n. 23. par. 4. tom. 2. recen.*

Postremò inter Alexandri bona ponen-
da visa fuit dos Magdalene de Blanchis ejus
Noverce, & respectivè secundæ uxoris Sci-
18 pionis. Hæc enim in ultimo, cum quo deces-
sit elogio, eundem Scipionem virum here-
dem instituit, eique substituit Privignum
suum Alexandrum, ad quem propterea Te-
statricis bona post primi hæredis instituti
obitum devoluta sunt, ad *tex., in leg. Lucius,
ff. de vulgar. & Pupillar.*, & quidem liberè,
cum alter substitutus ei datus non fuerit, itaut
illam ad suos heredes transmiserit, ad *tex. in
leg. cum Pater 77. §. liberis, & leg. qui soli-
dum 78. §. Prædium ff. de leg. 2., Mans. consult.
156. n. 21.*, & frequenter alibi

Neutiquam refragante, quod Alexander à
19 Magdalena substitutus fuerit Patri vulgari-
ter, adeout, adita per illum hæreditate, sub-
stitutio filii expiraverit. Contrarium enim
20 apparuit, ex quo cum sit concepta per ver-
bum commune *Substituo*, dici debet com-
pendiosa, non minus vulgarem, quam fideicom-
missariam importans, *Mart. de success. legal. p.
4. qu. 31. art. 1. nu. 27, Rocc. disput. Jur. cap.
13. n. 4., Rota cor. Carill. dec. 183. num. 5., cor.
Bich. dec. 548. n. 5., & par. 19. recen. dec. 322.
num. 11.*

21 Accedente præsertim, tam prædilectione
Testatricis erga Privignum ex testamenti
verbis desumpta, tum in clausula *omni alio
meliori modo*, quæ vocationem æque per
vulgarem, ac fideicommissariam inducit, *Fu-
sar. de substit. qu. 245. num. 62. & 78., Torr.
de Primogenit. Ital. p. 2. qu. 16. nu. 60., Gra-
tian. discept. Foren. cap. 369. n. 6., & Rota dec.
186 n. 8. cor. Dunoz. Jun.*

Quin reassumi valeat objectum, quod Ale-
xander creditum hujus dotis non agnoverit,
& sic neque Magdalene hæreditatem adive-
22 rit, nam eo ipso, quod bona Patris, ex qui-
bus illud erat consequendum, titulo hære-
ditario possedit, censetur per imaginariam
solutionem totidem bona sibi in causam
ejusdem crediti appropriasse, ad *Tex. in
leg. ei cui ff. de evict.*, *Merlin. de Pignor. lib.
5. tit. 1. qu. 14. num. 37. & seqq., Rot. cor. fa.
me. Alex VIII. dec. 47. num. 9. & seqq., &
p. 19. rec. dec. 16. nu. 17. & 18.*, adeout Patris
23 debitoris hereditatem adeundo, videatur in
illam quoque causam congruam ejus bonorum
partem possedisse, ex qua saltem tacita adi-
tio inducta sit, ut in simili dixit *Rota in Al-
banen. Immissionis 4. Maii currentis anni
1714 § Censuerunt cor. Me.*

Et ita utraque &c.

ROMANA FUNDATIONIS MONASTERII.

Lunæ 10. Decembris 1714.

ARGUMENTUM.

Tenent aliqui Doctores, quod bona, quæ Testator reliquit in adimplementum unius ex duobus piis Legatis, inservire queant prò adimplemento alterius, cum designatio bonorum stare demonstrativè, & non taxativè censeatur. Alii verò sequuntur contrariam; verior tamen est, ut in hoc mens Testatoris veniat investiganda, quæque interpretatur sic. Bona designata pro Legato A., nequeunt inservire pro adimplemento Legati B., adde, ut etiamsi unum esset Legatum Pium, & alterum prophanum.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Voluntas Testatorum omninò est exequenda, nilque hoc æquius.*

2 *Bona, ex quibus sit adimplenda circa legata, est opinio ventilata inter Doctores; multi enim tenent, quod bona omnia stent demonstrativè, alii verò, quod taxativè bona individuata pro legatis sint eroganda*, & num. 4.

3 *Legatum sivè sit prophanum, sivè ad piam causam, secundum ultimam oppinionem adimpleri debet ex bonis pro eo à Testatore designatis*, & n. 12.

5 *Amplia, si Testator probibuisset, quod bona designata pro Legato A., nec in alios usus, etiam necessarios converterentur.*

6 *Subamplia, si in secundo testamento ad primum jam renocatum Testator se retulisset, & in eo sic dispofuisset, quod operatur, ut omnia in primo dispofita, volita in secundo dicantur.*

7 *Item, si enumerasset ea omnia, quæ in adimplementum Legati A. forent eroganda.*

8 *Similiter, si jussisset, ut ex istis dotalis fundus pro adimplemento legati pii constitueretur.*

9 *Pariter si Legatum, pro quo assignasset bona A. fuisset prædilectius, & quod ex duobus legatis prædilectius dicatur.*

10 *Dicitur prædilectius de duobus illud, quod sit factum favore Ecclesiæ, ubi Testator sepelliri voluisset.*

11 *Testator non præsumitur, quod voluerit legatum sibi minus dilectum adimpleri cū bonis assignatis pro legato magis dilecto.*

12 *Bona pro Legato assignata, an demonstrativè stent, vel taxativè, non desumendum est ex solo verborum cortice, & ordine scripturæ, sed Testatoris voluntas eftindaganda*, & n. 3.

13 *Nemo rationem reddere tenetur de iis, quæ ad suas manus non pervenerunt.*

DECISIO DCCCLXVII.

DUO Testamenta condidit cla. me. Principissa Constantia Panfilia Ludovisia, primum anno 1662., in quo lineæ masculinæ, quam vocaverat, substituit Ecclesiam Sancti Ignatii Soc. Jesu nuper ex munificentia suæ Domus in eximiam formam à fundamentis extructam cum hac conditione -- *che detta robba debba tutta nelli frutti senza alienare, ne diminuire il capitale applicarsi in compimento, perfezione, ornamento, e dote della medesima Chiesa, senza che dal P. Generale de* Gesuiti, *e da tutta la Religione, nè da altri, anche con autorità Apostolica, possa convertirsene tutto, ò parte in altri usi, anco necessarii, e verisimili &c.* Secundum postea anno 1665., cum quo decessit, ubi post omnes vocatos, eamdem pariter Ecclesiam S. Ignatii per hæc verba substituit -- *Succeda, e debba succedere la Chiesa di S. Ignatio con condizione però, che della metà de frutti provenienti da d.mia eredità, e se ne babbino à fondare tante Cappellanie, e le messe che si celebraranno, s'applicheranno per l'Anima mia, e di mio Marito, e l'altra metà de' frutti la lascio à dispositione del P. Generale, perchè l'impieghi in tante opere pie, conforme ho lasciato nell'altro ultimo mio testamento.*

Immediate deinde per separatam orationem in eodem Testamento demandavit Cardinali Ludovisio, seù Principi Camillo Pamfilio curatori futuro ejus primi hæredis, quod -- *Abbino da fondare in Roma, o in altra Città, o Terra dello Stato Ecclesiastico, dove meglio li parerà un Monastero sotto l'invocatione di S. Teresa, e che si venda la Fabrica fatta in Zagarolo à fine di fare detto Monastero* -- deinde ita prosecuta est -- *Item lascio per la fondatione, & Edificio di d. Monastero tutte le mie gioje, Oro, Argento &c. come appare dalla nota qui acclusa, e che del prezzo se ne edifichi d. Monastero, e se gli faccia il fondo dotale &c.*

Designavit cla. me Cardinalis Ludovisius, juxtà facultatem sibi impartitam pro erectione huius Monasterii Terram Zagaroli, ubi quoddam Ædificium ad hunc effectum ab ipsa Testatrice incohatum reperiebatur. Quamobrem Comunitas, & Homines ejus loci iusteterunt in Tribunali R. Fabricę pro constructione, & perfectione d. Monasterii, & de facto duo favorabilia Judicata reportarunt. Commissa vero causa cum rescripto *Constito de duabus* Cardinali Pio *de voto Rotæ*, prodiit coram bo. me. Rondanino sub titulo *Romana, seù Prænestina Monasterii* 16. *Junii* 1684. decisio revocatoria, & deindè siluit causa usque ad hęc tempora.

Nuper verò R. Fabricę Procurator, qui d. decisionem acceptavit, renunciando liti, reservatis sibi Juribus agendi contra hæredes Principissæ Constantiæ pro nova loci destinatione, vel applicatione legati favore ejusdem Fabricæ, interpellata in hoc actu Communitate Zagaroli, quæ pariter liti cessit, & successivè post inutiliter tentatam applicationem totius hæreditatis ob suppositam incapacitatem PP. Jesuitarum, quorum favore non intrare privilegia R. Fabricæ responsum fuit per illius Sac. Congregationem, iterum excitavit antiquas prætensiones pro fundatione Monasterii contra Ecclesiam Sancti Ignatii substitutam, Eminentissimum D. Cardinalem Astallium hęredem cla. me. Principissæ Olimpiæ, seu Annæ Mariæ, & D. Ippolitam Principissam Plumbini, & obtinuit ad hunc effectum subrogationem Eminentissimi D. Cardinalis Corsini in locum cla. me. Card. Pii pariter *de Voto* Sacri hujus Auditorii, instetitque contra eosdem à Me proponi dubium -- *An sit standum, vel recedendum à decisis cor. bo. me. Rondanino, & respectivè an, & in quo loco, et ex quibus bonis sit erigendum Monasterium* -- Et prodiit in hodierna audientia resolutio -- *Standum esse in decisis cor. bo. me. Rondanino, et Monasterium esse erigendum ex bonis designatis in testamento, non autem ex illis possessis per Ecclesiam S. Ignatii.*

Si-

Siquidem quoad resoluta coram bo. mem. Rondanino nulla esse potuit hæsitatio dum illius decisionem reprobantem electionem Loci pro Fundatione Monasterii, tam ipsa Fabrica, quam Communitas Zagaroli acceptaverant, litique renunciaverant, neque quidquam in hac re ex parte Ven. Ecclesiæ S. Ignatii opponebatur: Unde DD. transierunt cum rationibus in illa luculenter deductis à §. *Quidquid enim cum seq.*, & per tot., & se ad illam remissivè habuerunt.

Ita pariter, quod Monasterium omnino erigendum esset ad litteram supra relatæ dis-
1 positionis Piæ Principissæ minimè dubitarunt, cum nihil magis Justitiæ consonum sit, quam ut ultima Testatorum elogia, modis omnibus, debitam executionem, & impletmentum habeant, *ad text. in Clement. quia contingit 2 de relig. domib.*, *Rot. dec. 530. n. 1. p. 19. to. 2. rec.*, *& passim alibi*.

Unica difficultas reducebatur ad bona, ex quibus fundatio à Testatrice demandata intelligeretur. Quandoquidem contendebat R. Fabrica, quod tota hæreditas Principissæ Constantiæ universaliter huic oneri esset subiecta; sed è contra V. Ecclesia S. Ignatii excipiebat, quod adimpiendum tantummodo esset ex iis bonis, quæ ipsa Testatrix in suo ultimo elogio non demonstrativè, sed taxativè designaverat; itaut eorum perempto in legatarii damnum imputaretur, & non hæredis.

Cum verò in hac quæstione plures *DD.* te-
2 nuerint, quod favore Piæ Causæ censeatur adiectio bonorum, ex quibus sit adimplendum legatum potius demonstrativè, non taxativè, ut apud *Roman. Singular. 435.*; *Gratian discept. 256. nu. 29.*, *Tondut qu. benef. 90. nu. 2.*, contrarium tamen defendunt *Rovit. dec. 57. per tot.*, *Cyriac. controv. 336 n. 6*, aliique; lures hinc inde al-
3 legati. DD. pro statuenda in præsenti hypothesi decisione, existimarunt unicè attendendam esse Testatricis voluntatem, juxta quam hæc quæstio resolvi debet, sivè agatur de legato facto in piam causam, sivè in prophanam, ut declarant *Ros. consult. 61. n. 4.*, *& seqq.*, *Car. Ant. de Luc. ad Franc. decis. 721. sub 4.*, *& seq.*, *Cad. de Luc. de legat. disc. 14. n. 5.*, *Rot. dec. 117. n. 11. p. 17. rec.*, *dec. 530. n. 18. p. 19.*, *& in Romana Legatorum 8. Junii 1705. §. Quæ omnia cor. Me.*

Ex testamento autem clare resultat, testatricem voluisse, quod legatum omninò solveretur ex bonis ibi designatis, nec supplendum esset ex aliis, dum ita distribuit suam hæreditatem, ejusque fructus, ut preservato semper capitali, medietas implicari deberet in erectione tot Cappellaniarum cum onere celebrationis Missarum pro suffragio suæ Animæ, & prædefuncti Viri, & altera medietas integrè erogari deberet in complementum, perfectionem, ornamentum, & dotem Ecclesiæ S. Ignatii, prohibita quacumque commutatione per ea verba -- *Senza che, nè dal Padre Generale, e da ... tutta la Religione, nè da altri, anche con autorità Apostolica possa convertirsene tutta, ò parte in altri usi, anco necessari, e verisimili, essendo tale la mia espressa volontà da non derogarsi, o commutarsi*. Si enim Testa-
4 trix bona per substitutionem delata, & deferenda ad Ecclesiam S. Ignatii, totaliter destinavit in usus pios diversos à fundatione Monasterii, noluit profectò illa obnoxia remanere huic oneri, neque in hanc causam distrahi posse, & sic non demonstrativè, sed taxativè intellexit res illas in legato expressas pro edificatione, & dotatione Monasterii assignare, ex deductis *per Gratian. discept. forens. cap. 988. n. 26.*, *& seq.*, *Gusman. de evict. qu. 3. sub n. 72*, & præcisè de hoc legato *Card. de Luc. in miscell. Eccles. disc. 30. n. 9.*

Maximè attenta strictissima illa prohibi-
5 tione, nè P. Generalis, vel alius etiam Authoritate Apostolica suam voluntatem commutaret, convertendo bonorum redditus in alios usus quantumvis necessarios, & verisimiles, ita clarè excludendo quamcumque suppletionem ex aliis bonis, ut integrè legatum adimpleri deberet per ea, quæ reliquerat, juxta adducta *per Gratian. discept. 542. n. 5.*, *Rota dec. 25. n. 2. p. 10. rec.*, *& dec. 15. n. 3. cor. Emer. Jun.*, *& in Romana Fideicommissi de Varesiis 6. Junii 1709. §. 3.*, *& seq. cor. Rmo P. D. meo Molines Decano*.

Neque dicatur primum Testamentum, in quo habetur præmissa prohibitio, fuisse revocatum per secundum, quia fuit in hoc ha-
6 bita expressa relatio ad primum ibi -- *Conforme ho lasciato nell'altro mio testamento* -- quæ tantæ virtutis est, ut repetitionem eiusdem prohibitionis, & omnium illic contentorum importet in secundo, ac si ibidem iterum expressa fuissent, *ad text. in auth. si quis in aliquo*, *ibique Dec. num. 45. Cod. de eden.*, *Rota dec. 1045. n. 4 cor. Emer. jun.*, *& dec. 184. n. 5. cor. Bevincasa*, *& passim*.

Hoc ipsum non minùs clarè demonstrat contextus ipse verborum, quibus Testatrix
7 usa fuit. Enumeravit enim omnes res, quas in hanc causam relinquebat, ibi -- *Tutte le mie Gioje, Oro, Argento, Paramenti, e tutti gl'altri Mobili, & in particolare Gioje, come appare dalla nota quì acclusa* - subdens immediatè post -- *E che del prezzo se ne edifichi detto Monastero, e se gli faccia il fondo Dotale* -- Ex quibus benè deducitur voluisse Testatricem certam rerum speciem taxativè sub legato comprehendi; alias namque, si ad cætera bona extenderetur, supervacanea, & inutilis fuisset adeò exacta enumeratio, & frustra Testatrix jussisset Monasterii Dotem ex iis rebus constitui, *Gusman. de evict. qu. 30. num. 75.*, *& 76. vers. Sed in nostra*, *Franc. Rocc. respons. legal. centur. 1. respons. 50. n. 5.*, *& 6.*, *& Rot. in Algaren. Legatorum 16. Janu. 1696. §. Idque uberius cor. Eminentiss. D. Card. de la Tremoille*.

Ponderando signanter illa verba -- *Se ne*
8 *faccia il fondo Dotale* - expressa modo adeo præceptivo, quæ circa res designatas præci-

cifam voluntatem magis ostendunt, & benè denotant Testatricis fuisse legatum restrictum ad species, absque ulla valoris expressione enumeratas, quas tanti æstimavit, ut præter expensas in constructione faciendas, posset etiam ex eis constitui integra Dos pro Monasterio, ut in sensu veritatis animadvertit *Card. de Luc. cit. disc. 30. sub n.9. in Miscell.Eccles.*

9 Accedit prædictis maxima verisimilitudo ducta, ex quo cętera opera pia, in quæ bona omnia, eorumque fructus voluit erogari, erant in majori prædilectione ipsius Testatricis. Nam si respicimus onus Missarum, potioritas est evidens, cum illæ tendant in suffragium Animæ, & semper in concursu aliorum Legatorum sit præferendum, *Olea de cess.Iur.tit.4. quæst.5.n.28., Pasqualig de Sacrific.novæ Legis q.1006.n.1., & seq., Amostaz.de Caus.piis lib.2. cap.6. n.10., & seqq., Carol. Anton. de Luc. ad Franc.decis. 237. sub n. 4, Rota ad ornat. Card. de Luca de Testam. decis.64 num 4., & in Rom.redditionis rationis 20.Ianuarii 1708. §. Etenim cum legato cor.bon.mem. Caffarello.* Si verò respicimus aliam portionem relictam pro ornamento, & perfectione Ecclesiæ S. Ignatii,

10 prædilectio pariter est clara, cum illam consideraverit tamquam propriam, utpotè fundatam à Domo Ludovisia, & in ea non solum propriis, sed etiam prædefuncti Viri Cineribus sepulturam elegerit, ac denique in universa hęreditate substituerit, quod sanè in concursu Monasterii erigendi, pro quo simplex tantummodò legatum reliquit, argumentum insuperabile prædilectionis ostendit, ad *Text.in leg.si filium §.Sed, & si portio ff. de legat. præstan., Mantic. de conject. ult.volunt. lib.6. tit.11. n.24., Rota dec.453. num.4. p.1. recent., & in Maceraten. Legatorum, & Fideicomm. 18. Iun. 1710. §. Neque ultrà cor. R.P.D. meo Ansaldo.* Nimis

11 autem est inverosimile, quod voluerit pro adimplemento operis, erga quod cadit minor affectio, legatum suppleri ex aliis bonis pro exequendo opere magis optato destinatis, *Surd. cons 207. n.18., Mantic de conject. lib 3. tit.19. n.11., Mart.de success. legal.p 4. q.8 art.5.n.7., Rota decis.77.n.41.& 42.cum plur.seqq. p. 10. recen.*

Non obstat, quod Testamenti verba incipiant ab onere Monasterium erigendi, & postea fuerint designatæ species, ex quibus legatum esset adimplendum. Etenim omissis aliis responsionibus, ubi etiam objectum in facto subsisteret, adhùc semper recurrit illa inevitabilis, quod in statuen-

12 da qualitate legati, vel taxativa, vel demonstrativa, non in solo verborum cortice, & scripturæ ordine immorandum est, sed principaliter inspicienda Testatorum voluntas. *Card.de Luca de leg disc. 14.n.1., & in dicto disc.30. n.6., & seq., Miscell.Eccles., Merlin. Pignatt. centur. 2. cap.46. n.21., & cap.82. n.10., Mans.consul.17. n.33., Rota decis.217. n. 3., & 4. p. 17.recen., & in Romana, seu Ianuen. Dotium 1. Februar. 1709. §. Quod autem cor.R.P.D. Aldrovando.*

Tandem minus relevat exceptio, quod saltem Ecclesia S. Ignatii teneatur de propria negligentia, ex quo non curaverit custodire, & conservare Gemmas, aliaque relicta pro fundatione Monasterii, quia cum ad

13 ejus manus non pervenerint, de his rationem reddere non tenetur, ut distinguit *Rota decis.212. n. 6. cor. Duran., & decis.137.n.15, & seqq. cor. Priolo, & in Romana Associationis de Alberinis 5.Martii 1700.§.final.coràm Me.* Minusque subsistit, quod loco dd. Gemmarum habuerit in solutum ædificium illud Montis Citatorij, super quo Sanctæ, & semper recolendæ memoriæ Innocen. XII. magnificas Curiæ ædes construxit. Quoniam in prædicta datione in solutum non fuit quidquam datum pro Gemmis, sed fuerunt simpliciter Ecclesiæ S. Ignatii reservata jura pro consecutione certæ summæ pro legato Gemmarum à Principe Nicolao in eius Testamento relicto, quod non videtur quidquam commune habere cum præsenti, neque ullum Jus Fabricæ tribuere valet.

His positis, superfluum Domini existimarunt alias assumere quæstiones respectu loci, vel fructuum, easque alteri disputationi reservarunt. Et ità, eadem Reu. Fabrica, & Ecclesia S. Ignatii tantùm informantibus, resolutum fuit &c.

ROMANA, SEU SUTRINA CONFINIUM.

Lunæ 10. Decembris 1714.

ARGUMENTUM.

Qui debeant esse termini confinia denotantes, quique Particularium bona dividentes, & in quo inter sese isti differant. Rota in recognitione Confinium semper ad Artis Agrariæ Peritos se refert.

SUMMARIUM.

1 *Confines dicuntur illi, qui se mutua rectitudine, & directè respiciunt, non in obliquum.*

2 *Periti agrimensores in hac materia quamplurimum attenduntur.*

3 *Termini quadrangulares elevati supra terram, & subtus continentes quatuor lateres, duos quadrangulares, & duos triangulares, denotant terminationes confinium inter unum, & alterum territorium.*

4 *Amplia, si adminiculentur ab aliis lapidibus intermediis laboratis, & per eamdem lineam, qui habent subtus signa testium ex lateribus apposita*, & num. 18.

5 *Subamplia, si situs terminorum correspondeat aliorum situi, adeout inferri posset, quod si diversimodè se res haberet, essent frustatorii.*

6 *Item si Testes deponerent, quod unus ex his ter-*

terminis fuisset excavatus pro destructione signi confinium.

7 *Testes subditi in hac materia attenduntur, cum deponant de rebus intra nemora Exteris incognita.*

8 *Amplia, si argumentis, & conjecturis adminiculentur.*

9 *Dominium loci probatur ex actibus jurisdictionalibus, quos Baro in eo exerceat.*

10 *Confine differt à confinato, sicut terminus à terminato, & proportionem inter se habent.*

11 *Confines territorii non denotantur à terminis dividentibus bona Particularium. Ex quo differant termini confinium, ab illis dividentibus bona Particularium*, & num.14.

12 *Termini denotantes confinia, non apponuntur sicut illi, qui bona particularium dividunt.*

13 *Terminationes Confinium ex antiquis Instrumentis probantur.*

15 *Simplices lapides dissimiles à terminis, termini non sunt*, & num.22.

16 *Termini demonstrati in diversa causa, ac gesta super illis interesse habente non citato, quoad istum nihil referunt.*

17 *Amplia, si eo tunc non actum fuisset de divisione territorii ad non citatum pertinentis.*

19 *Relatio periti emanata, postquam Peritus fuisset suspectus allegatus, nulla est, multo magis si erronea fuisset reperta.*

20 *Peritia reperta erronea in uno, in omnibus reiicitur.*

21 *Testes Rustici in loco proprio dicentes nescire, an terminus denotet divisionem terreni inter particulares, vel terminet confinia, non attenduntur, & è contra qui de eadem distinctione deponunt admittuntur.*

23 *Dominium, ut probetur ex actibus jurisdictionalibus, si ageretur in locis contiguis, patere debet expresse, quod jurisdictio exercita sit in loco dominii.*

24 *Defectus terminorum non semper culposæ amotioni, sed aliquando vetustati, temporisque edacitati tribuendus est.*

25 *Probationes turbidæ, claris non resistunt.*

DECISIO DCCCLXVIII.

Diuturna fuit in hoc Sacro Auditorio controversia, quæ inter Duces Brachiani, & Venerabile Collegium Germanicum, & Hungaricum Urbis retro elapsis annis agitata est (ut præseferunt Decisiones editæ *in Romana, seù Portuen. Tenutarum coram bonæ memoriæ Emerix, & R.P.D. meo Ansaldo*); præ cæteris tamen quæstio magna extitit super prætensione à Ducibus Brachiani excitata, quod Collegium in capienda possessione Bonorum, de quibus agebatur, excessisset limites suæ proprietatis. Quapropter fuit ab ejusdem Collegii Defensoribus exibita quædam Planta, quæ impressa etiã cernitur in fronte decisionis editæ *super excessu, quoad Vicarellum 26. Martii 1708. coram R.P.D. meo Ansaldo*, & juxtà cujus delineationem Bona Vicarelli se extendebant intrà Territorium Bassani spectan ad Dominum Principem Justinianum, hinc iste, qui in præfato Judicio nusquàm fuerat nec vocatus, nec auditus, ut propriæ indemnitati consuleret, obtinuit à Sanctissimo Domino Nostro Commissionem admissionis ad causam mihi directam tanquam in prima.

Et quoniam in hujusmodi controversiis ad meliorem probationem deservire solet visitatio loci; ideò ad instantiam præfati Principis, qui ex oculari inspectione præjudicium sibi illatum benè desumi posse cognovit, decreverunt Domini, quod fieret Accessus, prout passim practicari testatur *Cardinalis de Luc. de Judic. disc.24. num.2.*, ubi plura refert exempla. Quo peracto cum exacta descriptione loci, Terminorum, & cujuscumque alterius differentiæ, auditisque Testibus in faciem loci, quorum etiam plures ex post fuerunt à partibus hinc indè examinati, proposui dubium in hodierna audientia -- *An, & in quo loco constet de antiquis Terminis inter Territorium Terræ Bassani, & tenutam Vicarelli, & ad quem locum se protendat Territorium Bassani versùs Vicarellum* -- fuitque responsum -- *Constare de antiquis Terminis juxtà modum in decisione exprimendum* -- & modus fuit, quod antiqui Termini essent illi met designati in Planta Domini Principis per lineã rectam *à n.1. & ad 9.*, & consequenter quod Territorium Bassani versus Vicarellum sese protendat usque ad dictos Terminos, ut mox distinctè explicabitur.

Et sanè veritas utriusque termini primi, & noni sub denominatione *delli trè Confini* non erat in controversia apud Patres, ultro admittentes, quod indicarent Confinia locorum, sed quæstio fuit, an se protenderent per lineam rectam, vel obliquam, & inflexam, ut prætendebant scribentes pro Collegio, qua in re, licet hinc inde multa adducerentur, Domini tamen innixi pluribus argumentis & demonstrationibus, exi-
1 stimarunt eos se per lineam rectam protendere. Et primo, quia talis est præsumptio Juris juxta originalem theoricam *Bartol. in Tractat. Tyberiad. figur.20.*, circa finem, ubi, quod confines ita apponi solent, ac debent, ut mutua se respiciant rectitudine non in obliquum, sed directè, quam sequuntur *Aymon. de Alluvion. lib.3. cap.5. num.13., & seqq., Pacichell. de distant cap. 4. memb.2. num.16. vers verum, Paris. de Put. cap. primo num.27. de fin. feudor., Reverendissimus Zaul ad Statut. Favent. lib.3. rubr.27. num.5.*, cum aliis *Rot. in Romana, seù Portuen. Tenutarum cor. Emerix Jun. dec.1086. n.12., & super excessu quoad Vicarellum 26. Martii 1708. §. Abindè vero coram R. P. D. meo Ansaldo*, & ipsi Periti
2 Agrimensores pro indubitato principio admittunt

mittunt, ut in *Summarrio Principis n.10.*, quorum Testimonio quam um in hac materia standum sit, egregiè tradunt per *Text. in leg. Irruptione §. Ad officium ff. fin. regund. Surd. consil. 429. sub. num. 2.*, *Hieron. de Mont. de fin. regund. cap 30. num. 2.*, *Reverendissimus Zaul. loc. cit. num. 2*, *Seperell. decis. 178. num. 28.*

Secundo quia inter prædictos invariabiles terminos *delli trè Confini* ad fuisse constitit alios septem terminos intermedios constituentes lineam ferè rectam, & non obliquam, quales in in sæpè memorata pianta Domini Principis adnotarunt septem intermediis numeris, quorum nonnulli, & signantèr ille à parte Sutrii in loco vocabulo *Felce-*
3 *tone* repertus est in Accessu quadraugularis ex lapidè vulgò *Peperino* fabricatus, supra terram elevatus, & subtus obsignatus quatuor lateribus, inter quos duo pariter quadrangulares, & duo triangulares, ut fuit oculariter à Dominis meis recognitus, & in præsentia partium descriptus *in Accessu § 4., & 5.*, Præfata autem signa verè, & propriè conveniunt termino divisorio unius territorii ab altero, ut probant deducta per *Corn. consil. 333. num 12. vel primo*, *Mascard. de probat. concl. 400. num. 4.*, *Conciol. ad Statut. Eugub. lib. 6. rubr. 14. num. 2.*, *Reverendissimus Zaul. ubi supra num. 3.*, cum concordan. *Rota in Narnien., seù Interamnen. Bonorum 20. Martii 1700. § 23. coram R. P. D meo Ansaldo, & in Romana Communantiarum prima Julii*
4 *1701. §. Quibus positis cor. Rmo P. D. Molines Decano*. Prædicta quoque signa etiam verificantur quoad alios lapides intermedios, & per eandem lineam rectam appositos videlicet in loco *Monte Saffano* adnotatur in Pianta Principis num. 4., & in loco *le Case di Bartolone* n. 5., & di *Val d' Agliari* num. 6., qui sanè veri termini Dominis visi sunt, cum fiut saxa in diversas figuras facta, & elaborata cum signis Testium ex lateribus juxta mox allegata.

Licet autem non quoad omnes lapides concurrant eædem demonstrationes, immò tres ex eis videlicet in loco, qui dicitur *il Macbione di Mattia Corsi* in Planta *num. 3.* in loco *Monte longo* ibidem *num. 7.* & *Val contesia nu. 8.* non fuerint reperti, attamen
5 ab existentia aliorum Terminorum, benè argui poteit ad existentiam, & situationem aliorum, sine quibus linea terminativa esset interrupta, & cæteri Termini remanerent frustatorii, & superflui, contra omnes Artis agrariæ regulas, de quibus supra.
6 Fortius quia ex Testibus tàm in faciem loci, quàm ex post formiter inductis id ipsum apertè demonstratur, & signantèr respectu Termini *di Val Contesia*, dum quoad illud deponunt quoque de tentata amotione, & de factoin ipso accessu constitit de ex cavatione, ut *in §. 14.*. Testes vero in hac materia attendendos esse respondit *Rot. dec. 319. nu. 2. vers. cosirmantur cor. Benincasa in dec. 195. num. 2., & seqq. par. 8. rec., & in citata Romana, seu Portuen. tenutarum super excessu quoad Vicarellum §. Agnoscentes cor. R. P. D. meo Ansaldo*.

Non obstante, quod aliqui sint subditi, &
7 ratione Juris lignandi ali suo modo interessati; tum quia deponunt de rebus rusticis intra nemora, & sylvas permanentibus, ipsis tantummodò verosimiliter notis, ut docet *Bartol. in tract. de Testib. verb. Vassallus num. 12*, *Card. de Luc de Jurepatr. disc. 3. sub nu. 8. vers. Idque ex clara*, *Rot. dec. 195. num. 3. par. 8., & dec. 187. num. 22., & seqq. par. 12. rec., & in Toletana Decimarum de Capilla quoad Parochos 14. Junii 1700. §. Satisfacere coram eodem R. P. D. Ansaldo*;
8 tum quia negari non potest, quin saltem faciant adminiculum, itaut junctis aliis argumentis, plenam probationem constituant, *Gloss. in leg. 3. §. 1. verb. numerus ff. de Testibus*, *Card. de Luc. de Jurepat. disc. 3. sub nu. 11.*, & meliùs *Actolin resolut. 32. n. 28., & seqq.*, *Rot. dec. 136. num. 15., & 16. par. 19. Rec., & in citata Toletana Decimarum de Capilla quoad Parochos §. Vel ex quo cor. R. P. D. meo Ansaldo*.

Tertio demum doctum fuit de pluribus
9 actibus Jurisdictionalibus à Principe, ejusque curia Baronali diuturno quoque tempore exercitatis intra dictos fines, & signanter in dicto loco *detto il Felcetone*, *Val Contesia*, *Monte Longo*, & alibi, qui sicuti demonstrant Bassani Territorium fere protendere ad dicta loca, ubi fuit exercita Jurisdictio, *Bal. in cap. Cum causam num. 8. vers. Item per exercit. de probat.*, *Actolin. d. resol. 32. n. 12.*, *Rot. post Postb. de manut. dec. 310. n. 3.*,
10 ita etiam ostendunt, quod termini ibi reperti sunt veri confines separatorii Territorii Bassani à contermino territorio Vicarelli, juxta illam distinctionem, ac proportionem, quam inter Confine, & Confinatum necessario esse debere firmant *Spad. consil. 185. n. 11. in fin. lib 2.*, sepè laudatus *Hieron. de Mont. de fin. regund. cap. 107. num. 4.*, *Rota dec. 151. n. 7. par. 19.*, *in Eugubina seù Senogallien. devolutionis 14. Jan. 1685. §. Secunda verò coram bon. me. Ursino, & in Verulana reintegrationis 13 Junii 1704. §. Certius cor. R. P. D meo Ansaldo*.

Neque ad elidendam vim istarum proba-
11 tionum sufficere visa fuit replicatio, quod etiam ex parte Collegii demonstrabantur alii Termini per lineam obliquam, & inflexam. Quoniam Domini in accessu recognoverunt, quod vel fuerunt appositi ad dividendum bona particularium Possessorum, non autem Territoria, vel non habent faciem, & naturam termini. Si enim agitur de illo posito in loco *Fonte Vitabbio*, & iste habet sculpta stemmata familiarum Anguillariæ, Cæsiæ, & Mutæ, quæ olim in partibus lateralibus ejusdem territorii Bassani possidebeant Bona, idenque designat Terminum divisorium Bonorum, *Rot. cor. Bichio dec 544. n. 10., & cor. Emer. Jun. dec. 126. sub n. 1 t. vers. Inscriptio*,

ptio, non autem territorii unius loci ab al-
12 tero, cum isti diversimode apponantur, ut
supra dictum fuit de Termiois *delli tre Con-
fini*, *e Felcetone*, ex quo discretivo usu dif-
formis naturæ esse omninò censendi sunt,
juxta adducta per *Castren. in leg. Si Pater
cod. de act. empt.*, *Bondev collect. legal.*44.
*nu.*110., *&* 111., *& Rota dec.*520. *n.*13., *&
seqq. par.* 14. *rec.*. Præsertim quia Insignia
Domus Mutæ nihil commune habeot, nec
habuerunt cum Territoriis Bassani, & Vi-
carelli, undè Termious iis obsigoatus nul-
lateuus dici potest ad divisionem territorii
dictorum locorum appositus, ut arguit in
proposito *Rot. in sæpe citata decis.*1086.*sub
num.*19. *circa medium versic. Alioquin pro
divisione cor. bo.me. Emerix Juniore*.

Si verò agatur de Termioo nuncupato --
Monte Termine - designato in Pianta Do-
mini Principis *n.* 10., & in Pianta Collegii
litt.B. Statim patet ex Instrumeoto publico
relato *Summ. Principis n.* 1., quod lapis
inibi in figura Columnę existeos, appositus
fuit pro termioo divideote Terras Portiæ Ce-
ræ de Anno 1574. Dominę Bassani à Terris
Ecclesię Parochialis S. Mariæ Assuoptionis
ejusdem Loci, & de facto collationatis in
actu accessus (ut refertur à §. 25. *ad finem*)
Anno, Signis, Literis, & cæteris in d.in-
strumento registratis, omnia reperta sunt
concordantia. Quod si igitur iste terminus
dividit terras compossidentium in eodem
13 Territorio Bassani, ut superlativè demon-
strat d. publicum Instrumentum in hac Con-
finium materia certam probationem faciens,
ad text. in l. in finalibus 11. *ff. fin. regund.*,
Mascard. de probat. conclus. 394. *n. primo*,
et 2., *Rota cor.Emerix. jun. citat. dec.*1086.
14 *n.* 15., *et* 16., non potest per consequens
constituere Confine terminans duo diversa
Territoria, & separans Bassanum à Vicarel-
lo, quia necessaria est distinctio inter unam,
& aliam speciem Terminorum, *Surd. cons.*
537. *n.* 26., *& seq.*, *Tondut. resol. civil.* 41.
n. 16., *&* 17., *Rota cor. Cardinali Cerro
dec.* 324. *n.* 7., *&* 8., *dec.* 797. *n.* 4., *& seq.
p* 18. *rec.*, *& in Faneu.*, *seu Senogallien.
Castri*, *& bonorum Montis Portii* 14. *Iunii*
1709. §. *Non subsistente cor. Reverendissi-
mo D. meo Moliner Decano*.

Cæteri taodem Termini oon apparuerunt,
15 nisi simplices lapides, quæ passim in hujus-
modi locis reperiuntur, nec ullus ex eis fuit
inventus similis aliis, quos esse terminos non
controvertitur, quando è converso omoes
lapides, qui fuerunt iodicati pro D. Princi-
pe, aliis terminis assimilantur, itaut isti, non
illi pro veris terminis divisoriis haberi de-
beant, *Nicol. Miglier. in Metrolog. cap.*
14. *memb.* 3. *n.* 16., *Reverendissimus Zaul.
supracitat. lib.* 3. *rubr.* 37. *sub n.* 3., *& Ro-
ta cor. Emer. Iun. d. dec.* 1086. *n.* 13.

Agnita hac veritate à Scribentibus pro
Collegio in hodierna disputatione, iterum
habitus fuit recursus ad Plaotam aliàs distri-
butam de anno 1682. cor. bon. me. Emerix,
& impressam in decisione R P. D. mei An-
saldi, juxtà quam inter duos terminos *delli
tre Confini* non apparet descriptus alius ter-
minus intermedius, quàm ille in summitate
montis nuncupat. -- *Monte longo* -- ab ipsis
adnotatus *n.*7., ex qua Planta junctis relatio-
nibus Agrimensorum tunc temporis editis,
necnon depositionibus testium nuper induc-
torum, desumere prætendebant existentiam,
& situationem illius termini magis se proten-
dentis in Territorium Bassani.

Sed de facili sublata fuit difficultas, cum
16 Planta prędicta, aliaque omnia, de quibus
supra, gesta fuerint in alia diversa causa non
citato, nec audito D. Principe, itaut illi
proindè independenter, & Jure proprio ve-
nienti *tanquam in prima* nequiquam præju-
dicare possint, *Adden. ad Greg. dec.* 259.
n. 3., *Rota dec.* 353. *n.* 2. *p.* 3, *dec.* 350. *n.* 2.
p. 4. *rec.*, *et in Romana*, *seu Portuen. Te-
nutarum super excessu quoad Vicarellum* 26.
Martii 1708. §. *At secus est cor. R. P. D.
meo Ansaldo*. Ultra quod ista denominatio
hujus prætensi termini fuit recenter apposi-
ta per Amanuensem in Planta iamdiù, sine
illa impressa, & de facto neque Partes tunc
in eorum informationibus de ea mentionem
17 fecerunt. Et Jure quidem, quia quæstio
tunc temporis non versabatur circa divisio-
nem Territorii inter Bassanum, & Vicarel-
lum, & nihil propterea referebat an esset
positus in summitate montis, vel alibi, itaut
potius verificaretur in alio termino posito *in
Poggio Termine* descripto à Collegio in alia
Plaota distributa pro accessu *litt. B.*, & in
actu ipsius accessus recognito.

Confirmantur prędicta, ex quo testes ipsi
à Collegio exsminati, non solum asserunt in-
termediè ad dictos alios terminos *delli tre
Confini* non adesse alium terminum, quàm
assertum di *Monte longo*, quod summopere
inverisimile est adeò longę intercapedini
plurium milliarium, sed etiam admittunt,
& ipsa rei evidentia demonstrat, quod à dd.
18 certis terminis *delli tre Confini* non habe-
tur correspondentia per lineam rectam ad
eundem di *Monte longo*, quatenus statuatur
in vertice ejusdem loci; hoc verò quantum
repugnet in hac materia Coofinium, demoo-
strant auctoritates suprs allegatæ §. *Et sanè*.

Nec quiddam prodesse potest relatio ter-
tii Periti Antonii Moretti; quoniam ultra
19 præmissa, conspirant in illius exclusionem
plura specialia, & signanter, quod ejus re-
latio emanavi, postquam fuerat à Brachiani
Duce justis de causis suspectus allegatus in
actis, unde fuit nulla, nec venit attenden-
da, *Rota dec* 455. *n.* 13. *p.* 14., *& dec.* 111.
n. 5. *p.* 15. *rec.*, & ulterius ejus relatio fuit
reperta erronea, & contineos excessum trium
20 & ultra milliarium, ut constat ex decisioni-
bus editis *cor. bon. mem. Emerix*, *& R. P. D.
meo Ansaldo*, & sic intrat præsumptio,
quod si erratum fuit in his, ita censeatur in
aliis, *Rota cor. Baratto dec.* 46. *n. fin.*, *cor.
Ninot. dec.* 14. *n.* 2., *& in Arimineu. legi-
ti-*

tima 8. *Junii labentis anni sub* §. *Validius urget cor. Me*, & passim alibi.

Descendendo nunc ad testium depositio-
21 nes, pari insubsistentia hæ quoque laborare visæ sunt. Conquassabantur enim ab aliorum testium depositionibus ex parte D. Principis adductorum, qui asseruerunt super vigesimotertio Interrogatorio se vidisse terminum di *Monte longo* alibi positum, quam in summitate, io loco nempe *vicino la Carrareccia vecchia*, addendo ulterius, quod erat prope Arborem Castaneæ, quæ de facto in accessu fuerat indicata, ut in §. 13., & prӕterea ipsi sibi fidem adimunt dicendo se nescire an esset terminus divisorius, necne, nulloque modo exprimendo ejus qualitates ad dignoscendum, an divideret Territorium à Territorio, vel potius bona particularium compossidentium in eodem Territorio, adeout data etiam ejus existentia, nihil ad rem concludi posset, cum non omnis lapis in terra positus necessariò dici queat stare pro
22 Confine, & Termino Territorii, ut ponderant *Mascin. de consisc.quæst.*11. *n.*53.,*Card. de Luca de Regal. disc.* 136.*sub n.* 20., *Reverendissimus Zaul. ad Stat. Favent. to.* 1. *lib.* 3. *rubr.* 31. *n.* 7., *Sperell. dec.* 178. *n.* 5.- & cum aliis *Rot. in cit. Romana*, *seu Portuen. Tenutarum super excessu quoad Vicarellum sub* §. *Domini namque cor. R.P.D. meo Ansaldo*.

Tandem nihil conferunt favore Collegii
23 actus jurisdictionales, quos prætendit in hoc loco exercuisse, quoniam cum locus denominatus *Monte longo* io aliqua portione spectet ad Tenutam Vicarelli, & in reliquo ad Territorium Bassani, quando etiam illi concluderent probarentur, non sufficerent ad intentum, quia necessaria fuisset expressio an citra, vel ultra locum termini contigerint, eademque militat ratio respectu aliorum terminorum. Ita etiam abs re DD. crediderunt esse quæstionem amotionis alicujus Confinis hinc indè excitatam, cum sine illius definitione hujus causæ resolutio haberi rectè potuerit, & ex ipsa doctrina *Millierii* utrioque allegata *metrologiæ cap.* 15. *tit. de pœ-*
24 *na termini motoris* §.7.*n.*1., constet, quod terminorum defectus non semper ad culposam amotionem, sed etiam aliquando ad vetustatem, & diuturni temporis edacitatem tribui debet.

Cum igitur probationes adductæ pro Col-
25 legio, vel non subsistant, vel in omnem casum sint turbidæ, & suas magni ponderis habeant difficultates, & è converso probationes D. Principis clariores apparuerint ex circumstantiis, & argumentis supra siiatis, religionem, & intellectum Judicis magis perstringentibus, innixæ oculari inspectioni, publicisque documentis, ac Juristarum, & Geometrarum auctoritati, de qua superiùs §. *Et sane*, ideo istas esse in concursu præferendas DD. censuerunt ex monitu *Bald. in cap. Ex litteris sub num.* 15. *de probat. cit.*, *Hjeron. de mont. de fin. regund. cap.* 101. *n.* 1., & *seqq.*, *Capoblan. de offic.*, *Baron. lib.* 2. *cap.* 26. *n.* 16.. *de Luc. de judic. disc.* 24. *in fine*, *Rota in laudata Romana*, *seu Portuen. Tenutarum cor. Emer ix dec.* 1086. *n.* 26., & *super excessu quoad Palum* 26. *Martii* 1708. §. *finali.*, & contemporaneè super excessu quoad Vicarellum §. *Ac denique*, & §. *Altera vero cor. R.P.D. meo Ansaldo*.

Et ita utraque Parte acriter informante stabiliendos esse terminos per rectam lineam à primo ad nonum juxta Plantam D. Principis, ac Territorium Bassani ad dictos usque terminos se protendere resolutum fuit.

BONONIN. JURIS PATRONATUS DE GALLUTIIS SUPER MANUTENTIONE, ET INSTITUTIONE.

Ven. 22. *Aprilis* 1712.

ARGUMENTUM.

Institutio ad Beneficium, quando lis est inter Compatronos, semper danda est præsentato ultimum statum pro se habenti, ad terminos *Textus in cap. Consultationibus de Jur. Patron.*

SUMMARIUM.

1 *Præsentatus ad Beneficium, qui pro se ultimum habeat statum in electione apud Patronum, manutenendus est ad exclusionem alterius, Jura metientis à Patrono, qui ex novo titulo sibi obvento præsentare prætendit.*

2 *Præsentatio, quæ dedit causam liti inter Compatronos, & præsentatos, Juris nominandi possessionem non parit.*

3 *Præsentatus à Patrono, qui in ultima vacatione, nemine opponente, præsentaverat, justum titulum fovere dicitur, & est manutenendus, nè Ecclesia diù vacet.*

4 *Rota in hac materia sequitur dispositionem* Textus io cap. consultationibus de Jur. Patron.

5 *Amplia, ut hæc regula servetur, & si dubium super manutentione inter compatronos non fuerit decisum.*

6 *Manutentio secumferens possessionem præsentandi etiam in futurum, longè differt ab illa, quæ restringitur ad Possessionem ab ultimo Statu tantum Jus desumentem.*

7 *Ista secunda sustinetur ad sustinendum taliter provisum sine præjudicio futurarum vacationum tam in petitorio quam possessorio*, & num.9.

8 *Limitatur regula in primo casu, non resoluto dubio super Jure inter compatronos, neutrius præsentatio sustineri potest.*

DECISIO DCCCLXIX.

Vacantibus de Mense Januarii 1708. Beneficiis unitis Sanct. Mariæ Rotundæ de Gallutiis, ac Sanct. Mariæ de Guidoscalchis per obitum Joan. Baptistæ illorum ultimi possessoris, Comes Prosper Philippus Prior de

deCastello tamquam unicus Patronus sub die
20. præfati Mensis ad eadem præsentavit co-
ram Ordinario Catelanum ejus filium, sed
contendentes Comites Balthasar, & Bar-
tholomeus pariter de Castello Juspatrona-
tus dd. Beneficiorum ad se spectare, die 28.
Martii anni supraenunciati devenerunt ad
aliam præsentationem expletam in persona
Antonii Galeatii filii mox nominati Bartho-
lomei, quarum præsentationum occasione,
cum subindè introducta lis fuerit inter Pa-
tronos, & Præsentatos coram Vicario Ge-
nerali Bononiæ, eaque pendente, Balthas-
sar, ac Bartholomæus sub fundamento,
quod prædicta Beneficia essent de Jurepa-
tronatu gentilitio Familiæ Gallutiæ, dona-
tionem ipsiusmet Jurispatronatus à Comite
de Rubeis uti hęrede hęredum ultimę fœmi-
nę reportaverint, nec non hujusmodi titulo
innixi, sub die 3. Augusti ejusdem an. 1708.
pręsentationem de Antonio Galeatio fecerint.
Vicarius Generalis non attentis hisce po-
stremis pręsentationibus favore Antonii Ga-
leatii peractis, pronunciavit *manutenendum
Prosperum Philippum in quasi possessione
pręsentandi*, atq; pro effectu manutentionis in-
stitutionem Catelano ejus filio dandam esse.

Devoluta postmodum Causa in gradu ap-
pellationis ad nostrum Sacrum Tribunal, &
Commissione mihi directa, duo fuerunt cor.
Me dubia subscripta. Primum scilicet -- *An,
& cujus favore constet de Iurepatronatus, al-
terum vero, an & cui sit danda manutentia
in quasi possessione præsentandi*, & respectivè
cui sit danda Institutio &c. super quibus, licet
propositis, tam in audientia 26. Februarii
proximè pręteriti, quàm in hodierna nulla
capi potuerit ob suffragiorum scissuram reso-
lutio, adeout de more fuerint adsciti quin-
tus, & sextus ad suffragandum, tamen in hac
secunda propositione, quantum attinet ad
Institutionem. DD responderunt, *illam dan-
dam esse Catelano*.

1 Cum enim DD. cõstiterit, quod de an. 1669.,
quo tempore ultima contingit ante istam
vacatio, nullus comparuit ad pręsentandum
nomine Comitis de Rubeis, à quo, tamquam
unico Patrono, Balthasar, ac Bartholomęus
Jus suum metiuntur ex d. nuperrima dona-
tione ab ipsis reportata, de cujus viribus
2 disputatur in alio dubio super petitorio, at-
que per consequens, quod pręsentavit ad
controversa Beneficia dumtaxat Prosper
Philippus, & quidem cum omnimodo suę
pręsentationis effectu, nam Pręsentatus
etiam fuit institutus, semperque reputatus
pro Beneficiato, usque ad obitum in posses-
sione continuavit, per ea, quę in debiliori-
bus terminis solius pręsentationis, & Insti-
tutionis tradit *Lambertin. de Jurepatr. lib.
2. par. 3. art. 11. quęst. 1. sub num. 3.*, ac *fir-
mavit Rot. coram Buratt. dec. 633. num. 15.*,
3 utique ne nimium protrahatur servitium Ec-
clesię ad normam istius ultimi status in Be-
neficialibus, primum locum obtinentis, exi-
stimarunt, Catelanum instituendum esse,
cum reperiatur pręsentatus à Prospero Pa-
tre, qui in antecedenti vacatione citra dif-
ficultatem pacifice solus pręsentaverat, ad fa-
migeratum *Text. in cap. consultationibus de
4 Iurepatr.*, cujus sanctionem ad hunc pręcisum
effectum regulandi institutum amplexa fuit
Rot. in Casertana Beneficii 13. *Decembris*
1709. §. *Fin. cor. Rm̃o Episcopo Labacen.*,
*& in Sorana Iurispatronatus super Institu-
tione* 27. *Ianuarii* 1710. §. *Moti ex eo coram
R.P.D. meo Scotto Almę Vrbis Gubernato-
re, & in Verulana Abbatiæ super Institu-
tione* 16. *Iunii ejusdem anni* 1710. §. *Clarus
siquidem coram Me, ac novissimè in Vaden
Canonicatus* 14. *Martii* 1712. §. *Clare enim,
pariter cor. Me*, & alibi millies.

Non attento, quod nulla capta fuerit re-
5 solutio super dubio manutentionis, cum
qua Jus præsentandi regulandum esse vide-
6 batur; quandoquidem DD. adverterunt
maximum intercedere discrimen inter il-
lam manutentionem, quæ secum fert ple-
nariam possessionem tribuentem Possessori
Jus præsentandi pro futuris quoque vacatio-
nibus quousque in petitorio lis terminetur,
& de qua manutentione quæstio esse solet in-
ter Patronos, & inter aliam manutentio-
nem unicè resultantem ex ultimo statu,
7 quæ tantummodo conceditur ad substinen-
dum actum expletum favore Provisi absque
ullo præjudicio futurarum vacationum, &
quam allegare consueverunt iidemmet Præ-
sentati de validitate suarum pręsentationum
inter se, ut hic disceptantes.

Itaut si res ageretur in primo casu, profe-
8 ctò non resoluta manutentione favore ali-
cujus, nec Jus præsentandi ab illa depen-
dens favore unius decerni posset, & cum in
præsenti agatur in terminis secundi casus,
9 omni rationi consonum esse putarunt DD.,
quod dato indubitanter ultimo statu favo-
re præsentantis Catelanum, iste ad formam
d. vulgati *Text. in cap. consultationibus sit in-
stituendus*, reservato Jure Patronorum pro
futuris vacationibus tam in petitorio, quam
in vero, & plenario possessorio, ut dixit
*Rota dec. 154. num. 3., seq. par. 1. rec. & in
Brixinen. Archipresbyteratus* 27. *Februa-
rii* 1711. §. *Quemadmodum coram Rm̃o D.
meo Molines Decano*.

Finis Tomi Tertii.

